IASONIS MAYNI MEDIOLANENSIS, IVRISCONS. EXCELL. MI.

Commentaria in primam Digesti veteris, seu Pandectarum partem: longè plurimum quàm anteà, præter exactissimam castigationem & illustrata, & additamentis locupletata.

Ad Auditores Præfatiuncula.

QVEMADMODVM humanum genus animo & corpore compositum est, ita res cunctæ, & cuncta mortalium studia, vel cor pori, vel animo impenduntur. Quæ corpori tribuunt, breui prætereunt, quæ animo, perpetua sunt. Corpus ex ponderoso, & corruptibili terræ elemento concretum, quæ terrena sunt naturali instinctu appetit. Animus è contra cœlesti spiritu consistens, terrena despicit, & sursum nititur, altiusque aspirat. Corpus sicuti ex terræ luto fabricatum est, ita fragili & lubrico temporis cursu in terram resoluitur. Animus nihil terreni ponderis habens, sed ex cęlestibus figuratus, qua luce prędituς cum fuerit, vt iugiter vigeat consequens fit. Corpus omni ex parte non nisi purgamenta creat, & res fœtidas emittit: Animus omni sorde, & immunditia caret. Quæ corporis bona existimantur, vt proceritas, & robur, breui dilabunt ac consenescunt. Animi ornamenta, sicut animus immortalis est, ita æquè immortalia sunt. Corpus in hac vita quotidie decrescit, singulis membris indies vis subducitur, & valetudo languescit: visus quoque hebetiores redduntur. Animus autem quanto magis ad annos accesserit, tanto virtute, & sapientia præstat. Et quamuis in corpore membra quotidie consenescant, intus tamen animus eruditionis beneficio iuuentæ florē retinet. Quas ob res, cùm homo corpore constet, & animo (quorum alterū cum brutis, alterum cum Deo commune est) profectò, qui corpori indulgent, pecorum ritu vētris animalia sunt, & quod deterius est, corporum cura mentem obruunt. Qui autem animi curam diligenter suscipiunt, quo nihil excellentius homini à natura tributum, & aureas virtutum, & doctrinarum glebas conijciunt, viri equidem cœlestes censendi sunt. Sapienter igitur
a tur vitam instituitis, viri fratres & auditores dilectissimi, qui pro assequendo ingenij cultu, calcatis corporeis illecebris, nihil aliud magis, quàm literarum ornamenta desiderare videmini, quibus animus indies clarior, illustriorque reddatur. Pergite qua cœpistis, & eo tendite, quo vester optimus conatus anhelat. Ego vos ad idem adhortabor, ad quod Nicoclem Cypri regem Isocrates: quoniam mortale vobis contigit corpus, animus autem immortalis, enitamini, vt virtutum beneficio animi memoriam relinquatis immortalem.

ADDITIO.

a ¶Sapienter igitur. Cùm iniustum sit spiritū carni cedere: cælestia à terrenis superari, & diuinis humana præferri, vt dicit text. in c. suscipitis. 10. dist. vide etiam text. in cap. inter corporalia. de transla. epis. & in cap. inter cætera. de ptic. ordinarij. PVRPV.

SVMMARIVM.

1 *Notarius an teneatur in initio instrumenti inuocare diuinum nomen.*
2 *Imperator Iustinianus fuit Christianus, alias temporalem iurisdictionem habere non potuisset.*
3 *Iudæus non potest esse potestas, vel rector.*
4 *Iudæus non potest in aliqua scientia fieri doctor.*
5 *Iudæus non potest etiam si sit effectus Christianus in aliqua scientia doctorari. Et plura de iudæis habes numero. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 16. 17. 25. & 26.*
7 *Emendatus præfertur illi, qui semper fuit bonus.*
15 *Tempore Iurisconsultorum, & ante Cæsarem Christus nondum venerat in virginem.*
18 *Infamis potest esse tutor.*
19 *Exclusus ab officijs publicis intelligitur ab vtilibus, non ab onerosis.*
20 *Bannitus desinit esse ciuis quo ad eius vtilitatem, non autem quo ad onera.*
21 *Qui ex forma Statuti perdit nobilitatem, intelligitur quo ad vtilitatem, non autem quo ad onera.*
22 *Authen. hoc amplius. C. de fideicom. procedit, quatenus hæreditas esset vtilis hæredi negligenti, secus si onerosa.*
23 *Priuatus loco, & capitulo non intelligitur priuatus loco oneris.*
24 *Statutum disponens mercatorem vsurarium non haberi pro mercatore, non intelligitur quo ad onera.*
27 *Immunitas concessa per Principem incolis alicuius loci, intelligitur concessa Iudæis ibi habitantibus.*

De iustitia & iure. Rub.

HÆc breuiter præfatus (inuocato prius ex corde Redemptoris nostri Crucifixi, & eius gloriosissimæ Genitricis desiderato suffragio) condescendo ad primam rubricam ff. vete. ¶Ista rub. diuiditur per Bar. Bal. Ange. & alios in 5. partes. Tu iunge diuisi. Barto. cum illa, quam ponit in rub. ff. de ope. nou. nun. licèt Imo. reprobet eam in rub. ff. de verb. obl. Iac. But. & Sal. in pœmio Codicis. Raph. Com. in d. rub. ff. de ope. no. nun. sed nihil validum, aut vtile afferunt; ideo omitto. & vide per do. Alex in d. rub. ff. de ope. no. nun. Figura etiam casum in hac rub. vt per Bar. in d. rub. ff. de ope. nou. nunc. ¶Ex prima parte huius rub. in qua ponit inuocatio Diuini nominis, posset colligi argumentum, † An notarius a in initio instrumēti debeat
a inuocare diuinum nomen, præsertim si conficiatur instrumen
b tum inter Iudæos & Sarracenos, b & an talis inuocatio sit necessaria, vt not. Bar. in procœmio istius libri, & alibi sæpè. Sed de his remitto vos ad Bar. & omnes præsertim Mod. in d. rub. ff. de
2 ope. nou. nun. ¶† Ex ista prima parte infert Bart. q̄ Iustinianus fuit Christianus: alias temporalem iurisdictionem habere non potuisset: alleg. duas glo. de quibus hic per eum. Adde tex. in c. constituit. 17. q. 4. & in c. nulla. 54. dist. & in c. cum sit nimis. de
3 iudæ. & in l. fi. C. eo. Ideo Bar. in l. fin. C. de postul. tenet, q̄ † Iudæus non potest esse potestas, vel rector; similiter non potest esse Rex, c vel Imperator, tex. est in c. venerabilem. in versi. hæreticum eligerent, aut paganum. de ele. & in ele. Romani. in prin.
4 & ibi no. Car. in 2. no. de iurein † Similiter Iudæus non potest
d in aliqua scientia fieri doctor, d sin Bar. in l. omnes. C. de decur. lib. 10. vbi dicit se ita consuluisse duobus Iudæis, qui erant sufficientes in medicina, & in ea volebant doctorari, q̄ non poterant. Idem tenet Bar. in l. generaliter §. fin. ff. de decur. & in l. fin. C. de postu. & in procœmio Codicis in pen. col. & in l. fin. C. de iudæ. Bald. in l. 1. C. ne rei domi. vel templo. Ange. in Auth. iusiu.
5 quod præsta. ab his. in prin. Pet. de Anch in cle. 1. de magi. † Similiter Iudæus non potest esse tabellio, nec iudex, secundum
e Ang. in d. Auth. iusiu. quod præst. ab his. nec aduocatus, e vt no.
6 Bar. in l. fi per illum tex. C. de postul. † Amplia prædicta, vt procedant

ADDITIONES.

a ¶An notarius. Adde text. in cap. in nomine domini. 23. distin. & in cap. non liceat. 26. q. 5. Spec. in titu. de instr. edi. in §. 3. in 3. col.

b ¶Inter Iudæos, & Sarrace. Adde Bar. in procœ. C. Bald. in procœ. decre. Doc. in capānter dilectos. de fid. instrum. Et vide quæ scribit Mar. Soc. Iun. in Rubr. ff. de nou. ope. nun. à nume. 36. vsque ad 53. vbi post longam disputationem dicit esse communem opi. quòd inter Iudæos possit notarius facere inuocationem D. N. Iesu Christi. & se vidisse instrumenta, in quib. erat talis inuocatio, quòd autem inter infideles ea inuocatio fieri possit, communem dicit tenere. Soc. in d. Rub. nume. 37. Quæ omnia declarantur latius per eum ib., vbi pulchrè. MASVER.

c ¶Non potest esse Rex. Adde glo. in l. spadonem. in 6. iam autem. ff. de exc. tut.

d ¶Fieri doctor. Adde Abba. in c. Iudæi. de test. in c. quanto. de mag. ff. & in cap. cum sit. de iudæ.

e ¶Nec aduocatus. Adde text. iuncta glo. in c. nemo. de pœn. di. 1.

cedant etiam si Iudæus sit effectus Christianus. ita vī probare tex.in d.c.constituit.ver.aut hi,qui ex Iudæis sunt. iuncta secunda expositione gl.ibi,& per illum tex. quem reputat valde singularem cum gloss. Lud.Rom in singu. 679. inci. nunc veniamus. quod Iudæus etiam effectus Christianus non poterit in aliqua scientia doctorari. Tu in contrarium vide tex.in c. eam te.& ibi Abb.in vlt.no.& Mod.de rescript.facit glo.in c.obeuntibus.§.fi.in gl.mag.ad fi.63.distin.quę vult,† quod emendatus
7 præferatur illi, qui semper fuit bonus. & idem tenet Abbas in c.at si clerici.§.de adulteriis.in vlt.colum.de iudi Facit tex.in c. fidelior,& ibi glo. 50.dist.& tex.in c.qa sanctitas tua ea.dist.De intellectu glo.in c.d.constituit.vltra doctores ibi habes latè per Io.de Ana.in c.cum sit,in vlt.col. de Iudæ. Limita prædicta,q Iudæi non possunt habere officia publica, vel administrationes publicas. † Verum est inter nos,sed inter eos bene possunt habere,sm Bart.in d.l.generaliter.§.fin. Io. de Ana. in d.c.cum sit.in 1.col.vbi etiam tenet,q licet Iudæi non possint esse iudices ordinarij inter Iudęum,& Christianum,tamen inter eos bene possunt esse,per text.in l.si qua inter.à contrario sensu. C. de Iudæ. & refert, q per illum text. ita consuluit Floria. de S.Pet. Bonoñ.facit in ratione sui text.in l.spadonem. §. iam autem.ff.
9 de excu.tut. † Adde circa prædicta, q potest Iudæus quamlibet artem exercere,& in eam intrare,ita probat text. in c. post miserabilem.& ibi expressè no. Io.de Ana. in ver.mercimonij. in 1.col.in fi.& tex.in c.quanto.de vsur.& Bal.in quodam consil.incip.inter Iudęos,& Christianos.Bene facit tex.in d.l.spado
10 nem. §. iam autem. † Item posset Iudæus præscribere rē Christiani.ita probat text.no.in l.si fur.§.1.iuncta gl.in ver. vsucapere,& ibi expressè no.Im.ad hoc.ff.de vsuc.sed non meminit, q de hoc est tex.expressus in c.porro.16.q.3.& ibi est glo.1. valde sin.quæ istud limitat, q Iudæus potest præscribere rem priuati,sed non rem ecclesiæ,quam gl.exclamat Lud. Rom. in sing.
11 805.& idem consi.489.hęc domina Petra. † Alibi tamen dubitant Cano.nunquid apud Sarracenos, Paganos,vel alios infideles sit dare imperium.Inn.in c. q super. de voto. decidit q sic. Sed Io.An.Host.& Io.de Lig. ibi decidunt oppositum per mul
a tas auctoritates a sacræ paginæ,de quibus ibi per eos. ¶† Sub
b cessiuè qrit Bar.an Iudæus possit esse tutor b Christiani: & con-
12 cludit q non.Pro eius fundamēto adde, quod sin tenet Bal.in
13 c.1.§.item sacramenta.in 3.col. de pa.iura. fir.† q dispositio.c. quamuis.de pac.in 6.non habet locum in Iudeo iurante,quod vltimum an sit verum, videas Lud.Ro. reprobantem in l. qui superstitis.ff.de acq.hær.& in l.pactum.C.de coll.& latius Ioan. An.in c.fi.vlt.col.de iud.per Mod. in l. stipulatio hoc modo.ff. de verb.obl.contra Barto.tenent Ful. & do. Mar. Laud. hic, & alij non tangunt:& dicit Rapha.Fulg.hic q aliàs fuit interrogatus de facto à quodam Iudæo,nunquid posset esse tutor Christiani,& dicit q immemor notæ Bar.hic,respondit quòd sic,& postquam vidit Bar.adhuc perseuerauit in proposito suo motus,quia si verum esset fundamentum Barto. sequeretur q Iudæus nunquam posset agere, cùm debeat iurare de calumnia.
14 l.2.§. quod obseruari. C. de iur. cal. † Item non posset esse te-
c stis, c cum similiter iurare debeat.l. quoniam liberi. C. de testi. & per istas rationes eandem opi.contra Bart. tenet Lud.Rom. in l.3.§.iurari.in vlt.col.ff.de iureiu.& in l.pactum.C.de coll.idē tenet gl.& Bar. met sibi contrarius in d.l.spadonem.§.iam aūt. ¶Contra Bar.duo stringunt.primò tex.in d.§. iam autem. iuncta gl.nec est verum,vt dicit Bar.q corrigatur per l.fi.C. de Iudæ.quia illa loquitur in honorib. & administrationibus publicis, vt ibi patet in ratione text.nos loquimur in tutela, quæ est onus & est priuatum.l.voluntariæ.C. de excu.tut. & Inst.eo.in prin.& l.propter litem.ff.eod.Et si tu subtilis dicas,q imò d.l.fi. C.de iudæ.bene allegatur per Bar.in prin. in verbo administrationes,vel dignitates,ponderādo dictionem administrationes: dico, q d.l.fi. loquitur de administratione publica nō priuata, vt patet ex ratione ibi reddita per tex.vt nunc dixi:& ne corrigatur.d l.spadonem.§.iam autem.& similiter.l.generaliter.§.fi. alleg. per Bart. loquitur in honoribus & dignitatibus publicis;
15 † nisi respondendo dicas,q tex.in d.§.iā autem.in ver. non Iudæorū,non infert necessariò,ergo Christianorum. potest enim intelligi text.de alijs sectis,maximè quia tempore Iurisconsultorum,qui vt plurimum fuerunt tempore Cæsaris,& ante Cæsarem,Christus nondum venerat in virginem,vt patet in l.2.§. Sulpitius.& §.fuit autem.ff.de ori.iur.& est gl.in l. Titia.§.fin.ff. de aur.& arg.leg.& glo.in l.pridie. ff. de fer. Secundò & fortius facio fundamentum, q prohibitus aspirare ad publicos honores,vel administrationes intelligitur,quando sunt vtiles, secus quando onerosæ, vt est tutela. Istud assumptum probo ex j. scriptis. ¶Primò per illud,quod mihi in specie dè Iudæis dicit
16 Bar in l.omnes.C.de dec.lib.10.& illud mihi multum stringit,
d dicit ibi tex.q † Iudæus d potest esse decurio ciuitatis. Dubitat ibi Bar.quomodo istud possit esse, cum decurionatus sit dignitas & honor,& rñdet q quatenus est honor,non pōt, sed qua-
17 tenus est onus,q possit. ¶†Secundò facit,q Iudæus potest es-
e se procurator, e eo quia est onus & officium vilissimum,vt dicit gl.in §.fi.Insti.de exce. & text. & Bart.in l. si quis procurato-
18 rem.C.de decu.lib.10. sm Bald.in d.§. iam autem. † Item infa-
f mis f potest esse tutor ratione prædicta. vt est de mente glo. in l.sed & milites.§.qui.n.ignominiosa.vbi Ia.de Are.ff.de exc.tut. ¶Tertio facit text.solennis in l.si quis solidum. ff. de hær. insti, quem Bal.Ang.& alij ibi reputant sing.& Bal.in l.eam quam,in pen.col.C.de fideicom.& per illum text. ibi determinant Bald.
19 Ang.& Imo.post Dy.† q exclusus ab officijs publicis intelligitur ab vtilibus non ab onerosis: & ideo statutum Ciuitatis Floren.disponens,q Gebellini non possint habere aliqua officia in
20 ciuitate,intelligitur de vtilib.non autem de onerosis. ¶†Quar tò facit, quod vult glo.no.in l.2.§.nemo.ff.de capi.dimi.q bannitus desinat esse ciuis:verum est quo ad eius vtilitatē,non au-
g tem quo ad onera. g ¶Quintò facit, quod not.Bar.in l.1.per il lū tex.C.de infami.lib.10. & ī rep.l.1.in pen.col.C.de dig.lib.10.
21 † quòd si ex forma statuti aliquis perdit nobilitatē (puta quia de falso condemnatus) intelligitur quo ad honores, & vtilitates,non autem quo ad onera;sequitur Ludo.Roma.in l.si quis in graui.§.de his.ff.ad silla.Ang.de Are.in trac.male. in versicu. Sempronium.in vlt.col.Sextò facit,quod egregiè tenet Pet.de
22 Anch.in cap. intelleximus.de iud.† vbi limitat Auth.hoc amplius.C.de fideicom. procedere quatenus hæreditas esset vtilis
23 hæredi negligenti, secus si onerosa. ¶†Septimò facit,quod tenet dom.Card.in cle.1.in 7. col. de reg. quòd priuatus loco & capitulo non intelligitur priuatus loco oneris, sicut in his quæ sunt disciplinę.arg.c. reprehensibilis. de appell.¶Vltimò facit, quod vult Bald.in consil. 220. in 3. parte, quod refert solennis doct.Senensis d.Io.Bap.de S.Seuerino in repe.l. omnes populi.in 6.car.ff.de iusti. & iu.† quòd si statutum disponat mercatorem vsurarium non haberi pro mercatore, non intelligitur
24 quo ad onera,quæ subire debent mercatores. Ratio omnium prædictorum est,ne inducta in odium retorqueantur ad commodum.contra.l.relegatorum.in fin.ff.de interd. & releg. Nec
25 obst. fundamentū Bar.hic, quia † Iudæus non iurabit ad sacra Dei Euangelia,sed per Deum,quem colit.l.nō erit.§.diuus.vbi Bald.Sal.& Moder.ff.de iureiu.Bald.in l.3.§.iurari.cod.titu.Spe. in tit.de iur.cal.§.restat.ver. sed pone Iudæus litigat cum Christiano.d.Anto. de But. in proœ. decretalium. Paul. de Cast. in
h consil.93.incip.visa quadam scriptura. & ipsemet Bart.in d.§. h iam autem.sibi contrarius tenet,quòd isto casu Iudęus iurabit per Deum.& ista opi.in puncto iuris est valde sustentabilis.sed quia Christianis moribus non congrueret, Iudæum esse tutorem Christiani:ideo sequere opi.Bart.hic, quam simpliciter tenet Io.de Ana.in rub.extra de Iudæ.in 3.col. & in fi.in 4.col.eo. tit.Ang.de Are.in §.præterea.2.in 46.col.Insti.de excep.do.Mar. Lau.sibi contrarius in l.1.in prin.in vlt.car.j. eodem. ¶Pro ista opi.tria stringunt. Primò,quia tutor principaliter datur personæ,vt eam bonis moribus instruat: & in cōsequentiam rebus. l.in copulandis.C.de nup.& est text.not.12.q.1.in c.fin.sed tex. in c. ad hęc. de iudæ. inhibet conuersationem cum Iudæis, ne ad eorum perfidiā animi simpliciū trahantur: & per hoc con-
26 sidera,† an Iudæus posset esse curator Christiani, qui principaliter datur rebus,quod non pono pro constanti. Secūdò facit, quia debitor,vel creditor non potest esse tutor pupilli, & hoc propter periculum rerum. Auth. minoris, & vnde sumitur.C. qui. da. tu. pos. Quanto magis Iudæus prohibetur esse tutor Christiani, cùm hic vertatur non solùm periculum personæ, imò animæ,& anima est cunctis rebus præferēda.l. sancimus. C.de

ADDITIONES.

a ¶Auctoritates, Adde,q Iudęi subijciuntur cano. loquenti de vsuris.Iac.in l.1. col.3.C.de eden. † Et dic, q non ligantur canonibus, exceptis trib. casibus, Fel.in c.2.nu. 37.de consti.

b ¶Esse tutor. Adde Doc.in l.spadonem.ff.de exc.tut.Io.And.in addi. Spe.tit.de iud.in §.sæpe circa fin.

c ¶Testis.Adde Bar.in l.q accusare C.de eden.tex.gl.Bal. & Do.in l.qm. de hęr. ¶Et q non possit esse testis cōtra Christianum tex.est in c.Iudæi. de test.Aym. consi.73.nu.2.nisi concurrant aliæ præsumptiones.ibi nn.13.Fel.c. cum sit.in prin.de Iudęis,vbi vide quid si tutor eligatur,vel officialis & quo ad principalem artic.an possit esse testis vide Nat.qui pulchrè hoc tractat. consi.394.nu. 10.11.& alijs seq. MASVER.

d ¶Iudæus. Adde c.nulla.3.dist.& in c.constit.38.quęst.4.

e ¶Potest esse procurator. Adde tex.iuncta gl.in c.venio.de pœn. distin. 1. in l. fin.& ibi Bar.C.de postu.

f ¶Item infamis. Adde l.1.§.bestias.ff.de postu.

g ¶Onera. Adde q hoc Bar.in q.Lucanę ciuitatis.col.6.ver.restat videre. PVR.

h ¶In d.§. Adde q Bar. in d.§. hoc non dicit, quem vide. † Et dic q Iudæi alligantur iuramento secundum eorum legem interposito,secundū magis communem per Dec.in l.pactū.9.limi.C.de collat. Fely.in c.fi.de iud. MASVER.

C. de sacrosan. eccles. Tertio facit, quia in dubijs opinionibus in iudicando est amplectenda illa pars, per quam euaditur periculum animæ. l. sunt personę. ff. de reli. & sump. fu. Sed ad ista posses respondere tenendo aliam partem, quòd propter pericula prædicta pupillus non aletur penes Iudæũ, sed penes matrem, vel auiam Christianam, vel alium agnatũ Christianum. Nec per hoc prohibetur esse tutor, sicut alias fit, vbi est periculum de vita pupilli, si alatur penes tutorem. l. 1. & fi. ff. vbi pup.
27 edu. debe. & l. fi. C. eod. † Adde vltimò, & not. vnum singulare dictum Bald. in d. §. iam autem. vbi dicit ꝙ si per Principem esset concessa immunitas incolis alicuius loci, talis immunitas comprehendit etiam Iudæos ibidem habitantes, & dicit ꝙ habuit de facto, & sequitur do. Mar. Laud. hic, ad quod vide Bart.
28 in l. 1. ff. ad l. Iul. maiest. ¶† Vlti. quare iste liber appelletur ffiorũ, seu pandectarum declarat tex. in l. 1. §. 1. C. de vet. iu. enuc. & gl. supra in proœ. ff. in verbo, pandectarum.

SVMMARIVM.

1 *Natura copulæ requirit concursum vtriusque copulati.*
2 *An & quando copula requirat concursum vtriusque copulati.*
3 *An autem per copulam inducatur repetitio præcedentis qualitatis, vel conditionis.*
4 *Maritus si reliquit vxori in testamento omni anno ex tali fundo decem corbes frumenti, quid iuris.*
5 *De natura huius copulæ, &, est copulare æquè principaliter.*
6 *A sententia super possessorio de iure ciuili non appellatur, tamen potest obijci de nullitate.*
7 *An possit dici, dico sententiam nullam, & si qua est appello.*
8 *Iudices & aduocati vtentes legibus, prout debent, meliorem vitã agunt quàm fratres prædicatores.*
9 *Verbum necessitatiuum ratione subiectæ materiæ resoluitur in voluntarium.*
10 *Verbo debet, quod est necessitatiuum, si addatur dictio præcisa omnino, importat honestatem ratione subiectæ materiæ.*
11 *Potestas ciuitatis an possit facere vnum proclama, quòd qui ceperit bapnitum habeat centum.*
12 *Si testis dicat, nisi fallor, non per hoc aliquid derogatur dictis per eum.*
13 *Testis deponens per verbum, videtur, non derogat dictis per eum.*
14 *Quando testis dubitat, non valet eius dictum.*
15 *Testis deponens per verbum credo, regulariter non probat. & nu. 16.*
17 *Si testis dicat, videre meo, iudicio meo, aut secundum conscientiam meam, non probat, & num. 18. & 19.*
20 *Verba dubia facilius infringunt dictum testis, quàm sententiam.*
21 *Sententia lata per verbum credo, est valida.*
22 *Sententia lata per verbum forte, vel simile non valet.*
23 *Si testis productus in causa mutui dicat, ego vidi numerari centum Titio, nisi fallor, probat.*
24 *Testis, qui dicit quòd sic sibi videbatur, probat.*
25 *Testis deponens per verbum credo, si assignat rationem concludentem per sensum corporis probat.*
26 *Testis deponens per verbum, iudicio suo, & annectit rationem per sensum corporeum, probat.*
27 *An probet testis, qui deponit per verbum, forsitam.*
28 *An probet testis, qui dixit, ita dico prima fronte, & quid in iudice.*

LEX PRIMA.

Iuri operam daturũ.

Istud principium vsque ad §. huius studij. secundũ Bartol. & alios diuidit in 6. partes, vt hic p eos. In primis põdera tex. ibi, ius est ars boni, & æqui. † cum natura copulæ
1 requirat concursum vtriusque copulati. l. si hæredi plures. ff. de cond. insti. & l. si quis ita stipulatus fuerit. x. aureos. ff. de verb. obl. videretur, ꝙ ius semper copulatiuè disponeret super bono & æquo simul, & semel, & tamen est falsum: quia quoddã est ius, quod est bonum, sed non æquum, & ecõtra quoddam æquum, quod non est bonum, vt in gl. Bar. respondet, ꝙ quando vna qualitas copulatur duobus substantiuis, tunc non requiritur concursus, vt hic. Caue, quia Bart. infra in doctr. mag. videtur esse contrarius, dum dicit, quod quando copula ponitur inter duo substantiua aliter non verificata, quod imo requiritur concursus, sed salua Barto. ꝯ. loquitur quando copula ponitur inter duo, quæ sunt merè subst antiua, vt quando lego fundum Titio, & Seio. Titius, & Seius sunt merè subst antiua: hic autem loquitur Barto. quando copula ponitur inter adiectiua, sed subst antiuata neutro genere, vt hic in text boni, & æqui. ¶ Subdit Bart. quòd quando copula ponitur inter duo adiectiua, tunc bene requiritur concursus. ita intelligit. d. l. si hę redi plures. Caue, quia illa lex videtur ineptè allegari per Bart. cùm ibi copula non sit inter adiectiua, sed inter orationes, & ideo videtur, quòd melius ad hoc allegasset tex. in l. ea tamen adiectio. ff. de legat. 3. de qua statim posteà opponit. Et si nescias inducere, inducas prout declarat Bart. in l. si is qui ducenta. §. vtrum, in 4. opp. ff. de reb. dub. nam ibi copula &, ponitur inter illa adiectiua empta, & parata. veritas est, quod Bart. ꝯ. in doctri. magna ponit pro eodem, quòd copula ponatur inter orationes, vel inter adiectiua, & hoc modo bene allegat Bar. illam legem, sed obstat, quia ibi loquitur qñ adiectiua non ha-
2 bent certum subst antiuum, vt per te videre poteris. ¶† Hinc sumpta occasione Barto. ponit plenam doctri. an, & quando copula requirat cõcursum vtriusque copulati, & facit tria mẽbra principalia. Quandoque ponitur inter incõpatibilia. Aliquãdo inter duo idem importantia. & istis duobus casibus nõ
a potest seruare naturam copulæ. Aliquando ponitur [a] inter diuersa, & ista est propriè natura copulæ, vt cadat inter diuersa. glo est in rubr. ff. de iur. & fact. ign. & clarior glo. in c. querelam. de simo. & isto casu Bart. facit tria membra. aut ponitur inter subst antiua: aut inter adiectiua: aut inter orationes. Et considera dum Bar. capit pro eodem, quod copula ponatur inter adiectiua non habentia certum subst antiuum in specie, vel quod ponatur inter orationes. Ratio (puto) quod fuerit de mente Barto. quia tunc illa adiectiua cum subst antiuentur, nec habẽt dependentiam ab vno certo, certè vtrunque stat separatim, & de per se, vt in hoc tex. vbi est perinde ac si diceret, ius est ars boni. Item est ars æqui, & sic est perinde ac si copula poneretur inter orationes. Credo, quod ista fuit intentio, & mens Barto. eandem doctr. ponit magis distinctè Bar. in l. si is, qui ducenta. §. vtrum. ff. de reb. dub. Aliam doctrinam tradit latè Bald. hic, & in l. Gallus. §. etiam si parente. ff. de lib. & posthum. recitat simpliciter Angel. de Aret. in §. si plures. Insti. de hær. insti. Istam materiam tradunt Canoni. in c. ex parte 1. extra de rescrip. & in c. 2. de prob. & in c. in plerisque, vbi bona gl. de elec. Aliquid Bald. in l. fin. per illum text. C. de senten. ¶ Verum, quia doctrinæ doctorum sunt multum intricatæ, ego per regulam, & fallentias clarius trado hanc materiam. Regula ergo est generaliter vera, quòd copula requirit concursum vtriusque copulati, aliàs nõ esset differentia inter copulam, & alternatiuam. d. l. si hæredi plures, & d. l. si quis ita stipulatus fuerit decem. ¶ Amplia istam reg. vt habeat locum etiam in materia pœnali. Vnde quando à statuto duplex pœna copulatiuè imponitur, requiritur concursus vtriusque, secundum Bart. in l. quid ergo. §. pęna grauior. ff. de infam. ¶ Secundò adde glo. in c. 1. in verbo, contra iustitiam. de re iudi. lib. 6. quòd pœna suspensionis à beneficio per annum ibi imposita iudicanti contra iustitiam, & contra conscientiam, requirit vtrunque copulatum. Super quo per te cõsidera propter doct. Bart. hic. ¶ Tertiò adde, quod no. decidunt Iac. Butr. & Mod. in l. mancipia. per glo. in ver. auocandum. C. de fem fug. quod statutum disponens, quòd turbans, & expellens aliquem à possessione, soluat centum, & ablata restituat, non procedit si aliquis solum turbat, vt soluat centum, quãdo etiam non expellit: licet Bald. ibi contrarium teneat, & habes per Ludo. Rom. in sing. 495. & ad hoc adde gl. in d. clem. in plerisque. & ibi Petr. de Anch ¶ Quarto adde, quod decidit Bald. in c. fin in fi. de duob. fra. à cap. anneti. quòd si statutum dicat, si quis caruerit filio, & filia, frater succedat, requiritur concursus vtriusque, & bene facit doctrina Bar. hic, quia quando copula ponitur inter duo subst antiua, requiritur concursus. ¶ Quinto adde, quod decidit Lud. Rom. in consil. 166. incip. visa diligenter propositi thematis consulatione, in 3. colum. ꝙ si aliquis in instrumento concedit oẽs petias terræ positas in comitatu, & villa, & vocabulo montis Alberici, quod omnium trium concursus copulatiuè requiritur ad hoc, vt aliqua petia terræ veniat. ¶ Sexto adde, quod decidit do. Ale. in consil. 48. inci. super hæsitatione de statuto disponente. in 1. volum. quòd si pater, & filius habitauerint simul, & in communione, requiritur concursus vtriusque copulæ. ¶ Septimò adde, ꝙ decidit idem. d. Alex. in consil. 10. in 3. vol. inci. circa primum dubiũ. in 5. col. quod pęna imposita filio habitanti seorsum, & prouocanti ad diuisionem, non cõmittitur, nisi vtrunque concurrat. ¶ Istam reg. sic

ADDITIO.

a ¶ Aliquãdo ponitur. Adde l. si duo. C. per quas perso. nob. acq. Do. in rubr. ff. de iu. & fac. igno. Et dic ꝙ copula posita inter orationes vbi plura copulantur per se & non respectiuè ad aliud ponitur continuatiuè, non autem copulatiuè. Bar. hic, & in l. si is qui ducenta. §. vtrum. colum. 4. ff. de reb. dub. Nat. consil. 458. colum. 5. nume. 10. vbi ex doct. Barto. in l. vt vim, colum. 3. hoc tit. dicit quòd ex dispositionibus legalibus copula ponitur pro puncto orationis separatæ, pro quo vide, quæ scribit Alex. consil. 101. col. 3. in prin. lib. 3. ꝙ autem de natura copulæ sit attribuere cuique actum pro dimidia, no. Rolan. consil. 64. nume. 2. nume. 14. vbi declarat. lib. 1. Qua in materia, an & quando copula requirat concursum: vide Roma. consi. 10. 166. col. 3. Fely. in c. ex parte. 1. col. 9. ver. copula. de rescrip. plura no. Pra. Pap. for. lib. act. real. ver. non astringens. nume. 9. & seq. vbi dixi.

MASVER.

reg.fic ampliatam limita ex tota doctr.Bart. tribus modis. Primo,qñ ponitur inter incompatibilia, seu inter ℈ria.Nam cùm non possint copulari,copula mutat officium suum,& resoluitur in disiunctiuam.l. si Titio fundus. vbi Bart. inducit notab. decisiones, quas per te videas.ff.de vsuf.le.Bar.in suis lec.reprobat gl.ibi,& in auth.hoc locum.C. si mu.secun.nu.Bart.& Mo. in l.recusare.§. Titius ff.ad Tre.Ad idem est text. notabilis.in l. fin.in prin.C.de cod.Nob.Bald.in c.cum venissent. in 3.no.inuctis præcedentibus.de eo, qui mit.in pos. ¶Sed in quantũ Bart. alleg.l.si Titio fundus. considera, quia illa lex melius cadebat sub alio membro Bart. qñ copula ponitur sub vno, ꝙ inest alteri,quia in legato fundi inest vsufructus: nec videntur ista incompatibilia, fundus, & vsusfru. Item attende circa illam l. si Titio fundus. vbi dicitur,quod si testator legat alicui fundum, & vsumfructum, cũ appellatione fundi veniat proprietas, & vsusfr.dicit text.quòd copula &, resoluitur in disiunctiuam vel & potest legatarius, vel eligere fundum (in quo casu vtrunque habebit) item potest eligere solum vsumfructum si vult. Potest dubitari, quis erit ita fatuus, ꝙ eligat solum vsumfru.cum possit habere vtrũque eligendo fundum? Dic,ꝙ vtilitas potest esse magna, eligere vsumfructum solum, qñ aliquis donasset aliqui præsentia,& futura. si eliget fundum applicabitur donatario.si eliget vsumfructum non applicabitur alicui, quia non potest donari,nec cedi,nec ad hæredes transmitti. Item si omnia bona alicuius essent publicata in fiscum,non veniret vsusfructus formalis.Istas subtilitates ad illam l.ponit Bald.in auth. hoc locum.in vlt.q.C.si mu.secun. nup.Item adde inquantum prædixi,ꝙ in l. si Titio fundus. ibi copula videbatur poni inter duo, quorum vnum inest alteri: dic esse verum intelligẽdo de vsufructu causali, qui continetur sub fundo, sed intelligendo de vsufructu formali, ille bene est incompatibilis cum proprietate,quia impossibile est, ꝙ in re propria quis habeat vsumfructum formalem, quia res propria non potest alicui debere seruitutem, vel vsumfructum. l. vti frui.in prin.ff. si vsufru.pet.& hoc modo intellexit Bart. & ita loquitur ille text. ¶Secundò limita qñ copula ponitur inter duo idem sonantia, tunc quia est contra naturam copulæ, quæ debet cadere inter diuersa, vt prædixi, remota copula,vnum resoluitur, vt sit adiectiuum alterius,vt hic per Bart.& in l.1.in prin.per illum text.ff.de pac.& in extrauag. ad repri. in verbo videbitur. in vlt.col.glo. & Bart. in rub.C.de agri.& censi. lib.11. & puto, quod ratio huius mẽbri sit: quia de natura copulæ, & est cadere inter diuersa, vt est glos.in rub.ff.de iur. & fact. ignor. in c. querelam. de simo. Qñ ergo copula ponitur inter duo idem importantia, necessario reijcitur. Et quantum ad istas duas fallen. non est propriè materia nostra:quia non stat propriè in vim copulæ, sed reijcitur aut conuertitur in disiunctiuam. ¶Tertiò limita qñ ponitur inter orationes,non respectu certi dispositi in indiuiduo,vt hic per Bart.& in l.in fin.per illum tex.ff.de his,qui not.infam. & in l.vt vim.in 3.col.ℨ. eo.& in d.§. vtrum. & in d.l.si hæredi plures. vbi subtiliter Comensis. Et ideo puto (nõ inuenio tamen scriptum) ꝙ si plures orationes copulatæ respicerent, etiam in indiuiduo requireretur concursus, si lex diceret: Titius sit infamis,si duas vxores habuerit,& furtum fecerit. crederem,ꝙ oĩa requirerentur ad hoc, vt esset infamis. Et pro isto membro qñ copula ponitur inter plures orationes respicientes aliquid certum,Adde text.no.in l.si quis ita stipulatus fuit decem aureos. ff.de ver.ob.& ad istam conclu.Bar.in hoc membro potes colligere rationem ex l.falsa.§.fi.ff.de cond. & de.l.2.in fi.ff.de ℨdi.
a instit.¶Quartò no. limita a vltra Barto.& alios,quando copula ponitur inter duo adiectiua, quæ habent suum substantiuum, sed non in indiuiduo: prout est quando dicitur,Titius est albus & magnus,sed habent substantiuum indefinitum: tunc non requiritur concursus vtriusque copulati: puta si testator dicat. lego vestes emptas,& paratas gratia vxoris.l qui concubinam. in prin.& ibi no. Bar.ff.de leg.2.& idem Bart. in d.§.vtrum.in 3. opp. licèt illum tex.non alleget. Facit l.ea tamen adiectio.ff.de leg.3.& hic in verbo boni, & æqui.Ista est valde necessaria limitatio inter omnes, per quam comprobo inuitabiliter illud,ꝙ tenet Lu.Rom.in consil. 104. incip.pater reuerende. vbi consuluit.ꝙ statutum ciuitatis Florentiæ disponens, ꝙ contra debitores cessantes,& fugitiuos procedatur ad capturam personæ, vendicat sibi locum in debitore, qui cessauit soluere,quamuis non sit fugitiuus, & sic consuluit, quòd in dicto statuto copula non requirat concursum,ꝙ sint cessantes, & fugitiui.Mouetur malo fundamento.s.per l.1. cum si.ff.de infa. quæ loquitur cñ copula cadit inter orationes, vt hic per Bar.sed pro eo multum stringit limitatio prædicta, cum illa duo adiectiua nõ habeant substantiuum in indiuiduo, sed indefinitum, s. ℈tra debitores. Caue tamen, ꝙ ex quo illud statutum est ℨ ius commune,sin quod nemo potest capi pro debito priuato.l.3.§.tutores.cum gl.ff.de suspe.tu. & l.nemo carcerem. C.de exac.tribu.lib.10. certè illud statutum videtur debere strictè intelligi, quando debitor habet vtranque qualitatem, ꝙ s. cessat soluere, & ꝙ est fugitiuus, & ita credo, ꝙ fuerit intentio statuentiũ. Et ℈tra Lud. in terminis eiusdem statuti Florentini tenet Ang. in consil.61.incip.vtis statutis,& ordinamentis communis Florentiæ.in 1.col. ad fin. Et non credo, quòd si statuentes fuissent interrogati, nunquid alterum sufficiat, ꝙ respondissent affirmatiuè,iuxta glos.reputatam sing. in l.tale pactum. §.fin. ff.de pac. quia si mens statuentium ita fuisset,certè statutum fuisset sub disiunctiua conceptum,vel contra debitores cessantes,vel fugitiuos. ¶Quinto limita, qñ copula ponitur inter substantiua,inter quæ cadit ordo charitatis: vt si pater acquirit emphyteusim,vel feudum pro se, filijs,& nepotibus,& pronepotibus. nam omnes non admittuntur simul copulatiuè, sed sm ordinem charitatis. Primò pater, eo mortuo filj, mortuis filijs, nepotes,& sic successiuè.glo.est ord. in l.Gallus.in prin.vbi Doct. ff.de lib.& posth. vbi videas. ¶Sextò limita, quando resultaret absurdum, vt qñ pater substituit filios, & hæredes. vel acquirit pro filijs,& hæredibus,vt latè per Bart.& Mod. in d.l. Gallus.§. etiam si parente.latè Imo.& do.Ale.in l.quod dicitur.ff.de ver. obl.¶Septimo limita per doctr. Bal.in l.si mater tua. C.de cõtrahen.emp. vbi tenet, ꝙ proponens copulatiuè duas causas, non tenetur vtranque probare, nisi requiratur respectu vnius effectus.& idem Bald.in l.1.in 2.col. C.de cond.infer.vnde decidit Bald.in l.edita.circa fin. C. de eden.si accuso Titium, & Seium, ꝙ intulerunt Petro duo vulnera, ex quibus mortuus est, & non probo de Seio,sed de Titio, quod tamen Titius condẽnabitur. Facit, ꝙ volunt Barto. & Mod.in l.diuus. ff. de re iudi. Abb.in c.licet causam. de prob. ꝙ qui opponit contra testem, quòd est falsarius,& corruptus pecunia,non tenetur vtrunque probare. ponit Bal.in c.ex parte 1. de reser. & ibi latè alij Canonistæ. ¶Octauò limita ex eo,ꝙ not.decidit Bald. hic in penult.
b col. ꝙ si fit factum legatum doctoribus, & medicis b Paduæ, non requiritur concursus, quòd idem si doctor, & medicus simul, sed comprehendit omnes tam medicos solũ, quàm doctores solum: quia cùm ingeratur generali subiecto, nõ copulat plures qualitates, sed plura subiecta, quorum vnum non dependet ab altero. alleg duos text. qui parum faciunt, l. Titiæ textores.§.nihil.ff.de leg.1.& tex.in l. si mulieri cum liberis.ff.de vsufruct.acced.melius facit.l.præcedens, si quis Titio, & hæredibus.Sequuntur no.do.Anto & Imo.in d.cle.in plerisque.Do. Alex.in consil.20.in 3. vol. ponderatis his,quæ in themate narrãtur.in 3.col.ad fi.& seq & in consil.456.inci.super eo, de quo quæritur, videlicet,an statutum in 3.col.& consi.110.colum.3. & 4. eod.lib.Circa istam materiam copulę, vide regulam,quã ponit Barto. in l.vt vim. in 4.colum.ℨ.eodem.dum text. ibi dicit,vt vim,atque iniuriam propulsemus:nunquid requirat cõcursum ibi copula,& determinat,quòd non, ista ratione: quia sm eum, quando copula ponitur in dispositionibus legalibus, copula tunc non seruat officiũ copulæ, sed ponitur pro puncto orationis.alleg.l.1.ff. de insa. Et ista erit noua regula, quam Barto.hic omittit. Sed credo,quòd non bene dicat.quia l.prima. ff. de infam. loquitur qñ copula ponitur inter orationes,
3 prout melius declarat hic. † An autem per copulam inducatur repetitio præcedentis qualitatis,vel conditionis? Exemplũ, dicit testator: lego Titio fundum sub conditione, si nauis ex Asia venerit,& domum:nunquid in illa copula & domum,intelligatur repetita conditio,si nauis ex Asia venerit?Habes tex. no.in l.Seiæ.§.Caio.& ibi pulchrè Bart.ff.de fun.instr. & not. in simili Bart.in l.doli. in princ.ff. de ser.corrup. & quod not.in l.si
4 ita stipulatus. in §. Chrysogonus. ff. de verb.obl.¶† Item quid iuris sit,si maritus relinquit vxori in testamento omni anno ex tali fundo decem corbes frumenti, & decem libras? Debes scire, quòd in legato annuo solutio debet fieri in princ. anni.l. qui
c hoc anno.vbi glos. & doct.ff.de verb. obl.§.qui hoc anno. c Instit. de inutil. stipulatio. Fallit qñ legatur frumentum annuum ex tali fundo: quia non debet solui in prin.anni, sed tempore messium.tex.est not.in l.firmio.§.pater. ff. quando dies leg.ced. Quid erit hoc casu, nunquid sicut frumentum debet solui tẽpore messium, ita & decem libræ,propter copulam &? Certè decem libræ propter copulam, & erunt soluendæ tempore messium,ita not.ponit Bart.nec alibi legi.in l.si legatarius.§.fin. ff.de leg.3. vbi decidit. & sequitur Ludo.Roma. in d.l. qui hoc
5 anno. ¶†Vltimò circa istam copulam &,not.quòd eius natura est

ADDITIONES.

a ¶Limita.Vide Alex.libr.3.consil.20.col. 3.versic.3.
b ¶Doctoribus.& medicis.Adde Bar.in l.si is qui ducenta. in §.vtrum.ff.de reb. dub.Iac.But.in sua disp.de artificibus artis lanæ.
c ¶§.qui hoc anno.Adde Oldr.in l.singulos.ff.de ann.leg.

ra est copulare æquè principaliter. l. 1.& 2. vbi Bart. ff.de pecu. leg.Not.Bar.post Dyn.in l.si cui.ff.de fun.instr.& in l.Titiæ textores.§.1. ff.de leg. 1. & §. si quis ancillas. Insti. de leg.¶ Et per hæc semper putaui, quòd non sit vera quædam solennis deci-
6 sio Saly. Nam debes scire † quòd à sententia lata super possessorio de inre ciulli non appellatur.l.vnica.C.si de momen.pos. fue.appel.latè Bart.in l.2.ff.de appel.recip.tamen licèt appellari non possit, potest argui de nullitate. Ita expressè determinat Bal.in d.l.vnica in pen.col. & in l.1. in 3.col. C.ne lic.in vna eademq; causa tertio prouo. Facit ratio: quia regulariter de nullitate cuiuslibet sentētiæ potest dici.l.1. §.1. ff.de fer.l.si expres-
7 sim, vbi latè Bart.& oēs.ff.de appel.cle. 1.de re iud.cum si.† Istæ duæ regulæ sunt claræ. Pone nunc, q̄ sit lata sententia in possessorio contra aliquem. Ille ꝯra quem lata est, prout de consuetudine fit,dicit: ego dico sn̄iam nullam,& si qua est, appello,nunquid valeat? Salyē. mirabiliter tenet, q̄ non in d.l.vnica. C.si de momen.pos.fue.app.Nam dicit, quòd in omnibus casibus,in quib.non potest appellari,sed dici de nullitate de per se,si quis simul iungens,dicat: dico sententiam nullam,& si qua est, appello,nihil valet.Ratio est ſm eū:quia videtur principaliter appellare,& casu quo non possit appellare, videtur postea dicere de nullitate, & sic nullitas intelligitur intentata accessoriè,
a & non principaliter, a prout est glo.multum singularis, quam signa in l. 1. C. quando prouoc.non est necess. Si ita est, ergo si non valet principale,scilicet appellatio, non valet etiam nullitas,quæ venit accessoriè:quia vitiato principali, vitiatur etiam accessorium,& dato, quòd ex ordine verborum prius dicat de nullitate, tamen ex ordine intellectus, & legis dicit accessoriè. Ita resident Salyc.ibi.idem tenet Saly.in d.l.1.per glo.ibi.C.quando prouoc.non est necess. Semper putaui, & puto oppositum, quia quādo dico sententiam nullam,& si qua est,appello,nullitas non est intentata accessoriè, sed æquè principaliter per regulam,quam proximè dixi:quia copula &,posita inter orationes, vel inter alia copulata semper copulat principaliter, non accessoriè.Et in terminis nostris,quòd nullitas intelligatur principaliter intentata, expressè tenet Bart.in d.l. si expressim. in 3. col.& ibi Io.de Imo.in 4.& 5.col. & expressè lac.But.reprobata illa glo.in d. l. 1. C. quando prouoc.non est necess.Ita teneo, quamuis Ang.in d.l.si expressim.dicat,quòd habuit aliàs istum casum in ciuitate Florentiæ, q̄ per multos Doct. fuit conclusum,q̄ nullitas esset principaliter intentata, & quòd ita fuit iudicatum Florentiæ, sed q̄ non audet recedere à glo.in d.l.1. Et ita in terminis nostris inuenio,quòd decisionem Saly.reprehendit.d.Alex.in consi.2.in 3.volu. quod incip.Consideratis.in 4.& 5.col.ad fin. ¶In text.ibi,cuius meritò quis nos sacerdotes appellat. Adde, quod dicit Hostien.in procem.summæ suæ, in 4.
8 col.quòd † recti iudices, & aduocati vtentes legibus, prout debent, meliorem vitam agunt, quàm fratres prædicatores, vel alij religiosi. Refert,& sequitur Albe.hic circa fin.& in l.per diuersas.C.manda.¶† Item pondera istum tex.in ver.oportet.iuncta glo.quæ exponit:id est decet,quòd verbum necessitatiuum ratione subiectæ materiæ resoluitur,vt sit voluntatis.Adde glo. in l.1.in glo.fin.& solu.matrim.& in l.1.ff.de offic.præfe.prætor.
10 ¶† Item adde plus,quod verbum debet, b quòd est necessita-
b tiuum,si ei additur dictio præcisa,omnino:vt quia dicat̄,omnino debet:tamen ratione subiectæ materiæ solùm honestatem, & non necessitatem importat. text. est solennis in c. 1. in ver. omnino debet. cum glo. fin. & ibi not. dom. Abb. de despons. impu.& vide glo.in cle.attendentes. in verbo debeant.de statu mona. Similiter verbum debet, exponitur pro potest. glo.in l. obseruare.§.fi.in ver.debet.ff.de offi.procon. & leg. ¶In tex.ibi, præmiorum quoque exhortatione.Istum text.inducunt Guli.
21 de Cun.Bart.Bald.Ang.Fulg.& alij ad quæstionem.† An Potestas ciuitatis possit facere proclama, quòd quicunque ceperit talem exbānitum,habeat centum à communi.Et distinguunt, vt hic per eos.Adde Bar.in l.cum nauiculariorum. ad fi. per illum text.C.de naui libr.10.& in l.1.C.de sala.nemi.præstan.lib. 10.& in l.non oēs.§.fin.quam legit sub l.præcedenti. ff.de re mili.& in l.liberum.in fi.C.de plag.Bald.in l.pe. C.commi.vel epist. Ang.in l.1.in prin.ff.quod quisque iur.in l.interesse.ff. de acquir. poss.Pondera, qđ Bart.in l. 1. in prin. ff. quod quisque iur.videtur sibi ꝰrius in secundo exemplo,q̄ ibi ponit. & ibidem dom. Alex.in 3.col.ponderat istā contrarietatem.In ꝰrium etiam facit,q̄ decidit Bal.in l.3. C.de adult.vbi tenet,quòd iudex inquirens si mittat pro testibus, potest eis de publico deputare expensas, per text. in d.l.nauiculariorum, & per hic not.per Gul. Salua ex limitationib. ꝯ. tradendis.¶ Limita ergo primo decisionem doctorum, vt procedat, qñ occasione talis proclamationis venit aliquid expendendum de publico: aliàs secus. Ita loquitur primum exemplum Bart. in d.l.1.in princ.¶ Secundò limita,quando talis expensa fit de publico, sed ex mulctis,quæ à Potestate imponuntur,ſm Barto.in l.mulctarum. per illum text.C.de modo mul.& in l.diuus. ad fin.ff.de bon.dam.¶ Tertio limita, qñ esset expensa necessaria, sine qua res erat peritura.d.l.cum nauiculariorū. quam sic intelligit Bal.hic. ¶ Quartò limita, nisi statuat salarium super eo, quod debet sumptu publico expediri.l.mulier. ff. de cap. & d.l. cum nauiculariorum. ſm Ang.in l.1.in princip.ff.quod quisque iur.Qui dicit, q̄ istud vidit de facto Perusij infinitis vicibus,in deputatis ad prouidendum contra rebelles. ¶ Quintò limita ſm do. Alexan. in consi. 509.in 1.vol.incip.super primo quęsito.in 2.col. vt procedat in rectoribus temporalibus positis ad regimen ciuitatis: secus in magistratibus perpetuis, qui regūt proprio nomine,vt in Marchionibus,Comitibus, & similibus: iuxta doct.Bar.in l.oēs populi.in 4.q. 1.q.princ. ff.de iust.& iur.¶ Item ad id, quod subdit Bart.per d.l.mulier. Adde Bald. in c. domino guerram. circa.1. col.in tit.hic finitur lex deinde consue.reg. inci.do.Bartho.Ve-
12 ro in cautela.25. ¶† Quartò pondera tex.ibi, nisi fallor. ſm Bal. in vlt.col.q̄ licèt testis dicat: nisi fallor, non per hoc aliquid derogatur dictis per eum. Idem tenent Ang. & Pau. de Cast. hic.
13 † qui dicunt idem esse, qñ testis deponit per verbum videtur. Allegatur Bart.post glo. in l.1. in princip. ff.de ven.insp. Adde, quod idem simpliciter tenet Pau.de Castr.in consil.278.incip. viso processu. in pen.col. Sed Raph.Fulg.hic tenet cōtrarium, quia licèt in iurisperito tradente doctrinam sit tollerabilis modus loquendi cum modestia, nisi fallor: quia sub dubio forte loquuntur sæpe periti. glosſ.in l.si duo. ff.de arb. tamen in teste non toleratur, cum dubia probatio non releuet probantem.l. non hoc.C.vnde legi. c.in præsentia. cū sim.extra de prob.sicut nec toleraretur si deponeret per verbū forte.¶ Confirmo vltra
14 alios ex j̄. scriptis. † Primò:quia quando testis dubitat non,valet eius dictum: quia dubitans, & ignorans æquiparantur.l.fin. cum si.C. de condi. inde. ſm Spe. in titu.de teste. §. 1. ver. Item
15 quod si testis titubauit.¶† Secundò, quia testis deponens per
c verbum credo: c quia est verbum dubitatiuum, regulariter non probat, ſm glo. & doct.in l.testium. C.de testi glo.in l.2.§. pe.in verbo audierint,& ibi Bart.ff.de aqua plu.ar. & glo.in §.si vero absunt.in ver.& vidisse. in Auth.de hær.& Fal.& in l.diem proferre.§. si plures. ff.de arb. Glos. & doct. in c.quoties. de test.
16 † Imò fortius si testis dicat se pro certo credere, adhuc nō probat.text.est in c.tertio loco. in vers. testes dixerunt se pro certo credere.extra de præsump.Per quem text.ita dicit Bal. in l.siue
17 possidetis.in 2.col. C. de prob. ¶† Eodem modo, si testis dicat, videre meo, nihil probat, ſm Bald. in repe.l.de quib.in 25.col.
18 de legi. † Vel si dicat iudicio meo, ſm Ang. & Moder.in repe. l.sciendum.in 2.char. ff.de verb.obl. Do.Alex.in consil.73. inci.
19 viso testamēto Io.in 1.vol. † Eodem modo si deponat, ita esse secundum conscientiam suam.Bal. in c. nisi cum pridem.in 4. colum. de renun.vbi subijcit idem esse in iudice, qui iudicauit
20 ſm conscientiam suam. ¶† Quartò moueor nouo fundamēto, quia verba dubia facilius infringunt dictum testis, quàm sententiam. Probo: quia si testis deponat per verbum, credo,
21 nihil valet eius dictū, vt superius retuli: & tamen † sententia lata per verbum,credo, valet, & tenet, sicut si esset lata per verbum præcisum.glo.est not.in d.l.diem proferre. §.si plures.Facit.l.si quis filio exhæredato.§. irritum.in verbo credo, vbi Bal. & Imo.not. ff.de iniust. rup. & tamen sententia lata per verbū,
22 forte,vel simile,non valet,cùm debeat ferri deliberatè, & cum magna causæ cognitione.l.2.& 3.C.de sen.ex breui.recit secundum Raph.Cu in l.in substitutione. ff.de vulga. & pup.Quamuis aliter teneat dom.Alex.in l.cum quo.in 2.col. ff.ad l.Falc.& in d.l.in substitutione. ¶ Puto prædicta sic debere concordari ex mente dom.Mar.Laud.hic.Aut testis, qui vtitur verbo, nisi fallor,vel simili,non assignat rationem concludentem per sensum corporis,& credo,q̄ nihil probat.Puta si dicat: Titius mutuauit Seio centum,nisi fallor. Sed si assignaret rationem concludentem per sensum corporis: tunc dictum eius non vitia
23 retur, quamuis dicat, nisi fallor. † Exemplum. Testis productus in causa mutui dicit: ego vidi numerare centum ducatos Titio, nisi fallor. Probo ex not. regula Bal. in l.conuenticulā.in antepen.col. C.de episc. & cle. q̄ vbi testis in dicto minus probat, sed in ratione efficacius, semper in teste attenditur ratio, quia ratio in teste est,quæ dat esse rei,i.testimonio,vt not.Bal.in l.solam.

ADDITIONES.

a ¶Principaliter. Adde, quòd illa glo. loquitur alternatiuè.Fel.in cap.3.loco. colum.2.de proba. PVRPV.

b ¶Verbum debet.Adde Bart.in l.creditores. C.de pig.Abb.in cap.cum locum. de spon.Abb.in c.fi.de his, quæ fiu. à præl.fine consen.ca.10.Cal.in cap.intelleximus.de iudi.

c ¶Credo.Adde cap.relatum.& ibi Doc.5.q.2. & cap.testes.3.q.9.Spe.in tit.de teste.in §. apponitur.vers.Item deposuit. Anto.de Butr.in cap.cum ad sedem. de restitu.spol.

l.solam.C.de testi. ¶ Secundò similem doctrinam in verbo, videtur,tradit not.Bar.post tex.& gl. ibi.in l quid tamen.§.si arbiter.ff.de arb. in tract.de teste.in 3. col. in ver. testis super aliquo
24 deposuit,† dicens,quia sic sibi videtur,& sm illam doctrinam intellige Ang.& Pau.de Cast.hic, Bart.in l.diui fratres. ff.de lib. cau.& in l.1.ff.de vent.in sp.Io. And.in addi. Spec.in tit.de teste. §.nunc tractandum.in fin.in addi. incip. hic ergo regulariter.D.
25 Abb.in cap.de cœtero. de homi. ¶† Tertiò moueor per simile. Qñ testis deponit per verbum credo , & assignat rationem concludentem per sensum corporis, plenè probat,sm Cy.Bal. & Saly.in l.testium.C.de testi. Bald.in d.l.contenticulã.& in d. l.siue possidetis.Io. And. in addi.Specu.in titu.de test.§.1. super verbo.Item, quod deposuit de credulitate. Do. Anto. & alij in
26 d.c.quoties,cũ concor.quas dedi in rub. ff.de iureiu. ¶† Quartò moueor per simile. Quando testis deponit per verbum, iudicio suo , & annectit rationem per sensum corporis, probat, sm do.Alex.in consi.167.in 2.vol.incip.Ponderatis his,de quibus in themate fit mentio.in pen.col. Alias tale dictum non valet, vt ibi per eum, & per Ang.in d.l. sciendum, & dom. Alex. in consi.73.quod inci.viso testõ.in 4.col. & 5.retuli in 1.vol. Et
27 ad id,q̃ dixi 5.incidenter, † quòd testis,qui deponit per verbũ, forsitan,an probet, vide per Anto.de Butr.in consil.46. iuris ri-
28 gor.in 4.col. † Quid autem in teste,vel iudice, qui dixit,Ita dico prima fronte.habes tex. in l.quinquaginta. ff.de prob. ponit Albe. in dictionario suo in verbo, prima fronte. ¶ Gl.in verbo prius. diuiditur in 2. partes. in 1.declarat tex. In 2.timore taciti 5rij soluendo exponit tex.Secunda ibi,& q̃ dici oportet. In fi. gl.dic melius,vt per Bart.post Dyn. hic.& clarius Bald. Vel dic adhuc clarius sm Ang. q̃ scire principia naturæ pro cognitione alicui non est necessarium, sed scire principia artis expedit illi,qui vult artem cognoscere. ¶ Glo.in ver.ars. diuiditur in 2. partes.In 1.tripliciter intelligit,vel declarat.tex.In 2.timore cõtrarij aggreditur quandam distinctionem.Secunda ibi,& quod subijcit.In fin.glo. pro clara intelligentia istius gl. esset hic inserenda materia copulæ, sed supra latè tetigi.

SVMMARIVM.

1 *Studium est vehemens applicatio animi ad aliquid faciendum cum voluptate animi.*
2 *Verbum studiosè,positum in statuto,quomodo intelligatur.*
3 *Omnia beneficia ecclesiastica sunt publici iuris. Ideo sententia lata super beneficio ecclesiastico facit ius inter omnes.*
4 *Sacerdotes sunt partes Reip. & sunt de districtu ciuitatis.*
5 *Sacerdos est publica persona. Ideo potest alteri stipulari.*
6 *Confessio facta sacerdoti censetur facta Deo. Ideo non probat in foro Iudiciali.*
7 *Confessio facta sacerdoti non probat , quando talis sacerdos est parrochialis,seu curatus.*
8 *Sacerdos an possit esse tabellio.*
9 *Monachi an possint exercere officium tabellionatus.*
10 *Matrimonium quo iure fuit introductum.*
11 *Statutum ciuitatis, vel laicorum an valeat,si prohibeat matrimonium inter certas personas sub certa pœna.*
12 *Statutum an valeat, quòd mulier sine consensu patris non possit contrahere.*
13 *Cui potius sit parendum , parenti , vel patriæ.*
14 *Aduocatus an potius debeat contra patrem pro patria , vel contra aduocare.*
15 *Ciuis deserens ciuitatem periclitantem perdit priuilegium ciuitatis , & desinit esse ciuis.*
16 *Filiusfa. faciens votum,vel conuentionem sine consensu patris,non valet: & pater poterit reuocare dictam conuentionem.*
17 *Præceptum iuris naturalis est , quòd nemo locupletetur cum iactura aliena.*

§.Huius studij.

Istum §.diuide, sm Bar.Bal. Ang.& oẽs in 4.partes.Non
1 summatur.In tex.ibi, studij. † Quid autem sit studium,diffinit Bal. q̃ est vehemens applicatio animi ad aliquid faciẽdum, cũ
2 voluptate animi. † Quomodo intelligatur terminus studiosè, positus in statuto declarat Bald. hic, in 1.col. Adde gl. in §.fin, quam ibi ad hoc not.Ang. in Auth.de exac.do. Ang.in §.si vero ab initio. in Auth.de nup. & in §.decre. in fi. in Auth.de defen.ciui.& in Auth. de testi & ea, quæ parit.in prin.& in l.1.C. de his,qui se defe.Bald.in Auth.ad hoc.C.de lat.li.tol.& in l.ex verbis. C. de do. inter virum & vxo. Ang.de Are.in tract. malefi.in verbo,& appensatè. & dicit Bal. in c. à crapula.de vit. & hone. cle. q̃ si statutum dicat : Si aliquis studiosè percusserit , amputetur ei manus , verbum studiosè , significat deliberato animo , & cum præmeditatione. Alibi Bal.in c. præterea. in 2. col.in fi.de test.cogen.tenet,q̃ si statutum dicat, si quis studiosè fecerit falsam scripturam comburatur,intelligitur,i.ex certa scientia, & non per errorem facti , aut iuris. Dicit valde no. Bal.in §.fi.ad fi.5.in proœmio.q̃ si statutum dicat, Si aliquis studiosè percusserit,& c.q̃ præsumitur studiosè factum , nisi animus defuisse probetur. Alle. glo.in l. 1. C. de sica.sm. Cy. ¶ In text.ibi, positiones,intellige secundum gl.id est species,quæ sic ideo dictæ sunt,quia ponunt necessario suum genus,& ponuntur à suo genere,non necessariò, sed contingenter, sm Bald.&
3 clarius Ang.hic,vel potes intelligere positiones,i.partes. ¶ † In tex. ibi publicum ius in sacerdotibus. Adde, q̃ per istum text. infert Bal.in c.veniens.2.in pen.col.de test. q̃ cum omnia beneficia ecclesiastica sint publici iuris,vt hic,certe sequitur,q̃ sententia lata super beneficio ecclesiastico facit ius inter omnes, q̃d valde not. Non pono tamen pro constanti. vide latè scri-
4 pta per do. Alex. in repe. l. sæpe.ff.de re iudi. ¶ † Secundo per
a istum tex.no.Bal.hic , circa fi.q̃ sacerdotes a sunt partes reipu. & sunt de districtu ciuitatis:ita dicit not. Io.An. in c.fin. in nouel.de reser. Adde Bald.in l.1.§.cum vrbem. in 3.col.ff. de offi præfe.vrb.Pet.de Anch.& Imo.in c.dilecti per illum tex.de fo. compe. Gemi.in c.si sententia. in princ. de sen. excom. in 6. Et publice. Pet.de Anch. in consi.155. inci.optimis rationibus.& in repe.regulæ.ea,quæ. in 20.q. Et per hoc infertur , q̃ priuilegium indultum domino temporali, & districtualibus suis cõprehendit ẽt sacerdotes: & qui etiam dicuntur de districtu tẽporali,habes per Lu.Ro.in fin.446.inci. habeo casum in facto.
5 Car.Nouarien.&c. ¶ † Item per istum tex.infertur, q̃ cum sa-
b cerdos sit publica persona, potest alteri stipulari , b secundum Gul.de Cu.Bart. & alios hic , qñ stipulatur in spiritualibus, vel in concernentib. animam. Et dum Bar.alleg.§.quasi.est corruptus.debet alleg.tex.in §.quantum verò. in Auth.quib. mo.na. effi.legi.Adde , q̃ idem tenent Ioan. And. & alij , in c.sicut. ne cle.vel mona.Pan.in c.fi. de sepul.do. Ant.in proœm.decretalium.in pe.col. Pro communi sententia adde tex.in c.dudum, & ibi Canonist. not.Inno. Host. & Pan. in vlti. col. de conuer. coniug. & tex.in c. fin. qui cler. vel vouen. Et dum Bart. ponit exemplum in sacerdote , qui in confessione stipulatur restitutionem rei ablatæ.Adde Spec.in tit.de instr.edi.§. nunc videndum.ver.sed pone cum fœnerator.& ibi Io.And.in addi. Bald. in l.cum rationes ad fin. C. de prob. Abb. in d. c.fin. de sepul.
6 † Sed caue, cum confessio facta sacerdoti tali tempore censea tur facta Deo, nõ probat in foro iudiciali.c.si sacerdos.de offi. ord.no.Bal.in l.Archigerontis.C.de epis.aud. nisi in causa matrimonij , vt est glo. no. in c.tua nos.C. de spon.quam ad hoc reputat sing. Lud. Ro. in l. si non speciali.C. de testa. Item ad tex.in d.§.quantum verò, dic q̃ procedit propter causam matrimonij,& dotis, secundum Bal.dicentem , illum tex.non reperiri alibi, in §.quib.in 2.co.in 1.consti. Codi. & in l.filium. ff.
7 de his , qui sunt sui. ¶ † Limita prædictam conclusionem , vt procedat in sacerdote parochiali , seu curato , non in alio , secundum Abb.Pan.in d.ca.dudum.in vltim.colum.vbi ad hoc subtiliter ponderat text. pro sing. in cap. Quanquam. de vsur. in 6. vbi probatur , q̃ in concernentibus fauorem animæ tantum, quilibet sacerdos non potest stipulari , nisi sit parochialis. Magna est limitatio si est vera : contra quam facit tex. in c. dudum.& in d.c.fi.qui cler.vel vouen. quæ non loquuntur de sacerdote parochiali. Et fortius tex.in d.§.quantum verò.dum loquitur de quocunque sacerdote. ¶ In contrarium etiam facit, q̃ vult do.Anto.de But. in ca.pastoralis.§. præterea.in vlti. col.de offi.ord.vbi ponderat ibi, esse gl.quòd sacerdos stipulatur in non spectantibus ad se, sed ad Episcopum. Et ad text.in d.c. Quanquam. dum facit mentionem de sacerdote curato, potes respondere ex regula , quam tradit glo. not. in cle. 1. in versi.presidentes,quã ad hoc ibi expresse no.do. Anto.& Imo. de rescrip.q̃d licet lex,vel canon faciat mentionem alicuius,ratione frequentioris vsus,non tamen stat exclusiuè alterius.tex. ergo in d.c.Quanquam , facit mentionem de sacerdote curato,ratione frequentioris vsus:per hoc non intelligitur excludere alios sacerdotes non curatos.Iuxta prædicta tangit Bar.† an
8 c sacerdos c possit esse tabellio.Conclusio est,q̃d non , vt in cap. sicut.ne cler.vel mona.Specu. in tit.de fid.instr.§.restat, ver.q̃d si tabellio. Bal. in l.vniuersos.C.de decur.libr.10. Bar. & alij in l. seruus.ff. de testa. ¶ Limita antequam interdicatur sibi à superiore,

ADDITIONES.

a ¶ Sacerdotes. Adde Bened.Capram in cle.vnica.de reli.& ven.Sanct.
b ¶ Stipulari. Adde Bart.in l.seruus.ff.de testi. Bal.in l.1. C.de sum.trin.Angel.in l.si quis decurio. C.de fal.Do.in l.si quis ex argẽtarijs.in §.1. ff.de eden. Ioan. de Fan.in cap.multorum.m.27.q.2.Henric.Boic.in c.relatum.ne cler.vel mona.
c ¶ Sacerdos. Adde docto.in cle.1. de hær. Archiep. Flo.in 3.part.suæ summæ.titu.3.cap.2.in §.fin.Ang.de Ancho.in tract.de potest.Papæ.q.60.ar.5.Rubertis in quadragesimali, de peccatis.sermone 13.c.3. in vlt.col.

riore, vt probat tex. in d. c. sicut. in verbo interdicas. & ibi not. Panor. in 1. notab. & plenius in 5. & 6. col. Spec. in d. §. restat. ver. sed cum dixeris. in tit. de stat. mona. in ver. 27. notabiliter. Bal. in cons. suo incip. filiusfamilias presbiter. Et ita sanè intelligе Bart. in d. l. vniuersos. Ange. in l. fi. C. de tab. lib. 10. Do. Ant. in c. fin. in vlt. col. de const. in quibus locis volunt, ꝙ licet sacerdos, vel clericus non possit esse notarius, vel conficere instrumenta: tamen si faceret instrumentū, & traderet, valeret: quia multa facta tenent, quæ tamen fieri prohibentur. ¶ Secundò limita, nisi prius fuisset notarius, & rogatus de instrumento, secundum Bart. in l. 3. §. si penes. ff. de tab. exhib. Gl. no. in c. vt officium. de hær. in 6. Bal. in l. 2. in vlt. col. C. de senten. & in l. neque patronus. C. de oper. lib. Bona glo. in §. 2. in Auth. de tabel. not. in l. si quis ex argenta. §. 1. ff. de eden. Ang. in l. si quis decurio. C. de falsis. ¶ Tertiò limita in respicientibus fauorem eccle siæ suæ: puta de aliquo relicto ecclesiæ, nec per hoc incidit in falsum tanquam sibi ascribere videatur: ita Ioan. And. & Anto. in c. cum inter vos. de re iudic. Domi. Mathesi. in not. 87. & Ludouic. Rom. in suis sing. 351. ¶ Quartò limita, quando consuetudo patriæ, vel statutum esset in contrarium, secundum Bal. in l. cunctos populos. in 13. col. C. de sum. trini. per tex. in c. cum dilectus. de consue. Contrarium tenet do. Abb. in d. c. sicut. in vlt. col. post. Ioan. And. notantem illum tex. contra Venetos, vbi clerici exercent officium tabellionatus. ¶ Quintò fallit in causa inquisitionis hæresis. c. vt officium. §. ad conscriben-
2 das. de hæret. in 6. etiam si esset ordinis fratrum minorum, [a] secundum Angel. in d. l. si quis decurio. ¶ Sextò fallit in causa spirituali: puta matrimonij. d. §. quantum. Facit. l. 1. C. de his, qui
* in eccle. man. ¶ Septimò limita, qñ non habent * aliunde, vnde viuant, secundum do. Ant. & alios in d. c. sicut. & ibi sentit gl. Bal. in d. l. cunctos populos. in 3. col. Facit tex. in c. 1. à contrario sensu, ne cleri. vel mona. & in c. clericus victum. 91. distin. Et plus volunt Host. & Ioan. And. & Pan. in d. c. sicut. ꝙ idem sit in non habēte aliquod beneficium ecclesiasticum: per tex. ibi, dum dicit, maximè si cōpetentia beneficia habeat. ¶ Octauò limita nisi sit notarius Papę ab eo creatus: quia censetur habilitatus, secundum Abb. & alios in d. c. sicut. Qui tñ dicunt, ꝙ sacerdos non posset esse notarius Episcoporum, & aliorum inferiorum, sed Papę sic. Bene facit tex. in d. c. vt officium. §. ad
9 conscribendas, arguendo à speciali. de hære. lib. 6. † Quid au-
b tem sit in monachis, [b] & an possint officium tabellionatus exercere? ponit Bar. in d. l. seruus. Bald. in d. l. cunctos populos. Angel. in d. l. si quis decurio. C. de fal. vbi etiam per eum, quid de fratribus minoribus, & de mendicantibus. ¶ Nonò limita, quòd sacerdos, vel clericus licèt non possit esse notarius, vel facere instrumenta, tamen si faceret instrumentum, & traderet, valeret, quia multa facta tenent, quæ tamen fieri prohibentur. ita Bar. in d l. vniuersos. do. Ant. in c. fin. in vlt. col. de consti. & in simili Bar. in l. 2. C. de tab. lib. 10. Cogita tñ super ista vltima limi propter prædicta. ¶ Successiuè ex tex. ibi, maris atque fœminæ, &c. Nota, qd̄ coniunctio maris, & fœminæ est de iu
10 re naturali primęuo. ¶ † Quid autem de matrimonio? dic, vt
11 per Guil. & Bar. hic, & latius per Bal. & Ang. ¶ † Dubitant Bal. & Ang. hic, an valeat statutum ciuitatis, vel laicorum, prohibens matrimonium sub certa pœna inter certas personas: puta secundum Bald. Statutum prohibet, ne possit contrahi matrimonium cum aliqua Gebellina, sub certa pœna. & Bal. hic post Ioan. Andr. in cap. statutum. in prin. de hæreti libr. 6. in nouella, concludit, ꝙ si statutum fiat ex aliqua publica causa, valet quantum ad hoc, vt contrahens incidat in pœnam, vt hic per eum. Tu vide Bar. & Ang. aliter determinantes in l. edicimus per illum tex. C. de murileg. lib. 11. vbi dicit Bar. ꝙ est statutum in ciuitate Anconæ, qd̄ non valeat matrimoniū contractum inter personas diuersarum sectarū, hoc est inter Guelfos, & Gebellinos sub certa pœna: dicit Bar. statutum valere, dummodo inter suam sectam possit honestè nubere. de quo vide etiam notabiliter Bald. in l. omnem. C. ad Tertul. in l. nulli. C. de iudi. & in c. clerici. de iudic. & in rub. de consti. in vlt. col. & vide hunc articulum latè disputatum per Ale. in consi. 97. incip. principalis dubitatio. in 1. vol. Ludo. Roma. in rub. ff. fol. matr. & ibid. Alex. in vlti. col. non examinat, sed infinitas remif
12 siones allegat. ibi videas per te. ¶ † Et an valeat statutum, ꝙ mulier sine consensu patris non possit c̄here matrimonium? Communiter concluditur in dictis locis, ꝙ non. & latè per d. Ale. in cons. 97. in 1. vol. & in cons. 224. viso processu inquisitionis formatæ c̄ Ant. in 7. col. cum infinitis cōcordantijs ibi per eum positis. ¶ Successiuè habes in text. de educatione liberorum. Circa qd̄ vide per Bal. & Ang. hic, & Bart. in tractatu alimentorum. ¶ Not. etiam in l. veluti. parentibus, & patriæ pa-
13 rem esse. Circa, qd̄ vide multas quæstiones per Albe. hic. † Cui autem potius parendum sit, vel parenti, vel patrię, tangitur hic per gloss. & plenius per doc. & *communiter* concluditur, ꝙ data paritate, si non potest vtriq; pareri, parendum est potius patriæ, per text. no. in l. postliminium. §. filius. ff. de capti. iuncta. l. minimè. ff. de relig. & sump. fune. Et patet ex ordine verborū
c eius, qd̄ dicit Cicero [c] in primo officiorum. Ortus nostri partem patria vendicat, partem amici. & ante eum fuit tex. iurisc. in l. 1. §. & generaliter. ff. de ven. in poss. mit. de quo etiam per Bal. in l. pen. vbi bonus text. & ibi per Ange. & Ful. ff. de po-
14 stu. † Quid si aliquis sit aduocatus, an potius debeat pro patria contra patrem, vel econtra aduocare? Est qō spe. in tit. de aduo. in ver. quid si pater. ponit Bar. in l. qui necessario. C. de ad
15 uo. diuer. iud. ¶ † Et nota, ꝙ ciuis deserens ciuitatem periclitantem perdit priuilegium ciuitatis, & desinit esse ciuis. ita sin-
16 gulariter not. Bald. in l. 2. C. de infan. expo. per illum tex. ¶ † Et inquantum iste tex. dicit parēdum esse parentib. facit p̄m Odofre. hic, ꝙ si filiusfamilias conueniat cum cerdone, ꝙ doceat eum illam artem, & ꝙ secum stabit per 7. vel 8. annos (ita cōfectum est instr̄m) poterit pater infringere hanc conuentio-
d nem, & eum domi reuocare: & quia si filiusfami. [d] faciat votum Deo, non obligatur sine consensu patris. l. si quis rem. §. voto. ff. de polli. quantominus homini sine consensu patris? Veritas est in contrarium, & firmat expressè Albe. hic circa fi. quia filiusfamilias sine consensu patris obligatur ex omni c̄ctu, præterquam in mutuo, & voto. l. tam ex contractibus. ff. de iud. l. filiusfa. ff. de act. & obl. Et dato, ꝙ nihil habeat in bonis, poterit fieri executio in personam, incarcerando eum, iuxta glo. ord. & ibi Bar. in l. 3. §. sed vtrum. ff. de min. Tamen an illa gl. bene dicat, ibi vide per Bar. & vide glo. & Bar. in l. si filio. la 2. ff. solu. matri. & in l. si dubitet. §. filiusfamilias. ff. de fideiuss. latè per d. Ale. in l. si finita. §. si de vectigalibus. ff. de dam. infect. & ad §. voto. respondе, vt ibi per glo. quia mitius agitur cum
17 Deo, quàm cum homine. ¶ † In glossis nihil est, nisi in glo. in verbo, præceptis. dum dicit esse præceptum iuris naturalis, ꝙ nemo locupletetur cum aliena iactura: est falsum pp̄ duo. Primò, quia de iure naturali primęuo omnia erant cōia, & sic nō poterat aliquis locupletari cum aliena iactura. Item istud exēplum non potest conuenire brutis: ergo non potest dici de iure naturali primęuo: vnde pone exemplum de educatione liberorum.

ADDITIONES.

a ¶ Minorum. Imò hoc vult ibi text. dum dicit ordinis vestri. PVRPV.
* Quando non habent. videtur legendū, vt fiat excep. à conclu. & ex ibi alleg.
b ¶ Monach. Adde glo. fin. in verbo, ad præmissa, in §. ad scribendas. in ca. vt officium. de hær. lib. 6. Io. And. in addi. Specu. de statu. mo. ver. 27. Ludo. in suis sing. in litera N. inci. notarius.
c ¶ Cicero. Adde, quòd istud dictum allegat etiam in l. 1. colum. 3. 5. not. j. solu. matri. PVRPV.
d ¶ Si filiusfa. Adde glo. in verbo obligauit, in cap. honorantur parentes. 32. q. 2. & diffusè per Io. de Imo. in repe. c. cum contingat. 117. car. de iureiur.

SVMMARIVM.

1 *Licita est vnicuique defensio de iure gentium.*
2 *Defensio quando dicatur fieri cum moderamine inculpatæ tutelæ.*
3 *Probans se occidisse aliquem ad suam defensionem, an teneatur probare ad defensionem necessariam.*
4 *Ad probandam defensionem admittuntur testes deponentes per verbum credo, & probant plenè.*
5 *Ad probandam defensionem, & innocentiam in criminalibus, testes domestici admittuntur.*
6 *Magis creditur duobus testibus affirmantibus, quàm mille negantibus, nisi in criminalibus ad defensionem productis.*
7 *Quòd quis occiderit aliquem ad defensionem suam, probatur per coniecturas, quæ relinquuntur iudicis arbitrio.*
8 *In delictis in dubio præsumitur factum tempore licito, & permisso.*
9 *Si occido aliquem, & probo, quòd occisus veniebat contra me cum ense, vel cultello, dicor probasse, quod feci ad defensionem meam.*
10 *Quando est periculum mortis licitum est occidere.*
11 *Si defensio fiat cum excessu moderaminis, nedum ex culpa, sed etiam ex dolo punietur in solo excessu, & consequenter minori pœna.*
12 *An sit admittenda exceptio accusati de crimine, si dicat se fecisse vlciscendo, cùm deberet dicere defendendo.*
13 *Confessus in iudicio simpliciter homicidium, an possit ex interuallo interpretari confessionem suam, quòd fecit ad sui defensionem.*
14 *An sit licitum aliquem occidere propter solas minas.*
15 *De iure communi an sit licitum occidere bannitum cessantibus statutis.*
16 *An valeat statutum, quòd banniti possint impunè occidi.*
17 *De iure communi licitum est dare damnum bannitis in rebus, licèt in persona non.*
18 *Homo naturæ obediens, non potest induci homini insidiari.*
19 *Quando sit licitum iudici resistere.*
20 *Etiam feris est licitum propulsare vim.*

21 *Si dormiens aliquem occidat, vel vulneret, an sit puniendus.*
22 *In omnibus casibus, in quibus homicidium permittitur de iure ciuili, vel canonico, quamuis tale homicidium non possit puniri in aliquo foro, tamen quo ad Deum peccat mortaliter, & in foro conscientiæ est sibi imponenda pœnitentia.*
23 *Non solùm pro defensione personæ, sed etiam rerum est licitum occidere etiam ex interuallo.*
24 *An requirantur duo copulatiuè, vt sit licitum occidere, scilicet pro defensione personæ, & rerum.*
25 *Pro defensione rerum possum capere aggressorem ne fugiat, & ducere ad iudicem, sed non occidere.*
26 *Clericis non est licitum occidere pro defensione rerum.*
27 *Quo ad forum conscientiæ non est licitum occidere, pro defensione etiam personæ.*
28 *Vbicunque in aliqua l. vel dispositione fit mentio de se, vel sua persona, vel simili, talia verba comprehendunt non solùm propriam, sed etiam alias, quæ circa se necessarias habet.*
29 *An sit licitum pro defendendo extraneum alium occidere.*
30 *Vicini, & peregrini possunt percutere volentem me expellere de possessione.*
31 *Nunquid quis inuitus cogatur alium defendere, adeo quod si non defendat, teneatur.*
32 *Certificans aliquem de præparamento alterius ad eius occisionem, facio bene, & non teneor, si non certificauerim.*
33 *An potens defendere clericum insultatum, & non defendit, incidat in canonem latæ sententiæ, sicut si iniecisset manus violentas in ipsum clericum.*
34 *Auctoritas glossæ est maior quàm aliorum doctorum.*
35 *Accursius appellatur, eo quòd accurrit contra tenebras iuris ciuilis.*
36 *An possim quasi repellendo dicere iniuriam dicenti primò mihi.*
37 *Si dictum fuerit alicui, mentiris, est verbum iniuriosum, & potest dari libellus iniuriarum.*
38 *An insultatus, qui potuit aufugere, & non aufugit, teneatur.*

LEX III.

1 a VTvim. Ista lex habet amenam, & delecta bilem materiam, licèt non difficilem, nec summatur. ¶ Not. † quòd de iure gentium licitum est vnicuique a se defendere. Concordãtes fuit in glo. in tantum, q̃ pro tutela sui corporis licitum est offendere etiam Cardinalem. Ita no. Io. And. in c. fi. in verbo percusserit. de pœn. Refert, & sequitur Ang. hic. Intellige dummodo faciat cum moderamine inculpatæ tutelæ. l. 1. C. vnde vi. & dicit Bald. hic in 4. col. quod illa l. multum interpretatur istam.
2 b & est sicut tyriaca huius legis. † Quando autem dicatur b fieri cum moderamine inculpatæ tutelæ, declarat glo. magistra in d. l. 1. & ibidem doct. tribus concurrentibus, modo, tempore, & causa; & ibidem plenè habes, & per Canonistas in c. significasti. de homi. do. Ant. de But. in c. olim. el 1. de restitu. spol. Ange. de Are. in §. ius autem gentium. Instit. de iure natu. gent. & ciui. & aliquid per Alex. in consi. 76. incip. Visa inquisitione. in 2. col. in
3 c 1. vol. ¶ † Sed quæro de pulchro dubio. Pone inquisitus capitulauit, & probauit, q̃ occidit, vel vulnerauit ad suam defensionem, an sufficiat? c an requiratur, q̃ capitulet, & probet, quòd fecit ad defensionem necessariam? Bald. in l. vnica. C. de confes. in 12. col. in ver. Item tu assessor considera. tenet, q̃ nõ sufficiat probare, quòd fecit ad defensionem, sed est necesse capitulare, & probare, q̃ fecit ad defensionẽ necessariam, quia aliter euadere non potuisset, cum defensio debeat esse proportionata. Sequitur pro singulari Lud. Ro. in singularib. suis 28. ¶ Confirmo ex quatuor. Primo ex eo, q̃ not. Bar. & alij in l. scientiam. §. qui cum aliter. ff. ad leg. Aquil. vbi not. ex illo tex. qualiter formari debeat articulus ad probandum defensionem. Nam non sufficit dicere, q̃ aliquis fecit insultum contra me; sed est necesse dicere, q̃ aliter euadere non poteram, nisi eum occidissem, vel vulnerassem. Et sic oportet capitulare de defensione necessaria. ¶ Secundò facit text. in c. 1. §. si quis hominem. in verb. non necessariò, sed voluntariè. de pace. ten. ¶ Tertiò text. in l. is, qui aggressorem. in verbo, in dubio vitę discrimine constitutus. C. de sicarijs. ¶ Quarto confirmo per regulam, quam ponit Bar. in l. 1. §. ait prætor. per illum tex. ff. ne quid in loco pnbl. vbi no. Bart. q̃ quando aliquod factum profertur à l. vel à statuto, cũ aliqua qualitate, non sufficit probare illud factum, nisi etiam qualitas probetur, & sic debet vtrunque probari, vt ibi. Cùm ergo per legem statuatur, q̃d defensio ita demum sit permissa, quando aliter quis non poterat euadere, & sic quando erat necessaria. d. l. scientiam. §. qui cum aliter. ergo non sufficit probare defensionem, nisi probetur qualitas. ¶ Vltimò facit, quia qui necessitatem alleg. debet illam probare. l. fideicommissa. §. si rem. ff. de leg. 3. ¶ Contrarium, & melius, vt puto, tenet Bald. in l. solam. in vlt. col. C. de testi. Vbi tenet, q̃d sufficiat simpliciter probare, q̃d quis fecit ad suam defensionem: quia defensio præsumitur necessaria. Alleg. Bar. in cons. 110. inci. quidam Massiolus. in 1. volu. & Bar. in d. l. 1. C. vnde vi. Pro ista opi. facio nouum fundamentum, & cõsidero nouam regulam. Ad probandum, q̃d in delictis quis fecerit ad suam defensionem, ad-
4 mittuntur probationes dubiæ, & à personis suspectis. † Istud probo. nam ad probandum defensionem admittuntur testes deponentes per verbum credo, & plenè probant. ita sing. Bar. cons. suo 16. incipiens. Vannutius. in 2. vol. quem sequitur do. Alex. in cons. 76. incip. visa inquisitione formata contra Fortunatum. ad fin. in 1. vol. & in consi. 109. incip. visis, & vt oportet consideratis omnibus. in 9. col. in eo. volu. & tamen alias testes deponentes de creduliate nihil probant l. testium. C. de test. gl. & Bar in l. 2. §. idem Labeo. ff. de aqua plu. ar. vt dixi in l. 1. in
5 prin. s̃. eo. † Item ad probandum defensionem, & innocẽtiam in criminalibus testes domestici admittuntur, & plenè probant. ita singu. Specu. in tit. de inquisi. §. 1. ver. sed nunquid eas. quem refert, & sequitur Io. de Ana. in consi. 59. incip. visa inquisitione formata. Et ideo tunc frater admittitur ad testificandum pro fratre, d secundum Bald. in l. parentes. in duob.
d 6 locis. C. de testib. per c. literas. de præsump. † Item licet aliàs
e magis credatur duobus testibus e affirmantibus, quàm mille negantibus, vt in gl. in l. diem proferre. ff. de arbi. cum concor. tamen in criminalibus quantum ad defensionem, tantum creditur duobus testibus deponentibus super negatiua, quantum deponentibus super affirmatiua, vt videtur velle glo. in c. clerici. 81. dist. quam ad hoc repu. sing. Lud. Rom. in l. in illa. in pe. col. ff. de verb. oblig. Et dicit se id didicisse à Bal. in l. data opera. C. qui accus. non pos. tamen pro certo illa glo. loquitur, quando negatiua erat coarctata loco, & tempore: quo casu tãtum probant testes negatiui, sicut affirmatiui, vt declarat Bart. in l. hæredes palàm. ad fin. prin. ff. de testa. & in l. 1. in prin. cum si. ff. de ven. insp. Vide tamen ad illam glo. do. Abb. declarantem, in quo constat singularitas illius glo. in c. ex literis. in 1. col. ad fin.
7 de prob. & vide per d. Abb. in c. bonę memorię. de elec. ¶ † Cõfirmantur prædicta, & fortius: quia q̃d in criminalibus q̃s fecerit ad defensi nem suam, probatur per solas coniecturas, quæ iudicis arbitrio relinquuntur: quia contra dolum præsumptũ contraria probatio præsumptiua admittitur, secundum Inno. & Ioan. And. in c. 1. de præsum. in nouella. Sequitur, & reputat
8 not. dignum. Bald. in l. 1. in 12 col. C. de confes. ¶ † Tertiò facit: quia in delictis in dubio præsumitur factum tempore licito, & permisso, secundum Bart. & alios in l. non solum. §. sed vt probari. cum concor. ff. de ope. no. nun. do. Abb. in c. auditis. in pen. col. de prescrip. Facit regula l. merito. ff. pro soc. ergo idem in proposito, arguendo de tempore ad modum. ar. l. miles ita.
9 §. 1. ff. de mil. test. ¶ † Quarto facit, q̃d no. Bar. in l. sed, & si quẽcunque. in prin. per illum tex. ff. ad l. Aquil. quod eo ipso, quod probo, q̃d aliquis veniebat c̃ me cũ cultello, vel ense: & ego occidi eum, dicor probasse, q̃d feci ad defensionem meam, & sum excusatus. Sequitur do. Alex. in d. consi. 109. in 4. col. in 1. volu. Nec requirit Bar. q̃d aliter probem, q̃d aliter euadere non poteram. Et sic pondera, q̃d Bar. videtur contrariari his, quæ no. in d. l. sciendum. §. qui cum aliter. & s̃. retuli. Alibi dicit Bal. in l. & si certus. §. si vnus. ff. ad Sylla. q̃d probato insultu, quis euadit pœnam homicidij. & idem Bal. in l. 2. C. de sica. not. ex illo text. q̃ ille, qui primò insultatus est, hoc ipso dicitur fecisse ad defensionem suam. Et idem Bald. in l. §. cum arietes. ff. si quadru. pau. fec. dic. dicit, q̃d insultatus semper præsumitur fecisse ad defensionem suam licitam. & ibidem do. Flo. de s. Petro. Et idem Bald. in l. multis. C. de lib. cau. dicit, q̃d sufficit probare, q̃d aduersarius ruit in ipsum animo occidendi, vel vulnerandi. Imò fortius not. Bal. in l. lege. per illum tex. in lec. antiqua. ff. loc. q̃d ex sola præparatione ad offendendum, vel aggrediendum, licitum est mihi offendere, vel occidere. Et dicit ita fuisse de facto iudicatum: & puto q̃d prædictorum sit ratio: quia non debet insultatus expectare, q̃d vulneretur: sed debet incipere, vt declarant Bar. & omnes in l. 1. C. vnde vi. cum suis concor. Et ista secunda pars est humanior, & amplectenda l. interpretatione. iuncta l. absentem. in princ. ff. de pœ. Pro alia tamen opin. adde text. in cle. 1. in verbo, mortem aliter vi-

tare

ADDITIONES.

a ¶ Vnicuique. Adde Bald. in q. per eum disputata inci. statuto cauetur.
b ¶ Dicatur. Adde Doc. in clemen. 1. de homi. Barto. in l. mulierem. in §. furem ff. de ficar.
c ¶ Sufficiat. Adde q̃ sufficit testem deponere, q̃ fecit ad defensionem, dicendo, quia vidi, Bar. singulariter consi. 110 inci. quidam Massiolus. PVRPV.
d ¶ Pro fratre. Adde Ias. in l. non solum §. senex. colum. vltim infra de noui ope. nunc. PVRPV.
e ¶ Testibus. Adde Abb. in cap. cum P. Manconella. de accu. Car. consi. 27. Barb. consil. 7. in 2. volum.

10 tare non valens.de homic.iuncta gl.pen. ibi. † Secundò in hac materia aduerte,qđ licet multa iura dicant,qđ quando est pe-
a riculum mortis [a] licitum sit alium occidere. d.cle.1. de homi. & l.2.C.de sica.tamen non est necesse probare,qđ imminebat periculum mortis:sed satis est probare, qđ imminebat periculum alicuius iniuriæ personalis.Ita not.Bar.in l.1.in 2.col. C.vn de vi.& in cons.suo 16. incip. Vannutius.D.Anto. de But. in c. olim.el 1.de rest.spol.in pen.colum.Do.Alex. in præalle.consi. 109.in 5.colum.in 1.volu. & vide practicam not. per Ange.in l.is,qui cum telo. C. de sica. per glo. quam ibi reputat sing. & meliorem de mundo.Et dicit,qđ in practica erratur : & quod si scires practicare,prout ipse docet, quòd lucraberis de pecunijs.Et dicit, qđ in ciuitate Venetiarum practicauit , & defen-
11 dit quendam accusatum de homi. ¶ † Tertiò multum aduerte in hac materia, qđ si defensio fiat cum excessu moderaminis,nedum ex culpa , sed etiam ex dolo punietur in solo excessu:& consequenter minori pœna,quàm si non esset data occasio delinquendi.tex.est singu.in l.si adulterium.§. imperatores.ver. & magis. & ibi Ang.ff. de adul. & per illum tex. ita tradit not.Bal.hic in pen.colum. qđ non solum qñ culpa leui, sed etiam quando dolo talis excessus non punitur pœna mortis,
b sed mitius arbitrio iudicis. [b] Adde Bal.in c.1. si quis verò.in fin. de pace iur.fir. & in c.2. de vita,& honest. cler. & notab. in repet.l.1.in 9.q.C.vnde vi. glossin c.1. in prin.in 3.colum. de pace ten. Ang. de Are. in §.ius autem gentium. Instit.de iure nat. gen.& ciui.Doc in d.c.olim.1.Flo.in l.sciētiam.§. qui cum aliter.ff.ad l.Aquil.Aliquid per gl.fin.in c. Significasti.2. vbi Doct. de homici.& domi. Ang.& Ioan.And.in c. Significauit.de pœni. & remis. & in addi. Spec. in tit.de homic. super rub. Pet. de Anch. in clem.1. de homi.Ang.de Aret.in tract. malefic.in verbo defendendo.Paul.de Cast.in consi.190.incip. in causa incarceratorum.in vlt.colum. Vbi dicit,qđ vidit de facto consultū per Bald.Papię.Domi.Franc.de Are.in cons.80.incip.Sicut decet.in 2.& vltim.colum.domi.Alex.in consi.75.in 3.volum.incipien.viso themate , & visa inquisitione formata contra Fortunatuum. Et not.diligenter,qđ excessus in dubio præsumitur processisse culpa , & non dolo. Ita singulariter declarat Salyc.
12 in l.Gracchus.C.de adult.† Quid autem si accusatus de vulnere,aut de homicidio,dicit,qđ fecit se vlciscendo , cum debeat dicere,defendendo?Dic,qđ eius exceptio toleratur , & accipitur vlciscendo.i.se defendendo.Ita probat tex.in l.deuotum.in verbo,vltionis,iuncta glo. quam ad hoc ibi no.Bart.C.de me-
13 ta. lib. 12. ¶ † Quartò circa prædicta quæro , nunquid confessus in iudicio simpliciter se commisisse homicidium ,possit ex interuallo interpretari confessionem suam , qđ fecit ad suam defensionem ? Inuenio , qđ Bal.multum singulariter determinat , quòd sic. in c.1.in §. item si vassallus.in vlt.col. de contro. inue.per tex.not.in c.cum dilecti.de accus. Et si est verum , est magnum verbum.Inuenio,qđ do.Alex.in consi.224. incip.viso processu inquisitionis formatæ contra Ant in vlt. col.refert illud dictum Bal. Sed dicit se non firmare , neque ponere pro constanti. Tu adde Bal. idem tenentem in addi.Spec. in tit. depos.in 6.col.in ver. potest,quis interpretari, per tex.in d.c.cum dilecti Et vide eundem in 6. col. in ver. licet ponens. Item pro confirmādo illo dicto Bal.facit, quòd inquit idem Bal. in l.fi.in fin.in vltimis verbis.C. de cust.reo. vbi inquit , quòd confessus delictum, vel homicidium potest interpretari suam confessionem,exponendo, non perimendo eam in totum. per tex. in d. c.cum dilec.Ita etiam,& plenius dicit idem Bal. in Auth.contra,qui propriam. in pen. col.C. de non nu.pe.Ego , licet aliter examinatum non inueniam:tamen dubito, quod dictum Bal. non sit verum:& requisitus,vt pro illo dicto Bal. consulerē,vt que adhuc recusaui.Moueor per illud, quod in terminis decidit Bar.in l.Aurelius.§.idem quæsijt.ff.de lib.leg. vbi fortius tenet Bart.qđ si quis in iudicio simul , & semel confitetur se vulnerasse,vel occidisse hominem: sed quòd fecit ad suam defensionem necessariam, potest licitè condemnari per iudicem ex sua confessione, & potest iudex istam confessionem qualificatam in partem acceptare : quatenus confitetur se occidisse : & aliam respuere : quatenus dicit se fecisse ad suam defensionē : nisi ille defensionem suam aliter probauerit. Et ratio est,secundum Bar.quia quotiescunque confitens habet præsumptionē contra se,vt hic,per l.1.& 2.de sica.potest confessio qualificata diuidi,& in parte acceptari,& in parte sperni. Si ergo illa adiectio confitentis delictum facta simul, & semel qꝫ fecit ad suam defensionem licitam, nihil sibi prodest, & spernitur , & potest condemnari,multominus releuabit eum, si postea ex interuallo interpretetur confessionem suam delicti. Istud videtur mihi stringere contra Bald.& multum me turbat.Et licet illa decisio Bar.in d.§. idem quæsijt. per aliquos impugnetur, præcipuè per Sal.in l.vni.in ver.4.opponitur. C. de cōfess.tamen est

* *magis communiter* approbata per doct. De quo latè per Bald. in d.l.vni.14.col.in ver.denuo quæro de quastione quotidiana.& Bald.in l.si quidem. C. de excep.vbi dat cautelam in practica, qꝫ non confiteatur quis simpliciter delictum,& dicat se fecisse ad defensionem,quia poterit condemnari;sed sub conditione: puta si feci tale delictum , feci ad meam defensionem . Ponit etiam Bald.in l.1.in prin.C.de ædili.act. vbi quærit, si statutum disponat,qꝫ simpliciter respondeatur, an possit mīderi cum illa qualitate defensionis.Ponit etiam Bal.in l.2.C. de do.ante nup. & in l.si per seruum.§.1.ff.de vsu & habi. & in l.nō codicillum. C.de test.per Ang.Imol.& Lud. in l.1 §. si quis simpliciter.ff.de verb.obl.per Imol.& Pan.in c.cum venissent.de Inti.Pan.in c.
c bonæ. el 2.in fi.de postul.præla. Tu tamen valde singu.limita c illam decisi. Bart. cōiter approbatā, prout egregiè limitat Pan. in c.auditis.in pen.col.de præscri.si vera est limitatio: & alias in actu practico fecit mihi magnum honorem,vt licèt is qui confitetur delictum, sed dicit se fecisse ad defensionē licitam , possit per iudicem condemnari,reiecta illa qualitate defensionis licitę,tamen dicit Pan.qꝫ ex tali confessione qualificata nunquā posset capitaliter condemnari , eo quia requiruntur probationes luce meridiana clariores l.sciant.C.de prob.l.qui sententiā. C.de pœnis. Et licet sit præsumptio violenta contra confitentem,vt dicit Bar.tamen nunquam ex præsumptionib.violentis debet quis capitaliter condemnari.c. literas. & c.literis.de præsum.Adducit etiam decisionem Inno. in c. quia verisimile. de præsum.vbi dicit Inno.qꝫ ex præsumptionib. violētis iudex raro, aut nunquam debet condemnare:aut saltem debet mitius
14 condemnare.Et ista no.quia vtilia,& quotidiana sunt.¶ †Nun
d quid autem propter solas minas [d] licitum sit alium occidere impunè?Est qō,quam tangit Cy.in d.l.1.C. vnde vi.Do.Ant.in d.c.olim.el 1.in pen.col. Ang. de Are. in §.ius autem gentium. Insti.de iur.nat.gen.& citi.& distinguūt, qꝫ si talis persona erat verisimiliter solita tales minas mandare executioni. & tunc licitum sit,aliàs secus, per regulam l.metum.cū si.ff. qꝫ met.cau. de quo vide not.per Bald.& Imol.limitantes in l.fin.ff.de hære. insti.Et licèt omnes sic pertranseant,puto qꝫ melius dici debeat prout melius dicitur in l.1. in fin. C. qñ lic.sine iud. se vind.vbi dicit Bald.qꝫ si aliquis minatur me vulnerare, vel occidere , & est in actu,tunc est licitum mihi eum occidere, vel vulnerare: aliàs ꝓp solas minas si minās,nō est in actu, non est licitū occidere,vel vulnerare. Ita teneo & concludo. ¶Circa istum text.
15 quærit Bar. † an de iure cōi [e] cessantib.statutis licitum sit im-
e punè offendere,vel occidere bannitum?concludit qꝫ non, nisi sit transfuga,qui reuelat secreta hostib.l.3.§. transfugas. ff. ad l. Cor.de sica.& cæteri sequuntur.Adde Bald.in l.1.in 9.col.C. de hære.inst.Alb.de Ro.in 4.parte statutorum,in q.15.inci. Deinde
16 quæro,an omni statuto circunscripto,¶ †Nunquid valeat statutum disponens,qꝫ banniti impunè possint occidi.tangit Bar.
17 in l.omnes populi.in 2.q.3.quæstionis prin c. j. eo. † Subdit tamen Bart. qꝫ licèt de iure cōi non sit licitum offendere bannitum in persona: tamen potest impunè dari damnum in rebus. glo.est sing.in c.vnico.in glo.fi.in verbo deprædare.de mil.vas. qui contu.est. De cuius glo. veritate habes ibi per Bald. de qua glo. vide etiam per Bar. in extrauag. qui sint rebelles. in verbo rebellando.Bald.in l.omnes.C. si contra ius. & in l.ex hoc iure. j.eod.Ang in l.in suis.ff.de lib.& posth. & ibi Imo. & Alex.Sal. in l.qui sepulchra C. de sepul.vio.& ibi limitat donec viuūt ipsi banniti.Facit bene glo.reputata singularis in c. ex insinuatione.de procu.in ver.canonicum : quæ vult qꝫ bāniti nullo interdicto agere possint: sed est similis glo. in c. in nomine domini. 23.dist.do.Ant.de But.in c.1.cum gl.de rescrip. ¶In text.ibi.ob tutelam corporis sui.Circa istum text.dicit Bart. hic in 2.col.in princ.qꝫ regula istius l.procedit indistinctè,vt attento iure gen. licitum sit indistinctè ob tutelam sui corporis se defendere, etiam si defensio fiat sine moderamine inculpatę tutelę,qꝫ cōsiderato

ADDITIONES.

a ¶Mortis.Adde Bar.in l.si ex plagijs, in §.tabernarius.ff.ad leg.Aquil.Do.in c. significasti.el 2.de homici.

b ¶Iudicis.Adde Ias.in l.ex quacunque.col.9.j.si quis in ius voc. non iet.& in l. 1.§.quòd prætor.1.no. ne quis eum.in l.1.§. hoc iudicium. colum.4.j. si quis ius di. PVRPV.

c ¶Limita.istam limitationem ponit,& non exemplificat Alex.in l.si solum.§. sciendum.col.5.vers.&ibi subdit.de oper.no.nunc.sequitur Fel.in c.cum venerabilis.col.4.de exce. Aquen.latè in d.§.sciendum.ver.secunda concl. Deci.disputat in d.c.cum venerabilis.col.5.ver.retenta. PVRPV.

d ¶Minas.Adde Bal.in l.ad inuidiam.C.quod me.causa.Abb. in c.1.de offi. dele. Abb.in c.causam matrimonij.eo.ti.Io.de Ana.in c.pen.de hom.

e ¶Cōi. Adde Bal.in l.amissione. in §.1.ff. de cap.dimin.Bald.in l. gracchus.C. de adui.An.in l.1.C.de const. prin.Io.An. in addi. Spe.in tit.de constit. super rub.An.de Bu.in c.si vere.el 1.de sen.excom.Abb.in c.fin. de consu.Nellus in tra.de bann.q.1.1.partis.

siderato iure gen.non attenditur,sed fuit postea additum per l. 1.C.vnde vi. & sic per ius ciuile. & credo ꝙ bene dicat. tamen pōdera,ꝙ ipsemet Bar.hic,in 4.col.in prin.dicit de directo contrarium. Nam dicit,ꝙ attento iure naturali licitum est nedum hominibus,sed etiam brutis propulsare vim,siue sit cum iniuria,siue non:sed de iure gen. non licet,nisi fiat cum moderamine inculpatæ tutelæ:ergo ratione qualitatis Barto. vult ꝙ istud moderamen sit de iure gen. Et cōsidera si potes saluare Bar.ab hac contrarietate, quia non inuenio , quod aliquis adhuc per-
18 pendat de contratietate. ¶† In text.ibi,hominem homini insidiari,nefas esse.Hinc dicit Cicero tertio officiorum: homo naturę obediens non potest induci homini insidiari. beneficio.n. affici hominem interest hominis , dicit iurisc. in l. seruus ea lege.ff.de ser.expor.¶ Glo. 1.diuiditur in quatuor partes. In 1.per viam fallentiæ remouet vnum contratium. l. In 2. idem facit. In 3.format quæstionem. In 4.remouet aliud contrarium. Secunda ibi,item nō à priuato. Tertia ibi,sed quid si. Quarta ibi, item,& brutis.¶ In eadem glo.ibi,pati debemus. & dic , quòd melius loquitur glo. in l.non videntur.§. qui iussū.ff.de reg.iur.
19 & Dy.in regula , ꝙ quis mandato.de reg. iur.¶† Limita ergo istam glo.qñ iudex exercendo officium suum,violentiam cōmitteret , secus si extra officium : quia cum faciat , vt priuata persona,licitum est ei de facto resistere , ſm glo.in d.§. qui iussu. ¶ Secundò limita,qñ manifestè iniustum facit , quia iudici de facto aliquid facienti licitum est de facto resistere. l. prohibitum.& ibi no.Bart.C.de iur.fis.lib.10. habetur in c.dilecto.de
a sen. exc. in 6. 2 ¶ Tertiò limita qñ damnum esset irreparabile, ſm Bal.hic.in 7.q.puta circa torturam,secundum Cy.pulchre in l.1. in fin.C. vnde vi & ibi Bald.in repet. in 12.q.do. Alex. in cons.144.in 2.vol.inc.post redditum consilium.vbi adde Pau. de Leaz idem tenere in commen.rub.de resti.spo. Vide tamē, quæ no.decidit Bal.in c.1. de offi.dele.in vlt.col.in verbo, pone
20 quidam latro ducebatur ad furcas, &c. ¶ † Circa vltimā partem glo.dum gl. vult , quòd etiam feris licitum est propulsare vim, sed non cum iniuria , & per hoc ista lex non habet locū in feris.Ex hoc infertur,ꝙ ad hoc,vt habeat locum lex ista,requiritur,ꝙ fiat vis cum iniuria. Quia tñ per hoc restringeretur tex.& sequeretur absurdum,ꝙ si aliquis inferret mihi vim, sed non animo iniuriandi , ꝙ non esset licitum me defendere. vnde si aliquis dormiens inferret vim, non esset licitum propulsare.Ideo prosequere,vt latè per Bar.hic , cum quo simpliciter
21 tenent Bal. & Raph. Ful. hic. ¶ † Circa tamen illud , ꝙ tangit
b Bar. qñ aliquis dormiendo b alium vulneraret , vel occideret, nunquid iste deberet puniri: dic vt per Bar.in l.pe.ff.ad.l.Pompe.de parri.cum quo tenet Pet.de Anch.in cle.1.de homi. Flo. in l. si seruus seruum. §. si fornicarius. ff. ad l. Aquil. & habent Canonistæ tex. iuncta gl.15.q.1. c. sanè. Et vide de isto dormiente,& similib.si vulnerant in somnis Bar. in repe.l.1. in 12.col. in fi.C.vnde vi.¶ Gl. in verb. iure. diuiditur in quatuor partes. In.1. timore contrarij exponit tex. In 2.format questionem. In 3.aliam.In 4.alleg concor. ad text. Secunda ibi , sed quid si ob tutelam rerum . Tertia ibi , item quid si ob tutelam alterius. quarta ibi , & facit ad hoc.¶ Redeo ad primam partem , quæ exponit tex.iure f.fori , non poli. Quid voluit glo.& quare sic
22 exponit? Reiectis declarationib.Modernorum hic. † Dic,ꝙ in
c omnibus casibus. c in quib. homicidium permittitur de iure ciuili,vel canonico: quamuis tale homicidium non possit puniri in aliquo foro: tamen quo ad Deum peccat quis mortaliter, & in foro conscientiæ tempore confessionis debet sibi iniungi pœnitentia .ita declaratur not.per gl. in c.inter hæc.33.q. 2.quam pro singulari no.d.Abb.in c.2. in 4.not. de homi.Lud. Ro. in repe. Auth.similiter C. ad l.Fal.in 34. speciali piæ causæ inter vltimas voluntates. Ioan. de Imo. in l.quid ergo. in prin. de leg.1.facit tex.in c. admonere.33.q.2. Facit , ꝙ vult alia glo.
23 reputata singularis in c. fraternitas.12.q.2. quæ dicit , † ꝙ pœna dupli,tripli,& quadrupli,quę imponitur per ius ciuile,non est licita in foro conscientiæ , & confessionis. ¶ In glo. ibi , sed quid si ob tutelam rerum.habes , ꝙ non solùm pro defensio-
d ne personæ , sed etiam pro defensione rerum d licitum est aliū occidere.Ratio , quia res dicuntur secundus sanguis hominis , vt est gl.iuncto tex.in l aduocati.C.de aduo.diuer.iu. & ibi expressè no.Bar. & Bal. in l. si tuis nummis.C. de oper.libe.¶ Extende conclusionem glo. non solum incontinenti , sed ex interuallo post,secundum Bar.hic, per tex.in l.3.§. cum igitur.ff. de vi , & vi arma . Secundò extende in simplici detentatore.l. colonus.ff.de vi,& vi arma. Tertio extende etiam si res sit iniustè possessa.gl. & doc.in l. 1.§. vim vi.ff.de vi , & vi arma.¶ Sed contra istam conclu. glo. & legistarum facit tex. in c.2. de ho. in ver. te tuaq;, qui copulatiuè loquitur , & sic requiritur concursus vtriusq; copulati. & ita ponderat ibi do. Abb. contra opi.legistarum,& multum gloriatur de illo tex.dicens à nemine fuisse ponderatum,& respondè limitando, vt ibi per eum: quia dicit,ꝙ opinio legistarum potest saluari iure fori , sed nō iure poli : quia in foro conscientiæ debet imponi pœnitentia. allegat glo. quæ ita expressè intelligit illos text. iuris canonici. 33.q.3.in prin.Alleg.etiam quod vult gl.in simili in d.c. inter.& non memmit,ꝙ esset gl.or.hic.vt.s̄.declaraui. Sed ista concordat Pan.& licet non inueniam ab alio tactum, mihi non placet : quia etiam si fieret copulatiuè pro defensione rerum , & personæ,tamen in foro conscientiæ semper debet imponi pę nitentia pro defensione rerum, siue personæ,siue vtriusq; : vel potes dicere,ꝙ ille tex.loquitur in clericis, vt j̄.ponam in limi-
24 tationibus,vel ꝙ † illa verba te,& tua , non requirant concursum , vt probatur in c. verum in verbo pro vita , & reb. & ibi doc.de iureiu.iuncto c.frequens.de rest.spo.in 6. & quæ habentur in c.Abb quod me.cau. Tu subtilius pondera p̄ gl. & legistas nullo iure probari , ꝙ pro sola rerum defensione licitum sit alium occidere:nam tex.in l.itaq;, in prin ff.ad l.Aqui.dicit, ꝙ possum occidere latronem mihi insidiantem. Pondera tex. mihi.& subdit rationem , ꝙ naturalis ratio permittit aduersus periculum se defendere.Item tex in l.seq.dicit, ꝙ metu mortis possum furem occidere. Pondera, ꝙ nō dicit bonorum. Item text.in l furem. ff. de fur.dicit ita demum furem nocturnum occidere permissum est, si parcere sine periculo suo non potuit.Item tex. in l. scientiam.§. qui cum aliter.ff. ad l.Aquil. in quo se fundat Bart. in d. l. furem.dicit , qui cum aliter se tueri non poterat.Pondera, licet Bar.destruendo text.intelligat se.s. quo ad personam,vel bona.Ad idem tex.in c.1.§. si quis hominem. de pac.te.in verbo vitam suam defendendo. licet gl. ibi destruat illum tex.facit tex in c.si perfodiens.de homi.& tex.in
25 l.si vt allegas. & quod ibi Bald. ad fin.C. de fur.† Et ideo dicit Bal.in repe.l.1.in 3.q.C. vnde vi, ꝙ bene pro defensione rerum possum capere aggressorem ne fugiat , & ducere ad iudicem , sed non occidere. & istam nouam opi. tenet Ioan. de Ana. in c.2.& in c.suscepimus.de hom. vbi dicit posse responderi ad l. 1. C. vnde vi in verbo ad defendendam possessionem. & ad tex.in l.3.§. cum igitur.ff. de vi. & vi ar. quia licet iste leges dicant , ꝙ licitum sit propulsare iniuriam pro defensione rerū , non tñ dicunt,ꝙ liceat occidere.Et si dicatur res , & facultates dicuntur vita hominis,vt prędixi Respondè,ꝙ est verum quo ad quid,quali sine eis non possit commodè viuere , nō tamen idem iudicandum de reb.quod de persona: patet , quia clericis licitum est occidere pro defensione personæ , non tñ rerū, vt dicit tex.in c.suscepimus.eo.ti.& vltra eum, & vltra prædicta , quæ adduxi pro ista opi. contra communem bene facit tex in cle. 1.in fin.in verbo mortem aliter euitare non valens. de homi.facit etiam illud vulgatum, ꝙ persona quibuscunq; reb.præponenda est.l. sancimus.C. de sacrosan. eccl. & quælibet pœna corporalis licet minima est maior pecuniaria. l. in seruorum.ff.de pę.ad idem facit ꝙ dicit glo. in cap. dilecto.de sen.excom.in 6.Inn in c. si vero.de sen excom.& in c.sicut.el. 2.de iureiu.Nam dicit gl. quod non ita licitum est insevire cōtra offendentem pro tuitione bonorum, sicut pro tuitione personę Tu tene opinio.glo.& docto. & pro ea adde fortem tex. in l.4.§. lex 12. tabul.ff. ad l. Aquili. & pondera aduersatiuam ibi positam in secundo casu , qñ fur diurnus telo se defendit : ergo in præcedenti casu erat solum discrimen rerum ; quamuis gl.ibi.& in d.l.furem. aliter suppleat ad illum text. & Bald. idem in l.si vt allegas.C.de fur. tñ istorum suppletio. & declaratio nunquam placuit , quia ſm eam non esset aliqua aduersatio in iure,& in facto, quæ tñ ibi debet adesse propter aduersatiuam ibi positam, & ita inuenio tenere vtrumque Sal.in d.l. si vt allegas.& vix est , ꝙ bene possit concordari.d.l.furem nocturnum.cum d.§.lex 12.tab.licet glo.& doc.in istis locis. & in d.l.si vt allegas.multa dicant. Pro ista opi. etiam bene facit, ꝙ dicit Bald. in d.l. si vt allegas.vbi dicit , ꝙ si aliquis furripit rem meam, & postea vellet fugere , licitum est mihi eum occidere,si aliter saluare rem meam non possum.vbi etiam ponit de debitore,qui vult aufugere.Ad idem facit tex. in l.1.in verb.ad defendendam possessionem. C. vnde vi. bonus tex. in l. deuotum.C.de meta.li.12. & text.in l.quoniam multa.C.ad l.Iu.de
* vi. Limita istam *communem concl.* qñ esset res magni pretij,secus si vilis res. ita limitat Bald. in l.1.C.de loc.& quamuis non alleget,est tex.in l.si ex plagijs.§.tabernarius.ad l.Aqui. Dicitur autem

ADDITIONES.

a ¶ In 6. Adde multa per Alex. in l.4.§. condemnarum col. 3. versi. 2.limita. de re iud. PVRPV.

b ¶ Dormiendo. Adde Do.in c.significasti.el.2.de homicid.

c ¶ Quod in omnib.casibus. Adde Abb.in c.veniens.el 2.de spon.in c.cum esses. de testa.Io.de Ana.in c. interfecisti.de homi. Ricar.in 4.sen.dist.37.q.2. art.1.

d ¶ Rerum. Adde Do.in c.fi.el.2.de ho.& in cle.si furiosus,eo.tit.

tem vilis res, qñ est à duob. aureis. ſ. q᷑ probatur. quia ſi non licet intentare actionem famoſam à duob. aureis. ſ. l. ſi oleum. §. fi. cum l. ſeq. ff. de dolo. multominus debet licere occidere perſonam. tex. eſt not. in l. ſi adulterium. §. liberto. ff. de adul. & ita in ſpecie no. do. Mathes. in no. 134. Secundò limita, vt per Bar. in d. l. furem. & Bal. in l. ſi vt allegas. C. de ſica. quicquid ibi teneat Saly. Tertiò limita non habere locum in clericis, vel alijs perſonis eccleſiaſticis. tex. eſt in c. ſuſcepimus. de homi. & ibi do. Abb. in 3. no. notat, & dicit, q᷑ alibi melius non probatur. & ita tenet gl. 23. q. 3. in prin. quicquid teneat Ang. in l. qñ mul
26 ta. C. ad l. Iul. de vi. poſt Inn. in d. c. olim cauſam. vbi tenet, † qđ etiam clericis, & etiam de iure cano. pro defenſione rerum li-
27 citum eſt percutere, ſed non occidere. † Quartò limita quantum ad forum poli: & ſic quantum ad forum conſcientiæ, vt dixi in prin. huius glo. ¶ In ea. glo. ibi, reſpondeo affectionem conſiderari. Iſta glo. clarè procedit in patre, & filio, marito, & vxore, vel in conſanguineis, aut cognatis, vt hic per Bar. Bal. in 3. q. & in ſeq. incip. & alios. & plenius Bald. in repe. l. 1. per octo quæſtiones. C. vnde vi. & Bald. in l. raptores. C. de epiſco. & cle. Saly. in l. 1. poſt glo. ibi. C. de rap. virg. & Io. de Ana. in c. 2. de homi. vbi vide, de verbo ad verbum refert illas octo quæſtiones Bal. & idem Flor. in l. ſcientiam. §. qui cum aliter. ff. ad l. Aqui. Cõtra iſtam communem opi. facit tex. noſter in verbo, corporis ſui. & licèt Bar. multum debiliter reſpondeat. & Saly. in l. 1. C. vnde vi. & dicant, q᷑ iſta iura non per hoc excludunt defenſionem aliarum perſonarum. Ego notabilius reſpondendo,
28 dico, † q᷑ vbicunque in aliqua l. vel diſpoſitione fit mentio de ſe, vel ſua perſona, vel ſimilibus: talia verba comprehendunt non ſolùm propriam perſonam, ſed etiam alios, quos circa ſe neceſſarios habet: puta vxorem, filios, & ſimiles. l. 3. §. ſed qđ diximus. vbi text. not. ff. de pe. leg. Addo etiam pro communi ſententia tex. no. in l. 1. §. item diuus, in verbo ſibi, vel ſuis. ff. ad l. Corn. de ſica. de quo tex. multum gloriatur Ange. hic, qui dicit, q᷑ adhuc non fuit ab aliquo cogitatus. & ille tex. ſufficit ad hæc. Ang. de Are. in tract. malefi. in verbo, ſe defendendo. Pau. de Caſt. in l. refectionis. ff. commu. præd. & domi. Barth. Cepo. no. in tract. ſeruit. vrba. in cap. 23. Facit, q᷑ pulchrè not. Bart. in l. deuotum. in fin. per illum tex. C. de meta. lib. 12. & ſtatim referam, etiam ſi eſſet filius naturalis tantum, ſecundum Bald in l.
7 dicetur.ȝ.de legi. † Sed ȝ primum, ꝙ appellatione statuti non veniat ius commune, & consequenter , ꝙ per clausulam non obst.statutis , non intelligatur derogatum iuri cõi , tenent domini de Rot.dec.9.sub tit. de præb. alleg.Io.Mo. in c. cum aliquib.de resc.in 6.Refert,& sequitur idem Gemi.sibi ȝrius in c. si pro clericis.in 1.col.& in c.ei cui.de præben. in 6.Alb.de Ro. in 1.parte statu.q.147.quæ incip. statuto alicuius ecclesiæ.in 3. col. & seq.Sicut & econtra,qui renunciauit omni iuris beneficio,non intelligitur renunciare beneficio statuti , sm Bald.in l.
8 sed,& si quis.§. quæsitum.in vlt. col. ff.si quis cau.† Quæ autẽ sit differentia inter statuta , & reformationes , dic vt declarat
9 Bal.in c.in causis.ad fi.de re iud. † Item adde,ꝙ maioris efficaciæ est statutum positum in vol. statu. q̃ quædam reformatio extrauagans,secundũ Ang.in l.omnes.C.de peti.bon.subla.lib.
10 x. ¶ † Circa istam. l. pro eius intellectu formo duas. b q. Pri-
b ma est,pone ius cõe aliquid disponit: statutum ciuitatis dispo nit ȝrium:quid debebit iudex seruare? Dic,ꝙ statutũ:quia statuta sunt precisi iuris:& maximè cum Potestates,& iudices iurent seruare statuta.Ita Bald.in c. 1.§.iniuria.in 4.col. de pa. iur. fir.& in Auth.sed nouo iure.in 2.cõl.C.de ser.fu. & in l.cessante.in vlti. col.C.quomodo,& qñ iu.& in l.ordo.in 2.col.ad fin. C.de exe.re iud. & in l.1. ad fin.& l.2.C. de arb. & in Auth. hodie.C.de iud.Alibi Bal.in c.qñ frequenter.§. ꝙ si super,in fin. vt lite non contest.dicit ex glo.ibi.Not.bene tu Assessor, ꝙ statutis municipalib.debes inhærere : & sufficit seruare illud , quod
11 statuta volunt. † Alibi Bald.in c.significante.2.col. ad fi.de app. dicit,ꝙ debemus inhærere verbis statut. nec aliter interpretari, q̃ statuta loquantur : & ꝙ oĩs Assessor debet hr̃e præ oculis legem,quæ dicit, In dubio melius est verbis edicti deseruire. l.1. §.si is, qui nauem. ver. in re igitur dubia. ff.de exercit. Alibi idẽ Bal.in l.Gallus.§.si eius.in 2.no.ff.de lib.& posth.no. ex illo tex. ꝙ ex quo habemus determinationem statuti, nõ debemus vlterius inuestigare rationem.Intellige prædicta,dummodo statuta sint honesta,& iusta, vel saltem tolerabilia : aliàs non debent seruari.c.venientes.& ibi Bal. in 2.col.ad hoc not. de iureiu.vel nisi essent ȝ ecclesias,aut ecclesiasticas personas.c. noue
12 rint. de senten.excom. Auth.cassa.C. de sacrosan.eccl.¶ † Secundo quæro,pone,ꝙ in aliqua materia fiat mentio iuris simpliciter,& absolutè de quo iure intelligetur,an de iur.communi,an de iure statuario? In primis videretur , ꝙ intelligi debeat de iure cõmuni ,tanquàm de digniori, vt est tex.in §. sed quoties.Inst.de iure nat. gen. & ci. Item verba in dubio debent intelligi in potentiori significatu.l.1. §. qui in perpetuũ. ff.si ager
13 vec.vel emph.pe.¶ † Secundò ad idem facit , ꝙ signanter decidit Bald.in l.quicunque.in 4.col.C.de ser.fu. Vbi quærit stante stat.in ciu. ꝙ existentibus filijs masculis, filiæ fœminæ ab intest. patri non succedant , sed debeant dotari : Pone pater habens & filios,& filias in testamento dixit.Instituo eos in eo,qđ eos tangit de iure, an intelligatur de iure statutario, an de iure cõi?determinat,ꝙ debeat intelligi de iure cõi , tanq̃ de digniori,vt prædixi.Itẽ, quia statutũ loquitur ab intestato ergo nõ habet locum isto casu, quo pater testatus est:& sic filiæ succedẽt
14 æqualiter cum fratrib. † Tertiò facit,quod decidit Io.An.post Guil.de Suz.in addi.Spec. in tit. de arbitro.§.excipit. ver.Item, quòd est corruptus, ꝙ si fiat compromissum in aliquem , vt pronunciet sm iura,intelligitur sm iura communia. Vnde arbiter non poterit pronunciare sm statuta iuri cõi ȝria.Et iõ er
15 at sm eũ,qui fouet ius attentis statutis , & facit cõpromissum modo prædicto.Idem tenet Ang.in q. per eum disputata,quæ inci.Duo ad inuicem litigantes.in 17.col.in ver.Hic etiam subiungitur quæstio.d.Car.Flo.in c.fin.de consu.Alb. de Ros. in 1. par.stat. q.134. incip. si compromissum factum est in aliquem
15 ꝙ pronunciare debeat secundum iura. † Tene ȝrium,qđ appellatione iuris , intelligatur potius statutarij,cùm illud deroget iuri communi.Pro ista parte facit tex.not.in c.1.in fin.cum g.o.& ibi d. Abb. vt lite pen. vbi si princeps in rescripto se referat ad ius simpliciter,intelligitur de iure speciali, & statutario. Ad idem facit gl.in proœ.cle.in verbo,iure.per quam not.ibid.
c Abb.ꝙ appel.iuris , c venit non solum ius commune, sed etiã
16 municipale. † Et per hoc infert,ꝙ qnando causa mandatur decidi secundum ius , intelligitur non solùm de iure communi,
17 sed etiam municipali,& consuetudinario.† Ad idem facit,qđ no.Bal.in rub. de re.iu.in 6. quòd compromittens in aliquem,
18 vt iudicet de iure, videtur cogitasse de omni specie iuris.† Ad idem facit,qđ in terminis latè decidit Bald. in l illa institutio,in vlt.col.ff.de hær.inst.vbi quærit.Pone , ꝙ factum est compromissum in aliquẽ,prout tota die fit,de iure, & de facto in procedendo , sed in pronunciando de iure tñ , an iste arbiter debeat pronunciare de iure communi , an secundum statuta illius loci? Concludit per plura,qđ per statuta. ex quo confirmata sunt à iure communi in illo loco,derogant iuri communi, vt ibi plenius per eum.Sequitur d.Ant. in c.Quintauallis. ad fi. de iureiu.latè d.Abb.in rub.de consu.& in c.1.vt lit.pen.& in c. cum venissent. in 1.col.per illum tex.de eo,qui mit.in pos. & in c.Cumana.in antepen.col.de ele. Pau. de Cas.in l.ius plurib.ȝ. eo.& in l.prescrip.vbi etiam dixi.C.si ȝ ius.vel vti.pu.Lud.Ro. in l.post dotem,in 13.col.ff.fol.ma. vbi refert se ita pluries consuluisse.& ita cõsuluit in cons.251.inci.clarissime pater. Quam uis aliter distinguat idẽ Lud.in rep. rub.ff.de arb. in 6.col.in 15. q.Ita etiam tenet d. Alex. remissiuè , in d.l. post dotem. in 24. col.Ad idem facit, qđ decidit Bal.in l. maximum vitium.C.de lib.præte.in 6.col.in ver. vlterius queritur de tali.q. Cauetur lege municipali.Cuius decisio ȝ dicit his , quæ tenuit in d.l. quicunque. & illud in specie reprobat Pet. de Anch. in cõmen. c. canonum statuta. de const. post medium ,in ver. sed occurrit
19 iuxta prædicta quæstio.¶ † Secundò pondera relatiuum qui, iunctum antecedenti vniuersali sine copula, qđ videretur debere stare restrictiuè.Sed dic, vt per Bart. hic , latè posui anno præterito in l.1. C.de sum.Tri. Ideo hic non repeto. ¶ In gl.nihil est.Extra gl.Bar.hic per 7.q. prin. examinat materiam statutorum . Ad cuius æmulationem Rayn. de For. primò præceptor, & posteà concurrens Bar. composuit aliam repe. de hac l.in qua ferè in omnib. ȝ dicit Bar.Attingã. 1.q.Bar.quia necessaria est ad intellectum huius l. alias relinquam studio vestro
20 camerario.¶ † Quæro igitur,nunquid quilibet populus d posit condere statuta?Bar.hic , & in l.si quod extraordinarium. C. de leg.lib.x.distinguit tres casus prin. Sequitur Pet.de Anch. in commen.c.canonum statuta.in xj.car.de const.d.Ant.& Imo. in c.cum omnes.co.ti.Ang.de Are.in §. ius autem ciuile.Insti. de iu.na.gen.& ciu.Ray.de For.in repe.huius.l. reprehẽdit qua-
21 si in omnib.Bart.Primo inquantũ præsupponit Bar.† ꝙ castra. & villæ nullam habeant iurisd.& ita intelligit.d.l. si qđ extraordinariũ.Hoc vr̃ falsum.per tex.in l.1.C.de eman.lib.melius probat tex.in l.fin.C.de ser.reipu.manu.Item inquantũ Bar.intelligit d.l.si qđ extraordinariũ in castris,& villis carẽtib. iurisdictione . Istud est diuinare sm eum.Secdò , & fortius iste text. non põt loqui in castris,& villis,cũ ibi esset præses, qui morat in ciuitate Metropolitana. l.illicitas.§. qui vniuersas.ff.de of.pr̃si.Itẽ vltra Ray.non apparet,qđ in d.l.si qđ extraordinariũ,fierẽt statuta ad deci.cãrũ,vt pr̃supponit Bar.imò verba potius oñdunt
22 ȝriũ. † Itẽ inquantũ Bar.vult,qđ cõdere statuta sit iurisdictionis.Ray.hic,tenet ȝriũ:quia sequeret̃, qđ magistratus,q hñt iurisdictio.possent cõdere statuta, & tñ istud est falsum prout tenet ipsemet Bar.ȝ. in 4.q. huius.1.partis prin. Sed ad hoc rñde, qđ magistratus bene hẽt iurisd.in cognoscendo,& iudicando: sed nõ in faciẽdo statuta.Cõcludit ergo Ray.ȝ Bar.qđ cõdere statuta,nõ est iurisd.sed est pmissionis,vt patet in hac.l.vbi Populus põt indistinctè cõdere statuta , ꝙa sibi permittit p istã l. Idẽ tenet Inn.in c. cũ accessissent. de ȝsti.Bal.hic in 1. car.& in add.Spe. iu.tit.de in.om.in.in prin.& i l.1.in 1. col.ff.de iur.om. iud. cũ diffinitio iurisdict.ibi posita p gl.nõ ȝueniat:ex quo ibi dr̃ cũ necessitate iurisdicendi: ex quo cõdere statuta nõ est necessitatis.

ADDITIONES.

a Appellatione statuti.Adde Ias.in l.perscrip ione.C. si cõtra ius, vel vti.publ.
b ¶Quæstiones. q. 1.Ias. & amplia legem, quam ipse tenet in Auth. præterea col.v.C.vnde vir.& vxor. PVRPV.
c ¶Appellatione iuris.Adde Abb.in rub.de consu.& in proœ.cle.
d ¶Nunquid quilibet populus.Adde Inno.in c. cum accessissent de consti. Abb. in c.quæ in ecclesiarum de consti.

ecſſitatis. Hinc dicit Bal. in c. cum omnes. in 14. col. de conſti. ꝙ condere ſtatuta eſt iuriſdictionis voluntariæ. Ang. ☞ in 2. & 3. col. in 8. opp. reprehẽdit Bar. & dicit eſſe ſibi contrarium, dum concludit, ꝙ populi nullam hũtes iuriſd. poſſunt tñ condere ſtatuta circa adminiſt. rerum ſuarum. Ergo apparet, ꝙ condere ſtatuta non eſt iuriſd. Poſteà diſtinguit, vt hic per eum. Tu dic, ꝙ ☞dere ſtatuta ſuper his, quæ pertinent ad deciſionẽ cauſarũ, illud eſt bene iuriſd. Statuere verò circa adminiſtrationẽ rerum ſuarum, non eſt iuriſd. Iſta fuit intentio Bart. ¶ Pro clara intelligentia doct. Bar. duo principaliter ſunt videnda. Primò an condere ſtatuta ſit iuriſd. Secundò an quilibet populus carens iuriſd. poſſit condere ſtatuta. Circa primum, ꝙ condere ſtatuta ſit iuriſdict. tenent Bal. & Sal. in l. fi. C. de iur. om. iud. Bal. in tit. de pa. conſtan. in verbo ſm mores legesq; ciuitatis, & in l. decernimus. circa mediũ. C. de ſacroſ. eccle. do. Ant. & Imo. in d. c. cum omnes. Sed Ang. in l. Imperium. in 3. col. ff. de iur. om. iu. miratur de Bar. qui dicit, ꝙ condere ſtatuta ſit de iuriſdictione: imò eſt de mero imperio, & ſummo: quia competit ſoli principi. l. non ambigitur. ff. de legi. & expeditur officio iud. no
23 biliſſimo reſpiciente publicam vtilitatem. † Et per hoc infert, ꝙ infeudatus de ciuitate, vel caſtro cum iuriſdictione: tñ non poterit condere ſtatuta: qđ reputat no. dignum. Bart. verò. in l.
24 nulli. C. de ſen. quærit †, an condere ſtatuta ſit meri imperij, vel mixti, an ſimplicis iuriſdic. Et rñdet, ꝙ ſi loqueris abſolute, erit meri imperij: q a comprehendit ẽt ſtatuta, q̃ fierent circa referuata principi, quæ ſunt de mero imperio. Si verò loqueris diſtributiuè: tunc erit ſm rem diſpoſitam. i. ſi ſtatuatur ſuper his, quæ ſunt meri, vel mixti imperij: & erit meri, vel mixti imperij. Aliàs eſt ſimplicis iuriſdictionis: q a eadem eſt qualitas fori, & ſtatuendi. d. l. nulli. quæ eſt ad hoc multum ſingularis, ſm eum. Idem tenet Bal. in d. c. cũ omnes. in 17. col. circa fin. vbi dicit, ꝙ non omne ſtatutum eſt meri imperij: niſi qñ ordinatur ad ea, quæ ſunt meri imperij, per d. l. nulli. & l. 2. §. his datur. ff. de iudi. Do. Alex. in l. 1. in 4. col. ff. de iur. om. iu. tenet ẽt ☞ Bart. ꝙ condere ſtatuta non ſit iuriſdictionis. vt ibi per eum: niſi capias iuriſdictionem magis largè, prout deriuatur à dictione, dicitio, quæ eſt poteſtas, & iuris, quaſi legitima poteſtas, vt declarat gl. in §. iuſiuran. in Auth. de defen. ciui. gl. in d. l. Imperium. & ibi Bar. in 1. col. Et hoc modo ſtatuere eſt iuriſdictionis. i. legitimæ poteſtaris. Iſta ſunt, quę in hoc paſſu reperio a Doc. tradita. Ego autem credo eſſe aduertendũ, dũ quæritur, an cõdere ſtatuta ſit iuriſdic. ꝙ iſte terminus iuriſdic. capit tanq̃ genus, & tanq̃ ſpecies: put declarat Bar. in d. l. Imperiũ. ī 3. col. & Bal.
25 in l. ſi in aliq̃. §. cum pleniſſimam. ff. de offi. procon. & le. † Si ergo quæras, an ſtatuere ſit iuriſdictionis in ſpecie: & hoc eſſet fatuum, quærere, cùm iuriſdõ ſimplex in ſpecie dicatur, qñ aliquid expeditur officio iud. mercenario, ad priuatam vtilitatem principaliter, vt diffinit Bar. in d. l. Imperium. in vlt. col. Statuere ergo eſt iuriſdictionis. ſ. capiendo iuriſdictionem in genere. Nam iuriſdictio in genere comprehendit ſub ſe merũ, & mixtum imperium, & ſimplicem iuriſdictionem, vt declaratur in d. l. Imperiũ. Et iſta eſt propriè intentio Bar. hic. Quamuis Ray. hic dicat, ꝙ iſta ſaluatio non ſit bona, cùm verba in dubio debeant intelligi in ſpecie, & non in genere, ꝙ nihil eſt. Si autem quæras in ſpecie, an condere ſtatuta ſit meri imperij, vel mixti, aut ſimplicis iuriſdictionis. Et in hoc indubitanter rñdeo cum Ang. & ☞ alios, ꝙ condere ſtatuta ſemper, & omni caſu eſt meri imperij: & nunquàm poſſet eſſe mixti, & multominus ſimplicis iuriſdictionis. Iſtud probo: quia condere ſtatuta ſemper expeditur officio iud. nobili: & ſemper ad publicã vtilitatem principaliter. Ergo eſt ſemper meri imperij, vt patet ex diffinitione Bar. in d. l. Imperium. Nam ad priuatam vtilitatem nunq̃ fit ſtatutum principalirer: quia tunc eſſet conſtitutio, & non ſtatutũ. l. 1. ff. de conſt. prin. Bene fateor, ꝙ materia ſuper qua fiunt ſtatuta põt eſſe mixti imperij, vel iuriſdictionis ſimplicis: prout dicit Bal. Tñ ipſum ſtatuere ſemper eſt meri imperij. Et
26 credo, ꝙ iſta ſit pura veritas ¶ † Circa ſm, an quilibet populus carẽs iuriſdictione poſſit condere ſtatuta. Bart. hic concludit, ꝙ non, & ita vbique ſeruatur. Nam ciuitates ſubiectę principi non poſſunt condere ſtatuta, niſi cũ licẽtia principis, aut
* confirmatione. In puncto tñ iuris *communiter* tenetur ☞ Bart. ☞ quem tenent Bal Sal. hic, & Bal. in l. 2. in 3. no. per illum tex. C. de conſt pe. & in l. 1. in prin. C. quæ ſit long. cõſu. & in l. de quib. in prin. ff. de leg. & in rub. extra de conſt. in v. col. Alb. hic, & latius in 1. parte ſtat. in v. q. incip. Ex prædictis patet. & in q. 8. inci. Sed quid ſi ſtatutum ciuitatis contradicit. Can. in c. quod clericis. de fo. comp. & in c. fi. de conſue. d. Alex in l. 1. in 4. col. ff. de
a iur. om. iud. Et iſta [a] pars eſt verior in puncto iur. per generalitatẽ huius l. cũ ſim. Facit tex. in l. ius plurib. in verbo, in quacũque ciuitate, & ibi Ang. in 1. no. ad hoc no. ☞. co. ¶ Et ſic hẽs ex-
27 peditã doc. Bar. ex qua ſume. 2. cõcl. † Prima eſt, ꝙ populus hũs iuriſdõnẽ, vel p̃ſcriptã, vel conceſſam à principe p̃t de per ſe facere ſtatuta, nec requiritur cõfirmatio ſuperioris. Iſtam concl. not. limita, niſi princeps eſſet præſens in ciuitate: quia tunc non valerent ſtatuta populi ſine principis confirmatione: dato, ꝙ aliàs talis populus poſſet ſtatuta condere. Ita not. Bald. in l. humanum. in 4. not. per illum tex. C. de leg. & in l. priuatorum. C.
28 de iur. omn. iud. & in l. fin. poſt Cy. co. tit. † Secunda concl. eſt, quòd populus carens iuriſdictione, poteſt tamen condere ſta-
b tuta ſuper adminiſtratione rerum ſuarum. [b] Limita no. quòd huic tñ ſtatuto non poſſent adijcere pœnam, ſm Inn. in c. cum acceſſiſſent. de conſti. do. Ant. & alios in c. cum omnes. ad fin. eo. tit. Bal. in rub. de conſt. in 4. col. Ang. no. in l. 1. in prin. ff. ſi quis ius di. non obtemp. & ibi do. Alex. in 4. col. Intellige, niſi haberent ex conſuetudine, & ſic ex præſc. talem pœnam imponendi ſtatuti. arg. in l. viros. C. de diuer. offi. lib. 12. Ita ſingulariter tenet Io. de Pla. in l. 1. C. de fiſc. vſu. lib. x. Sequitur do. Alex. in d. l. 1. in prin. in 4. col. ff. ſi quis ius di. non obtem. Secundò limita, vt per glo. no. in c. cum aliquib. in verbo, firmitate. de reſc. in 6. De cuius intellectu vide per Inn. in d. c. cum omnes. in fin. Et ita remanet expedita 1. q. Bart. Alias vide per te. ¶ Circa tñ 4. q.
29 huius. 1. prin. † inquantum concludit Bar. ꝙ Card. legatus de latere poteſt condere ſtatutum: facit text. in l. apertiſſimi. cum
30 gl. & ibi Ang. no. & ibi dixi. C. de iud. † Idẽ concludit Bart. de
c Epiſcopo. [c] Et iſtud latè proſequitur Bal. hic. Tu limita vtrunque: dummodo non ſtatuat contra ius. [d] cle. ne Ro. de elec. Et
d quòd Epiſcopus non poſſit ſtatuere contra ius, patet in c. qđ ſuper his. de ma. & obe. hĩ in c. vt animarum. de conſti. quia inferior non poteſt tollere legem ſuperioris c. cum inferior. de ma. & obe. Et ꝙ etiam legatus de latere non poſſit ſtatuere contra ius commune, not. Hoſt. & Io. And. in c. fin. per illum text. de offi. Arch. Io. An. in addi. Spe. in ti. de ele. ſuper rub. Doc. prę ſer
31 tim Imol. in l. ex duob. §. fin. ff. de vul. & pupil. † Idęo non poteſt committere cauſam ſummariè, & de plano, vt eſt glo. in cap. fin. de hær. in 6. Quam reputat ſing. Imo. in l. nemo poteſt. ff. de leg. 1. Sed habes ſimilem in cle. ſępè. in verbo, mandans. de verb ſigni. Probat text. in cap. dilecti. & ibi ad hoc ponderat. d. Ant. de iud. Sed limita valde ſing. ſm Bal. hic ī 6. col. niſi Epiſco
e pus [e] ex cauſa euidenti, & neceſſaria ſtatueret contra ius: quia tunc poſſet, per tex. optimum in l. ſi hominem. ff. man. Quæ eſt vnica, & ſingularis in iure, ſm Bal. in c. j. in 8. col. vt lite non cõte. Iſtam limi. Bal. pro valde no. & ſing. exclamat, & ſequitur. d. Abb. in c. dilecti. vlti. de appel. & in c. fi. de cõſue. in 2. col. & in c. At ſi clerici. §. adulteriũ. in v. col. de iud. d. Alex. in ☞. 106. in 2. vol. inci. per Spe. in v. col. & in d. l. nemo poteſt. in 1. col. Confirmo iſtam limi. ex trib. Primò per illud, quòd vult Bar. in d. l. ſi hominem. in fin. per illum tex. & in 1. conſt. Cod. in §. quib. & ibi Bal. in §. hoc igitur. & Bar. in l. ambitioſa. in 4. col. ff. de decre.
32 ab or. fa. & Abb. in c. ſtuduiſti. in 1. not. de offi. deleg. ¶ † Sed̃ confirmo per tex. in c. fi. & ibi d. Ant. & Imo. de tranſac. vbi per illum tex. no ꝙ quamuis legatus de latere non poſſit ſtatuere contra ius, nec committere cauſam ſummariè, vt prædixi: ta-
33 men ex euidenti, & neceſſaria cauſa iſtud poſſit. ¶ † Tertiò confirmo per id, quod vult gl. no. in c. tempora pœnitudinis. in gl. 1. 26. q. 7. & gl. in c. latorem, in glo. fin. 33. q. 2. quæ volunt,
f ꝙ Epiſcopus ex cauſa [f] poſſit diminuere pœnitentiam iniunctam à Papa. Item facit, quod per illam. l. ſi hominem. decidit
34 Bal. in rub. C. qui admitti. † ꝙ Poteſtas ex cauſa poteſt tranſgredi ſtatuta etiam iurata. & ibi Lud. Ro. multum ponderat, & ibi do. And. Barb. in repet. vbi videas. Iaſ. Paduæ.

ADDITIONES.

2 ¶ Et hanc Iaſonis ſententiam communem contra Bar. dicit Viuius. com. opin. lib. 17. in verbo ſtatuta condere. vbi allegat aſſertores. Alex. conſ. 176. lib. 2. Nat. conſ. 12. MASVER.

b ¶ Rerum ſuarum. Adde Iaſ. vbi opponit, & non ſoluit in q. 1. in prin. col. 1. ☞. ſi quis ius di. PVRPV.

c ¶ De Epiſcopo. Adde Doc. in c. cum omnes. de conſti.

d ¶ Contra. Adde Lud. Ro. in l. 1. ff. de iu. om. iu. Alber. de Roſ. 1. part. ſtat. q. vij.

e ¶ Niſi Epiſcopus. Adde domi. de Ro. dec. 272. incip. in religioſo, in not.

f ¶ Quod Epiſcopus ex cauſa. Adde Lud. Ro. in ſuis ſing. in litera E. quæ incipit Epiſcopus. conſ. 328. incip. in terminis propoſitæ conſultationis.

SVMMARIVM.

1 *Bar. præceptor, & poſtea eius concurrens fuit Ray.*
2 *Falsò attribuitur Bar. lectura in primam partem. ff. veteris.*
3 *Ius ciuile conſtat, aut ſcripto, aut ex non ſcripto.*
4 *Ius ciuile eſt duplex, commune, & priuatum.*
5 *Differentia inter ius legale, & ius naturale, vel gentium.*
6 *Quod populi carentes iuriſdictione non poſſint condere ſtatuta, niſi habeant præſcriptam, vel conceſſam, obſeruatur in terris eccleſiæ.*
7 *Quilibet populus poteſt ſibi condere ſtatuta: dummodo non tendant contra*

contra principem, vel suum superiorem.

8 *Populi subiecti ecclesiæ Romanæ possint condere propria statuta, sine licentia, & confirmatione Papæ.*

9 *Statuta iuri canonico contraria sunt nulla.*

10 *Non licet clericis statuere contra ius commune.*

11 *Episcopus potest contra ius commune statuere, infringendo, vel derogando: dummodo faciat ex euidenti, & necessaria causa: quæ etiam verisimiliter moueret superiorem.*

12 *Legatus de latere ex euidenti, & necessaria causa, tangente statum causæ potest committere, quòd summariè procedatur.*

13 *Episcopus cum consensu sui capituli potest facere statuta, concernentia prꝫiudicium iuris aliorũ prælatorum inferiorum, vel aliarum eccleſiarum subiectarum, si illi alij sint præsentes, vel aliter consentiant: aliàs secus.*

14 *Legatus de latere non potest se impedire de causis alijs specialiter commissis.*

15 *Quibus data est plena potestas, non tamen possunt disponere contra specialiter statuta.*

16 *Ex causa licet leges transgredi.*

17 *Quilibet populus vtitur iure proprio statutario, aut iure communi, vel ciuili, vel gentium.*

18 *Omnes populi partim vtuntur iure communi, partim iure priuato.*

19 *Appellatione iuris communis licet propriè veniat ius ciuile: tamen etiam continetur ius gentium.*

20 *Appellatione iuris in dubio an intelligatur de iure ciuili communi, an de iure statutario.*

21 *Stante statuto, quòd frater ab intestato excludat sororem: saluo quòd debeat dotari. Pone, pater habens filium, & filiam in testamento dixit, Instituo filios meos in eo, quod eis de iure tangit: an intelligatur de iure communi, quo pariter succedit fœmina, sicut masculus, an de iure statutario, quo mediante masculus excludit fœminam.*

22 *Compromissum si fiat, vt pronuncietur secundum iura, arbiter non poterit pronunciare secundum statuta iuri communi contraria.*

23 *Si aliquis renunciauit omni iuris auxilio, an intelligatur renunciare beneficio statuti.*

24 *Si maritus promittat restituere dotem in casu dotis de iure restituendæ, vel in casu restituendi dotem, secundum formam statutorum. Tamen ista promissio intelligit, nõ de iure, sed de consuetudine approbata.*

25 *Verba statutorum ad vulgarem intelligentiam referenda sunt.*

26 *Verba compromissi referenda sunt ad ius commune, secundum quod causa breuius potest expediri.*

27 *Verba libelli semper intelligi debent ad fauorem libellantis.*

28 *Si pater instituerit filios in eo, in quo de iure succedere debent, intelligitur de iure statutario, & non de communi.*

29 *Si pater acquireret emphyteusim pro se, & filijs masculis, & fœminis, æqualiter veniunt fœminæ, sicut masculi.*

30 *Voluntas patris intelligitur regulata secundum formam statuti.*

31 *Appellatione fratris venit etiam soror.*

32 *Stante statuto, quòd fratres excludant sorores ab intestato; si pater instituerit filios suos, non venirent sorores.*

33 *Populus non potest sine licentia superioris creare magistratus.*

34 *Magistratus habent iurisdictionem in cognoscendo, & iudicando de causis, non in statuendo.*

35 *Castra, & villæ licet possint condere statuta: tamen illis statutis non possunt pœnam adijcere.*

36 *Papa confirmando omnia statuta generaliter, nunquam intelligitur cõfirmare statuta, quæ sunt contra libertatem ecclesiæ.*

37 *Collegia an possint statuta condere.*

38 *Statuta mercatorum an egeant confirmatione principis.*

39 *Statuta vnius collegij, vel mercatorum an debeant seruari in alio foro quàm mercatorum.*

40 *An pars aliqua ciuitatis, expulsa altera parte de ciuitate, possit facere statuta.*

41 *Certa pars vniuersitatis potest facere Syndicum.*

42 *An vna progenies de per se, vel familia possit in ciuitate intra se consuetudinem inducere, & pari ratione statutum: puta inducendo consuetudinem circa solemnitatem testamenti; vel disponendo, quòd certo modo succedatur.*

43 *An magistratus possint statuta condere.*

44 *Excommunicati, & interdicti non possunt statuta condere.*

45 *Statutum disponens, quòd bannitus possit impunè occidi, valet.*

46 *An bannitus possit de iure communi impunè occidi, quando non esset statutum.*

47 *Stante statuto, quòd bannitus possit impunè occidi: tamen filius non posset impunè occidere patrem bannitum, vel è contra.*

48 *An bannitus possit tolerari in ciuitate: & an ista tolerantia præstet ei securitatem, ne possit impunè occidi, licèt nondũ sit de banno liberatus.*

49 *Si quis occiderit bannitum extra territorium, in quo viget statutum, quid iuris.*

50 *Contractus minorum etiam iurati non valent.*

51 *Statutum præcisum, vel in quo dicitur, quòd præcisè, obseruetur, per al iud statutum postea factum non tollitur.*

52 *Statutum præcisum intelligitur, quòd mandetur executioni, omni exceptione remota etiam sine causæ cognitione.*

53 *Si statuto caueatur, quòd statutum aliquod non possit glossari, vel interpretari: vel quòd omnia statuta sint præcisa: vel quod præcisè obseruentur; talia statuta intelliguntur de glossis hominis, non legis.*

54 *Verba præcisa non recipiunt interpretationem.*

55 *Dictio præcisè, non excludit legitimas defensiones.*

56 *Iurans seruare statuta præcisè, debet seruare tenaciter, & à forma statuti non recedere.*

57 *Licèt reus teneatur per statutum respondere præcisè accusationi, potest tamen opponere incompetentiam fori.*

58 *Verba præcisa Papæ recipiunt tacitam conditionem, & interpretationem.*

59 *Iuramentum habet vim præcisam.*

60 *An statuta recipiant interpretationem restrictiuam, correctiuam, declaratiuam, & extensiuam.*

61 *Si statutum disponat, quòd legitima filiorum sit quinta pars bonorum patris: & quòd testamentum sit nullum, in quo non relinquitur filijs tota legitima: an sufficiat relinqui legitimam filio quocunque titulo.*

62 *Statutum disponens, quòd filius f. possit testari, venit ad correctionem iuris communis.*

63 *Filius sororis, quia iungitur per lineam fœmininam, non est agnatus, sed cognatus.*

64 *An in statutis casus fictus locum habeat.*

LEX IX.

OMnes populi. Ista l. in text. & glo. parũ habet: sed Bar. eam illustrẽ, & famosam reddidit. Qui per 7.q.prin. cũ infinitis accessorijs exactè, & copiosè posuit totã
1 materiam statutorum. Et postea † Ray. qui fuerat præceptor Bar.dum esset eius concurrens, fecit vnã repetitionẽ ꝫriam: in qua (vt opinor) studio æmulationis, & inuidię scripsit: & in omnib.de vno in vnum tenet ꝫrium: & eius repetitionem inseruit Alb.in tract.statu. Sed dubito, ne euenerit Ray. id qđ præclarè inquit Io.An.in proœ.6.in nouel. ꝙ Machabei studio ꝺdicendi perdiderunt sanum intellectum. ¶ † Itẽ aduerte, ꝙ lectura,
2 quæ attribuitur Bar.in hoc libro, non fuit Bart.sed alterius, qui forte pro eo legebat. Et ideo in isto primo libro reperitur ꝫria ri his, quæ alibi dicit Bar.fm Imo.in l.is, qui reus.in 36. col.ff.de pub.iu.excepta repe.l.nr̃æ, quæ verè fuit Bar.& eius ingenio, & scribendi formæ bene congruit, fm Ale.in rub.ff. de acq.her.in prin. Vbi ponderat ex his, quæ dicit Bar.colligi istud, & Alex.in l.diem functo.in 14.col.ff.de of.asse.& in l.Pomponius.§.si iussu.in 8.col.ff.de acq.poss.& in cons. 206.in 2.vol. Inci. viso the-
a ma.in v.col. in fi. & alibi sæpè. a Sic etiã in trib.libr.C.in quib. Bar.non legit, nisi vsq; ad titulum de periculo eorum, qui pro
b magi.interue.lib.11.fm b Ang.ibi, qui dicit, Hucusque legit Bar. reliquum fuit additum à d.Cot.de Perusio, secđm Alex. in l.diuortio.§.interdum, in pe.col.ff.sol.ma.& in l.1. ff.qui satisf. cog. & in rub.ff.sol.ma.in fi.col.& in d.rub.ff.de acq.her.& in cõs.50.
3 in v.vol.Inci.visis actis cãæ.in fin.col. & alibi sæpè. ¶ † Præmitte ad euidentiam huius l. famosæ secđm Alb.hic, ꝙ legitur duplr. Primò, ꝙ loquatur de iure ciuili non scripto, & sic consuetudinario: & tunc tex.ibi.[nam, ꝙ quisque populus, &c.] idem intelligi debet.s. tacitè. Iste intellectus probatur ex l. ius ciuile. in fi.s̃.co.vbi dr̃, & ius ciuile cõstat, aut ex scripto, aut ex non scripto. De scripto patuit in duab.ll. præce. Nisi ergo dicamus, ꝙ in ista l.Iurisco.tractaret de iure nõ scripto, & sic cõsuetudinario, cũ de illo posteanõ tractet in alia.l.huius tit. Argueretur diminutus. Ergo necessario de illo tractat ista lex. Tñ, quia de iure nõ scripto, & sic consuetudinario plenè tractat.l. de qb.cũ quatuor.ll.seq.j̃. de legi. quæ aliàs essẽt superfluę: Ideo verus, & communis sensus est, ꝙ ista l. loquitur de iure ciuili scripto.
4 † In quo aduerte, ꝙ ius ciuile est duplex. Quoddam est commune: & est illud, qđ habetur in libris iuris ciuilis per totum: & istud non põt condere, nisi Imperator, vel alius supremus princeps. Et de isto loquitur ista l. fm cõem sensum. Quoddã est ciuile priuatum: & est illud, qđ vnaquæq; ciuitas sibi cõstituit. Et de isto propriè loquitur ista lex: vt sunt statuta cuiuslibet ciuitatis. Et per hoc vr̃ primo considerãd. ꝙ diuisio, q̃ facit hic Iurisc. non sit perfecta: dum dicit, ꝙ oẽs populi, aut utuntur cõi oĩum hominũ iure gẽ. aut vtunt̃ priuato iure ciuili, siue ciuitatis. Quia imò vr̃, ꝙ oẽs populi vtant̃ altero de triplici iure, aut iure ciuili priuato, & sic statutis ꝓpriæ ciuitatis. aut iure ciuili communi:

ADDITIONES.

a ¶Sepe.idẽ dicit in l.si fideiusso-.§.si satisdatur 3.col.j̃, qui sat.cog. PVRPV.
b ¶Vide Ias.in l.quidam cum filium.col.pen.ver.lect.super.3.li.ff.de verb. obl.

communi: quia quando non habemus statuta, vtimur isto iure ciuili cõi: aut iure communi gen. Nec potes intelligere text. ibi, cõi omnium hominum iure, q̃ intelligatur etiam de iure ciuili vniuersali & cõi: quia vt dicunt Bar. & omnes hic in diui sione tex. q̃ in fi. tex. restrinxit, dum dicit, vocaturq; ius gentiũ
5 Istud pungo, vt diligentius aduertas ad tex. † Quæ autem dña. sit inter ius legale, & ius naturale, vel gentium, habes per Ioan. And. in regula possessor, de regu. iur. in 6. in merc. in 2. q. prin. cir
6 ca prin. ¶† Præmitto secundo proprius ad tex. q̃ tota ista lex legitur dupliciter, & hic sunt vndiq; angustiæ. Primò legitur fm Bar. hic in prin. & plenius in 1. q. 1. q. prin. vt ista l. non generaliter ꝓcedat in omni populo, sed restringi debet ad populos habentes iurisdictionem separatã. Et ideo fm Bar. in illa 1. q. text. in §. ius aũt ciuile. Insti. de iur. nat. cum ministerio posuit exemplum in populo Laced & Athe. Mouetur, quia cõdere statuta est iurisdictionis, vt patet ex diffinitione iurisdict. tradita p̃ gl. in l. 1. ff. de iurisd. omn. iudi. Ergo si sint populi carẽtes iurisd. nõ poterunt statuta condere, nisi haberent iurisd. vel concessam, vel præscriptam. Et dicit Bal. hic, in 3. col. q̃ hæc opi. seuera est: tñ seruatur in terris ecclesiæ, adeo q̃ si tota ꝓuincia Marchiæ, vel ducatus vellet condere statutum proprium, non posset sine licentia, aut confirmatione Papę. Et istud est etiam quod dicit Bar. hic, in d. 1. q. 1. princ. in fin. ¶ Secundo modo legitur fm Albe. hic post antiquos per eum relatos, q̃ l. generaliter procedat † in omni populo, siue habeat iurisd. separatam, siue non:
7 quia quilibet populus potest condere statuta, dummodo non tendant ꝯ Principem, aut suũ superiorem: & nisi disponant super his, quæ sunt reseruata Principi in signum supremæ potestatis: vel sint ꝯ bonos mores. aliàs possũt ꝯ ius statuere: & hæc licentia vñ generaliter concessa ex generali cõcessione facta p̃ dispositionem huius l. & ex tacito consensu Principis. Et Bald. hic per quatuor primas col. multum diffusè arguit pro vtraq; parte, vt hic per eum. Finaliter concludit & tenet istam vlt. ꝯ Bar. q̃ etiã vñ tenere Ang. licèt non clarè firmet. Istam tenent Can. in c. quod clericis. de fo. compe. vbi d. Ant. & latius Pan. in pen. & vlt. col. & d. Ant. in c. fi. vbi alij etiam. de consu. & Ioan. And. in addi. Spe. in titu. de consti. in 3. col. & Fran. de Are. in d. c. quod clericis in 3. col. moti ex generalitate huius l. in ver. omnes populi. & generalius. in d. §. ius aut ciuile. in illa vniuersali geminata, q̃ quilibet populus, quæq; ciuitas &c. & sic ex permissione expressa harum legum, & tacito consensu Principũ: & quia quilibet populus ꝑõt inducere cõsuetudinẽ. l. de quib. cũ seq. j. de legi. per consequens ẽt statuta, maximè ponderata
8 ratione, de qua in d. l. de quib. ver. Nam cum ipsę leges. † Et ex
a his infertur, q̃ etiam populi [a] subiecti ecclesiæ Rom. possunt condere propria statuta sine licentia, & confirmatione Papæ, ad hoc specialiter inducit Pan. tex. in c. veniẽs. de iureiuran. vbi ciuitas Tudertina, & populi Tudertini poterunt condere statuta propria, & habere proprias consuetudines cõtra ius cõe, sine licentia & confirmatione Papæ. Patet, quia ibi solùm reprobatur illa consuetudo iurata de non remittendo appellatio-
9 nem Papæ: quia erat expressè ꝯ ius superioris. † Non obst. si dicatur, q̃ statuta iuri canonico contraria, sunt nulla. c. Quod super his. de maio. & obed. 25. q. 2. c. Inst. quia refert Pan. q̃ est verũ in clericis statuentib. ꝯ clericalem ordinem: Secus in laicis, etiã ecclesiæ subiectis statuentib. circa res, vel eorum iura. Et hoc vltimum cum Pan. q̃ etiã populi subiecti ecclesiæ possint facere statuta ꝯ ius cõe, absque licentia, vel confirmatione Papę, sequitur Alex. consil. 172. in 2. vol. inci. viso themate mihi exhibito. in 1. col. Ad hoc ẽt vide latè Pan. in c. fi. in 6. col. & seq. de consue. tangentem, quare clericis liceat iudicare fm cõsuetudinem præscriptam contra iura canonica: & tamen non liceat statuere ꝓtra iura cano. Dicit etiam, q̃ pulchrum, & subtile est videre: quare licitum sit populis omnibus statuere con
10 tra ius commune, per generalẽ concess. huius l. † Tamen non sit licitum clericis statuere contra ius cõe. Et putarẽ rationem esse: quia ius ciuile respicit principaliter publicam, & priuatam vtilitatem: Et ideo non curat, si quilibet populus fm morũ diuersitatem propria statuta faciat: ius cano. principaliter respicit ad Deum. Et ideo non sic datur licentia clericis statuere cõtra ius cano. quia præsumerentur ambitiosè statuere, vt ibi per eum. Caue tñ, quia ibi loquitur in clericis, nõ in laicis subiectis ecclesiæ. Item adde, q̃ Albe. in 1. parte statu. in q. 8. inci. Quid si statutum ciuitatis contradicit iuri cõi. etiam diffusè examinat istum passum. Posteà dicit, q̃ totus mundus seruat istam opin. q̃ quilibet populus possit facere statuta iuri cõi contraria: nisi ius cõe expressè deroget statuto, vt in casu Auth. nauigia. C. de fur. Tamen dicit, q̃ præcedens opin. fortè est de iure verior. Et istã vlt. pro nunc teneo, saluis his, quę dicam j. in 1. quęstio. Bar.
b vbi plenè dicam, an condere statuta sit iurisdictionis. [b] † Not.
11 tñ diligenter circa p̃dicta id, qd̃ singulariter dicit Bald. hic in 6. col. q̃ Eps potest contra ius cõe statuere infringendo, vel derogando: dũmodo faciat ex euidenti, & necessaria causa, quę etiã verisimiliter moueret superiorem ad ita statuendum, per text. in simili valde no. in l. si hominem. ff. mand. & hoc modo limi. iura. can. disponentia, q̃ Eps non possit statuere ꝯ ius cõe. cap. cum inferior. de maio. & obed. cum si. l. formam. C. de off. prę-fec. præto. Et hoc dictũ Bal. pro no. & singulari exclamat Pan. in c. dilecti. vlt. de appel. vbi illud corroborat: & in c. at si clerici. §. de adulterijs. in 5. col. de iud. & in cap. fin. in 8. col. de consu. Alex. consi. 106. in 2. vol. inci. perspe. in 5. col. & in l. nemo põt.
12 in 1. col. ff. de leg. 1. ¶† Confirmo per id, quod volunt Can. maximè. d. Ant. & Imol. in c. fi. per illum tex. de transl. vbi volunt, q̃
c quamuis legatus de latere [c] non possit committere causam cognoscendã summariè, simpliciter, & de plano, sine strepitu, & figura iudicij: quia esset ꝯ ius cõe. gl. magna in c. fin. de hęr. in 6. Quam dicit singularem Imol. in l. nemo põt. ff. de leg. j. Sed est similis glo. in cle. sæpe. in verbo, mandamus. de verb. sign. plenè Spe. in tit. de leg. §. supereſt. ver. sed nunqnid legatus. Bal. in l. nec quicquam. §. fi. ff. de off. proconſ. & leg. & d. Ant. in c. dilecti. de iudicijs, vbi subtiliter ponderat esse de hoc tex. cum legatus de latere ex euidenti, & necessaria causa tangẽte statũ causæ, possit cõmittere, q̃ summariè procedant, &c. fm d. Ant. & Imol.
13 in d. c. fi. per illum tex. & sequitur Alex. in dictis locis. ¶† Cõfirmo per id, qd̃ volũt Doct. in c. vestra. de locato. vbi concludũt
d Inn. Host. Io. And. & alij, q̃ Eps [d] cũ consensu sui capituli põt facere statuta concernentia præiudiciũ iuris aliorum prælatorũ inferiorũ, vel aliarum ecclesiarum subiectarũ, si illi alij sint pśentes, vel aliter consentiant: aliàs secus, per id, qd̃ hñ in c. pen. & fi. de his, q̃ fiunt à præla. sine consensu capituli. Modò plus dicũt d. Ant. & Imol. in d. c. vestra. & hoc est, qd̃ pondero, q̃ qñ subesset iusta causa, põt Eps cũ sui cõsensu capituli statuere in p̃iudicium p̃latorum inferiorũ, vel ecclesiarũ subditarũ, ẽt illis non cõsentientib. per id, qd̃ hñ in c. fi. de his, quæ fiunt à ma. parte capituli. & per Inn. & Io. And. in c. in nostra. de iniur. & in c. q̃ in ecclesiarũ. de consti. Faciunt not. per gl. in c. ꝯstitutis. de relig. do. Confirmo ẽt p̃ id, qd̃ dicit gl. solennis in c. tpa plenitudinis.
e 26. q. 7. in gl. 1. in verbo iudicio, q̃ dicit q̃ Eps ex causa [e] põt diminuere pœnitẽtiã, q̃ Papa indixit, per d. l. fi hominẽ. ff. man. Facit ẽt limitatio, q̃ signanter ponit Pan. in c. studuisti. in 1. not. de
14 off. leg. Ibi enim est tex. † q̃ legatus de latere non põt se impedire de causis alijs specialiter cõmissis. Dicit Pan. q̃ est verũ, nisi ex euidẽti & noua causa faciat, q̃ Papa verisimiliter ignorauerit: & dicit not. Ita ẽt limitat Pan. in c. fi. in 7. col. de cõsue. Fa-
15 cit qd̃ decidit Bal. in d. l. q hominẽ. per illũ tex. † de priorib. q̃b. data est plena potestas; tñ non possunt disponere ꝯ specialiter statuta, nisi ex magna, & euidenti causa: & ita ẽt tenet Bart. in 1. ꝯsti. C. §. q̃b. vbi Bal. in §. hæc igiñ. & Bar. in l. ambitiosa. in 3. col.
16 de decre. ab ord. fac. & Rom. cõsi. 218. in fi. col. ¶† Potest ẽt ad-
f duci, qd̃ dicimus post Inn. in c. 1. de consti. q̃ ex cã [f] licet leges transgredi. De quo vltimo plenè dixi & limitaui in l. 1. C. de p̃cib. Imper. off. & post Bal. & Sal. in Auth. hodie. C. de iud. vbi limitãt duob. fin. modis. cũ cõcor. per me positis ibi. ¶ His p̃miss
17 is, venio ad l. & cõiter diuidiñ in tres partes, vt hic p̃ Bar. † Quilibet populus aut vtitur iure proprio, hoc est statutario, aut iure cõi, vel ciuili, vel gentiũ. h. d. ¶ Primò põdera relatiuũ, qui, iũctũ signo vniuersali oẽs, sine copula: & sic deberet stare restricti uè, per regulã. l. ea tamẽ adiectio. ff. de leg 3. & sic præsupponit quosdã populos reperiri, qui neq; legib. neque morib. vtantur. qd̃ est impossibile. Rñde vt hic p̃ Bar. & alios. Et quia istã materiã relatiui plenè tetigi in l. 1. C. de sum. Trin. dic vt ibi. ¶†
18 Secũdò not. q̃ oẽs populi partim vtuntur iure cõi, partim iure priuato. & Bal. hic in prin. intelligit iure cõi i. iure ciuili, non aũt iu-
19 re cõi. i. iure gentiũ: prout vñ ex sequentib. deprehẽdi. † Et dicit q̃ appellatione iur. cõis, licèt propriè veniat ius ciuile, tñ etiam continẽt ius gentium: quia vtrunq; cõe est. & q̃ de vtroq; intelligitur principium huius legis. Et hoc modo cessat obiectũ, qd̃ feci ẽt in primo euidẽtiali: quis litera in his, quæ. j. declarat, aliqualiter

ADDITIONES.

a ¶ Quod etiam populi Adde Alex. de Imo. cons. 101. incip. visis instrumentis, in 1. vol. & Abb. in c. quod clerici. de fo. comp.

b ¶ Iurisdictionis. Adde Ias. in l. nemo potest. col. 2. vers. facit. bonus text. de leg. 1. Pan. duo decidit in c. 2. col. 3. de mut. iuris diui. & 5. de introdu. consue. reproba. de prob. 1. Decan rub. C. qui admi. 1. col. PVRPV.

c ¶ Legatus de latere. Adde Lanfran. in repe. cle. sæpe. de verb. sig. Abb. in c. nisi specialis, in 3. not. de off. leg. Philip. de Peru. in c. pasto. de appel.

d ¶ Quod Episcopus. Adde Petr. de Anch. in repe. cap. 2. de consti. Doct. in cap. cum omnes. eod. titu.

e ¶ Eps ex causa. Adde Rom. cõsi. 428. inci. in terminis propositæ cõsultationis.

f ¶ Quod ex causa. Adde Bal. & Sal. in l. & si seuerior. C. de insa. Bal. in Authen. sed nouo iure. C. de ser. fug. Bal. in l. obseruari, in §. proficisci. in 11. q. ff. de off. pconſ. Bal. in l. quid ergo, in §. pœna grauior. ff. de inf. Bald. in l. 3. de re iud.

qualiter refragetur. Ius autem proprium.i. ius ciuile priuatũ, quod nos statutarium appellamus. Et alibi appellatur ius municipale.l.semper.§.legem.ff.de iu.immu. & in l.1.C.de eman. lib.† Hinc se offert pulchrum dubium, an appellatione iuris, in dubio intelligatur de iure ciuili communi, an de iure statutario. Et primò q̃ de iure ciuili communi intelligi debeat, † facit, quod singulariter decidit Bal.in l.Quicũque.in 4.col.C. de ser.fug.vbi stante statuto, q̃ frater ab intest. excludat sororem, saluo q̃ debeat dotari.Pone,pater habens filium, & filiam, in testamẽto dixit:Instituo filios meos in eo, quod eis de iure tangit. Clarum est, q̃ filia est etiam instituta: sed dubiũ est in qua parte:an intelligatur de iure cõmuni,quo patri (aliàs cum pariter) succedit fœmina,sicut masculus.l.maximum vitium.C. de lib.præt.an intelligatur de iure statutario, quo mediãte masculus excludit fœminam. Determinat singulariter Bal. q̃ ista dispositio testatoris intelligatur de iure.s.cõi. & sic q̃ filia in virili succedat:quia cùm se retulerit simpliciter ad ius, debeat intelligi de iure cõi,tanquam digniori.§.sed quoties.Insti.de iure naturali.¶Secundò mouetur,& fortius: quia statutum loquit ab intesta.non ergo habet locum isto casu, quo pater fecit testamentũ.Allegat no.in l fratres.C. de inoff. test. Ad idem facit qd̃ dicit Gui.de Su.in tract. statutorum, quẽ refert, & sequitur Io.And.in addi.Spec.in tit.de arbitro.§. excipitur. ver. Item q̃ est corruptus.in addi. Gui. quem corruptè pro more solito alleg. Rom.in repe.rub.ff.de arb.in 6.col.15.q.vbi allegat in tit.de arbi.§.sequitur.ver.sed pone.Dñi ergo Gu.& Io.And.dicũt fuisse de facto iudicatũ,q̃ † si sit factum cõpromissum,vt pronũcietur fm iura, arbiter non poterit pronunciare fm statuta ciuitatis iuri cõi ꝓria,per Auth.præsides. C. de episcop. audien. & l.rem non nouã.C.de iud.Et quia nominatio iuris simpliciter facta intelligitur de iure cõi, nõ statutario.d.§. sed quoties. Et licèt iudices iurent seruare statuta: tñ hoc non contingit in arbitris, qui sunt vt plurimum priuatæ personæ. dicit tñ Ioan. And. q̃ essent distinguenda statuta respicientia ordinẽ procedendi à statutis respicientib.decisionem causæ,cũ in compromisso sit solùm dictum q̃ pronuncietur fm iura. nisi fm eum vtrunque diceretur, q̃ procedatur, & pronuncietur fm iura. Quod esset valde periculosum fm eũ, qñ statuta essent fauorabilia vni parti,vt ibi per eum.Et istã deci. sequitur Ang. in q. inci.duo adinuicem litigantes.& Car.in c.fin. de cõsue. & Alb. in tract.statut.q.128.inci.sic cõpromissum est in aliquẽ,q̃ pronunciare liceat fm iura,&c.vbi refert.Gui.& simpliciter sequitur.Facit † ad idem,qd̃ singulariter inquit Bal.in l.sed & si quis. §.quæsitum.in fi.col.ff. si quis cau.vbi si aliquis renũciauit omni iuris auxilio,an intelligatur renunciare beneficio statuti? Dicit se credere,q̃ non: quia qñ profertur terminus iuris, intelligitur de iure cõi,non statutario.d.§.sed quoties.Inst.de iure naturali.qd̃ multum not.¶Istis non obst. veritas est in contrariũ: quia iuris appellatione simpliciter facta intelligitur de iure statutario.Hoc primo probatur ex eo,quod tenet Bal. in l.illa institutio.de hær.inst.in fin.col.vbi quærit. Pone,est factum compromissum,sicut tota die contingit.s.de iure,& de facto in procedendo,sed in pronuntiãdo de iure tñ, an iste arbiter debeat pronuntiare de iure cõi, an secundum statuta illius loci. Et refert Cy.tenere,q̃ fm ius cõe:quia qñ ius simpliciter profertur, intelligitur de iure cõi.Bal.ibi tenet ꝓrium: quia ex quo statuta sunt confirmata à iure cõi,vel à superiore, debẽt sequi ius statutarium:quia in illo statuta derogant iuri cõi.Item fm Bal. in aliquib.lecturis, cùm dicta verba sonent non solùm ad ius cõmune, sed etiam statutariũ, vtrunque intelligitur deductũ.ar.l. & an eadẽ.§.actiones.ff.de excep.rei iud. Idem sequitur.d.Ant. licèt Bal.non referat in cap. Quintauallis.in fi. de iureiu. & Panor. vbi ad hoc plura adducit in rub. extra de consue. & Lud. in consil.251.incip.clarissime pater.fm Dñm Alex. in l.post dolem.in.23.col.ff.solut.matr.† Facit,quod decidit Bal.in l.constitutionis. C. de bon. quæ libe.vbi determinat, quod si maritus promittat restituere dotem:aut in casu dotis de iure restituendæ,vel in casu restituendi dotem, secundum formam statutorum,tñ ista promissio intelligitur fm opi. Mart.nõ de iure,sed de consuetudine approbata. de qua per glo. in l.dos à patre.C. solu.matr.per gl.& Doct.in l.post dotem.ff.solu.matr.quia cõsuetudo idem est, q̃ statutum.l. de quib.ꝯ. de legi. Imo subdit ibi Bal. (quod forsitan videbitur tibi nouum) qd̃ si verba sint concepta.s.in casu restituendæ dotis de iure cõi, q̃ adhuc intelligentur de consuetudine relata, quæ interpretatur ius cõe, vt ibi per eũ,& sequitur Rom.in d.l.post dotẽ. Sed Paul. de Cast. in d.l.constitutionis.dicit,q̃ illud Bal. dictũ est mirabile, & singulare,si est verum. Tamen putat ꝓrium, ex quo partes se restrinxerunt ad ius cõe.& de iure cõi opi. Mar. non est vera: licèt solũ attenta consuetudine sustineatur. Alex.in d.l. post dotem.in 23.col.dicit,q̃ verè mirabilis est decisio Bal. in d.l. constitutionis.& q̃ pro ea posset adduci,quod dicit Bald. in d.l.illa institutio.proximè relata.D.Ant.in d.cap.Quintauallis.concludit,q̃ illa decisio Bal.non est vera,ex quo addirum est iuri cõmuni.Nam illud,cõi,nihil operaretur. Pondera ergo q̃ si simpliciter fiat mentio de iure, & non adijciatur cõi, bene intelligitur de statutario. Ad idem dicit Rom. in d.rub. de ar.in 15.q. Facit quod vult Bald.in l.vnica.C. de confes. vbi tenet, q̃ si accusator extrahentis bladum de ciuitate in fin.libelli accusatorij petat secundum formam iuris cõis cõdemnari, intelligitur de iure statutario: quia aliàs fm ius commune nulla pœna imponitur.sed hoc parum facit,sed illud est,quia in dubio verba interpretantur ad fauorem libellantis. l. si quis intentione ambigua. ff. de iud. Ego addo facere pro hac parte, quod decidit Bal.in l.maximum vitium.C.de lib.præte.in 5.col. ver. vlterius quæritur de tali.q.cauetur.l.municipali &c. vbi dicit se consuluisse.Aderat statutum,q̃ pater [a] teneatur relinquere filijs quintam partem bonorum.(olim erat quarta, hodiè triens, vt dixi in Auth.nouissima.C.de inoff.testam.) Posteà erat aliud statutum,q̃ testũ,in quo non relinquitur filis plena legitima, sit ipso iure nullum:cùm tamen de iure communi valeret, sed posset agi ad supplementum.l.omnimodo. C. de inoff. testam. an istud vltimum statutum intelligitur de legitima fm ius commune,an secundum ius statutarium? Arguit ad partes: & finaliter tenet, q̃ intelligitur de iure statutario, vt ibi per eũ, & sic Bal.ibi vr̃ tenere contra id, quod tenuit in d.l. quicunque. in 4. col.Item adde,q̃ in terminis Petr.de Anch. in commento.c.canonum statuta.de consti.post medium.vers. sed occurrit iuxta prædictam.q.referens decisio. Bald. in d.l.quicunque, dicit, q̃ Bald. non videtur sibi verum dicere, per capit. quod dilectio. de consan. & affin. & quia † ad vulgarem intelligentiam referenda sunt verba statutorum.cap.ex literis.de spon.non respondet tñ ad fm fundamentum Bal.quod prima facie vr̃ coloratum: quia statutum loquitur ab intesta. sed nos sumus in casu conditi testam. ergo cũ statutum sit ꝯ ius cõe. s. contra.l. maximum vitium.C.de libe.præte. ergo non debet extendi extra casum suum.Ad hoc ego ꝯ.rñdebo:quia teneo, q̃ illa decisio Bal.non sit vera. Ad prædicta etiam facit text. not. in c.1.in fi.iuncta gl.vt lit. non contest. vbi si Princeps in rescripto se referat ad ius simpliciter,intelligitur non de iure communi, sed speciali,vel,statutario.& illum text.ad hoc allegat Pan.in rubr. extra de consu.Non omitto tamen,q̃ Rom.in d.rub.de arb.in 15.q.¶dicit q̃ fortè in prædictis posset attentari illa distinctio ad concordiam opinionum: q̃ qñ factum est compromissum in aliquem,cum clausula,q̃ de iure pronuncietur, qũo intelligitur illud, de iure. Si autem de iure cõi causa celerius expedietur,q̃ de iure municipali, tunc intelligitur de iure cõi: quia ex quo cõpromissum fit ad finiendas lites.l.quãuis.in fi.ff. de arb. ergo † verba cõpromissi referenda sunt ad ius cõe, fm quod causa breuius potest expediri, & ita ꝓcedat decisio Gui. & Io. And.vbi s̃.Si autẽ sit ècontra,q̃ causa celerius expediri valeat, attento iure municipali,prout fit magis cõiter,& compromissum intelligitur de iure municipali,seu statutario, ita procedat dictum Bal.in d.l.illa institutio.cum concor.præalle. Et ad hoc adducit,quod vult Bart.in l.rem amotarum quidem. ff. rerum amot.Bal.in l.Gallus.§.si eius.ff.de libe.& post.& in l. vni. C. de confes.& in l.sed & si quis.§.quæsitum.ff.si quis cau. In quib.locis fm eum concludunt Doct. q̃ si quis in libello copulatiuè petierit aliquem condemnari fm formam iuris, & statutorũ, intelligetur intentasse ius,quod est sibi vtilius,non obstante copulatiua nostra.Sed mihi nõ videtur, q̃ vltimum simile faciat in proposito:quia vt prædixi,illud ideo est, † quia verba libelli semper intelligi debent ad fauorem libellantis, etiam si oporteat vocabula impropriare,prout ibi fit, d.l. si quis intentione ambigua.ff.de iudicijs.& notãt Imol.& Moder.maximè Alex. in l.Gallus.§.si eius.ff.de libe. & post. & nõ sic intelligẽdum est in verbis cõpromissi:in quib. potius est imputandum compromittenti,quare legem apertius non dixit,arg.l. veterib. cum si. ff.de pac.Ego vltra prædicta,qñ quis copulatiuè petijt cõdemnari fm formam iuris & statutorum, vltra Bar.in d.l.rerũ amotarũ.addo Bal.in tit.de pace constan.in verbo, fm leges & consuetudines.& in l.obseruare.§.proficisci.32.q.ꝯ. de offi. procõs. & in l.vnica.in 12.col.C.de confes.& in l.2.in 3.col.C.de proba. & in l.3.C.de nup.& in l.edita. in repe. Padua. in 6. col. Et vide text. in l.2. in ver. fm leges,moresque locorum.C.quemad.testa. ap. Et quid si alternatiuè petatur condemnari secundum formam statutorum,vel iuris? tangit Bal. licèt nil firmet,in l.2. §.si publico.3.quæst.ff.de adul.Ponunt latè Cyn. Bald. Imol. & Cum.in l. Gallus.§.si eius. & ibi Alex.remissiuè.ff.de lib.& post.

Bald.

ADDITIO.

[a] ¶Quod pater. Adde Ioan.de Imol.post Petr.de Anch.in c.Ray.de test.

41 ibi,sed fm hoc exemplis iudicatur. ¶†† In prima parte ꝙ eius intelligentia quæro, quantum tempus requiratur ad inducendam consuetudinem.Gl.ponit duas opi.Prima est, ꝙ requiratur spatium tanti temporis, cuius initij memoria non sit in ꝟrium. Pro ista opi. stringit multum, ꝙ consuetudo habet cãm discontinuam:quia inducitur per factum hominum.Sed in habentib.cãm discontinuam,ad hoc, vt inducatur præscriptio, requiritur tñ tempus,cuius initij memoria nõ sit in ꝟrium. gl. magistr.in l.seruitutes,magna. ff. de ser. Et ad cognoscendum, quæ dicantur habere causam continuam,& quæ discontinuã, & quæ quasi continuam,vide Bar.magistraliter in l. 2. vbi etiã Bal. C. de seru. & aqua. Ista prima snĩa reprobatur per omnes hic per l. diuturna. ff. eo. cum diuturnum dicatur spatium 10. annor.vt in gl.& ad arg.s.formatum nñdet solus Bar.hic in 10. col. ꝙ argu.procedit in præscrip.quam quis non posset statim inducere:tunc si habet causam discontinuam, procedit distinctio.s.facta;sed cõsuetudinem posset populus statim vno actu inducere.Et si dicas: ẽt præscriptio posset statim induci in causis discontinuis,si dñs ꝟ quem præscribitur esset contentus. Respondeo,saluando Bar. ꝙ loquitur in consuetudine inducenda ex solo consensu populi requirentis,illa statim vnico actu posset induci:sed in præscrip.requiritur consensus præscribentis, & eius ꝟ quem præscribitur, vult ergo Bart. ꝙ populus statim in vno actu consuetudinem inducere posset. In hoc aduerte, quia d.Ant.in repe.c.fin.in 6. col. de consue. non faciens mentionem de Bar.refert, ꝙ Guid hic,& Pet. tenent, ꝙ statim solo, con-

ADDITIONES.

a ¶ Sequitur Alex.cons.236.nu.19.lib. 2.vbi loquitur,ẽt de consuetudine, quę ex non vsu non inducitur nisi habeat actum contrarium implicitum,vt no. d. Rol.cons.5.nu.71.lib.1.dẽ procedit in qualibet lege,dispõne, vel declaratione,vt non sint alicuius momenti,si per annos.10.non fuerint in vsu receptę, sed contrariũ fuerit obseruatũ. cõem dicit Soc.in cõs.75.nu.37.lib.4.MAS.

b ¶Et hæc com.opi.sedm Cacialup.de feud. co.art.5.nu.1.& ita cõiter allegantur vsus feudorum.Clar.receptarum sent.lib.4.§.feudum.q.2.

c ¶Serua, sic legitur in antiqs impressionib. quidam legendum putant fęmina, alij surdus.Nos legendum putamus scæua,seu scæuola, qã is est cui dextera est inutilis,aut deest penitus.iux.l. qui clauum. de ædil. edic. vnde Q. Mucius Scæuola dictus. TROTTVS.

d ¶ Quod monachus. Adde Doct.in c. in præsentia, de prob. Cald. cons. 2. in rub.de feud. incip. clericus primæ tonsuræ. Alex. de Imo.cons.10.incip.viso instro inuest.6.volu.Et an valeat consuetudo,ꝙ monachi religiosi,& clerici sęculares non succedant in feudis,vide per Pau.de Cast. cons.159.inci.quæstio ista vertitur.

e ¶Quid de clerico,vide Curt.qui latissimè disputat:& eandem conclud. negatiuè in tracta.feud.3.par.10.q.prin.nu.13.De qua tamen pulchrè per Clar. §. feudum.q.78.Ofal.decis.27.

consensu posset populus cõsuetudinem inducere ordinando, ꝙ tale quid sit consuetudo : puta ꝙ maior natu in totum succedat patri. Ipse reprobat breuiter: quia tunc non esset consuetudo, quæ inducitur ex longo vsu hoiũm, sed esset cõsuetudo ficta, & intitulata, vt ibi per eũ. Confirmo per id quod not. Bal. in rep.in 2.col.dum dicit ꝙ lex, & consuetudo tripliciter differunt. Primo tanquàm expressum, & tacitum. Scdo tanquàm scriptum, & non scriptum. Tertiò (& hic est punctus) tanquã instantaneum, & successiuum, qa consuetudo non inducitur in instanti, sed ſm eum est similis homini, qui non perficitur, nisi tpis cursu, & sic lentiori passu procedunt tacita, quàm expressa, quia non sunt ita certa, quæ ex coniecturis preueniunt, sicut ea, quæ expressa sunt, vt hic per eum. Et sic teneo ꝯ Barto. hic, ꝙ consuetudo propriè non posset statim induci per popu-
42 lum.† Et no.bñ quæ dicatur consuetudo intitulata, quia dr̃ illa, qñ populus statim per vnum actum vult facere consuetudinem. Ista est ficta consuetudo, & appellatur intitulata. Ita de-
43 clarat d. Anto. in d.c.fi in 6. col. ¶† Not.ẽt circa hanc primam
a opi.gl. [a] ꝙ consuetudo, vel præscriptio tanti tpis [b], cuius initij
b memoria non extat in ꝯrium, æquiparatur priuilegio expressè concesso à principe ex certa scientia c.super quibusdam.§. præterea, vbi gl.in verbo, memoria, de verb.sign. Bal.in c.1.in col. 1. in fi.tit.quæ sint rega. Facit.l.hoc iure.§.ductus, in ver. constitu-
* ti.ff.de aqua quot.& æsti.¶Scda est opi.glo.vera, & *communis*, ꝙ [c]
c ad inducendam consuetudinẽ sufficit tempus. 10. anni, prout etiam tenent gl ꝯ.& Doc.in l.2.C.quę sit lon.consuetud.& Bal. in rub.illius tit.& in c. 1. in prin. in ti. qualiter feudũ olim pote. alie.& hoc tempus 10.annor.inci.currere à tpe primi actus celebrati in populo, ſm Bar.hic in 10.col.& Ang.in 3.q.& d.Ant. in rep.e.d.c.fi.in 26.col.& ibi Imo. post Ioan. And.in 3.col. Item intellige, ꝙ sufficit tps 10.anno. siue inducatur consuetudo preter ius ciuile, siue etiam ꝯ. Non eodem modo de iure cano. si inducatur consuetudo præter ius, sufficiat tempus 10.anno. Si aũt inducat consuetudo ꝯ ius can oportet, ꝙ consuetudo sit præscripta spacio. 40. annor. c fi. vbi vide gl. plenã, & ibi Doct. de consuetud.& gl.12.dist.c consuetud.& in c.fi.de consuetud. in 6. Facit tex.in c.cum de bñficio, de præb.in 6.& in c. Cuma-
44 na, de elect.in 6. Et ibi habes tex.no.† ꝙ appellatione consuetu
d dinis [d] debet intelligi de præscripta. Illa.n.est propria consuetudo, quem tex.dicit esse sin.Ang.in l.diuturna. ſ.eo. Illum tex.ẽt alleg.Bal.ad hoc in 7.col.in 8.oppo.in rep. & in c. 1.in prin.de feud.cog.& in l.binos.C.de aduo.diuer.iud. Sed Pet. & Cy. relati per oẽs in d.l.2. C.quę sit lon.cõsuetud. dicunt pro more eorum malè, ꝙ hoc processit errore Can. & ꝙ ineptè dr̃ consuetudo præscripta: quia præscr.dr̃ illa quæ intendit ad tollendum iam in esse productum, puta dñium, pignus, vel similia. Cõsuetudo tendit ad inducendum, quod non est. Impropriè ergo potest dici consuetudo præscripta. Ang.hic in 11.col. fatẽdo obiectum, dicit ꝙ q̃is de iure cano. reperiatur consuetudo præscripta, tñ de iure ciuil. nõ reperitur verbum consuetudo præscripta, qa consuetudo non est propriè præscriptio, sed quædam roboratio, & confirmatio taciti cõsensus mediante tpis lapsu, quia in præscribenda consuetud. non requiritur titulus, nec bona fides, prout in præscr. Bal. ẽt hic in rep.in 7.col.in 8. opor. fatẽr, ꝙ consuetudo dr̃ præscripta. i. roborata ad similitudinem p̃scr. non ꝙ propriè sit præscriptio. Pan.ẽt in d.c.fi.in 6 col. referens dr̃iam Pet.& Cy.s.relatam dicit: Non intelligas, ꝙ consuetudo præscribat sicut dñium, sed dr̃ consuetudo præscripta. i. obtenta ex cursu tpis ad prę̃scr. requisiti. Ista verba omnia sunt verad Ephesios. vñ Bar.hic in repet.in 10.col. referens obiectũ Pet. & Cy. ꝯ Can. dicit aduertendum, ꝙ duplex est prę̃scriptio propriè. Nam quandam sunt iura inducta, & disposita, quę p præscriptionem tolluntur, & in alium transferuntur, vt est qñ prę̃scribitur dñium. Et hoc modo procedit qđ dicunt Petr.& Cy. Quædam sunt iura, quæ non sunt inducta, sed inducuntur per præscriptionem, vt est qñ præscribitur seruitus. Et hoc modo præscriptio tendit ad inducendum, & hoc modo consuetudo ẽt, quæ tendit ad inducendum, dr̃ præscriptio, & habes ꝙ dr̃ia est inter ius ciuile, & can. quia ſm ius ciuile consuetudo ꝯ ius siue præter ius inducitur 10.annis, sed de iure can. si sit ꝯ ius re
45 quiritur, ꝙ sit præscripta, & sic 40.anni. Rõnem diuersitatis assi
gnat Pan.in d c.fi.in 7.col. quem vide. ¶† Primam tñ conclu. ꝙ ꝯ ius ciuile potest induci cõsuetudo. 10.annor. limita, nisi cõ suetudo inducerẽtur in his, quæ sunt reseruata principi in signũ supremæ potestatis, tunc non posset induci consuetudo, nisi esset tñ tempus, cuius initij memoria non esset in ꝯrium, per tex.d.c.super quibusdam.§.præterea. Ita dicunt d.Ant.& Imo. in d.c.fi.de consuetud. vbi Pan. in 9. col. & quæ sint reseruata principi, ponit Bal.in l.2.C.de iure au.annu.& in l.rescripta.C.si ꝯ ius. Hinc infero, ꝙ cùm ptãs imponẽdi noua vectigalia sit de reseruatis principi. l. vectigalia, cum l.seq. C.noua vecti.impo
ni non posse. Certè ad acquirendum per consuetudinem inferiorib. ꝙ possent noua vectig. inducere, req̃reretur tempus, de quo s̃. Ideo tex.cum gl.in d.c.super quibusdam. §. præterea dicunt, ꝙ ad acquirendum consuetudinem inducendi pedagia
46 salinaria, & similia requiritur tñ tps, cuius initij, &c. ¶† Confirmo, qa inferiores à principe non possunt statuta condere su per reseruatis principi in signum supremę ptãtis, vt exp̃sse tenet Bar.in l.omnes populi.s.de iust.& iur.in 3.q.prin. ver. iuxta præmissa quęro qñ fit statutũ, & in l.testĩ factio.ff.de test. Bal.in ti.de pa.constan.in verbo, ſm mores, & leges illius ciuitatis.& per tex.in c.veniẽtes, de iureiu. Facit l.1.§. de qua re.ff.de postu. ergo ẽt non possent consuetudinem inducere per ar. huius l.
47 † Et per prædicta redditur valde dubiũ vnum, qđ mirabiliter dicit Bar.in l.cum neq;.C.de inco.lib.10.& in l.vni.C.de mulierib. & in quo loco.li.10.in 5.col. vers.q̃ro cui possit imponi hęc collect.in quib.locis mirabiliter concludit, ꝙ ad hoc, vt ciuitates possint imponere collectas forensib. pro reb. quas possident forenses in illa ciuitate, si illę ciuitates dicant, ꝙ habeant ex ꝯsuetud.tãti tpis, cuius initij, &c.cũ habeat vim priuilegij, vt s̃.dixi. Istud non vr̃ verùm, imò debet sufficere ꝯsuetud.10.ann. quia imponere collectã forensib. nõ est de reseruatis summo Principi, qa istud potest induci per statutum inferioris, vt expressè no.Bal.in l.vni.in 7.col.de sent.quæ ꝓ eo. Si statutum, ergo põt inducere p consuetudinem 10.ann. vñ pondera, quod ipsemet Bar.in l.1.C.de aur.coro.lib.10.no.ex illo tex. ꝙ licet forẽses, & ẽt scholares nõ possint cogi ad munera personalia: puta ad custodiam portarum. l.rescripto.§.fi.ff.de mu.& hon tñ si de consuetud.antiqua est, ꝙ imponatur, valet ꝯsuetudo, & attendi debet cõsuetudo antiqua, quæ dr̃ 10. annor. vt statim dictam. Et ideo de facto consuluit Alex.ꝯ Bar.in cons.78.in 2.volu.incip. viso.& bñ discussio processu, in 5.& 6.col. vbi expressè tenet, ꝙ sufficiat consuetudo. 10.annor. vt possit imponi collecta foren sib.& ꝙ licèt Bar.in d.locis faciat mentionem de cõsuetud. cu ius initij memoria, &c.non per hoc excludit, quin sufficiat cõ
48 suetudo 10. annor. Tñ hoc vlt. non placet. ¶† Item circa secundam concl. ꝙ de iure cano. non potest induci consuetudo ꝯ ius can. nisi sit præscripta spatio 40.ann. istam conclu. limitat sing. Inn. in c.cum dilectus. de consuetud. vt procedat, qñ ꝯsuetudo inducit ꝯ aliquam ecclesiam, sicut.n. prę̃scr.ꝯ ecclesiã requiritur tps 40 anno. c.de quarta, & c.illud, de præscrip. Ita ẽt in consuetud.ꝯ ecclesiam requiritur tñ tempus. Secus est in consuetud. quæ inducerẽt ꝯ omnes ecclesias vr̃, ibi sufficit tẽpus 10.anno. Pan.in d.c.fi.in 9.col. refert hoc dictum, & dicit notãdum, sed nõ omnino verum, qa non videt bonam rõnem diuersitatis, & qa non debet esse minus fauorabile totũ corpus ecclesiæ, q̃ vna ecclesia particularis, & bene dicit. ¶Scdo limita hoc de ꝯsuetud. præscripta 40. annor. vt sit verum, quo ad ecclesias, per rõnem de qua s̃. Sed quo ad alios, in quorum p̃scri. r̃r sufficit tps 20. an. tunc ẽt vbi consuetudo deberet esse præscripta, sufficiet tps. 30.ann. Gl.est not.in l.dñi prædiorum, in gl. fi.C.de agri.& cen.lib.11. Not. Bald.in c.1.in prin. qualiter olim feudum pote.alie. Spec.in ti.de p̃scr.§.1. ver.de consuetudine, & ita in specie solus Pau.de Cast.hic per gl.in d.l.dñi prędiorũ. & Alex.in d.cons.68.in 5.col. Tertio sing.limitat d.An.in d.c.fi. (& est no.verbũ,) nisi consuetudo ꝯ ius cano inducerẽt Papa sciente, tunc sufficit tps. 10.ann. qa tunc hr̃ consensus illius, qui posset legem ꝯdere super hoc. Istud reprobat Pano.in d.c.fi.in 10.col. quia bene cautum iure non reperitur, nisi ẽt Papa esset vsus illa cõsuetud. qa sola patientia non vr̃ sufficere. c.cũ iam dudum, de prę̃b. Item cõsuetudo est quędam prę̃scriptio: sed scientia dñi, ꝯ quem præscribitur, non facit, ꝙ tẽpus sit minus. Item nec scientia Papæ debet facere, ꝙ tempus sit minus. tamẽ hoc simile est in casu diuerso, & èꝯrio. ¶ Aliã limit. ponam in
49 gl.fi.† Item dum.s̃. dixi, Ang. hic, in 9.col. velle, ꝙ in præscip.

con-

ADDITIONES.

a ¶ Quam communem dicit Alex.cons.6.col.2.lib.1.Dec.cons.496.nu.6.vbi ꝙ nec titulum, nec bonam fidem requirit, & ex ea dominium directum acquiritur. MASVER.

b ¶ Tpis. adde Io.Mona. in c.2.de prę̃scr.li.6. Fallit qñ præscribens est incapax, scđm Abb. in cap.quanto.in 1.col. de consue. Abb.in c.nouit.in 11. col. de iu. Ant.de But.in c.peruenit.in 6.col. de cen. Abb.& Io.de An.in c. ad hoc, de Simo. Doct.in c.catho. 11.dist. Card.cons.58.inc.proposita q. Raph.Cum.cons. 83.incip. Quia causa decimalis.

c ¶Sequitur Roch.Curt.trac.consuetud.nu.281.Curt.inn. cons.42.n.7.faciunt quæ scribit.Rom.sin.102.& seq. Alex.cons.106.col.3.lib. 2. Roch. d.tract.nu. 290. Are.cõs.23.3.dub. Villa. inter com.opi.lib.3.ver. cõsuetudo introducit.

d ¶Consuetudinis. Adde gl.in c.generali. de elec. in 6. Io.And.in reg. nemo, de re.lib.6.in mercu. Fed.de Senis cons.86.incip.prior, quidam siue præpositus. Sequitur Alex.cons.136.num.17.lib.2. Cui adde, quod appel. consuetud. non venit statutum, secundum com.per Io.Fichar.inter com.opin.lib. 3. ver. consuetudinis. MASVE.

consue. non requiratur titulus, nec bona fides: secus in præscriptione. Vnde secundum eũ populus potest inducere consuetudinem sine tit. etiam cum mala fide. No. bene hanc regulam. Et q̃ non sit necesse alleg. tit. in consuetudine. Adde gl. in terminis in c. super quibusdam. in §. præterea. in verbo memoria. de verb. sig. Idem tenet Io. And. in c. 1. de rescrip. in 6. in nouella. Quem refert, & sequitur Bald. in ti. de pace. constan. in 5. col. in verbo sicut ab antiquo. tenet Bald. hic in 7. col. in 1. opp. Arch. in d. c. 1. de resc. in 6. Host. in sum. de consue. §. fi. circa pe. col. Innoc. in c. cum ecclesia. de cau. poss. & propr. & d. Anto. in d. c. fi. & Ale. in consil 6. inci. viso themate, & dubijs. in 1. vol.

50 ¶† Vltimò ex hac. 1. parte gl. relata ad tex. habes, q̃ consuetu-
a do dicitur inueterata, quæ est 10. an. [a] Quæ autem sit consuetudo antiquata, dicunt Io. Mo. & Archi. in c. fi. in gl. in verbo antiqua. de elec. in 6. q̃ quando lex, vel statutum requirit consuetudinem antiquatam, intelligitur de consuetudine tanti temporis, cuius initij memoria non sit in p̃rium. Et ideo, q̃n consuet. vel statutum vult derogare omni iuri, requiritur tunc cõsuetudo antiquata. Et idem tenet d. Ant. in d. c. fi. sed Pan. ibi. in 10. col. reprobat, & bene per illum tex. in verbo, inueterata cõsuetudo: quæ intelligitur tñ de cõsuetudine annor. 10. ergo idẽ in consuetudine antiquata, quia idem est, nec ratio diuersitatis reddi potest. probo per l. 2. C. quæ sit lon. consue. in verbo, vsusque longeui. vbi etiam longeua consuetudo tñ intelligitur 10. ann. ¶ Confirmo per id, q̃ magistraliter dicit hic Ang. in 7. col. in 6. oppo. vbi dicit, q̃ in ista materia consuetudinis, ista sint synonima, consuetudo inueterata, vt in hac l. (diuturna.) ℈. l. proxi. l. nam Imperator. ℈. eo. (vetus, & lunga) l. Imperatores. ff. de pollic. (vetusta) l. testam omnia. C. de testa. (perpetua aliàs longa, antiqua) l. pen. C. de iure fis. Et est gl. in d. c. generali. (& antiquissima,) l. fi. C. de priu. fis. ergo idem dicemus in con-

51 suetudine antiquata. ¶† In 2. parte gl. ibi, sed qualiter decennio. habes, q̃ ad inducendum consuetudinem duo actus sufficiunt. & pondera, q̃ gl. sentit, q̃ tales actus dicunt esse iudiciarij. Circa primum. Bar. in lec. in 5. col. post Gul. dicit gl. verum dicere, q̃n illi duo actus essent notorij: ita q̃ verisimiliter in populi notitiam transiuissent: vt facere pontem super via publica, est prohibitum à iure: etiam si quis haberet domum ab vtraque via. l. 3. §. tractum. ff. ne quid in loco pub. Imò plus dicit Angel. in l. seruitutes. magna. §. fi. ff. de ser. q̃ etiam non posset quis facere scalas ad domũ suam in strata, nisi populo consentiente. Si duo facerent pontes in via publica cum cursu decennij, inducitur consuetudo: alias duo actus non sufficiunt, sed essent necessarij tot, ex quib. populus verisimiliter sciret: & sic censetur arbitrarium iudici. Et hoc vlt. dicit Bal. in l. 3. C. de epis. au. De quo vide etiam Bart. in 8. col. in repe. & Imo. in d. c. fi. in pe. col. & ibi Pan. in 11. col. Et non sufficeret vnus actus, etiam multum notorius in populo, cùm requiratur actuum frequentia. l. 2. C. quæ sit long. consue. ſm Bart hic, in lec. in 5. col. in fi. & in repe. 8. col. & d. Ant. in repe. d. c. fin. in 9. col. & ibi Imo. in pe. & Pan. in 11. ¶ Nec est verum id, q̃ gl. præsupponit, q̃ tales actus debeant esse iudiciarij, ſm Bar. hic in pe. col. ponderantem istum tex. in verbo morib. & plenius Bart. in 9. col. ibi omnino vide. & Cyn. in l. 2. in 2. q. 2. q. prine. C. quæ sit long. consue. & d. Ant. in commen. d. c. fi. in 10. & 11. col. & ponderat tex. in l. cum de consuetudine. ℈. eo. in verbo. An etiam contradicto aliquando iudicio. in implicatiua, etiam, prout ponderat Bar. in repe. in 9. col. Item adde prædictis ea, quæ dixi. ℈. in fi. præsentis reper. Et idem tenet d. Abb. in consi. 73. in 2. vol. in q. quæ ad præsens vertitur inter dominam Floridam. in vlti. col. ¶ Item aduerte dum gl. dicit, libellum, vel quærimoniam proposita contra talem consuetudinem spernere: prout etiam

52 dicit glo. in l. diuturna. in fin. ℈. eod. † Nam ex istis glo. not. Ang. hic. quòd sicut iudex debet reiicere libellum, qui continet errorem iuris: Ita debet spernere libellum, qui sit conceptus contra consuetudinem. Alleg not. per Innoc. in c. 1. de off. vic. De quo dicam post glo. in l. 1. ff. de off. assess. ¶ Glo. in verbo factis, diuiditur in 3. partes In 1. declarat tex. In 2. not. In 3. per viam distinct. remouet cõtrariũ. Secunda ibi, & no. duo bona similia. Tertia ibi, sed certè quandoque. ¶ In vltim. parte, quæ videtur obscura, sic declara, eam. Nam magistratus à præsidib. ℈. possunt, nedum ferre sententias verbales: quia vt plurimum consistunt in iurisdictione: sed etiam factis possunt illas exequi, capiendo personam, vel aliter exequendo: quia eis competunt

53 quæ sunt meri, & mixti imperij. † Sed magistratus municipales, & sic iudices pedanei, & alij inferiores bene possunt ferre sententias verbales, cùm sint iurisdictionis, vt dixi. Sed factis non possunt illas mandare executioni, sicut nec delegati, vt per glo. & Doc. in l. à diuo Pio. in princip. ff. de re iudi. Nec possunt facere capi personam: & si verbis possunt, sed non factis, & reb. Quilibet autem priuatus nõ posset ferre verbalem, imò nec esse arbiter. l. pe. ff. de arb. Tamen factis, & reb. f. solꝫuendo: & sic se condemnando posset soluere. Istud est, q̃ vult dicere gl. De hoc tñ an magistratus municipales possint mãdare executioni sententias per eos latas, tangit solus Fulg. hic. Vide gl. & omnes in d. l. à diuo Pio. in prin. ¶ Gl. in verbo, abrogentur. diuiditur in 2. partes. In 1. colligit notab. In 2. fortiter opponit: & 3. modis soluit, ponendo quatuor opi. Secunda ibi, sed contra in hoc. Secundam partem subdiuide in tot partes, quot opi. habet. In 1. parte, dum glo. vult legem tolli per consuetudinem contrariam, dic, q̃ istud non dicitur in hac lege, quæ non loquitur de contraria consuetudine: sed de non vsu: & sic de desuetudine, vt dixi in tex. in 1. no. Sed si lex tollit̃ per desuetudinem. & sic per non vsum, q̃ est minus: quanto magis tolleret̃ per p̃riam consuetudinẽ? Et isto modo arguẽdo à maiori, defende glos. ¶ In 2. parte. dic, q̃ prima sol. tenetur per Doc. vbique reiectis opi. Dy Io. & aliorum in gl. relatis. Ego tamen dubito de ista cõi sol. ad l. 2. C. quæ sit lon. consu. quia isto modo illa l. 2. esset de indubitabili. Cui. n. dubiã, q̃ consuetudo certi loci non tollit legem gñalem in toto mundo? Quod non videtur de mente d. l. 2. tradentis regulam sic gñalem. Item dũ ista gl. rñdendo ad l. 3. §. diuus Adrianus. ff. de sep. vio intelligit illum tex. (qui est valde ambiguus.) q̃ ibi præcedebat consuetudo: postea fuit facta. l. generaalis contraria, quæ l. sequens tollit p̃suetudinem præcedentem: tñ verba illius text. ibi post rescripta gñalia, sunt ambigua: & possent vtroque modo intelligi, q̃ prius fuerit consuetudo municipij: postea rescripta ge-

* neralia. *Iste est communis sensus.* Item, q̃ lex municipij fuerit post rescripta gñalia tenendo intellectum cõem, q̃ ibi consuetudo præcessit, deinde lex: magna insurgit difficultas ex tex. c. 1. de consti. in 6. vbi. l. sequens non intelligitur derogare consuetudini præcedenti, nisi expresse mentionem faciat de consuetudine. Gl. in d. c. 1. in gl. fi. dicit, q̃ ille. §. diuus. necessariò sic dẽt in-

54 telligi. † Quod in illa l. sit facta expressa mentio consuetudinis: vel saltem apparet Imperatorem notitiam habuisse. Et ita tenet Bart. in d. §. diuus. & hic in rep. in 4. col. Sed quia istud diuinat, variæ sol. traduntur per Can. maximè Arch. & Io. And. in c. 1. Aliam sol. ponit gl. in c. pastoralis. de fide instrum. Sed respondeo notabilius, q̃ in d. §. diuus. consuetudo erat contra l. diui Adriani præcedentem: Postea fuit facta alia l. contraria consuetudini, & sic conformis. l. præcedenti: tunc consuetudo, quæ est in medio succumbit legi, quæ reducit ad primam legem: & quia res de facili reuertitur ad naturam suam. l. si vnus. §. pactus. ver. quod & in specie. ff. de pact. Ideo tunc tollit consuetudinem licèt de ea non faciat mentionem. & sic limitabatur. d. c. 1. Istum intellectum refert Bart. aliis reprobatis in repe. l. 2. in 4. colum. in 3. opp. C. quæ sit lon. consue. Vel dic, quòd in §. diuus. consuetudo erat contra publicam vtilitatem. Ideo tollitur indistictè per l. sequentem contrariã, licèt non faciat mentionem de consuetudine. Ita refert Bart. & Bal. hic, & Cyn. in d. l. 2. circa fin. & vtranque solut. & istam præcedentem tanquam notab. sequitur Pau. de Cast. hic in fin. col. Tu caue, quia text. in d. §. diuus. non fundat se in istis rationib. sed quia rescripta generalia vbiq; debẽt generaliter vim obtinere, ex prædictis distingue: q̃n præcedit cõsuetudo, & sequitur lex gñalis p̃ria: an q̃n tollat consuetudinem præcedentem. Si autẽ ècontra lex præcedat, deinde sequatur consuetudo p̃ria legi, an tollat. l. precedentem? Et facrfam q̃ sic, vt hoc text. in fi. inducendo, vt in prin. huius glo. & c. fi. de consue. ¶ Intellige primò q̃n est consuetudo gñalis: puta inducta à populo, qui põt legem, & consuetudinem gñalem inducere, tunc gñaliter vincit lex. Si aũt sit specialis certi loci: tunc in illo loco lex vincit. l. venditor. §. si constat. ℈. cõia pręd. Cui. l. adde text. no. cum glo. & ibi Bar. in l. pe. C. de metall. lib. 11. quòd potest quis fodere metalla in domo alicuius eo inuito, dummodo ædificium non destruatur. Et multum no. Math. in suis no. sed consuetudo specialis non vincit legem generalem vbique. Sic loquitur regula. l. 1. C. quæ sit lon. consu. ſm communem sensum. ¶ Secundò limita, q̃n aliquid induceret p̃ ius diuinum, nihil valet ẽt p̃ ius gen. vt hic per Bar. Addo, q̃ eo modo nihil valet p̃suetudo aliquid inducens p̃ consilia gñalia summorũ Pontificũ, ſm Io. And. in c. cum laicus. & in c. nulli. de reb. eccl. nõ alien. Quem refert, & sequitur Bal. in tit. de pace p̃stã. in 4. col. in verbo. Nos Romanorum. vbi per hoc infert, vt ibi per eum. Facit, q̃ signanter dicit Bal. in l. humanum. C. de legi. post Archi. in cap. 1. de constitu. in 6. cum concor. quas dedi in dict. l. humanum. ¶ Tertiò fallit, quando consuetudo aliquid disponeret p̃ communẽ vtilitatem, per l. nec damnosa. C. de pręcib. Imp.

ADDITIO.

a ¶ Vide, quæ scribit Roman. singul. 202. & 203.

Imper.offe.Et ita potest intelligi d.l.3.§.diuus.fm vnum intelle ctum.¶Quartò limita,qñ consuetudo haberet clausulam derogatoriam ad consuetudines sequẽtes,tunc non valet,vt hic,
55 in gl.& ĩ iuribus in ea alleg. ¶† Quid ergo si in lege,vel statuto simplr dicatur.Non obst.quacunq; consuetudine in ꝓrium faciente,An ista clausula habeat vim clausulę derogatoriæ ẽt ad consuetudines futuras,an solùm intelligatur tollere consuetudines præcedentes,sed non derogare futuris?Gl. sing.in cle.statutum,in verbo,consuetudine.de ele.tenet,ꝙ non solũ præcedentes consuetudines tollere intelligatur:sed ẽt derogare futu
a ris. [a] Quàm gl.simplr alleg.Bal.hic in 6.col.*Contrarium communiter tenetur* per Bar.Bal.Ang.& oẽs Mod. in l. si mihi & tibi. §.in legatis ff.de leg.1.cum suis cõcor.de quib.ibi per Alex. & alios ponit Pau.de Cast.hic in fi.col.¶Quintò limita gl.nostram,qñ consuetudo esset per errorem inducta,tunc fm gl.non tollit legem præcedentem.Dic melius,ꝙ imò tollit,sed non habet effectum,vt extendatur in similib casib.Ita propriè loquitur.d.l. quod non ratione ꝺ.co.fm Bar.hic in 3.col.Bal.in 6.Ang.in pe. Pan.in d. c.fi.in 9.col.licèt Do.Ant.ibi in repe.in 20. col. & seq. multum laboret,& nihil boni dicat.& Cy.in l.2.in 3.oppo.vbi ẽt Bal.C.quæ sit lon.consuetud.Et si dicas, si cõsuetudo est inducta per errorem:quo potest valere, & quo potest derogare legi? Rñde, ꝙ si esset erratum in facto,nihil valeret pp defectũ consensus.Sed si erraretur in iure, vel in cã consuetudinis,tũc valeret,& vinceret legem,sed non extenderetur ad similes casus.Ita vide melius,q̃ alibi per Bar.in l.2.§. fi. per illum tex.ff.de suppel. leg. Quẽ sequit Imo.in d.c.fi.in 4.col de consuet.Idem dicit Pan.de Cast.hic in vlt. col. licèt de Bart.mentionem non faciat.¶Iuxta prædictam regulam,& fallen. quæro de aliquib. quotidianis.q.quæ non tanguntur. Cõiter ius disponit,ꝙ vnus non tenetur pro facto,vel ꝺcto,vel pro delicto alterius, ẽt pater pro filio, vel eꝺ per totum tit.C.ne filius pro patre,& C. ne vxor pro marit. & tit. seq. an valeat consuetudo disponens, ꝙ villa teneatur pro facientib.furta,vel damna in eius territorio, & idẽ in similib.casib? Gl. tenet ꝙ non in §.Qñ vero.Auth.vt nulli iudicum,quam gl.alle.Bal.hic,in repe.in 9.col.ver.modo quæro vlterius,vbi ẽt alleg. tex. in c.ex literis.de pig. ¶Confirmo per id,quod Bar.no.sing.in l.hi penes. C. de agr. & cen.lib. 11.vbi no.non valere consuetudinem,vel statutum, ꝙ ad soluendum gabellas recollectionis fructuũ, teneatur colonus ꝓ dño non subdito,sicut Perusij fuit statutum in odium clericorum,ꝙ eorum coloni tenerentur ad soluendum gabellas. Nã non valet statutum,& est iniquum,quia colonus non debet vrgeri,nec teneri pro dño.Idem tenet Bar.in l.colonos,per illum tex.C.de agr.& cen.Facit quod vult Bar.in l.si à reo. §. fi. per illum tex.ff.de fideiu.& per quem no.non valere pactum,quod faciunt consortes in Tuscia, ꝙ si quem eorum contigerit pro delicto condemnari, quilibet consortum teneatur contribuere in cõdemnatione.Facit quod vult Bal.in l.vni.in 4. col. C.de his,quæ pe.no.vbi tenet, ꝙ non valet pactum nec statutum,ꝙ propter delictum filij pater perdat feudum.In ꝓrium, ꝙ imò valet cõsuetudo,& statutum,& pariformiter pactum, ꝙ vnus teneatur pro alio, Facit regula supradicta, quia consuetudo ꝺ
56 legem ciuilem positiuam valet.† Et ꝙ valeat statutum,vel cõsuetudo,ꝙ villa teneatur emendare furta, & damna per alios in eo territorio facta,ponit Bar.in l.diuus. ff.de test. mil.Bart.& Bal.in l.si qñ. C. vnde vi. Confirmo per id,quod signanter vult Bal.in l.iure prouisum,per illum tex. optimum. C. de fabri.lib. 11.vbi not. ex illo optimo tex. valere statuta Floren. ꝙ vno de agnatione delinquente cæteri agnati teneantur, per rõnem illius tex.& l.fi C.de princ.lib.12.Idem latè tenet Ang in cons.63. incip. Nobilis miles do. Ray. Confirmo per id quod signanter vult Bal.post Gul.in l. Sancimus.C.de pę.vbi pulchrè no.ex illo tex.in verbo propinquos, ꝙ valet statutum Perusij,quo cauetur,ꝙ consortes vel illi de domo teneantur pro delicto alterius consortis,q̃is statutum videatur iniquum,eo quia subest causa,vt magis à delictis abstineant,vñ sufficit ista cã, licèt pe-
b nitus non sit in culpa. [b] Et hoc verum in pœna pecuniaria.Se
57 cus in corporali,vt ꝺicam. † Confirmo per id,quod vult Bal. in l.dotis.C.de iure dot.vbi arg.gl.ibi tenet, valere statutum disponens,ꝙ filij mercatorum teneantur ad debita patris, etiam si non probentur patris hæredes. Imo etiam si constet,ꝙ repudiauerint hæreditatem paternam, durum est statutum fm eũ. tamen valet, quia etiam valeret pactum super hoc factum. Subijcit tamen, sub dubio fortè, ꝙ hoc casu esset remedium ꝺ hoc statutum, ꝙ pater exhæredaret filios,vt ibi per eum, & sequitur Imo.in c. pen.de consuetud. ¶ Confirmo 5.per id,qđ generalius tenet Bar.in tract.repre.in 3.q.1. q.prin.vbi generaliter concludit valere statutum,& consuetudinem, ꝙ vnus pro alio teneatur,puta vxor pro marito, per l.1. C. de omni agro deser.lib.11, & d. l. fi. C. de princ.lib.12.& l.fatis.C.in quib.cau. pig.tacitè ꝺha.Idẽ tenet Bal.in Auth.& omnino,in 3. col. C.ne vxor pro marito,& Iacob. de Beluis. in Auth. vt non fiant pig. in disputatione sua,& Io.And.in regula, non debet aliquis, in mercurial.in 6. ¶Confirmo 6.per id quod vult Bal. in rub. C. res inter alios acta.in 2.col.vbi tenet valere statutum disponẽs, ꝙ consortes teneantur soluere pœnas pecuniarias bannitorũ. alleg.glo.in rub. C. de decr.dec.lib.10. de qua statim dicam. Et hoc statutum fm eum est tolerabile, sed non laudabile, & secundùm eum glo.no. præal.in d. §. Quoniam vero, quæ dicit not. ꝺ Potestates,qui puniunt consortem pro alio delinquente,non possiunt, fm glo.quia debet intelligi quando Potestates vellent hoc facere ex eorum arbitrio non possent. Non sic,si faciunt ex arbitrio legis vel statuti,vel consuetudinis. Subiungit Bal.ꝙ statutum non posset pro delictis aliorum imponere pęnas corporales,vel infamiæ, quia esset ꝺ ius diuinum, & quia etiam non posset per pactum fieri,vt statim subijciam. ¶Confirmo 7.per id,quod dicit Bart. post Dy. in l.1. §. familiæ. ff. de pub.vbi sine dubio tenet valere statutum, quòd dominus teneatur pro delictis familiæ suæ,& sequitur Rom.cons. 11.inci. in proposita quæst.& in cons.15.incip.plura sunt,cum alijs per
c cum alleg.¶Confirmo 8. [c] ex eo,quod vult gl. ord.quæ sic debet intelligi in rub.C.de decr.dec.lib. 10. quæ tenet valere consuetudinem,& statutum, ꝙ pater teneatur pro delicto filij ad pœnam pecuniariam,ad quam pater posset se per pactum obligare,ergo etiam valet consuetudo,quia affirmatiuè. Quicqd potest fieri per pactum,potest etiam per statutum, vt ibi in gl. & in l.non impossibile,in gl.mag.ad fi. ff.de pact. & est tex.melior de iure in l. pe. in fi. C. de fideiu.Secus est quo ad pœnam corporalem,quia quemadmodum per pactum non potest qs pro alio fideiubere,vel se obligare ad pœnam corporalem,cũ nemo sit dominus membrorum suorum.l. liber homo.ff.ad l.
d Aquil.Ita gl.reputata sing. [d] iuncto tex. in c.cum homo mortuus.23.q.5. (De cuius veritate vide Lud.in rub. ext.de fideiuss. cum suis concor.) eodem modo cõsuetudo, vel statutum nõ valerent.Ita propriè debes intelligere gl.in d.rub.C.de decr.decu.lib.10.& ita tenet Bal.in repe.in 3.colu.& plenius in l.1. C.ne fil.pro pa.Sal.in l.fi filius,eo.tit Imol.in l.cũ filius,in prin.ff.de verb.obl.& in l.lex Corn. vbi etiam Bald & Ange.ff.de vulg.& pup.& latè Alb.in 1.parte statu.q.57. & Aret. in §. actiones autem de pecu.vbi plenè dixi.Instit.de act.Sequitur Pet.de Anch. in commen.c.canonum statuta,de consti. in 8.car.ver.Quæro vlterius, scriptum est in l. diuina. vbi refert consuluisse Bald. quòd valet statutum Florentinorum, quòd propter homicidium vnius omnes consortes de ciuitate expellantur.Et quòd valeat consuetudo,vel statutum, quibus pater astringitur pro delicto filij,tenet etiam Bald.in l. si quis in tantam. in 4. col. C. vnde vi,vbi dicit, quòd tale statutum est contra ius naturale, tamen valet.Idem etiam tenet Bal.in l.si filio,2. vbi latè Ludo. ff.solu.matrim.& Bal.in l.2.si ex nox.causa aga. & not.in Auth. Si captiui.in fi.colum.C. de Episc. & cler. Ibi tamen signanter subijcit,quòd talia statuta, quæ disponunt parentes præcisè teneri, & cogi ad soluendum pro filijs condemnationes, quia
58 sunt iuri communi contraria, † & sic odiosa, sunt strictissimè interpretauda.Quod not.idem Bal.in l.fin.in §.1. in fin. colum. C.de vsur.rei iud.vbi etiam ponit, an stante dicto statuto, ꝙ pater teneatur pro delicto filij an pater repræsentando filium in carcere, euaderet onus talis statuti, & dicit sing quòd non, cùm pater non possit dare filium pro noxa.§. fi. Instit. de nox.
59 † Ibi etiam Bald.in l. 2. in princ. 3. colum. C. de constit. pecu. subijcit not.verbum ad prædictorum limitationem,ꝙ mercatores,aut eorum consules non pñt statuere, ꝙ pater teneatur pro filio, vel delicto filij.Tamen hoc fm eum posset statui per statuta ciuitatis,iuxta gl.in d.rub.C.de decr.decu.lib.10.sed non posset statui per statutum vnius collegij. Quod verbum mirabiliter not.ad limitationem ꝺ.scriptorum,& cogita de ratione diuersitatis.Et quòd valeat statutum,quòd pater teneatur pro delicto filij, est melior tex. de iure in c. 2. in verbo secundum consuetudinem illius terræ, de delictis pue. & ibi ponderant Petr. de Anch. & Ioan. de Ana. qui refert aliqua ex sup. dictis.Illum tex.ad hoc alleg.Lud.in d.l.si filio.2.in fin. ¶Et in il-

lo

ADDITIONES.

a ¶Sequitur Villal.inter com. opin.lib.10. ver. lex reprobans,vbi alleg. etiam Iason.in l.cunctos populos.nu. 74. C. de summa trinit. & dicit communem. Declara tamen vt per Turz.inter com.opin.lib.10.ver.si in lege vel statuto, & per Viuium lib.3.ver.consuetudo etiam. MASVER.

b ¶Non sit in culpa.Adde ꝙ ferè omnia ista ponit Alex.in l.sæpè.col.4. & 5.3. no.ff.de re iud. PVRPV.

c ¶Octauo.ad hac confirmatio vide Iason.sibi contrarium in l.non impossibile.col.1.de pact.Fel.in c.si.col.9.de accus. PVRPV.

d ¶Gl.reputata sing.Adde Bal.in c.ex rescripto de iureiur.Lud.Rom.sing.132

lo c.2.tex.fing.limitat dictum ſtatutum diſponens, q̃ pater teneatur pro delictis filij: quia non tenebitur, qñ filius in pup. ętate delictum committeret. Et, q̃ valeat prædictum ſtatutum, tenet Bal. in addi. Spec. in tit. de ſen. in 15. col. in ver. Si vero pater. & in l. ſeruum quoq; §. publicè. in 1. col. ad fi. ff. de pę. Et ad præ dicta etiam vide Alex. in repe. l. ſæpe. in 6. col. & ſeq. ff. de re iu.

60 ¶ † No. etiam, q̃ dictum ſtatutum diſponens, q̃ pater teneatur pro delictis filij, reſtringitur ad delicta commiſſa per filiũ intra territorium ſtatuti: non autem extenditur ad delicta alibi cõmiſſa. Ita concludit Bar. in trac. repræ. in 4. q. 1. q. prin. Bal. in d. l. 1. C. ne filius pro pa. Sal. in l. ſi filius. eo. tit. Pet. de Anch. in commen. c. canonum ſtatuta. de conſt. ver. iuxta prædicta quę ro ſi ſtatutum, &c. Lud. in d. l. ſi filio. 2. Ang. in d. §. actiones autem de peculio. ¶ Concludo ergo ex prædictis, quòd per ſtatutum, & conſuetudinem poteſt induci, q̃ vnus pro alio puniatur pœna pecuniaria: ſed non corporali: & hoc ſubſiſtente aliqua cauſa: aliàs ſecus, vt potes ex prædictis colligere. Et ſecundum iſta intellige etiam id, quod decidit Bart. in l. legatorum. in prin. q. per illum tex. ff. de leg. 2. per quem text. no. non valere conſuetudinem, quòd ſi vnus colonus non ſit ſoluen-

61 do, q̃ alij teneantur pro eo ſoluere. ¶ † Secundo quæro, an per conſuetudinem poſſit induci, q̃ in alienationib. rei eccleſiaſticæ immobilis non requiratur conſenſus ſuperioris, puta Epiſcopi? gl. tenet, q̃ ſic in l. diuturna. j̃. eo. & in rub. C. quæ ſit lon. conſu. circa fi. & in Auth. hoc ius porrectum. in gl. fin. in fi. C. de ſacroſan. eccl. Et ita ſimpliciter tenet Pau. de Caſt. in l. etiam. in prin. ff. ſol. mat. & pro iſtis gl. facit text. in c. ea noſcitur. de his, quæ fiunt à præl. ſine conſen. c. & text. in c. 3. de conſue. in 6. Contrarium tenent Bal. & Sali. in d. Auth. hoc ius porrectum. in fi. col. & eſt gl. in cle. fi. de reb. eccl. non ali. Facit tex. in c. cum cauſa, vbi Doc. de re iu. ad quem tex. ſimpliciter ſe remittit Bal. in l. diuturna. j̃. e. Pau. de Caſt. hic in fin. col. concor. diſtinguit, quòd in his quæ non concernunt damnum eccleſiæ: puta in corrigendis morib. poteſt conſuetudine induci, q̃ capitulum ſine conſenſu ſuperioris poſſit. Ita propriè loquitur. d. c. ea noſcit, & d. c. 3. Sed in his, quę concernunt damnum eccleſiæ: puta in alienationib. rerum, non poteſt. Et intellige de conſuetudine clericorum. Nam conſuetudo laicorum nullo modo poſſet in hoc diſponere: Ita propriè loquitur. d. c. cum

62 cauſa. de re iu. ¶ † Breuiter dic, q̃ ſolennitates in alienationib. rerum eccleſiæ inductas per d. Auth. hoc ius porrectum, conſuetudo poteſt tollere, & diminuere: Patet, quia eccleſia non omnes admiſit, ſed ſolennitates inductas p̃ capitulum ſine

* excep. 12. q. 2. non poteſt conſuetudo clericorum tollere. *communiter concludunt* Doc. poſt Inn. in c. nulli. de re. eccl. nõ alie. Firmat Imo. in c. 1. in 7. col. de his, q̃ fiunt à præla. ſine cõſen. cap. & limita, vt ibi per eum. De quo etiam vide latè Bal. aliter diſtinguentem in d. Auth. hoc ius porrectum. in 3. col. & in c. 1. in prin. in fin. col. qui feu. dare poſ. Pan. in c. cum in officijs. de teſt. per Fed. de Sen. in conſ. 137. ¶ Dicit tamen Pan in d. c. cum cauſa. q̃ valeret conſuetudo diſponens, quòd ſolus prælatus poſſit res eccleſiæ immobiles alienare: dummodo appareat pretium verſum in vtilitatem, vel neceſſitatem eccleſiæ. Dicit etiam Bal. in rub. quæ ſit lon. conſue. C. circa fin. quòd poſito, q̃ tales ſolennitates poſſent per conſuetudinem diminui: requireretur in tali conſuetudine ſpatium 30. an. nec ſufficeret conſuetudo longa x. ann. Puto, quòd debuerit dicere de cõſuetudine 40. ann. & ſic præſcripta, vt declaraui in gl. in verbo,

63 inueterata. ¶ † Item aduerte, q̃ Ang. in l. diuturna. j̃. eo. no. ex gl. hic, q̃ per ſtatutum, & ſic per conſuetudinem poteſt induci, q̃ res minorum immobiles poſſint alienari ſine decreto iudicis. Quod fortè raro alibi inuenies. Adde Bald. in c. 1. in prin. in 1. col. per quos fiat inueſt. vbi tenet, quòd qñ conſuetudo confirmat contractum minoris. quòd tunc ibi non requiritur de-

64 cretum iud. ¶ † Tertiò quæro, cùm de iure communi, & cõ-

a ſuetudinario feudorum fœminæ non ſuccedant [a] in feudis, quia cenſentur incapaces. c. 1. de ſucceſ. feu. in prin. & §. decedenti. & vtrobiq; Bal. & alij, qui feu. da. poſſ. & cap. 1. in prin. vbi Bal. de gra. ſuc. in feu. & c. 1. de nat. ſuc. feu. & c. 1. §. 1. in tit. Epiſ. vel Abb. Spec. in tit. de feu. §. quoniam. ver. 25. Et quinque ſunt rationes propter quas fœmina in feudo non ſuccedit, de quib. per Bald. in l. fin. in 4. colum. C. de ſuis, & leg. Sed in partib. vltramontanis vbique ſeruatur, quòd fœminæ ita ſuccedunt in feudis ſicut maſculi: an talis conſuetudo valeat? Breuiter puto, quòd ſic: qnia conſuetudo contra ius poſitiuum valet, per regulam quam. s̃. feci. Item, quia vna conſuetudo poteſt per aliam tolli, vt dicam nunc: & ſic ius feudorum conſuetudinarium poteſt tolli per aliam conſuetudinem. Item dicit Io. Fab. in Auth. ingreſſi. in pen. colum. C. de ſacroſ. eccl. qđ in regno Franciæ fœminæ filiæ ſuccedunt in feudis, ſicut maſculi. ¶ Item, dicit Bald. in cap. 1. §. hoc quoque. in v. colum. de ſucceſ. feu. q̃ in regno Apuliæ non exiſtente maſculo, fœmina ſuccedit in feudo, prout dicit accidiſſe in Regina Ioanna. Item in feudo ligio fœmina ex conſuetudine ſuccedit, ſecundum Spec. in tit. de feud. §. quoniam. ver. 21. & ibi Io. And. in addi. in c. eſt ſciendum, quod lac. de Bel. Alex. vbi omnino vide cõſ. 30 incip. quoniam abunde, in 1. vol. eleganter ſcriptum eſt. In iſtis locis præſupponunt Doc. conſuetudinem valere: & quod valeat, probat rext. in c. Significauit. el. 2. de reſcr. & ibi omnes Cano. ponunt. Et dicit Pan. ibi in 3. not poſt Vincentium, quod in illo text. ex conſuetudine Anglicana, fœmina in feudo ſuc-

65 cedit, & facit, quod dicam in ſeq. quæſito. ¶ † Tertio ergo aduerte, quod quamuis de iure ſuper feudalib. non poſſit fieri teſtamentum: & ſi aliquis teſtaretur non valet, cap. 1. vbi no. Bald. & alij, de ſucceſ. feu. Bald. in c. 1. §. donare. in 2. col. qualiter olim feu. po. alie. Vnde dicit Mar. Lau. in c. 1. in prin. in 1. co. qui feu. dare poſ. dum eſſet in via accedendi Papiam, & de ceſſiſſet Illuſt. Marchio Mantuæ, fuit ab eo quæſitum, an valuerit teſtamentũ dicti Marchionis, in quo primogenitum hæredẽ vniuerſalem inſtituerat, & dicit reſpondiſſe, q̃ nõ: quia in bonis feudalib. non licet facere teſtamentum, per d. c. 1. de ſucceſ. feu. Addo plus, quòd nedum in bonis feud. non licet

b facere teſtamentum, imò non eſt licitum pro anima [b] aliquid de bonis feud. relinquere, text. eſt in c. imperialem. in prin. vbi Bald. in pen. col. de proh. feu. alie. per Fed. No. Bald. in d. §. donare. & not. in l. 1. in 4. col. C. de ſacroſan. eccl. & in c. quæ in eccleſiarum. in 5. col. de conſti. Old. conſil. 270. incip. in q. propoſita. Tamen vltra montes conſuetudine generali obſeruatur, q̃ poſſet quis de bonis feud. ita teſtari, ſicut de allodialib. Dic q̃ valet talis cõſuetudo: & q̃ iſtud poteſt ſtatuto, & cõſuetudine induci. Ita Bald. in c. 1. circa fin. prin. in pe. q. de ſuc. feu.

66 ¶ † Not. tamen in præſenti materia aliquos caſus, in quib. cõ-

c ſuetudo non valet, diſponens contra ius commune. Primus eſt, Scitis, q̃ milites de iure torqueri non poſſunt, etiã exiſtentib. legitimis indicijs ad torquendum contra eos: Ita no. Bar. in l. milites. per illum tex. C. de quæſt. vbi dicit, q̃ ita aliàs defendit quændam Poteſtatem, qui erat miles, dum eſſet in ſyndicatu, & ſyndicator propter legitima indicia volebat eum facere torqueri: & pondera, q̃ hoc habet locum in militib. noſtri temporis, vt ibi ſentit Bart. & hoc expreſsè firmat Sal. poſt Cy. in l. 1. C. de iur. & fac. ign. Alex. in l. Centurio. in 9. col. ff. de vulg. & pup. Idem eſt in Doc. ſecundum Bar. in l. 1. C. de aduo. diuer. iud. Cy. in d. l. milites. & in l. 4. C. ad l. Iul. mai. Certè non valeret conſuetudo contrarium diſponẽs: imò eſſet ipſo iure nulla l. omnes iudices. vbi Bart. not. C. de decu. lib. x. & facit ſe-

67 ſtum Ro. in ſing. ſuis. 494. ¶ † Secundo non valet conſuetudo, quod credatur teſtib. malam rationem dicti aſſignantib. puta de credulitate. & traditur per Hoſt. Io. And. & Pan. in c.

68 1. de appel. ¶ † Eodem modo non valet conſuetudo, quòd credatur omni ſcripturæ mercatorum: quia daret materiam falſum fabricandi. Ita expreſsè Bald. in l. vni. in 4. col. C. de conſet. Alex. in conſi. 3. in 2. vol. inc. In cauſa, & lite vertente inter

d Abraham. in pe. col. ¶ An autem valeat conſuetudo, [d] quod vnus teſtis bene probet, vel q̃ fama habeat vim plene probationis, vel è contra, quod etiam duo teſtes non bene probent. Ponit Io. And. in addi. Spec. in tit. de inſtru. edi. §. compendioſe. ver. ſed nunquid conſuetudinem. quem commendat Mathe. in no. 51. Eodem modo non valet conſuetudo, quòd deferatur iuramentemei, qui plenè probauit intentionẽ ſuam, tex. eſt ſing. in c. 2. de prob. de quo tex. plura dixi not. in l. admonen

69 di. ff. de iureiuran. ¶ † Item non valet conſuetudo diſponens, q̃ Archidiaconus præferatur vicario Epiſcopi, ſm Pan. conſ.

70 21. inc. viſo dubio, de quo quæritur, in 1. vol. ¶ † Eode modo non valet cõſuetudo de pręſtandis vſuris, ſm Bal. in tit. de pac. conſtan. in 9. colu. in verbo nos Romanorum. & in l. humanum.

ADDITIONES.

a ¶ Non ſuccedant. Adde Raph. conſil. 187. inc. conſultis, & infra ſcrip. Rap. Ful. conſil. 221. incip. Nobilis de Fortiate. Lud. Rom. conſil. 33. incip. viſo inueſtiture tenore. Angel. conſil. 331. incip. do. Iordanus. Cald. conſil. 3. incip. de feud. Pet. de Anchar. conſil. 174. incip. do. Lazarus. Alexan. de Imol. conſil. 30. inc. omne datum. in 1. vol. Idem Alexan. conſil. 1. incip. ponderatis his, quæ. in v. vol.

b ¶ Pro anima. Adde Hoſt. titu. de immu. eccle. in §. in quantum. verſi. ſed ne alia immunitas. colum. 2. Lud. Roman. conſil. 199. incip. præſens ſtatuti particula.

c ¶ Conſuetudo non valet. Adde caſum vbi valet. Iaſ. in l. fin. 2. colum. j̃. de iur. om. iu. Alium vbi non valet, in l. qui iuriſdictioni. circa prin. Et alium, vbi valet in fin. pen. col. e. tit. PVRPV.

¶ Sequitur Matheſi. not. 10. Iaſ. in l. generaliter. in vlt. verb. ff. de in ius voc.

d Conſuetudo. Adde Docto. in §. erit autem lex. 4. diſ. Doc. in cap. fi. de conſue. Doc. in c. 1. de appel.

num.C.eo.& in l.eos. vbi text. cum gl. C.de vsuris,vbi plus di-
71 cit,ꝙ nō debet seruari per eum, qui eā iurauit seruare.¶† Sed pulchrum, & quotidiauum dubium est, an valeat statutum, vel consuetudo disponens, ꝙ in causa dotis interim donec restituatur dos mulieri per hæredes mariti mortui, soluatur ad rationem decem pro centenario, vel quinque loco alimentorum:an ista consuetudo, vel statutum valeat? & an mulier in foro conscientiæ possit licitè accipere?Bald. in l.fin. §.prætereà. C.de iur.do.tenet,quòd sic.Pau. de Cast. in l. diuortio. in prin. in 5.col.ff. solut.matrim. dicit, ꝙ in aliquib. locis sunt statuta, ꝙ mulieribus debeant solui quinque pro centenario nomine alimentorum, donec dos restituatur. Credit. ꝙ talia statuta sint bona. Sed an possint cum bona conscientia retineri, concludit,ꝙ si mulier non habet aliunde vnde alatur,potest: aliàs secus. Et dicit, ꝙ de facto habuit, & frequentissimè occurrit. Tamen Bald.& Pau.in l.1.C.de sum. Trin.tenent ℨrium.Et ita tenet.Io.de Lig. in clem.1.de vsu. quia sol. ma. vxor non sustinet onera matrimonij: [a] ergo si aliquid percipit, est vsura: ergo non est licita.Pan.in c.salubriter.in fi.col. de vsur.dicit,ꝙ sæpè fuit de hoc interrogatus.Tandem cōcludit eo. modo, quo Pau.s.relatus, ꝙ si mulier non habet aliunde, vnde alimenta suscipiat, potest cum bona conscientia retinere: quia tunc est ab hæredib.viri alenda,ſm Bart.in l.vni.§.exactio. C. de rei vx.
72 act.Aliàs secus,vt ibi per eum.¶† Item adde, ꝙ valet consuetudo contra legem, ꝙ testator possit in testamento dare curatorem adulto sine alia iudicis cōfirmatione.Item, ꝙ possit directò substituere maiori, etiam post aditam hæreditatem: & ꝙ quis possit decedere pro parte testatus, & pro parte intestatus,& ꝙ testator possit cū plurib.testamentis decedere, ita no. Bald.Ang & Imol.in l.2.in prin.ff.de vulg.& pup. vbi Alex. &
73 Bal.hic in repe. in 12.col.¶† Et an valeat consuetudo, [b] quòd
b clerici possint testari de fructib. suarum præbendarum, (ꝙ de iure non possunt.gl. in c. pnti. de off. ord.in 6.) Est quæstio. Io. An. in regula nemo plus iuris in merc.Io. Cald. in c. relatum. 2.de testa.Pan.in c.1. de consue. & vide omnino d. Ab.in c.cū
74 in officijs.de test.† Dicit etiam Bald.in repe.hic in 3.col.ꝙ valet consuetudo, qua disponitur contra ius, ꝙ quis possit alteri stipulari. Adde text. meliorem de iure ad hoc in l. si donaturum.in fi.ff.de vsuf.& text. quem ad hoc ibi not. Lud.& Mod.
75 in l.certi conditio.§. si nummos.ff.si cer.pet. ¶† Et an consuetudine possit validari pactum de succedendo affirmatiuum,licèt Bal.in l.cum Archimedoram.C. vt in poss.le.teneat, ꝙ sic. Tamen contrarium, & melius tenet in l. 2.in 3.col. C. quæ sit
76 lon.consue.& Alex.in l.pactum, quod.C. de pac. ¶† Et an valeat consuetudo, ꝙ pro loco sepulturæ assignando: & quòd pro exequijs mortuorum aliquid detur parochiano: adeo, ꝙ per ordinarium possit hæres compelli ad soluendum,cosuluit Roman.ꝙ sic, in consil.344.Incip.in casu propositæ consultatio.videtur dicendum dictos parochianos. Motus per text. in
c c.ad apostolicam.vbi d.Ant.de simo. [c] Tu vide text.in contrarium.in c. cōquæsta. & in c.postquā.3.q.2. & in c.abolendæ.de simo. Et non valet consuetudo, ꝙ in exequijs hæredes teneantur dare prandium clericis. c. Iac. & c.cum sit. de simo.¶†
77 Et an valeat consuetudo,quòd obligationes,quæ fiunt sacerdotibus in die feriata,sint necessariæ.text. videtur, quòd sic,in cap. omnis Christianus de conse.distin.1.ibi glo.disputat. Concludunt Canon.quòd non.in rubr.de parochijs.& Lapus alleg.68. Tamen Lud.in d.consil.consuluit contrarium,& inaduertenter, (vt puto.) An valeat consuetudo, quòd Archidiaconus præferatur vicario Episcopi, vide Abb. in consil.21. incip.viso
78 dubio,de quo quæritur,in 1.vol. vbi determinat, ꝙ non.† An autem valeat cōsuetudo. quòd credatur omni scripturæ mercatoris. Dic, quòd non: quia daret materiam delinquendi, & falsum fabricandi,contra l.conuenire. ff.de pac.do. ſm Bald.in l.vnica.in 4.col.C.de offic. Ale.consil.3.in 2.vol.inci.in causa,& lite vertente inter Abraham.in pen.col. Et istud vltimum sum
79 latius prosecutus in commē.l.admonendi ff. de iureiur.¶† Vltimò in hac materia quæro, an vna consuetudo cōtraria precedenti consuetudini eam tollat. glo. est singularis in l. nemo alieno.§.temporaria.ff.de re iud.Quæ distinguit,quòd si prima consuetudo erat præscripta, ꝙ quando sit, dixi in gl. in verbo. inueterata, tunc non tollitur per aliam consuetudinem non præscriptam:aliàs sic. Istud mirabiliter limitat Bald. in cap.1. in 1.col.in fin.de feu.cog.vt sit verum, quando sumus in causa petitorij, sed in cāp ossessorij ℨsuetudo scda nō præscripta tollit præcedentem ptæscriptā.Alleg.Io.An.in c.ecclesia.de elec. in nouella.¶Secundò limitat Pan. in c.pro illorū.in 2.& 3.col. de præben. quando consuetudo secunda nodum esset præscripta: tamen populus vult statim eam valere. Quod an, & quando possit,dixi in glo.in verb.inueterara. tunc tolleret pri-
80 mam præscriptam. ¶† Et not. quòd si consuetudo præscripta aliquid contra ius cōe inducens tollatur per legem superue
nientē, seu per statutum, ꝙ talis consuetudo semel sublata nō
d possset iteratopręscribi. [d] Ita Bal.in c.1.de ca.Conra.motus per tex.in d.l.3.§.diuus.ff.de sepul.vio.Alleg. etiam eleganter no.in c.1.de const.in 6.Idem tenet Bald. in l.fin.C. de pac. pig. & in l.
7 lex procedit vltra sic declatando. Vide † etiam in materia, qd̃ decidunt Imo. & Ale. in l. 3. in prin. ff. de acq. pos. vbi quærunt. Si dñs castri vendidit castrum cum pertinentijs, & ibi erãt aliquæ possessiones, vel aliqua prædia sita in territorio illius castri: an includantur per illa verba, cum pertinentijs, & concludunt, q̃ non: quia illa verba castrum cum pertinentijs, intelliguntur de illis reb. quæ sunt propriæ pertinentiæ castri. i. quæ sunt iuriidictionis castri. Vnde non veniunt ille possessiones, quas habet venditor tanquam priuatus homo in territorio illius castri, & non tanquam dñs castri. Facit, qd̃ vult Inn. in c. ex literis. de iure patr. de vendente fundum cum omnib. iurib. suis: quomodo intelligitur. & quid in eis concludatur. Facit, q̃
8 no. Bal. in l. à procuratore. C. man. ¶ † Item circa prædicta, & hoc primum exemplum glo. q̃ in concessione principis intelliguntur etiam adiacentia concedi. Nam dicit Bal. hic in 2. col. q̃ si princeps donat mihi ciuitatem, videtur etiam eius commitatum, & districtum donare, & omnes eius pertinentias. Ita loquitur Inno. in c. cum ad sedem. de resti. spo. & tã in terra q̃ in mari. Nam mare, sicut terra distinguitur per districtus, & cõmitatus, vt no. in c. vbi periculum. de elect. in 6. Sed in odiosis noĩe ciuitatis non intelligitur districtus. c. si ciuitas. de sen. ex-
9 com. in 6. ¶ † An autem si princeps concedat castrum, intelligatur omnem iurisdictionem concedere? Tãgunt Bal. & Alb. hic. & dicit Bal. in 2. col. q̃ concesso castro simpliciter intelligitur princeps concedere nedum omnem iurisdictionem, sed etiam omnes reditus causarum, tam ciuilium quàm criminalium. arg. l. 1. §. cum vrbem. ff. de offi. præfe. vr. Adde, q̃ idem tenet Bar. in l. 2. circa prin. ff. de verb. sig. & l. si qñ. in fin. C. de bo. vac. lib. 11. in l. 1. in fi. de iurisd. om. iud. vbi dicam, & latè examinat Io. And. in addi. Spec. in d. tit. de iurisd. om. iu. in ver. quæ autem. in addi. mag. Ponit Alex. remissiuè in l. 3. in prin. in pen. co. ff. de acq. pos. ¶ Suprascripta omnia procedunt in conces-
10 sionib. Imperatorum, vel Principum. † Quid inter priuatos an vendita, vel dõnata domo simpliciter, veniant adiacentia domus: & an connexa: & an alia suppellectilia? Vide tex. no. in l. Iulianus. §. ędib. cũ duab. legibus seq. & in l. granaria. ff. de act. emp. Facit, qd̃ not. gl. 12. q. 2. c. fi. & ibi Arch. dicit, q̃ qui dat domũ, vel aliã rem, videt̃ dare, quæ annexa sunt illi rei: iurib. ibi
11 per eum alleg. ¶ † Addo etiam tex. no. in l. cætera. §. hoc Senatus. in 2. ver. de legi. 1. per quẽ no. ibi. Iac. de Are. & Bal. & sequitur simpliciter Ale. ibi. in fin. quòd quando venditur alicui domus, q̃ ea, quæ sunt ibi posita, vt perpetuò ibi sint, licèt non sint affixa, cedunt emptori. Quod est valde no. fm Bald. & est text. melior de iure in l. fundi. §. labeo. ff. de act. emp. quem al-
12 leg. Bal. inter alios in d. §. hoc Senatus. ¶ † Prædictis adde, qd̃ signanter decidit Pet. de Anch. in cons. 291. inci. super plurib. articulis. vbi tenet, quòd in donatione domus, veniat apotheca, quæ est subtus domum, si apotheca eadem continuatione, & eodem fundamento continebatur, & fuerat eadem emptione per donantem acquisita domus, & apotheca. Alleg. l. prædijs. §. qui domum. de le. 3. & l. quod conclaue. ff. de dam. infec. & l. creditor. §. fin. ff. de act. emp. Et quia in donatione debet fieri latior interpretatio. c. cum dilecti. de do. & illam decis. refert, & sequitur Alex. cons. 223. in 2. vol. incip. visis verbis dicti te-
13 stamenti. ¶ † Adde, quod vult Bal. in d. l. quod conclaue. per illum text. iuncta gl. 2. in fin. quòd vendita vna domo, intelligitur vendita camera, quæ erat ad vsum illius domus conuersa: etiam si erat paries in medio duarum domorum, vt ibi. &
14 l. si cui ædes. de leg. 3. ¶ † An autem legata, vel donata, vel vendita

ADDITIO.

a ¶ Legauit. Adde Bal. in c. 1. in §. si quis de manso. in tit. si contro. fue. de inuest. feu. in vsibus feu.

a vendita domo intelligatur venditus hortus? *communiter conclu-*
b *ditur*, [b] q̃ ſi erat ad vſum illius domus: & per domũ erat adi-
* tus in hortũ, hortus continetur: aliàs ſecus l. prædijs. §. qui domum. ff de leg. 3. tex. cum gl. in d. c. fin. 12. q. 2. & tex. qui videtur p̃rium probare in c. Raynutius. in ver. domum, & quendam hortũ. de teſt. & ibi Io. An. & Pan. & alij. Ad idem tex. no. in l. olympico. in prin. ff. de ſer. vrb. præd. & in illo tex. pondera fortius probari, iuncta gl. in ver. legatum. q̃ etiam q̃n teſtator non legat domum ad proprietatem, ſed tm̃ ad habitationẽ, q̃ tm̃ venit hortus, & cœnaculum acceſſorium domus ſm Bal. & Flo. in d. l. olympico. Et dicit ibi Pau. de Caſt. q̃ audiuit Bal. pluries alle. d. l. olympico. & d. l. prædijs. §. pe. & ſi. & l. arbiter. §. de veſtibulo. ff. communi diui. q̃ ſi venditur, vel legatur domus, vel ſtabulum, vel hortus cõiunctus, vel contiguus domui: ſi ad illud non erat aditus, niſi per domum, vel etiam ſi aliunde erat aditus: tm̃ fuerat emptum ſimul cum domo, & eodem pretio. & ſequitur Bar. Veron. in trac. ſer. vrb. Adde etiam prædictis, qđ no. decidit Nic. de Neap. poſt antiquos in d. l. prædijs. §. pe. per illum tex. q̃ ſi duo erant fratres diuidentes inter ſe domos communes paternas: & in medio earum erat hortus, cedit domui, ad quam pater vtebatur illo horto: & ſi pater non deputauerat talem hortum ad vſum alicuius domus, cedit illi domui, per quam habebatur intrinſecus aditus ad illũ hortũ. Et prædicta omnia diligenter no. ¶ Secundum prin. exemplũ glo. ibi, vel melius pone. Reprobatur per omnes indifferenter. Primo, quia iſta lex loquitur in beneficijs. Illa in priuilegijs, inter quæ eſt longa differentia, vt dicam. Secũdo, & fortius ideo in illa l. priuilegium extenditur ad legitimos: quia ſi ſolum intelligeretur in filijs vulgò conceptis, vt dicebat priuilegium, ſuiſſet ſuperfluum, quia filij vulgò concepti non poſſunt ſequi niſi conditionem matris, cùm patrẽ certum non habeant. Vt ergo priuilegium non ſit ſuperfluum, comprehendit etiã filios legitimè natos. ¶ Vltra gl. Bart. dicit, q̃ poteſt in hac lege poni exemplum in l. 1. §. cum vrbem. ff de off. præfe. vr. & aliter
15 non declarat. † Tu declara ſecundum Bal. & Ang. hic, q̃ ſi princeps concedat alicui officium tabellionatus in aliqua ciuitate, intelligitur conceſſiſſe in comitatu, & toto territorio: quia largiſſima debet fieri interpretatio in iſtis beneficijs principum. Facit quod. s̃. dixi ſecundum Bald. hic. ¶ Poteſt, & quartò exemplificari iſta lex, ſecundum Gul. in caſu. l. 2. C. de caſtren. pec. lib. xii. & dicit melius poni caſum per illam. l. quàm aliam de mundo. Vbi dicitur, quòd ſi in ciuitate erant tria officia, quorum ſecundum erat dignius primo: & tertiũ dignius ambobus. Pone, princeps concedit alternatiuè, vel primum, vel ſecundum, vel tertium, ex his officijs, ibi eſt text. quod licèt alias in alternatiuis electio ſit debitoris per regulam i. plerunq; in fi. ff. de iur. do. & ſic electio deberet eſſe principis: tamen eſt creditoris: ibi ſolùm iſta ratione: quia in beneficijs debet fieri largiſſima interpretario, & hoc exemplum ſequitur Alb. hic, & Bald. in lec. & in repe. Iſtud exemplum reprobat Cy. hic: quia non eſſet ſpeciale ibi in principe, quia idem eſt in legatis, per l. Lucio. cum glo. ff. de leg. 2. & dicit Cyn. ſe putare, quòd in d. l. 2. debeat diſtingui ad quem verba principis diriguntur: prout in ſimili diſtinguitur in legato alternatiuo per gl. ſolennem in d. l. Lucio. Ang. hic dicit ſe ſaluare exemplum glo. & Gul. in caſu d. l. 2. quando in ciuitate eſſent tria officia, quorum alterum altero dignius eſſet, & princeps conceſſiſſet non alternatiuè, ſed conceſſio fuiſſet generalis, & indefinita: quo caſu ſpeciale erat in conceſſione principis, in quo debet fieri latiſſima interpretatio, quod electio ſit creditoris: & in hoc ſecus eſſet in legatis per l. qui lancem. ff. de au. & arg. leg. & l. apud Iul. §. Scio. de leg. 1. Sed certè in d. l. 2. conceſſio fuit alternatiua.
16 ¶ † Poteſt etiam ſecundum Bal. hic in lec. poni in vnum exẽ-
c plum ad iſtam l. in bannito, quem princeps ᶜ ſimpliciter rebannit. Nam videtur in dubio reſtitui ad bona. Nã ſcitis, quòd eſt magna differentia, an princeps bannito indulgeat, & tunc non veniant bona. an reſtituatur, vt declarat gl. Bar. & omnes in l. fin. C. de ſen. paſ. Nam ſecundum Bald. hic, quia beneficia principum ſunt latiſſimè interpretanda, ſi princeps ſimpliciter rebannit, & ſic non vtitur nec verbo indulgemus, nec verbo reſtituimus. in dubio intelligitur in integ. reſt. alle. Cyn. in d. l. fin. & ibi etiam tenet Bar. in fin. col. per illam l. & l. 1. §. fin. vbi etiam Bar. ff. de quæſtio. & Bar. in l. non ſolum. ff. de procu. Bal. in l. ſi qua pœna. ff. de iis, qui ſunt ſui. & in l. emancipatione. C. de fid. inſtr. Sequitur Alex. in conſil. 8. in 2. vol. incip. omiſſis argumentis. Nota tamen, quòd in reſtitutione banniti, nunquã veniunt bona in alium alienata. Ita Bart. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. in 6. col. ff. de lib. & poſth. in d. l. fin. C. de ſen. paſ. & vide Mod. maximè Alex. ibi in d. §. & quid ſi tantum. Et an bannito poſſit expreſsè concedi reſtitutio, etiam ad bona alienata. ponũt Bald. & Mod. in d. §. & quid ſi tantum. cum multis concor. ibi poſitis. & Bald. in tit. de pace. conſtan. in verb. priuilegia. & ſeq. & quod not. Bald. in quicunq; C. de fid. inſtr. lib. x.
17 ¶ † Perpetuò no. q̃ qualitercunq; bannitus reſtituatur, nullo caſu debet conſequi fructus perceptos etiam ex bonis nõ alienatis, tex. eſt ſing. in Auth. idem eſt de Neſtorianis. C. de hæret. ſm Ang. in d. §. & quid ſi tantum. Bal. in c. dño guerram. in tit. hic finitur. l. Contra. & in l. fin. in 8. col. C. de ſent. paſ. & in l. nam ad ea. s̃. de leg. & illum text. in d. Auth. idem eſt de Neſtorianis. reputat ſingularem Ro. in l. iuſiurandum, & ad pecunias. §. procurator, in 2. col. j̃. de iureiu. Idem ſimpliciter tenet Alex. in d. §. & quid ſi tm̃, in 19. col. Sed aduerte, licèt non inueniam aliquem in hoc. s̃. dicere. ſemper dubitaui, q̃ non ſit verum, per tex. q̃m ad hoc reputo notabilem in l. videamus. §. in Faviana. in ratione ſui. ff. de vſur. vbi formaliter dicit, nam verbum reſtituas, habet plenam interpretationem, vt fructus quoque reſtituantur. Ad idem pondero tex. notab. in l. in condemnatione. §. 1. ff. de re. iu. & tex. in l. & ex diuerſo. §. 1. ff. de rei ven. Nec dicas, q̃ in illis legib. verbum, reſtituas, proferatur à l. Nã idem quando a principe profertur, cùm princeps ſit lex animata in terris. §. pe. in Auth. de conſan. & gl. in l. more. & in l. & qa. ff. de iuriſ. om. iu. in glo. maximè cum in iſta reſtitutione bannitorum debeat fieri latiſſima interpretatio per hanc l. vt expreſsè dicit Bar. in d. l. fin. in pe. col. C. de ſen. paſ. Non ob. tex. ſuper quo omnes ſe fundant in d. Auth. idem eſt de Neſtorianis. quia reſpondeo, quòd ibi ratio eſt: quia expreſsè vltra procedit ſic diſponendo in tam graui crimine hæreſis: ergo ille text. non debet attendi ad conſequentiam, per l. quod non ratione. s̃. de legi. Sic in ſimili reſpondet Bald. in l. cum ancillis. in 2. col. C. de inceſt. nup. & Ang. hic, in 4. col. quòd in d. l. cum ancillis. ideo illud ſit: quia lex ibi vltra procedit. ſm, quòd s̃. declaraui. Cogita, quia tactum non inuenies iſto modo. Et vide Bald. in l. 1. circa fin. C. de fid. inſt. & iure haſtæ fiſ. lib. x. & quod vult Bal. in rub. C. de fru. & lit. expen. & no. Ang. in §. ſi quis de parentib. in Auth. vt cum de ap. cog. vnde ſumitur d. Auth. idem eſt de Neſtorianis. Et dixi in iſto paſſu plenius in d. §. & quid ſi tantũ. Poteſt poni ſextum exemplum ſm Ang. hic, per l. Lucius. §. 1. de admi. tu. ibi reſtitutio facta ad bona latiſſime interpretatur: vt etiam intelligatur facta ad actiones, quæ tamen nunquam fuerunt in bonis. Poteſt ſeptimo exemplificari per text. notabilem in l. non tantum §. 1. ff. de excu. tu. Idem octauo exẽ-
18 plifica per l. 4. de iure immu. quam glo. allegat. j̃. ¶ † In 4. parte glo. ibi, & plene videas habes notabilem doctrinam, quòd in contractibus ſit tantum plena interpretatio: in vltimis voluntatib. plenior. in beneficijs principum pleniſſima: & ſunt verba tex. in d. c. cum dilecti. de don. Operæpretium eſſet videre, quę ſit ratio diuerſitatis. Alb. hic circa quintam col. magnam, aſſignat iſtam rationem, quæ eſt perſuaſiua non vrgens. ſ. quòd contractus propriè eſt vltro citroque obligatorius. l. Labeo. §. contractum. ff. de ver. ſig. quia ergo tractatur de præiudicio vtriuſque, viſum eſt ſatis legi, q̃ fieret plena interpretatio: ſed in vltimis volun. quæ pendent ab vnius voluntate, lex facit pleniorem interpretationem: ſicut etiam facit in donatione, quæ licèt ſit contractus, tamen quia pendet ab vnius voluntate, lex pleniorem facit interpretationem d. c. cum dilecti. ſed in principe, quia eſt ſuperior cunctis, & ſic debet eſſe liberalior, lex facit pleniſſimam interpretationem. ¶ In quinta parte

ADDITIONES.

a ¶ Hortus. Alex. vbi etiam ponit de curte libr. 4. conſ. 25. & in materia legati lib. 4. conſ. 54. & latè in omni diſpoſitione. li. 2. colum. pen. inci. viſis verbis. vbi de camera, apotheca, horto, & ſim. Et plenè ponit. Dec. cõſi. 109. & limitat Ancha. conſ. 45. Fel ſequitur in proœ. decre. colum. 3. vide Cep. de ſer. vr. præd. tit. de horto. PVRPV.

b ¶ Sequitur Villal. inter com. opi. lib. 4. ver. Domo vendita: vbi etiam declarat, aſſignando rationes huius concluſionis: idem tenet Suarez lib. recep. ſen. verſ. domus. vbi eo caſu contrahentium mentem, verba, ac reliquas rei coniecturas inſpiciendas arbitratur. Quòd ſi legetur domus cum his, quæ ibi ſunt, die quòd nõ intelliguntur legata, quæ ibi ſunt mercis cauſa, vel ad tempus. Ro. ſing. 469. vbi docet fallentiam ſi filio legatum fiat, per text. in l. quæſitum. §. ſed & ipſe Papi. ff. de fun. inſtr. MASVER.

c ¶ Quid ſi princeps facit gratiam? vide Dec. in c. Sedes. col. 3. ver. in glo. 3. extra de reſc. & quid ſi iuſſit bannum cancellari? vide Alex. conſil. 112. lib. 2. & quando facit gratiam, vide Iaſ. in l. huiuſmodi. §. ædes. colum. 6. de leg. 1. & quòd principe reſtituente rebellem, non extendatur ea reſtitutio ad bona iam alienata, communiter tenent Do. in l. gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de li. & poſt. teſte Afflic. Deciſ. 361. num. 7. fallit tamen in caſu publicæ pacis Bu. ibi. De qua materia reſtitutionis per principem, plura. not. Iaſ. conſil. 139. colum. fin. lib. 1. Boer. q. 65. 1. part. Alexan. conſil. 101. num. 6. lib. 2. BELLAC.

parte dum glo. opp. de l. si quando. Respondeo, q̃ ibi loquitur in priuilegio contra ius commune, quod debet strictè interpretari. hic loquitur in beneficijs secundum ius commune, aut præ-
19 to. vt j̃. dicam. ¶†In vlt. parte habes perpetuò notare, quòd licèt beneficia Principum sint latissimè interpretanda: est verũ, nisi respiciant præiudicium, vel iniuriam tertij. Quia tunc sunt strictè interpretanda, ne tertio damnum, vel iniuriam faciant legib. in glo. alleg. sed in præiudicium concedentis tantum, bene fit latissima interpretatio. Facit. l. nec auus. vbi Bald. C. de eman. lib. text. no. in l. cum filius. ff. de testam. milit. & text. not. in l. impubes. ff. de admin. tut. & in cap. super eo. de offic. deleg. & Bald. in cap. 1. §. fin. quid sit inuesti. Bart. & alij in d. l. Gallus. §. & quid si tantum. Et ideo dicit Bald. hic in 2. col. in fin. q̃ Princeps concedendo beneficium, non vult cooperire vnum alterare, vt aliud discooperiat. l. assiduis. C. qui pot. in pign. hab. Fa-
20 cit etiam text. not. in cap. quamuis. de rescrip. in 6. ¶†Dicit etiã Bald. in l. 1. in 1. col. 5̃. eod. q̃ si princeps aliquid dat, vel confirmat, semper dẽt intelligi, saluo iure alterius: & ad hoc vide omnino Bald. in titu. de consti. in 31. col. in verb. possideant. vbi ponit pulchra verba, & prẽsertim, q̃ ista sunt notanda pro concessionib. aquarum, quas faciunt Principes, quia debent intelligi,
a saluo iure tertij l. Labeo. §. 1. ff. famil. erciscun. [a] dicit Inn. magistraliter in d. c. cum dilecti. de donatio. q̃ priuilegia Principũ, dum tangunt iura concedentium, debent latissimè interpretari, vt hic. Sed quatenus respiciunt damnum, vel præiudicium tertij, debent strictissimè interpretari, vt ibi. & capitu. olim. de verborum significatio. & hic. Et quòd in præiudicium iuris tertij debeant strictissimè interpretari, est bonus text. in capitu. ex tuarum. de aucto. & vsu palij. Idem dicit Ioan. And. in d. c. olim. Istam doctri. etiam ponit Pan. in consil. 1. in 4. col. in 1. vol. & in consil. 90. incip. in causa, & quæstio. quæ in præsentia veritur. in 3. col. in eod. vol. Et vide omnino d. Abb. in capit. ex parte. el 3. in 2. not. de deci. per illum tex. quem ad hoc reputat mirabilem. Addo, q̃ ista doctrina procedit, etiam si beneficium, vel priuilegium concedatur pupillo, vel minori: adhuc tamen intelligitur sine præiudicio tertij, text. est not. in d. l. impuberi. ff. de admin. tut. per quem ita dicit Bar. in l. idemque.
21 in prin. ff. qui pot. in pign. hab. ¶†Fortius dicunt Compost. Io. And. & alij in cap. causam quæ. de rescr. q̃ si Papa cõfert alicui beneficium ecclestasticum, cum clausula, Non obst. colla. alteri facta, intelligitur de collatione inualida alteri facta, nõ de valida. quod multum not. & sequitur Alex. consil. 123. in 1. vol. inci. viso titu. q. in 2. col. & in consil. 35. in 4. vol. inci. viso processu causæ vertentis inter Communitatem. in 3. col. & in consi. 23. 5. vol. incip. viso processu causæ vertẽtis inter Magnificum.
b in 3. col. [b] Adde etiam in materia, quod vult glo. in c. allegant. in ver. tenax. 26. q. 7. q̃ verba generalia, quæ Princeps ponit in priuilegijs suis, tu tamen debes tenaciter, & strictè interpre-
22 tari. ¶†Alibi dicit glo not. in cap. paratus. in glo. 3. 23. q. 1. quòd
c verba in rescripto, [c] vel priuilegio posita, debemus conformare æquitati, licèt etiam verba hæc non patiantur, quod not. & adde Oldr. Laud. in consil. 268. inci. quæstio est vtrum per priuilegium. ad fi. Alibi dicit Bald. in l. 2. in 4. not. C. de legi. q̃ priuilegium Principis non est obscurè neque absurdè interpretan
23 dum, sed sanè, & propriè. ¶†Intellige tamen prędicta, nisi Princeps diceret expressè se concedere, nõ obst. præiudicio, & damno tertij d. l. 2. §. merito. §. si quid à Principe. ff. ne quid in loco publ. Et aduerte diligenter, quòd sufficit clausula generalis, cũ præiudicio tertij, licèt nominatim non exprimatur tertius. Ita singulariter Paul. de Castr. in l. Titius, per illum text. ff. de lib. & posth. Sequit̃ Bar. Vero. in tract. seru. rust. sub. tit. de aquæduct.
24 ¶†Item perpetuò attende, quòd si Princeps expressè diceret, se concedere, & cum præiudicio tertij, intelligitur quando esset paruum præiudicium illius tertij. Secus si magnum. gl. est quã ad hoc pondero in l. sed cum hærede. in glo. fin. ff. ad Treb. Facit quod dicit glo. in l. seruitutes. §. publico. in ver. incommodo. ff. de serui. & ita not. Card. in cap. mandatum. in 7. not. per illum text. de rescr. & Bar. Vero in d. titu. de aquæductu. & ista not. qa quotidiana sunt. Adde etiam pro limitatione regulæ. 5̃. traditæ illud, quod tenet Ioan. And. in cap. 2. ad fi. de immuni. eccles. & ibi do. Abb. in pen. col. vbi tenet, quòd priuilegia Principũ cõcessa motu proprio, seruanda sunt, sicut sonãt. Secus si per partem sint obtenta: quia tunc bene strictè interpretantur. Limita etiam prædictam regulam, quòd priuilegia sunt strictè interpretanda: vt procedat, quando priuant legem communem: Secus si priuatam, secũdum do. Anto. de But. in cap. olim tibi. de verb. sign. ¶Glo. fin. diuiditur in tres partes. In prima remouet contrarium. In secunda allegat cõcor. In tertia opponit, & non soluit. Secunda ibi, & facit. Tertia ibi, arg. contra. j̃. de offi. præsi. In 1. par. aduerte, quia sol. gloss. dupliciter potest intelligi. Primò dum dicit, legem tamen communem prevalere oportet, idest quòd Principis beneficium est latissimè interpretandum. Verum est, nisi sit contra legem communem: quia ius commune tunc debet prævalere: & iste fuit sensus glo. Potest etiam intelligi legem cõem, idest legem continentem communem, & publicam vtilitatem, prout est in d. §. quia vero verisimile. In vlt. parte glo. respondeo, vt per glo. in illa l. sæpè. Bart. & alij hic. ¶Extra glo. pro plena intelligentia totius materiæ, aduerte, quod in iure nostro quinque reperiuntur vocabula: quæ licèt videantur multum discrepantia, tamen nõ multum differunt. s. beneficium, priuilegium, rescriptum, mãdatum, &
25 dispensatio. ¶†Aduerte circa primum, quòd terminus beneficium, [d] potest dupliciter capi, vt declarant Barto. & Doct. hic, & doct. in d. cap. olim. post glo. ff. de verbor. sign. Aliquando capitur beneficium in genere, & hoc non comprehẽdit quatuor sequentia. Hinc est, quòd iura sæpè abutuntur his terminis, capiendo beneficium pro priuilegio, &ècontra, & sumendo beneficium in genere, dicitur beniuola actio tribuens gaudium capienti. Ita diffinitur in cap. 1. §. pen. in titu. quib. cau. feu. amit. & secundum hanc diffinitionem apparet, quòd comprehenduntur quatuor sequentia. Secũdo capitur beneficium in specie, & propriè: & tunc dicitur beneficium, quando Princeps cõcedit aliquid de suo, secũdum ius commune, vel præter: vt est quando concedit alicui feudum, quod appellatur propriè beneficium, vt dixi in prælu. feu. Eod. modo, quando princeps cõcedit alicui domum, vt in glo. 2. vel bona vacantia, vt declarat Barto. in locis statim allegandis. & istud est, quod debet latissimè interpretari. & ita propriè loquitur regula l. nostræ. Et ad hoc, quod beneficium in genere sumptum plura cõprehen-
26 dat, † facit pulchra decisio Barto. in l. beneficio. quam ibi simpliciter sequitur Alex. ff. ad l. Fal. vbi p̃ illam l. dicit, quòd aliàs habuit cõsulere Pisis, vbi est statutum, quòd nobiles de tali parentela sint in omnib. exempti: & quod non possint habere ali quod beneficium in ciuitate. Postea erat aliud statutum, quod si aduocatus faciebat fieri condemnationem, quæ fisco applicaretur, haberet 12. denarios pro libra. Modo quidam nobilis illius parentelæ aduocatus fecit fieri talem condemnationem: an debeat habere 12. denarios pro libra? Dic, q̃ non: quia sicut illud qd defalcat̃, vt est Fal. est beneficiũ ætatis, ita qd̃ defalcatur ex condemnatione. & illam deci. Barto. sequitur Paul. de Castr. in l. maritum. in princ. ff. solu. matr. sed intelligitur ibi ca-
27 piendo beneficium in genere. ¶†Dixi secũdo, quòd habemus priuilegtum, quod propriè dicitur priuans legem. 53. dist. cap. priuilegium. vt quando Princeps concedit, non obst. l. vel statuto. & sic clara est differentia inter beneficium in specie, & priuilegium: quia beneficium est secundum, aut præter legem. Priuilegium vero contra. Et ita Bart. in l. 1. in fin. col. de iur. & fac. igno. & in l. fin. C. si contra ius. & in l. si finita. §. ex hoc edicto. ff. de damn. infect. & in l. si quando. in prin. vbi propriè tex. de priuilegio. & ibi Bald. C. de inoffic. testam. d. Ant. & Pan. in d. cap. olim tibi. Not. glo. in l. humanum. C. de leg. Cyn. in l. rescripta. C. de preci. Imp. offe. Paul. de Castr. in l. maritum. in princ. ff. sol. matr. & Alex. sic declarans in l. quia tale. in prin. ff. solu. matr. & in consil. 301. incip. viso themate. 5̃. rescripto. & vide d. Anto. de Butr. in cap. olim tibi. de verbor. sign. & in consil. 301. inci. viso
28 themate 5̃. scripto. ¶†Dixi tertio, q̃ habemus rescriptum, q̃ licet largè sumptum, videatur comprehendere & beneficium, & priuilegium, & quæ sequũtur: tamen propriè dicitur, vt declarant Barto. & Docto. hic, quando Princeps aliquid rescribit ad obseruantiam iuris communis, vt quando rescribit, q̃ fiat iustitia. Nam si consideras, nihil aliud potest nuncupari, quam rescriptum. l. falso. C. de diuer. rescr. Reperitur etiam rescriptũ, quod appellatur ad lites: vt est quando Princeps per rescriptũ delegat causam alicui: Istud appellatur rescriptum ad lites: & quod derogat ordinariæ iurisdictioni censetur odiosum, cap. sedes. de rescr. cum alijs. j̃. allegãdis. de quo etiam Arch. in cap.
c gratia. de rescrip. in 6. & habes glo. not. in cap. 1. de constit. in 6.
f & sic habes quæ dfia sit [e] inter priuilegium, & rescriptum. [f]

Adde

ADDITIONES.

a ¶Famil. erciscun. Adde Ias. in l. Centurio. colum. 3. 1. not. de vulgar. & pupil. substitu. PVRPV.

b ¶In 3. colum. Adde Ias. in l. ex facto. 3. not. de vulga. & pupilla. substitutio. PVRPV.

c ¶In rescripto. Adde Felyn. in capitu. Quam sit. de Iudæ. in vlt. colum.

d ¶Beneficium. Adde Doct. in re. beneficium, de regu. iur, libr. 6.

e ¶Differentia sit. Adde Bald. in l. fin. in 3. colum. C. de rei vendic. Bal. in c. 1. §. inuestitura. de noua forma. fid. in vsib. feud. Io. And. in cap. cum olim. de verbor. sign. Abb. in rub. de rescrip.

f ¶Differentiam inter priuileg. rescriptum, & beneficium, no. Prac. Masuer. tit. de priuile. & de rescripto, & priuilegio plura notat Pract. Pap. for. opp. contra Instrumenta. ver. contra iur. elicitum.

Adde quòd aliam differentiam facit Pan. in cap. plerunque. de
reſcr. Si eſt vera, eſt multum not. quia reſcriptum ad aliquid fa
ciendum, nunquam tollitur per non vſum, ſed priuilegium
29 ſic. de quo. j. dicam. ¶† Quarto dixi, ꝙ eſt mandatum, & iſtud
non eſt, de quo loquitur titu. mādati: quia ibi loquitur de man
datis priuatis hominis. hic loquor de mand. Principis, vel Pa-
pæ, & propriè, & in ſpecie, qñ datur ad exequendum gratiam
Papæ vel Principis, & ſic qñ aliquis deputatur executor gratiæ,
30 vel beneficij c. eam te. de reſcri. ¶† Diſpenſatio vltimo dicitur,
qñ aliquid iuris ex cauſa relaxatur. Ita loquitur l. 1. in prin. ff. de
vac. munerum. & de iſta propriè loquitur l. ex facto. in princ. ff.
vac. munerum. & de iſta propriè loquitur l. ex facto. in princ. ff.
de vulga. & pup. not. Ioan. And. in c. cum ex eo. de elec. in 6. in
31 nouel. & in hoc cognoſcis quid differat à priuilegio. ¶† Reuer
a tor ad beneficium in ſpecie ſumptum, in quo fac regulam, [a]
b ꝙ beneficia Principum ſunt latiſſimè interpretanda, [b] vt hic,
& d. c. olim. vbi per gl. & Doct. & text. in c. cum dilecti. vbi per
Inno. & alios. Et ad hoc optimè facit: quia Principis liberalitas
freno non ſubeſt, nec debet coerceri. l. pen. C. de don. inter vi. &
vxo. l. ſancimus. §. except. C. de don. Facit tex. valde egregius in
l. fi. circa med. C. de præpo. agen. in reb. lib. 12. vbi formaliter di-
citur abſurdum, & temerarium fore per aſtutam interpreta-
tionem velle beneficia Principum recludere ad ſtrictam inter
pretationem. Ex his habes correlariè notare, ꝙ in beneficijs
Principum habet locum interpretatio extenſiua, non reſtricti-
ua, vt hic, licèt in contractib. ſi fiat conceſſio duob. & vterque
acceptat partem, non poteſt amplius habere locum ius accre
ſcendi. l. ſi mihi & Titio. vbi Doct. ff. de verbor. oblig. Bar. in l. re
coniuncti. de leg. 3. Bald. in l. vnica. C. quando non pet. par. Ta-
men ſecus eſt in conceſſione Principis, cùm latiſſimè interpre-
tari debeat l. vnica. C. ſi ſocius Impe. lib. 10. vt declarat Bald. hic
in 2. col. & notabiliter idem Bal. in l. vnica. §. in primo. C. de ca.
tol. & in c. 1. de fra. de nouo benefi. inueſti. & in c. 1. de duo. fra. à
capi. inue. Angel notabiliter in d. l. vnica. poſt Cy. C. quando nō
pet. par. Raph. Cuma. & Paul. de Caſt. in l. ſi mihi & Titio. ff. de
verbor. oblig. d. Alex. in conſil. 30. incip. qñ omne datum opti-
mum. in 4. col. in 1. vol. d. Mar. Laud. in d. c. 1. de duo fra. à capi.
32 inueſti. Hinc etiam pulchrè infertur, † ꝙ licèt regulariter clau-
ſula in principio, vel in fine poſita trahatur ad omnia præce-
dentia, & ſequentia l. 1. C. de libe. præte. l. talis ſcriptura. in princ.
vbi Doct. de leg. 1. Cano. latè. in cap. ſecundo requiris. de appel.
Tamen qñ ſumus in materia, in qua debet fieri latiſſima inter-
pretatio, vt in beneficijs Principum, tunc ſi per relationem ta-
lis clauſulæ finalis reſtringeretur diſpoſitio, quæ ſui natura ha-
bet latiſſimam interpretationem: Tunc reſtringitur, nec refer-
tur. tex. eſt not. ſecundum intellectum Inno. & aliorum in cap.
cum dilecti. de do. ſequitur Alex. in conſi. 48. inci. ſuper hæſita-
tione de qua quæritur. in 7. col. in 1. vol. ¶ Iſta regula primò fal-
lit, quo ad præiudicium, vel damnum tertij, vt dixi. ſ. in glo. 1.
¶ Secundò limita, quatenus derogaret publicæ vtilitati: tūc eſt
c ſtrictiſſimè interpretandum. [c] Ita probat l. ſi aliquando. C. de
ope. publ. & not. Ang. hic in 3. col. Adde Bald. in l. 2. C. an ſeruus
ex ſuo fac. & facit clara ratio: quia ſi beneficium Principis ſtri-
ctè intelligitur ne tangat damnum, vel præiudicium priuati:
quanto magis fieri debet, ne tangat præiudicium vtilitatis pub.
quæ priuatæ præferenda eſt. l. vtilitas. C. de primipil. lib. 12. de-
clarat Bar. & alij in rub. ff. ſol. matr. Facit ſimile: quia priuilegiū
generaliter indultum, non includit caſum publicæ vtilitati cō
trarium. & ſi includeret, non valeret. Iubemus nullam, & ibi
Bald. in prin. C. de ſacroſan. eccleſ. ¶ Tertio limita, qñ beneficiū
concedit motu proprio Principis. Secus ſi ad poſtulationē par
tis, tūc ſtrictè interpretari debet. d. l. ſi aliquādo. C. de ope. publ.
ſecundum alium intellectum ad l. ita. Cy. & Ang. in 1. col. quod
not. quia nunquam præſumitur concedere motu proprio, niſi
in reſcripto exprimatur. cap. ſi motu proprio. de præb. in 6. di-
cam in l. 3. in prin. j. quod quiſque iu. Adde, quod vult Io. And.
in c. 2. ad fi. de immu. eccleſ. & ibi d. Abb. in pen. col. vbi dicunt,
ꝙ priuilegia Principum conceſſa motu proprio, ſunt ſeruan-
da ſicut ſonant. Secus ſi per partem ſint obtenta: quia tunc be-
ne ſtrictè interpretātur. ¶ Quartò limita, quādo beneficium eſt
circa ſolita cōcedi. Ita loquitur regula noſtra. Secus ſi circa nō
ſolita, & inuſitata concedi. Ita probat d. l. ſi aliqñ. ſm alium in-
tellectum. & in ſpecie not. Ang. hic in 1. col. Facit in ſimili l. ſo-
lutum. § fin. & quod ibi not. Bar. ff. de pign. act. iuncto eo, quod
not. Bar. in l. Seio. §. medico, ꝑ illū tex. de annu. leg. vbi notabi-
liter limitat. ¶ Quintò ſignanter limita, ꝙ beneficium Prin ci-
pis eſt latiſſimè interpretandum. Intellige dum tñ non includat
plura ſpecialia: quia vna diſpenſatio bene eſt fauorabilis, ſed
plures cenſentur odioſæ. Ita notat Bald. hic in 2. col. vbi no
tanter ad hoc inducit. l. ſi qñ. in prin. C. de inoffic. teſtam. Vbi ſi
teſtator concedat inhabili liberam teſtandi facultatem, intelli-
gitur vna diſpenſatio, ꝙ intelligatur habilitatus: ſed nō intelli-
guntur remiſſæ ſolennitates iuris, ne plura ſpecialia includan
tur. Secus qñ habili concederetur. Et ita declarat Ang. hic: ſed
illa lex loquitur in priuilegio conceſſo contra ius cōe, vt dixi
in gl. 1. in 4. par. & illud bene debet ſtrictè interpretari. Sed nos
loquimur in beneficio, quod eſt ſm, vel præter legem. Ad idē
allegat Bar. regulā l. 1. cū gl. no. C. de dot. promiſ. vbi ponitur, ꝙ
duo ſpecialia circa idem non tolerantur. Sed poſſes rndere, ꝙ
illa regula non habet locum in materia noſtra, in qua fieri de-
bet latiſſima interpretatio, ſicut. ſ. dixi de alia regula. Ita ꝙ cū
iſta limitatio Bald. bene iure non probetur, redditur ambigua.
Tamen pro iſta limitatione firmanda nouiter adduco aliam
regulam. ꝙ vbi in aliqua materia reperiuntur duo, vel plura
obſtantia, non ſufficit ꝙ Princeps ponat clauſulam non obſt.
quia illa clauſula ſufficeret, qñ vnum tñ non obſtaret: ſed qñ
ſunt duo vel plura obſtātia, tunc nō ſufficit clauſula, non obſt.
ſed requiritur, ꝙ vnicuique in ſpecie derogetur, & in dubio nō
præſumitur derogatum. Ita probat tex. valde ſolenn is in l. ſi nō
lex Elia Sentia. ff de hære. inſti. & Bal. multum not. ad prædictā
regulam. quod eſt valde ſignandum pro bullis Papę, in quib.
ponitur clauſula non obſt. quia nil operatur, qñ plura ob. Iſtam
regulam etiam ponit Bal. in l. 1. in pen. col. circa prin. C. de fur.
ibi tñ alia allegat. Idem tenet Bald. in l. eam quam C. de fide. in
13 col. & Io. And. in c. 1. de fil. presby. in 6. in nouel. ¶ Sextò li-
mita in beneficijs eccle. in quib. pp nimiam clericorum ambi-
tionem non fit latiſſima interpretatio, ſed ſtrictiſſima. tex. eſt in
33 c. quamuis. de præb. in 6. & Bal. hic 6. col. ¶† Circa priuilegium
dic, ꝙ regulariter eſt ſtrictè interpretandum l. ſi qñ. in princ. C.
de inoff. teſtam. not. Arch. in c. frater. 16. q. 1. glo. magiſtra in c. 1.
de conſt. in 6. Bal. in l. quæ ex relationibus. in prin. de leg. ¶ Limi
ta verum, qñ verba priuilegij patiuntur illā reſtrictionem. Se-
cus ſi eſſent ita plana & lata, ꝙ reſtringi non poſſent. Ita d. Ant.
in d. c olim. ſic illum text. intelligens. & Ang hic in 3. col. ¶ Se-
cūdo limita notabiliter, qñ priuilegium priuat. l. communem,
ſecus ſi priuatam, puta ſtatutariam: Quia cùm reducat ad ius
cōe: tunc reſtringi non debet ſm d. Ant. in d. cap. olim tibi. in fi.
per illum text. ſm alium intellectum. Dicit etiam Bald. in l. 2.
C. de leg. in prin ꝙ priuilegia Principum non ſunt abſurdè nec
34 obſcurè interpretanda. ¶† Circa reſcriptum dic, ꝙ ſi eſt reſcri-
ptum ad lites, debet ſtrictè intelligi. cap. cum dilecta. de reſcri.
glo. in cap. cauſam quæ. eod. titu. Ratio eſt, quia extraordina-
riam iuriſdictionem tribuit, quæ odioſa eſt, cùm deroget iuriſ-
dictioni ordinariæ: ergo tanquam odioſa debet reſtringi, ſecun
dum Bald. hic. in 3. col. Alb. & Ang. Si autem ſit reſcriptum ad
ius cōe: tunc cùm ad iuris cōis obſeruantiam concedatur: tūc
à iure communi non receditur d. l. falſo. C. de diuer. reſcr. ¶ Et
35 † not. ꝙ mens Principis in dubio ſemper præſumitur fuiſſe ta-
lis qualis de iure eſſet debet. Ita Bal in l. ex facto. in prin. in quar
to notabili. & ibi ſimpliciter Alexan. ff. de vulg. & pupil. Facit l.
quoniam C. de nat. lib. & dicit Bald. in præludijs feu. in 11. col.
ꝙ Princeps nunquam præſumitur concedere non conceden
36 da. ¶† Et an reſcriptum Papæ [d] debeat interpretari ſecundum
d ius ciuile, vel canonicum, ponit Bald. in d. l. ſi quando. in princ.
37 & tenet, quòd ſecundum ius canonicum. ¶† Circa diſpenſa-
tionem, dic, ꝙ cùm habeat vim priuilegij, etiam ſtrictè inter-
pretatur d. l. ex facto, in princip. de vulga. & pupilla. vbi Docto.
Canoniſt. omnes in cap. 1. de fil. presby. in 6. & in cap. quia dile-
38 ctio de conſang. & affin. Innoc. in cap. dudum. de elec. ¶† Item
adde, ꝙ reſcriptum Principis, vel Papæ continens diſpenſatio-
nem, quamuis nemini em lædat: Tamen quia eſt ambitioſum,
& ſic odioſum, debet ſtrictè interpretari. glo. eſt no. in cap. ordi-
narij. in ver. diſpenſationes. de offi. ordi. in 6. habetur in cap. 1. in
e fin de fil. presby. in 6. Hinc eſt, ꝙ in diſpenſationib. [e] non fit ex-
tenſio ad caſum, etiam habentem maiorem rationem, ſecun-
dum Canon. in c. poſtulaſti. de reſcr. d. Abb in c. ad aures. eo. tit.
& in c. at ſi clerici. in §. de adulterijs. in 5. col. de iu. vbi limitat.
Petr. de Anch. in cōſil. 20. inci. quæſtio talis eſt, dominus noſter.
39 in vlt. col. ¶† Alibi dicit Io. And. in regula quę à iure. in mercu.

quòd

ADDITIONES.

a ¶ Regulam. Ampliat Fel. in c, ad aures. col. 5. verſ. Secundo, de reſcr. & in feud. Alexand. libr. 5. conſil. 17. 1. dubio, in l. Gallus. §. inſt. colum. fin. de libe. & poſthum. PVRPV.

b ¶ Idem tenet Gramma. conſi. 6. colum. 2. idem etiam in reſcriptis Principum fieri debere ſcribit Cagnol. in Reg. l. in teſtamentis. nu. 15. de regu. iur. Roma. ſing. 210. PANCIR.

c ¶ Interpretandum. Idem Ias. in l. Imperium. colum. 5. vel. 6. infra de iur. omn. iudi. PVRPV.

d ¶ Papæ. Adde Io. And. in c. cum dilectus. de iure patr. Doct. in c. cauſam quę. de reſcr. Io. And in cap. cum olim. de verb. ſign. Io. And. in regula contra eum. de regu. iur. lib. 6. in mercu.

e ¶ Diſpenſationibus. Adde Nicol. de Mil. in ſuo reperto. in ver. diſpēſatio. ad fi.

quòd licèt Episcopus [a] dispensset cum monacho ad beneficiũ curatum: non tñ dicitur dispensasse cum eo ad beneficiũ simplex.¶† Alibi tenet Io.de Ana.post Abb.in c. .in 3.col.de clerici pug.in duello,ꝙ si dispenset super beneficio, intelligitur de simplici,nisi dispensatio diceret,ad quæcũque beneficia. secundum Io.And.in addi.Spe.in tit.de fil.presby.super rub.¶† Alibi tenẽt Ant.de But.Imol.& d.Abb.in c.de multa.de præben.ꝙ dispensatus ad duo beneficia incompatibilia, non intelligitur dispensatus in eadẽ ecclesia,vt fiat stricta interpretatio.¶† Alibi dicit gl.not.in c.literas.in ver.ordinari.de fil.presby.ꝙ dispẽsatio super ordinib.intelligitur de minorib. Facit bene tex.in c. fin.de transla.Epis.Alibi tenet Gemi.post Io.And. in c.1.ad fin. prin.de fil.presby.in 6.& Old.in consil.215.inci. puncta breuia. in 4.col.ꝙ dispensatus ad sacerdotium non censetur dispensatus ad curatum.¶† Alibi tamen tenet d.Abb. in c.ex parte. el 3. in prin.de deci. ꝙ dispensatus ad dignitatem maiorem, videtur etiam dispensatus ad minorem.Limitat prædicta Arch.in cap. nos consuetudinem.& ibi vide Gemi.12.distin.& Arch.in cap. quoniam.69.dist. nisi sint dispensationes nemini nocentes: qđ vr esse contra glo.in d.c.ordinarij.¶† Aduerte tamen,ꝙ dispensatus super priuilegijs, intelligitur dispensatus etiam super accessorijs.glo.est no.in c.quia in tantum.quam d.Abb. ibi multũ notat.de præb.Ant.de Butr.in c.cum in cunctis.in 6.col. de cle. Hinc dixit gl. in cap. si quis in clero.7.q.1. ꝙ ex quo dispensatur cum aliquo [b] super pluralitate beneficiorum, videtur etiã dispensatum super residentia.Idem tenet gl.in c.non potest.de præb. in 6. Non tamen intelligit dispensatum super residentia vtriusque secundum d.Card. in cle.1. ad fin.in 9.q. de præben.¶† Successiuè q̃rũt Doct.hic.Princeps ꝯcedit alicui beneficiũ, vel priuilegium, à quo tpe incipiat habere effectum: an à tpe concessionis,an scientiæ illius, cui concedit? Et quamuis Petr. & Cyn. teneãt, ꝙ à tpe concessionis: tamen Bart.Alb.& communiter Doct. hic tenent, ꝙ à tempore scientiæ tantum. per l. fin.& ibi glo.C.de consu.lib.12.Idem tenent Canon.in cap.1.de concess.præben.in 6. & in c.2.de consti.& Pan.ibi in 3. col.in fin. & alij communiter,& Alex.in l.qui absenti.ff.de acq.pos. & est bona gl. in proœ.cle.in ver.de cętero.& ibi Paul.de Eleaza.no. in cap.1.de priui.in 6.per Inno.in cap.quia cuncti.in glo.de cle. per Arch.in c.proposuisti 12. distin. *Et ita se habet communis sententia* [c] legistarum,& Canon.¶† Facit quod decidit Barto.post Iac.de Bel.in l.absenti.ff. de donat. vbi quærit,si Perusini elegerunt aliquem in potestatem adhuc ignorantem: an ex sola electione sit ei ius acquisitum? † vide ibi per eum & per Iaco. de Belu.in disp.incip. Perusini, quam ponit in §. ad hæc prohibemus.in Auth.de coll.col 9.Ioan.And.in cap.publicato. de cle.¶† Facit etiam,quod dicit Rom.in d.l.qui absenti. de acq.pos. vbi dicit se cum plurib. Doct.consuluisse, ꝙ priuilegium ciuitatis alicui concessum, non quæritur ei ignoranti,sed à tempore certificationis.¶ Facit etiam quod not. Bart.in l. Labeo.per illum text.ff.de iureiu.quòd dilatio concessa absenti non currit nisi ei notificatum sit.† Pro quo facit text.in l.1.in vers.ad notionem eius perducendo.quem ad hoc ibi not. Bald. C.vbi in rem act.cum concordatis in d.l.Labeo. Accedat etiam,quod consuluit Paul. de Castr. per ista. (sed sententia mea à remotis) in consil.111.incip.in causa præsenti.vbi per hoc,quòd priuilegium non quæritur absenti,consuluit,quod mulier donationem sibi absenti factam potest repudiare non seruata solennitate statuti loquentis, quod in alienationibus mulierũ intersint consanguinei: quia secundum eum illud statutum loquitur, vbi est quæsitum ius mulieri,quod non est hic. per d.cap.si tibi absenti.in ver.vt tuum.de præb.in 6.Nec obst.secundum eum text.not.in l.magis puto.§.fundum.ff.de reb.eorum.quia respõdetur,ꝙ ille text. loquitur in legato, in quo quæritur ius ignoranti,licèt reuocabiliter.l.cum pater.§.surdo.de leg.2.qđ nõ est hic.¶† Sed caue:quia Doct. hic non dicunt, ꝙ priuilegium nõ quæritur absenti:imò dicunt ꝙ quæritur,dũmodo scias, prout sciebat ista mulier. Veritas huius vltimæ decisionis pendet ab illo articulo, an statutum requirens certam solẽnitatem in alienatione mulierum, habeat locum in repudiationibus, renunciationib. aut liberationib. Ad quod vide quod traditur in simili: an statutum requires certam solennitatem in cõtractu, habeat locum in distractu, seu in liberatione. de quo per glo.l. 3.§.ex contrario.ff.de contra. iudicio tutelæ.per Bald.in rub. & in l.1.C.de pact.in l.pactum in 21.q. C. de collat.in l.1. C. si aduer.dona.in l.tres fratres.ff.de pact Alex. ĩ l.siue apud acta.in 1. col.C.de transl.¶† Sed reducũdo ad principalẽ decisionem Doctorum hic,dum legistę,& canonistæ *communiter* concludunt, ꝙ priuilegium afferens alicui commodum & vtilitatem, non acquiritur illi nisi à tempore scientiæ,& non ante. In contrariũ pondero multum facere,quod vult Bal.qui ad hoc nunquam fuit ponderatus in l.omnes populi.in q.5. principali, circa prin. §.de iustit.& iur. vbi quærit, qñ statutum, vel constitutio incipiat habere effectum quo ad ignorantes,& concludit, ꝙ statutum seu constitutio priuilegians seu afferens commodum, statim habet effectum,& statim quæritur ius ignorãti. Alleg.l pe. in fin.C.de decur.lib.10.& quia simile videmus in legato: quia affert commodum, statim quæritur ignoranti.d.l. cum pater. §.surdo.Secus in hæreditatem,quæ põt damnũ afferre.l.si hæreditatem.in prin.ff.mandati.Et per hoc infert,ꝙ si fiat statutum, ꝙ capiens bannitum habeat mille:Pone, Aliquis ignorans hoc statutum,cepit bannitum. determinat, ꝙ lucrabitur illa mille: quia q̃libet constitutio afferens cõmodu facit,ꝙ quæratur ius ignoranti.& sequuntur Can.in d.c.2.de consti.Non video qualiter concordetur Bar.nisi primò dicas,ꝙ hic Bart. & Doct. loquantur in priuilegio cõcesso personæ priuatæ in specie: sed in d.l.omnes populi.loquitur in statuto, vel in constitutione generali.Tamen vr, ꝙ idem ius esse debeant de specie ad speciẽ, qđ de genere ad genus.l. si duo.in prin.ff.de admi. tut. Vel dic, ꝙ Bar.in d.l.omnes populi.loquitur in statuto: Statuta autẽ debent regulari ſm leges vltimarũ voluntatum,non contractuũ. Barto.in l.1.circa fin. C.de ijs quib. vt indig. & in l.non solùm. §.morte.in pen.col.& ibi Imol.& Mod.ff. de nou.oper.nunc.licèt Barto.alibi hoc relinquat indecisum in l.suus quoque.§.sed si filio.ff.de hære.instit.& in l.1.ff.de in diem addic. Cõtrarium, & malè tenet Bald in d.l. omnes populi. in fin. quem reprobat Rom.in l.vnica.4.q.C.quando non pet.par.& in l.4.§. Cato. in 9.col.ff.de verb.obl. Cogita. Secundo contra communem, & fortius stringit,quod tenet Bart.in l.fin.in 3.col. in fin. C. de sen. pat.vbi tenet, ꝙ si Imperator restituat bannitum in pristinum statum, ꝙ ius statim quæritur ignoranti à tempore concessionis per l.eius,qui in prouincia.ff.si cer.pet.& quia simile videmus in legato,vt prædixi.Tamen pp ea,quæ dicit Bar.hic & infra ſ.alleg.Alex.in d.l.qui absenti.reprehendit Barto.in d.l.fin.& puto quod bene.Quid etiam sit in excõmunicatiõne, vel absolutione, an statim à tempore concessionis operetur effectum, habes glo.quòd à tempore tantum scientiæ, in cap. quanto,in ver.epistolam.2.quæst.5.¶† Secundò principaliter quætũr hic Doct.an priuilegium exemptionis, ne teneatur comparere coram Episcopo,vel alio ordinario: an si iste Abbas exemptus delinquat, perdat priuilegium exemptionis propter delictum? Et quia Barto.& Angel.hic referunt doctrinam Petr.quæ videtur satis scabrosa: Ideo vt clarè habeas totum,quicquid ipsi dicant.Fac regulam,& 5.fallen.Regula sit,quòd priuilegiũ exemptionis regulatur propter delictũ, text. est principalis in Auth. qua in prouincia, & in corpore vnde sumitur C. vbi de crimi. agi opor.& text.ille vult in effectu dicere: ꝙ si aliqui qui faciũt contractu in certo loco, vel propter eorum potentiam occupant bona,& habeant priuilegium,ꝙ non possint conueniri nisi coram certo iudice: Tamen non obstante priuilegio,ratione contractus, vel delicti, vel rerum in loco existentium possint conueniri coram ordinario illius loci. ¶ Limita ergo,quando deliquissent in loco exempto,vel conuenirentur in loco domicilij:tũc priuilegium habet vigorem.Ita limitatur d.Auth.qua in prouincia.in c.1.de priuile. in 6. & in c.dolentes. ¶ Secundò limita,nisi priuilegium in specie diceret,& derogaret,ꝙ etiam ratione delicti,vel rerum non possint in loco conueniri,vel esset valde præcisum, quòd nullo casu etiam delicti, vel rerum possint coram ordinario conueniri.l.2. C.vbi de curial. vel cohor. Tertiò limita,nisi priuilegium exemptionis esset ꝯcessum propter dignitatis excellentiam:puta principatio, vel consultatio: Quia tunc ratione delicti non possunt coram quocunque ordinario conueniri l.2.vbi Doct. iuncta glo. C. vbi Sena. vel clarissi. ¶ Quartò limita, quando non esset delictum de iure cõi:sed de iure speciali, vt in milite vendente arma: tunc non perdit priuilegium: imò solùm debet conueniri coram magistro militum.l.magistratib.ff.de iurisd.omn.iuncta. l. 1. & 2. ff. de re mili. ¶ Quinto limita, quando habens priuilegium exemptionis conueniretur ratione rerum pro tributis soluendis.l. 2.C.vbi quis decurio.iuncto.§.volumus. in Auth.vt iudi. sine quoquo suffra.De qua materia habes etiã per Bal.in l. veteranis.C.qñ ꝓuo.non est necess.l.1.C.vbi Senato.d.Ant.in c.fi.de for.

ADDITIONES.

a ¶Episcopus.¶ Adde Ioan.And.in addi.Specu.super rub.de fil.presby. dom. de Rot.eod.tit.decisio.2. in antiquis. Ioan.And.de Butr.& Abb.in cap.de multa. de præben.

b ¶Dispensatur cum aliquo.Adde Specu. in titu.de leg.in §.videndum, versicu. quid si indulgetur.

c ¶Sequitur Capra inter commu.opi.ver. priuilegium iuxta.& fac.quæ scribũt Fely.in cap.fraternitatis.§.oportet 2.col.de rescrip.Rom.consil. 228. nume. 4. Prac.Pap.for.sent.diffin.versi.nos ante.nu.36. & quid in rescripto Principis? quòd non sumat vires,nisi à die præsentationis,not.Barto.in l.si duas.1.resp. nume.7.ff.de excu.tuto. MASVER.

for.compe.in glo.6.q.3.c.placuit.Inn.in c. accepimus.de priul. Habetur in c. Romana.§. contrahentes.de for. compe.in 6. Et vltra prædictas fallen.multos alios casus,in quib.exempti, non obstante priuilegio exemptionis, possiunt corã ordinario conueniri, ponit glo. in cle.j. de supplen. negl. præla. Habetur in c. cum personç. de priui.An autem scholaris delinquẽdo perdat priuilegium exemptionis, vt possit inuitus trahi coram Potestate?Gl.in Auth.habita.& ibi Bal.in x.col.C.ne filius pro pa.tenet,ꝙ non, sed Ang.in repe. l.si vacantia. circa medium.C.de bo.vac.lib.x.dicit, ꝙ de consuetudine seruatur, qđ in delictis scholares nõ habeant priuilegium exemp. Allegat gl.in §. non
53 permitas.in Auth. de man. prin. ¶ † Tertiò principaliter quærunt Doc.hic,quãto tempore perdat rescriptum, beneficium,
a seu [a] priuilegium. Dic, vt hic per eos.Adde, ꝙ istam doctrinam de verbo ad verbum clarius ponit Cy.in l.falso. circa fin. & ibi Sal.C. de diuer.refer. & ibi aliquid per Bart.Et not.dum Doctores concludunt, ꝙ priuilegium per qđ conceditur aliqua facultas, seu aliquid faciendum, perditur per lapsum decennij,per l.1.vbi glo.ponit rationem. ff.de nundinis. & glo.in d.l.fal.Io.An.in c.2.de immu ec.in 6.Pet.de Anch.cons.255.inci.in quæstione,quæ vertitur.in fin.Et ad hæc vide, quod dicit Bar.in l.licitatio.§.earum.ff.de pub.glo.& Doc.in c.cum accessissent.de consti. Et ideo dicit Bart.in d.l.1.C.de nundi. ꝙ Aret. qui impetrauerunt priuilegium doctorandi:quia steterunt per decennium, ꝙ non doctorauerunt,perdiderunt priuilegium: & sic priuilegium aliquid faciendi perditur per non vsum, lapso decennio.Limitam istam conclu.procedere, qñ quis non est vsus priuilegio intra decennium voluntariè, cum potuerit vti:tunc bene perdit priuilegium. Sed qñ non est vsus ex necessitate:quia nunquam potuit vti:& tunc,quia nunquam fuit in aliqua culpa, nunquam perdit priuilegium etiam per mille annos.Ita probat tex.no.in l.& Attilicinus.ff.de seru.rust.prędi.& per illum tex.ita in specie tenet gl. ord.in c. Abb.S.Siluani.in ver.ibidem.de ver. sig. & ibi not. d.Anton. & Pan. propè finem notant, ꝙ non vsus priuilegio voluntariè perdit illud per lapsum decennij. Secus si necessariò, quia qui nequit vti, non est in culpa,vel mora. ¶ Confirmo per id, quod dicit Bar. in l.in filijs.C.de decur.lib.x.vbi not.per illum tex. ꝙ si habes ius eligendi rectorem in certa ecclesia, & stetisti per centum annos,ꝙ neminem elegisti,quia non expediebat, non perdis priuilegium. Item secundum Bar.ibi, si aliqua ciuitas tenetur facere exercitum suis sumptib. quando princeps vadit ad bellũ, si talis ciuitas stetit per centum annos, ꝙ nunquam fecit talem exercitum: quia princeps indigentiam non habuit, nunquam perdit priuilegium.Idem not.Bart. in l.cum scimus. circa medium.C.de agri. & censi.lib.11. vbi per illum tex. secundum eum habes optimum argumentum, ꝙ si terræ recommendatæ tenentur ciuitati Perusij in suis equalcatis mittere exercitum,vel dare pecuniam, & per centum annos nunquã præstitit:quia ciuitas Perusina nunquam habuit indigentiã, nũ quam ꝓditur. & sequitur Lud.in repe.rub.ff.de arbi.in 20. col. No.Bal.in l.Imperium.in 7.col.de iurisd.om.iud.Facit, qđ pulchrè dicit Ang.in cons. 196.incip.Iam sunt 80.anni.in fi. vbi cõsuluit, ꝙ si Genuenses obtinuerunt ꝫ Florentinos ab Imperatore priuilegium exercendi repræsalias: & eo centum,vel plurib.annis non sint vsu: quia nullus Florentinus transiuit per eorum districtum, nunquam perdiderunt priuilegium. Confirmo etiam per id,qđ dicit Io. Ant. in cle.Io.in 4.col. vbi alij, de cle.coniugatis. vbi dicit, ꝙ non vsus non tollit legem qñ homines non sunt vsi illa l.quia nunq̃ casus accidit. Vnde si mille annis citra non sit natus hermaphroditus,per hoc non tolli-
54 tur lex loquens de hermaprodito. ¶ † Confirmo quoque per id,qđ dicit Inno. in c. cum dilecti. in gl. sua in ver. ex ea.de capel.mona.vbi dicit, ꝙ si aliqua ecclesia, vel persona ita se habuit per plures annos, ꝙ nunq̃ oportuerit iurisdictionẽ exerceri, per hoc non amittit Eps ius iurisdictionale, qđ habebat. Facit gl.no. in cle.1.in glo. pe.de fo. compe.& in c.plerunq;.in
55 glo.2.de rescript. ¶ † Confirmo quoq; per id, ꝙ pulchrè vult
b Io.An.in add.Spe.in tit.de feu.super rub.vbi tenet,ꝙ vasallus [b] non præscribit libertatem aduersus dñm,qui eius seruitio vsus non est: quia non occurrit casus, in quo esset opus eius seruitio,& si staret per mille annos.Refert, & sequitur Pan. in c.ad
56 audientiam.in fi.col.de præsc. & ibi per Imo. ¶ † Ad istud vltimum facit,qđ volũt Bal.& Ang.& Flo.in.l.hæc autẽ iura. per il
47 mona. in prin. ¶ † Intellige tamen not. ꝙ per monachationem filij ſoluitur patria poteſtas tamen monachus retinet iura ſuorum, & ſuccedit tanquam ſuus: quamuis vinculum patriæ poteſtatis ſit ſublatum. l. Deo nobis. §. 1. C. de epiſc. & cler. vbi dixit tex. ꝙ monachi ita ſuccedunt patri, ac ſi monaſterium non eſſent ingreſſi, & ibi not. Gul. & Iac. Butr. & ibi omnino vide Bal. in 5. col. Idem tenet Bar. in l. ex cauſa. §. Papi. ff. de min. & in cõſil. 1. incip. filius fam. presby. & Bald. in l. cum in adoptionis. per illum tex. C. de adop. & in l. apud hoſtes. in fi. C. de fu. & leg. Bal. & Angel. in l. nepotes. §. eod. Lud. in l. is poteſt. ff. de acq. hæred. Alex. in l. ſub cõditione. ff. de libe. & poſthu. & iſta eſt vera ſnĩa,
* *& ita conſulit, & ita concludunt communiter* Cano. in c. indecorũ. de ætate, & quali. & Bald. in d. Auth. ſi qua mulier. in pen. col. quamuis plerique contrariũ teneant. Contrarium tenet Ang. ſibi contrarius in d. l. ſub conditione. ad quem ſe remittit ibi Imol. Contrarium tenet Iac. Butr. in d. Auth. ſi mulier. Spec. in tit. de tut. §. ſinautẽ tutor. & latè Mat. vbi latè examinat in tracta. de ſucceſ. ab inteſta. in 2. car. & decepti ſunt in iſto fundamento: quia cum filius fam. monachus per ingreſſum monaſte-

rij liberaretur à patr. poteſta. ergo ſublata patr poteſta. non põt dici ſuus. Ad qd reſpon. Bart. in d. §. Papin. ꝙ eſt falſum, vt patet in emancipato, qui tñ habet iura ſuorum. l. meminimus. C. de leg. hære. & patet in filio adoptato ab auo paterno, vel materno, q non eſt in poteſtate adoptantis: & tñ ſuccedit vt ſuus. Ad l. cum in adopti. C. de adop. & multa alia exempla de hoc ponam in euidentialib. l. qui ſẽ patris. C. vnde libe. Et prædicta ꝙ monachi & canonici regulares non ſint in poteſtate parentum: quia trãslati in altiorem poteſtatẽ. & quia redacti ad ſimilitudinem ſeruorum, tenet Bald. in l. ſacroſanctæ. C. de epiſc. & cler. & vide in materia quod decidit Bart. in l. cum quis. in prin. ff. de ſolu. Prædicta procedunt in ingreſſis monaſterium. An
48 † autem per ſacerdotium ſoluat⁹ patr. poteſta. Puta ſi pater, vel filius efficiatur ſacerdos vel clericus? Et quidem Epiſcopalis dignitas proculdubio liberat filium à patr. poteſta. §. illud Auth. conſtitutio, quæ de digni. Auth. ſed epãlis dignitas. C. de epiſc. & cler. ſm Bar. & omnes hic, & eſt gl. in l. 1. §. fi. ff. ad Mace. Iſtud limita no. ꝙ Epãlis dignitas liberat filium à patr. poteſta. eſt verũ, quatenus pat. poteſta. eſt ℈ eũ. Sed quatenus eſt ſibi fauor, filius durat in poteſtate patris & ita ſing. Bar. in l. Item in pote.
49 in fi. ℨ. eod. † vbi per hoc infert ad pulchram. q. Stante conſuetudine vel ſtatuto, ꝙ ſi aliquis moriatur non relicto filio in poteſtate, princeps ſuccedat, excluſis omnib. agnatis: Pone, moritur aliquis relicto filio Epõ: princeps vult eius bona: quia non reliquit filium in poteſtate, cum Eps non ſit in poteſtatẽ. Dicit Bar. ꝙ imo Eps ſuccedit: & ꝙ dicitur in poteſta. patris, q a iſtud reſpicit eius fauorem. Idem tenet Bal. in l. apud hoſtes. in fin. C. de ſuis & leg. Io. Fab. Io. de Pla. & Ang. de Are. Inſti. q b. mod. ius patr. poteſta. ſol. in prin. & eſt tex. in d. Auth. ſed hodiè, in fin. Et adde, quæ ponit Bal. in d. l. Deo nobis. & ex hoc habes notare diligenter, ꝙ filius Eps quo ad aliqua non cenſetur in poteſtate: & qno ad aliqua ſic. ſicut in milite filiofam. l. 2. ff. ad Maced. Et iſtud facit ad no. deci. Bar. in l. 1. §. bonorum. ff. ad Treb. dũ quærit, an pater poſſet emancipare filium ad vnum tñ actum, vt poſſet teſtari, quaſi videatur abſurdum, ꝙ filius, quo ad quid eſſet in poteſtate: & quo ad q d non, qd non examino hic. Secundò dictam concluſ. mirabiliter limitat Bal. (nec alibi vnquã legi) in l. fi. §. neceſſitate. in 1. col. C. de bon. quæ libe. ꝙ licèt Eps liberaretur à poteſtate patris: tñ filij eius Epi non liberantur à patria poteſtate Epi. Et ideo ſm eum Eps debet habere vſumfru. in bonis aduentitijs filiorum: ſicut ſi eſſet laicus. Alleg. Io. And. in c. fi. de iud. in 6. in nouel. Ego pondero, ꝙ ℨrium expreſsè dicit Bar. in l. Item in poteſtate. ℨ. eo. & de hoc eſt text. in d. Auth.
50 ſed epãlis dignitas. ad fi. ¶ † Quid autem in alio ſacerdotio, vel clericatu, an liberet à patria poteſtate? Aduertendum: quia verba Bar. hic in fi. ponerẽt nos in magna difficultate. Nam, vt vĩ, tenet ꝙ ſic per c. indecorum. Poſteà dicit dicendum vt ibi. Breuiter dic, ꝙ nullus ordo ſacerdotalis. ℨ. Epãtum liberat filium à
* patria poteſtate, ſm Inno. & *communiter Doct.* [e] in d. c. indeco-
e rum. & hoc ꝓbat tex. in Auth. presby. & in corpore. C. de epiſc. & cler. & text. not. in l. ſacroſanctæ. vbi etiã Bar. de epiſc. & cler. vbi dicit text. ꝙ clerici dicuntur habere peculium. ergo clerica
f tus [f] non liberat à patria poteſtate: quia ſi clerici eſſent ſui iuris, non eſſet peculium. l. fin. C. de inoffic. teſtam. Intellige tamẽ, quòd clerici ſunt in poteſtate patris: verum eſt, quo ad temporalia: Secus quo ad ſpiritualia, quæ non cadunt in laicum. c ſi annum. de iud. in 6. Aduerte tamen, quòd pater clerici in bonis eius non habet vſumfruc. quia peculia clericorum cenſentur quaſi caſtren. d. l. ſacroſanctæ. vbi Bald. etiam dicit de ſtatuto fauorabili faciente mentionem de filijs in poteſtate in caſib. in quib.

ADDITIONES.

a ¶ Poteſtatem. Adde, ꝙ hic omnia repetit, & aliter loquitur in l. fin. col. 6. infr. ſi ex no. cau. aga. PVRPV.

b ¶ Contrarium communiter dicit Clarus in §. teſtamentum. q. 41. verſ. ſed pone. vbi declarat.

c ¶ Monaſterium. Adde de hoc in cap. in præſentia. de prob. Lap. alleg. 129.

d ¶ Sequitur Villal. inter commu. opi. lib. 14. ver. pater & quid habebit filius patre Monacho & eo viuente? dic, ꝙ iure cano. habebit legitimam. ſecus ſi ciui. quia expectabit mortem patris, Iaſ. in auth. ſi qua mulier. nu. 52. 57. C. de ſacroſan. eccleſ. vbi legiſtarum ſenten. cõmunem dicit Villa. libr. 6. ver. filius. Quid de vſufructu aduentitiorum, an patre habente filios, ingrediẽteque religionem amittat? dic vt per Vtuium commu. opin. lib. 2. concl. 220. vbi tenet vſumfru. ſtatim cõſolidari cum proprietate, reuertique ad filium. Quid in filio Monacho, vel clerico? & dic quòd pater vſumfru. bonorum, quem in filij ſui bonis habet, non perdit per Monachiſmum vel clericatum filij, teſte Vtuio d. lib. concl. 221. Iaſ. in Auth. ingreſſi. nu. 48. C. de ſacroſ. eccleſ. MASVER.

e ¶ Sequitur Are. in §. filiusfam. nu. 5. inſti. q b. mod. ius pat. pot. ſolu. Boer. q. 121. col. fin. par. 1. & aliqua ponit Catel. ver. epiſcopalis dignitas. cir. fi. MASVER.

f ¶ Clericatus. Adde gl. fin. in c. cum voluntate. de ſenten. ex commu. Doct. in quia nos. de teſta. Card. Alex. in cap. per venerabilem. in §. quòd autem, ſi 7. not. qui filij ſint legi.

quibus personæ ecclesiasticæ possent cõprehendi,comprehen-
51 dãtur clerici. † Per Doctoratum,aut militiam,vel similem dignitatem filius non liberatur à patria potestate. l. si maritus. & ibi Bald.C.de patr.potesta.§.filiusfam.Instit.quib.mod ius patr. potest.fol.Et ex proximè dictis,quòd pater clerici in bonis eius non habeat vsumfructũ,adde Bar.in consil.61.incip.filiusfam. presby.Ias.de May.Medio. I. V. D. Papiæ.

SVMMARIVM.

1 *Repetitio.l.si arrogator,an sit Bartoli,vel ne.*
2 *Adoptio capitur tanquam genus, & species.*
3 *Arrogatio non potest fieri, nisi cum causę cognitione.*
4 *Magis est studendum generationi filiorum, quàm religioni.*
5 *Papa de plenitudine potestatis potest facere, quòd matrimonium duret ad tempus.*
6 *Per arrogationem impubes arrogatus transit in potestatem arrogantis, & omnia eius bona.*
7 *Impubes non potest arrogari, nisi prius præstita cautione, seu satisdatione de restituendis bonis pupilli ijs, qui successissent ex substitutione pupillari,vel ab intestato.*
8 *Arrogator,si emancipet filium sine causa, vel exhæredet, tenetur statim in vita restituere bona ipsius arrogati.*
9 *Licèt filio arrogato debeatur quarta bonorum per patrem arrogatorẽ, tamen secus est in filio adoptato, etiam si adoptetur ab auo naturali.*
10 *Dictio,mox,qualiter exponatur.*
11 *Dictio,quoque,est dictio implicatiua.*
12 *Si arrogator moritur ab intestato, arrogatus tanquam suus ab intestato succedet,aliis exclusis.*
13 *Si præmoriatur pater arrogator:& statim post impubes arrogatus, hæredes arrogatoris patris præmortui tenentur restituere quartam bonorum patris arrogantis.*
14 *Impubes arrogatus,qui erat suus, potest ex potentia suitatis transmittere, ac si agnouisset in vita.*
15 *Stante statuto, quod moriente vxore in matrimonio maritus lucretur dotem, si maritus decedat post vxorem, antequam acceptet dotem, transmittet eam ex dispositione legis.*
16 *Bona damnatorum,quæ conseruantur ascendentibus,& descendentibus, transmittuntur hæreditate non adita.*
17 *Lucrum,quod lucratur maritus virtute statuti disponentis,maritum lucrari dotem,vxore præmoriente, dicitur effici patrimonium viri, non autem hæreditas mulieris.*
18 *Legitima,vel supplementum, quamuis debeat peti in vita per filium naturalem, & legitimum: tamen si moriatur non petita, transmittit ad hæredes.*
19 *Si statuto cauetur,quòd si pater moriatur ab intestato filij masculi succedant:& mortuo patre filius, qui habebat sororem, stetit cum sorore & non aliter adiuit: qui moritur relicta filia, an transmittat hæreditatem patris ad dictam filiam, an amitta succedet simul cum nepte.*
20 *Quando filia succedit in locum patris, non dicitur venire ex persona patris: bene tamen eius loco primo ponitur.*
21 *Quando statutum disponit, quòd ab intestato masculus succedat, & quòd fœminæ excludantur: tunc fœmina desinit esse sua: si tamen statutum dicat, quòd dotentur,tunc fœmina non desinit esse sua.*
22 *Filia exclusa à successione patris propter masculos, censetur semper exclusa: adeo quod mors masculi non prodesset fœminæ.*
23 *Sicut filius naturalis, & legitimus debet habere quartam in bonis patris: ita etiam impubes arrogatus.*
24 *Non sufficit patrem alienantem confiteri in instrumento pretium recepisse, nisi verè appareat de actuali numeratione.*
25 *Confessio patris in testamento, in quo confitetur se debitorem alicuius, non præiudicat filio,quo ad diminuendam suam legitimam.*
26 *Pater arrogator potest in quarta impuberis arrogati substituere directo,& pupillariter vsque ad tempus pubertatis, & non aliter.*
27 *Substitutio fideicom. impedit, quòd bona non possunt alienari.*
28 *Pater non potest filium in legitima onere fideicom.grauare.*
29 *Si pater exhæredet filium suum pupillum, poterit ab eo legata relinquere.*
30 *Quando substitutio fideicommiss. iniungitur substituto pupillariter impuberi simpliciter,non durat semper. sed tanto tempore,quanto pupil. substit.*
31 *Onus fideicommissi iniunctum expressè impuberi, nihil valet; Si autem eius substituto pupillari bene valet.*
32 *Si filius, cui in legitima est appositum onus fideicommissi repudiat expressè,tunc grauamen bene transit ad eum, ad quem legitima.*
33 *Pater arrogator non potest substituere pupillariter: nisi in sola quarta. Sed pater verus in omnibus bonis.*
34 *Qui facit illud, ad quod per legem obligatur, non dicitur conferre beneficium.*
35 *Dictio,mox,& dictio quoque, quid significant.*
36 *Si arrogator præmoriatur:deinde impubes arrogatus, substitutus à patre naturali succedit in totum huic pupillo.*
37 *Substitutio pupillaris, cuius substitutio erat extincta per arrogationem impuberis, reconualescit de iure prætorio.*
38 *Quando impubes arrogatus mortuus est viuo arrogatore, substitutio pupillaris extincta non reconualescit.*
39 *Quilibet substitutus admittitur simul cum substitutis ab arrogatore.*
40 *Si testator habeat bona in duobus territorijs, in quibus viget diuersa consuetudo in testando: an institutus habebit bona sita in dictis duobus locis.*
41 *An priuata schedulæ facta in loco, vbi viget consuetudo, quod faciat fidem, faciat fidem extra dictum locum.*
42 *Statutum Regij est prohibitorium, disponens, quod maritus non possit in testamento relinquere vxori suæ: in ciuitate Bononien. seruatur ius commune, si Regius origine efficiatur ciuis Bononiæ,quid iuris.*
43 *An quando in vna dispositione concurrit domicilium originis,& incolatus,quod istorum deleat attendi.*
44 *Quo ad lucrandam dotem per statutum, debet attendi statutum, vel consuetudo,vbi maritus habet domicilium, ad quod vxor se transfert.*
45 *Quando in vna persona concurrit causa naturalis,& accidentalis, semper attenditur naturalis.*
46 *Quando duo concurrunt,quorum vnum prodest,& aliud nocet,semper attenditur id,quod nocet, & non quod prodest.*
47 *Quando reperiuntur duæ regulæ,vna permissiua,alia prohibitiua, semper attendi debet prohibitiua.*
48 *Vbi reperitur locus originis, & domicilij, semper debet haberi respectus ad locum domicilij,& non originis.*
49 *Vbi est statutum,q̃ contra Doctorem non possit inquiri,deinde est aliud quod contra militem possit inquiri; si vnus & Doctor, & miles est, an possit contra eum inquiri.*
50 *Si est consuetudo, quod Archipresbyter habeat oblationes diebus dominicis,& Sacrista in die Sancti Laurentij, si veniat dies Sancti Laurentij die dominico, fiet diuisio oblationis. & supra nu.45.*
51 *Qua actione petatur quarta arrogati relicta in testamento arrogatoris.*
52 *Quarta,quæ debetur impuberi arrogato, non est quarta omnium bonorum arrogatoris: sed illius, quam habuisset ab intestato.*
53 *An quarta arrogati sit hodiè aucta vsque ad trientem, sicut in legitimis,& naturalibus.*
54 *Numquid reus possit renunciare dilationi sibi datæ, ad hoc vt excludat actorem à beneficio probandi infra illam dilationem.*
55 *Rescriptum post præsentationem in iudicio,efficitur commune vtriusque partis.*
56 *De iure communi condemnato debet assignari quadrimestre ad soluendum.*
57 *Quando tempus est incertum,admittitur purgatio moræ.*
58 *Quando terminus est assignatus à iudice, censetur legalis.*
59 *Dilatoria, quæ non fuit opposita in tempore in causa principali,non potest postea opponi in causa appellationis.*
60 *Condemnatus in actione reali non habet quadrimestre: sed tenetur restituere rem quamprimum potest.*
61 *Ad hoc,vt condemnatus habeat quadrimestre, requiritur vt satisfaciat de soluendo tempore statuto.*
62 *Deserta appellatione,statim est fienda executio.*
63 *Sententia iudicis,à quo appellari non potest, mandatur executioni intra decem dies.*
64 *Si impubes arrogatus moriatur superstite arrogatore, & patre naturali,& matre, qualiter succedetur.*
65 *Si impubes habeat fratres legitimos,& naturales, an in successione seruetur forma Auth.defuncto.C.ad Tertul.*

De adoptionibus. Rub.

LEX XXI.

SI arrogator. Ista est famosa lex, & sm Bart.est subtilis,& difficillima. Et dicit Fulg. q̃ ista lex, cũ sit subtilis, est subtilibus ingenijs delectabilis. & credo,q̃ verum dicat:quia tota ista lex, & eius materia in ingenij speculatione versat.
1 ¶† Ante omnia aduertẽdum est, q̃ reperitur vltra lec.ord.Bar.quædã repetitio inserta in lec. Bar. An sit Bar. vel ne,d.Alex.alleg. eam pro repe.Bar.in consil.44.inci.consideratis verbis dicti statuti,in 1.col.in 1.vol.& in cõsi.150.in 2.vol. inci.viso themate.s.scripto.in vlt.col. Sed idem dom.Alex.in l. centurio.in 44.col.dicit exeresse oppositum,q̃ nõ est repetitio Bar. licèt in suis lect. inseratur. quod satis ostenditur ex eius inspectione. Sed q̃ est repet. Bald.Idem d.Alex.in l.Gallus.§.1.in 4.col.ff.de libe.& posth.dicit. q̃ semper fuit istius opi.q̃ ista repetitio.d.l. si arrogator. quæ à 20. annis citra fuit addita in lect. Bar.q̃ non sit Bar. Ego ex multis coniecturis deprehẽdo, quòd non est Barto. quia ab eius stylo deuiat, & inordinatè procedit:& iam dicta semel iterũ frustra repetit. Itẽ in vltimis duob.

cartis

cartis magnis per 8. col. examinat omnino impertinenter, an substitutio compendiosa facta per verbum commune, substituo, matre existente in medio sit omni tempore fideicōmissaria: an pro tempore pupil. ætatis valeat iure directo: postea trahatur ad fideicommissariā substi. quæ est materia prorsus aliena. Nec Bar. posuisset hic, quę possunt in locis ordin. Item in vltimis verbis istius repetitionis dicit se repetisse l. quidā elogio. C. de iure deli. & tñ illa repetitio non habetur. Præterea in ista rep. in 9. col. tenet vnam opi. quę est de directo p̄ illud, quod tenet gln. & Bart. hic. in lect. in 3. col. ꝙ si impubes arrogatus decedat ante arrogatorē, ꝙ tñ substitutio pupillaris reconualescat. quod tñ est communiter improbatum, vt j. dicetur. Nō dico, ꝙ ex istis sumatur necessariū argum. sed sunt cōiecturæ. Accedat quod dicit Imo. in l. is qui reus. in 36. col. ff. de publi. iudi. de lect. huius primi libri ffor̄um, quàm non credit esse Bart. excepta repe. l. omnes populi. & istud reputat Alex. in multis locis,
2 de quib. dixi in d. l. omnes. in prin. † Pro introductione præmitto, & incipio à leuioribus. vt facit Bar. ꝙ adoptio capitur tanquā
a genus, & species. Et quid sit adoptio, [a] & arrogatio, [b] habes in
b l. j. s̄. eod. & 2. & Insti. eo. in prin. & vltra illos text. vide Aulum Gel. in 8. li. noctiū Atticarum. in cap. 19. & ibi declarat, quid sit adoptio, & quid arrogatio: quare si dicant̄: & quib. verbis fiant. In duob. tamen errat, & aliter dicit quàm. ll. nostræ. Primò dū dicit, ꝙ pupillus arrogari non potest, quod est p̄ hanc l. & §. cū autem. Insti. eo. Secūdò, ꝙ mulier arrogari non potest, p̄ l. hęc autem. s̄. eo. Et arrogatio debet fieri sola principis authoritate, vt iur. præalle. In tantum, ꝙ dicit mirabiliter Bart. in l. non ambigitur. s̄. de leg. ꝙ nō sufficeret authoritas Senatorum, vel po-
c puli, etiam permittēte statuto. Et ita dicit tenere Gul. de Cu. [c] in l. denique. in prin. ff. de mun. Quod dictū semper habui pro dubitabili. & Ful. istud nullo modo tenet in d. l. nō ambigitur. & in l. imperium. ff. de iurisdi. omn. iudi. in aliquibus lect. Dicit tamen Io. Fab. in §. adoptio. Insti. eo. ꝙ cum Papa hodiè possit vacante imperio quicquid potest Imperator. c. licèt ex suscepto. de for. compe. cle. pasto. §. vt igitur. de iud. Ideo vī, ꝙ à Pa-
d pa possit [d] impetrari, ꝙ valeat arrogatio, saltem in terris ecclesiæ: & multo fortius in patrimonio ecclesiæ. Quæ verba bene pondera. Adoptio autem fit imperio cuiuslibet magistratus. l. ij. s̄. eo. & Instit. eod. in prin. & per hoc credo, ꝙ possit delegari, & expediri per delegatum, per regulam. l. j. in prin. ver. quæ vero. j. de offi. eius, licet sup hoc vltimo dubitauerit Io. Fab. examinans, & arguens ad partes: tñ idem tenet in d. §. adoptio. Insti. eo. ¶ Nunc videndum est de ratione diuersitatis: quare arrogatio non potest fieri nisi mediante authoritate solius principis: & sic quare in ea tanta solennitas requiratur, cum habeamus, ꝙ ea quæ possunt fieri per solum principem, censentur adeo difficilia. ꝙ quodāmodo impossibilia dicuntur. l. apud Iulianum. §. constat. de leg. 1. & tñ in adop. sufficit authoritas cuiuslibet magistratus. In hoc inuenio, ꝙ triplex ratio assignatur. Prima Iaco. de Are. & d. Christ. Insti. eo. in prin. quia vbi maius est periculum, ibi cautius est agendum: sed in arrogatione vertatur maius periculum: quia arrogatus transit in potestatem arrogatoris, vna cum omnib. bonis suis. Hodiè secus in adoptiuis. l. cū in adoptiuis. C. eo. Et sic ista ratio isto iure fiorum non fuisset bona: imò probaret totum oppositum. Aliam rationē ponit Inno. in c. cum P. tabellio. de fid. instru. Bal. in l. 2. s̄. eo. & in l. j. C. eo. & Io. Fab. in d. §. j. quia in habentib. symbolum, vel similitudinem facilis est transitus. Cùm ergo ille dicatur adoptari, qui est in potestate patris naturalis, & transire de eius potestate in potestatem patris adoptantis: & sic de vna potestate in aliam, habet similitudinem: Ideo facilis est transitus. Sed in arrogato, qui est sui iuris, transit in potestatem arrogatoris: & sic de libero fit seruus: & ideo maior solennitas requiritur. Sed ista ratio mihi non satisfacit: nam ea attenta non procedet in adoptione, in qua hodiè non fit transitus patr. potesta. ¶ Item apud Cano. facilius est, quem fieri monachum: & sic de homine sui iuris transire in potestatem, quàm de vno monasterio transire ad aliud: & sic de vna potestate ad aliam. per no. per Inno. & alios in c. quod in dubiis. & in c. post translationem. de renun. per Arch. in c. si religiosus. de elect. in 6. Vera ergo ratio est, quam teneo, & assignat Gul. Cy. & Ange. in l. 2. s̄. eo. quia in adop. adest bonum consilium patris naturalis, de quo lex confidit. l. quidam cum filium. ff. de hær. instit. Ideo contenta est sola authoritate magistratus: sed in arrogatione eius, qui sui iuris est, & consequenter vbi non concurrit prouidentia patris, ma-
3 ior solennitas exigitur. ¶ † Item adde, ꝙ arrogatio non potest fieri, nisi cum causæ cognitione, quę versatur circa multa, posita in l. si pater. §. in arrogationib. & in l. neq; ei. p̄ totā. l. s̄. eo. Et pondera dum text. in d. §. in arrogationib. dicit, ꝙ minor 40. annis regulariter non potest arrogare, & rationem ponit ibi text.
4 quia magis liberorum procreationi studere debet. † Nam per illum tex. dicit ibi sing. Bald. esse arg. ꝙ magis est studendum generationi filiorum, quàm ingressui religionis. Ideo secundum eum si filius vnicus regis ingrediatur monasterium peccat, &
e non meretur erga Deum: & Papa potest dispentare, [e] ꝙ capiat
5 vxorem, ne Regnum pereat, ar. illius tex. † Cogita. an illud dictum debeat limitari per illud, quod dicit idem Bal. in l. si tibi. j. eo. vbi dicit, ꝙ Papa de plenitudine potestatis potest facere, ꝙ matrimonium duret ad tempus: puta, ꝙ monachus possit habere vxorem vsque ad procreationem sobolis, & vltra non duret: vt dicit no. Ioan. And. in reg. actus legitimi. de reg. iur. in
6 6. ¶ † Secundò præmittè, quòd cùm per arrogationem impubes arrogatus transeat in potestatem arrogatoris, & omnia bona ipsius arrogati. vt instit. de acq. per arro. in prin. & l. si adopta uero. ff. de præca. & sic arrogatus muret familiam: & sic capite minuatur, consequenter substitutio pup. quæ dicitur testamentum ipsius pupilli. l. patris. & filij. ff. de vulg. & pupi. extinguitur per istam arrogationem. l. nec ei. §. eorum. s̄. eo. §. cum autem. Insti. eo. Et melius in §. non tamen. Insti. quib. mod. test. infir. Sicut si ipsemet fecisset testamentum, si fuisset maior dando se in arrogationem: & sic mutando statum, rumperetur testamentum. in d. §. non tamen. quia qui est in potestate alterius, non potest testari. l. qui in potestate. cum sim ff. de test. Item quando nulla fuisset substitutio pup. certè arrogatus moriens ab intest. in potestate patris arrogatoris non poterat isto iure habere hæredem: quia pater occupabat omnia iura peculij. l. j. & 2. ff. de castr. pec. quamuis hodiè sit mutatum per §. j. in Auth. de hær. quæ ab intest. Quia ergo per talem arrogationem impuberis substituti pupillariter, & legatarij in illa substitutione damnificabātur, cùm per arrogationem infringeretur substitutio pup. Item excludebantur veniētes ab intest. qui succedissent impu-
7 beri, si arrogatio non fuisset. † Ideo lex volens prouidere, statuit, ꝙ impubes non possit arrogari, nisi prius præstita cautione, seu satisdatione de resti. bonis pupilli, his qui succedissent, vel ex substi. pupillari, vel ab intest. ac si arrogatio non fuisset. l. nec ei. §. fi. l. non aliter enim. & seq. s̄. e. & d. §. cum autem. instit. eod. Et ista cautio expirat adueniente pubertate arrogati. iur. præalleg. ¶ Nunc necessarium est inuestigare, quare lex statuit, ꝙ ista cautio non duret vltra pubertatē arrogati. Respondeo: quantum ad pup. substi. ratio est clara: quia cùm pupillaris substitutio ipso iure finiatur aduenięte pubertate. §. finitur. Instit. de pup. substi. Quantum ad substitutos pupillares nō expedit, quòd cautio duret vltra: quia etiam si non fuisset arrogatus, substitutio pup. omnino fuisset extincta pubertate. Et si dicis: pone, quòd pater naturalis huic impuberi fecit alias substitutiones: puta grauauerit per fideicom. vel alia onera iniunxerit, tales substitu. non extinguuntur aduenięte pubertate. quare ergo non præstatur cautio vltra pubertatem? Pro istis respondę, ꝙ aliæ substi. non dicuntur testamentum pupilli, sed testamentum patris naturalis. Patet, quia per eas non succeditur pupillo, nec in bonis pupilli: sed tantum patri naturali, & eius bonis. l. cohæredi. §. cū filiæ. ff. de vulg. & pup. Quia ergo non sunt tantum pupilli, sed patris eius, non extinguuntur per arrogationem impuberis: sicut pupil. substi. imò durant, & possunt peti ex testamento patris naturalis etiam durante arrogatione, p̄ patrem arrogatorem. l. in arrogatorem. ff. de pec. §. fin. cum gl. Insti. de acq. per arro. Ideo non fuit opus cautione: quia vbi ex arrogatione nō sequitur dānū. ibi nō expedit prouidere p̄ cautionem. Sed quantum ad uenientes ab intest. qui succedissent impuberi si arrogatus non fuisset: quia arrogator occupat omnia iure peculij: quare non præstatur ista cautio, etiam post pubertatem: quia ēt post pubertatem damnificantur veniētes ab intest. qui omni tpe succedissent. si arrogatio nō fuisset. Rñ. gl. no. valde in d. §. cum autem. dando 2. fo. Prima, ꝙ isti aduētitij casus non sunt considerandi. quod nihil est dicere; quia si lex considerat, ꝙ pupillus poterat mori in pup. ætate: ideo prouidit: quantò magis debet considerare, ꝙ potuit mori post. Itē casus aduentitij ꝙsiderantur in l. cum in adoptiuis. C. eo. Sed quid fortius,

ADDITIONES.

a ¶ Quid sit adoptio. Adde l. pe. C. de adopt. Spe. in tit. de cog. le. in §. ij. Hosti. in sum. eo. tit. Card. Zab. in rub. eo. tit.

b ¶ Declara, vt per Catel. ver. arrogationis.

c ¶ An senatus possit arrogare. Dic quod ante translationem Imperij in principem poterat, post vero non, nisi sit ei expressè concessum ab Imperatore. gl. in extranag. de pace cōstan. versi. crim. Bal. in auth. cassa. C. de sacr. sanct. Dec. consi. 8. col. j. Soc. consi. 124. col. 7. lib. 2. BELLOT.

d ¶ Quod à Papa possit. Adde Doct. in repe. c. per venerabilē. Qui filij sint legi,

e ¶ Papa potest dispensare. Adde Doct. in c. cū ad monasterium. de stat. mon. Io. An. in regula semel Deo. & in regu. actus legitimi. de reg. iur. lib. 6. in mercuria. Archi. in c. sunt quidam. 25. q. j. Card. Zab. in cle. j. in j. oppos. de constan. & alli. Thom. 2. 2. q. 86. j. arg. 9. Tho. in 4. sen. dist. 38. q. 1. arti. 3. Car. sancti Sixti in tra. de pote. Papæ. q. 35.

fortius,casus aduentitij, & aduersa fortuna hominis debēt esse in consideratione,qñ agitur de prouidēdo.l.generaliter.§. si homini libero.ff.de fideicom.lib. ibi tñ agitur de prouidendo sibi non alij,vt hic.Secunda ratio ponitur per glo.ibi, & est vera,si eam hoc modo intelligas. Nam lex voluit, ꝙ ista cautio non duret vltra pubertatem:quia tunc venientes ab intest. propter arrogationem non patiebantur certitudinaliter damnum.Patet,si fuisset arrogatus factus maior,potuisset facere testamentum,& instituere extraneos,& excludere istos venientes ab intesta. ergo apparet, ꝙ certitudinaliter non fuissent omnino
* successuri. Ideo vltra non prouidit. *Et istud communiter tenetur.* Sed difficultas suprema est: quid si impubes haberet matrem, cui condito testamento habeat necesse relinquere, Certè per arrogationem damnificatur etiam post pubertatem. Quare ergo propter istos cautio non præstatur vltra? est passus quem ȝ.plenè executio. Et ad hoc vltimum bene considera. §. Mortuo. Insti. de acq. per arrog. ¶Item aduerte,ꝙ licèt ista cautio omitteretur: tamen habetur pro præstita,& vtilis actio competit ac si præstita fuisset.l.his verbis.in fi.s̄.eo. & gl. in d.§.cum autem.Et si dicas:ergo vr̄,ꝙ superflua sit ista præstatio satisdationis,si habeatur pro præstita:quia expressio eorum, quæ tacitè insunt nihil operatur.l. non rectè. C.de fideiuss.l. hæc verba. ff.deleg.1.Respondeo,ꝙ arg.procederet,si tacitè intelligeretur eo modo,quo debet exprimi: sed dico, ꝙ qñ cautio expressè datur,debet esse satisdatio, & sic debent dari idonei fideiussores.l.nec ei.in fi.s̄.eo.l.j.C.eod.sed qñ tacitè intelligitur, est nuda sine fideiussoribus, & ista quantum ad declarationem cautio.
8 ¶†Tertiò præmitto,ꝙ pater arrogator,si emancipet filium arrogatum sine causa,vel exhæredet, tenetur statim in vita restituere bona arrogati,ipsi:istud probat no.tex. in d. §. cum autē. in ver.tunc,quod est denotatio extremitatis temporis.l.4. in fi. ff.de condi.& demon.cum si.Item tenetur post mortē, & non in vita relinquere quartam bo. suorum arrogato per constitutionem diui Pij.Ita probat tex.in d.§.cum autem. in verbo relinquere.quod propriè refertur ad vltimas volun.l.fin.§.j.ff.de tab.exhib.Ita subtiliter vtrunque ponderat Nic. de Neap.in d. §.cum autem, dicens, ista nunquam se vidisse, nec per alium cogitata.Et vltra cum, ꝙ quarta non debeatur per arrogatorē in vita,licèt post mortem,probo:quia quarta intelligitur illorū bono.quæ arrogator tempore mortis habebit,tex.est no.in l.j. ff. si quis à pa. fue. ma. ergo oportet expectare eius mortem.
9 ¶† Item diligenter adde, ꝙ licèt filio arrogato debeatur quarta bono.per patrem arrogatorem: tñ secus est in filio adoptato,dato etiam, ꝙ adoptetur ab auo naturali. quo casu transit in eius potestatem.glo.est valdè no.in l.cum in adoptiuis.circa med.super verb.reuerti.C.eo.quæ alleg. bonum tex. & expressum in §.aliqui.in fi.Insti.de hæred.quæ ab intesta.& illam pro valde sing.alleg.& no.solus Nic.de Nea. in d.§. cùm autem. & rationem diuersitatis potes colligere ex d.§.aliquā. Et an istud vltimum sit hodiè correctum per iura Auth.dicetur fortè ȝ. & propter hoc considera circa. l. fina. ff. si quis à pa. fue. ma. vbi tex.loquitur de adoptiuo, & dicit, ꝙ adoptato debetur quarta ex cōstitutione diui Pij:an debeat capi pro arrogato sicut hic, ibi filio adoptiuo:nam debet intelligi de arrogato. ¶Hæc præmissa tangunt in vniuerso generaliter materiam huius.l.Nunc condescendendo propius ad tex. aliqua præmitto pro intellectu literæ.Et in primis aduerte, ꝙ text.in j.parte.& in j.decisio. breuiter adeo loquutus est,ꝙ quasi videtur imperfectè,respondisse. Nam respondet hæredes teneri restituere bona arrogati, & nō dicit cui,nec qua act. seu quo remedio, nec qualis sit ista
10 quarta:Ideo ista supplentur.ȝ.maximè in gl. ¶† Secundò diligēter pondera dictionem mox, ꝙ impubes mox decessit post arrogatorem,an istud importet mysterium iuris,an solùm cōtingentiam facti,an verò improprietur?Ray.de Forli. & Albe. de Ros.hic in apost.tex. super illa dictione, mox,dicunt,ꝙ idē, & si non mox,dummodo impubes sit mortuus post arrogatorem.Sed Fulg.apostillando illam dictionem,mox.i.postea, nihil alleg. potuit alleg.gl.in l.j.in ver.mox,q̄ sic exponit.ff.si cert. pet.& gl.in l.si pupilli.§.Idem ait.ff.de neg gest. Nec ista exposi tio debet extranea videri:quia dictio,mox, ſm subiectam materiam variè capitur. Aliquando intra biduum, vel triduum. gl.in l.post rem.§.j.in ver.mox.ff.de transa.Aliquando pro spatio decem dierum.l.ad peremptorium. in fin. cum l. seq.& ibi Ang.ff.de iudi.Spec.in ti.de app.§.j.post prin. Quandoq; capit̄ pro spatio duorum mensiū.m.l.à diuo Pio.§.j.ff.de re iudi. Aliquando mox,capitur.i.vsque ad annum. 2.q.2.c. si in qualibet, & ibi gl.no.& 12.dist.c.longinquitate Aliquando mox capit̄.i. anno seq.l.sed & si quis.§.si operas.cum seq.iuncta glo.in versi. mox.ff.de vsufru.Aliquando mox capitur pro triennio.l.sed & si in conditione.§.seruus alienus.ff.de hæred.institu.Aliquando mox,significat tempus incertum arb. iudi.statuendum. ¶si is à
a quo.in prin.ff.vt in pos.lega. Aliquando mox,capitur[a] pro q̄ primum.in l.tutores.in gl.j. & ibi Doct.C. de admini.tuto.Bar. in l.tutor qui repertorium.in j.colum. ff.de admini.tut. & non debet videri absonum,si in isto tex. dictio, mox, capiatur pro postea; quia non refert, an impubes statim sit mortuus, an ex interuallo. Tamen aduertendum est, ꝙ dictio, mox, propriè sumpta stat pro confestim,& sic sine interuallo, & ita Barto.in l.j.& ibi sequuntur Sal.& Mod.ff si cer.pet.per glo.ibi.& in l.mo mentaneæ.vbi etiam per Barto.C.vnde vi. & est melior gl. de iure in Auth.de incest.nup.in prin.in ver.mox imminere. & gl. opt.in c.quia propter.in ver.mox.de ele. Facit l.si pater captus. cum glo.j.ff.de vulg.& pupilla. Et idem ꝙ dictio,mox,stet pro confestim,no.Bald.in l.Gallus.§.ille casus.in 5.colum. de lib.& posthum.& Imo.in l.diuortio.in prin.super glo.in verb statim. ff.solu.matri.& in l.j.§.j.vbi per Lud. Rom. & Mod. de verbo. oblig.& de ista dictione, mox etiam ponitur per Dyn.Barto.& alios,vbi inducunt ad quæstionem in l.fructus.ad fi.ff.sol.mat. Ponit latè Alb.in diction.in ver.mox.Habetur & per Archi.in c.venerabilib.§.si vero.de sen.excom.in 6. Et dicit valde singu. Bald.in l.quoniam nul.C.de appel.ponderando tex.ibi, in versi. mox,quòd si deserta est appellatio, statim & incontinenti debet fieri executio contra eum,& non habet quadrimestre tempus, quod aliàs datur iudicatis ad soluendum. de quo quadrimestre.ȝ.dicetur in q.Bar.extra glo.quod diligenter no.& nunquam obliuiscaris.De quo dixi.ȝ.in vlt.colum.vbi vide. Capiē do ergo hic mox propriè, vt debet,cùm verba propriè intelligi debent,si possunt.l j.§.si is qui nauem.ff.de exerci.l.ille,aut ille.§.cum in verbis.ff.de leg.3.Pulchrum,& subtile esset,si quis cogitaret, quomodo dictio mox, propriè sumpta importet mysterium iuris:& quamuis in hoc pluries cogitauerim,& durum putem respondere:tamen ȝ.statim ostendam, quomodo dictio,mox, potest propriè capi, & importabit mysterium iuris,vt dicā in sequ.euidentiali. Item adde quod dicam ȝ.in tex-
11 tua.in vlti.not.¶† Tertiò pondera tex.ibi hæredes quoque. & quod illa dictio quoque,implicet.Nam clarū est,quòd est implicatiua,vt not.Bar.in l.ij.in prin.ff.de pact.& in l.fin.in 2. colu. ff.de eo, quod cer.lo.cum concor.Sol.respondet. Pet.Rayn.& Alb.in apost.tex.& bene,nec credo,ꝙ aliter possit dici,ꝙ implicat etiam filios naturales,& legitimos patris arrogatoris, per l. Papin.§.si quis impubes.ff.de inoffi.testa.quasi sit sensus,ꝙ non solum hæredes arrogatoris tenentur restituere, sed etiam filij naturales,& legitimi eius.Potes etiam dicere, ꝙ dictio, quoq;, implicet ipsum patrem arrogatorem non in casu huius.l.quia pater arrogator erat mortuus: sed sit sensus hoc modo: ꝙ nedum ipse pater arrogator si viueret, teneretur restituere bona arrogati, quando ipsum vel emancipasset, vel exhæredasset: sed etiam eius hæredes: tamen prior sensus magis placet propter verba,quæ sequuntur ibi. & præterea quartam, quæ non possunt includere arrogatorem: quia in vita non tenetur ad quartam,vt declarauit s̄.Fulg. hic apost. text. ibi quoque simpliciter dicit:No.dictionem,quoque, quid importet, & an sit superflua,nec aliud dicit.Item adde quod dicā.ȝ. in textualib. in vlt.not.¶Vltimò pro necessaria intelligentia tex. habes aduertete diligenter,(& hic iacet punctus)quia iste text. non aperit, an iste impubes arrogatus fuerit institutus ab arrogatore, vel præteritus, vel exhæredatus. in quo casu ex istis intelligemus hunc text. Item licèt text.non exprimat ad literam, vtrū arrogator fecerit testamentum, an sit mortuus ab intesta. tamen in hoc vlti. expeditum est, quòd arrogator fecerit testamentum,licèt text. similiter dixerit hæredes arrogatoris teneri: illud hæredes posset intelligi condito testam. & ab intesta.l. verbis.l.12.tabu.& l.obuenire.ff.de verbo.significa.Et ꝙ fecerit testamentum patet propter substit.pupil. de qua in text. & loquit̄ de directa,quæ non pōt fieri,nisi in testa.fideicōmissaria in codi.l.hæreditatem.C.de codi.§.j.Institu.de codi.cum si. Item ꝙ hic arrogator fecerit testamentum,ostenditur viua ratione:
12 † quia si arrogator fuisset mortuus ab intest.arrogatus tanquā suus ab intest.succederet alijs exclusis.Insti.quib.mod.test.infir. in prin & præsertim:quia ille,qui filios habet naturales, & legitimos,non pōt impuberem arrogare nisi ex causa.d.l. si pater. §.in arrogationib.& l.nec ei.§.eorum.per totam.l. s̄.e. Et dato, ꝙ arrogator filios legitimos,& naturales susceperisset, vt s̄. dixi in tex.super dictione,quoque,certè filius arrogatus successisset ab intest.vnà cum alijs.Et dato,ꝙ mortuus esset statim, an potuisset transmittere, patebit.ȝ.Tñ magis me mouet præcedens fundamētum ꝓp substitutiones directas,de quib.in tex. ¶ Hoc præsuppositi-

ADDITIO.

a ¶Capitur. Adde glo.in Auth.de incest.nup.Bald.in l. Mæuius. in §. duobus. ff de lega.2.

præsuppoſito,ꝙ pater arrogator fecerit teſtamentum.Inquiramus de iſto impubere arrogato,an fuerit in illo teſtamento inſtitutus,an præteritus,an exhæredatus: cùm ex litera non appareat.In quo vehementer dubito:& quanto magis tex.conſidero tanto in maiorem dubitationem trahor.Ray. & Alb. hic in j.col.apoſt.tex.dicunt, ꝙ iſta lex generaliter procedit in impubere arrogato,ſiue exhæredato a patre,ſiue præterito,ſiue inſtituto:aliter non declarant.Ful.hic in 2.col.in 2.no.dicit,ꝙ pater arrogator nō tenetur ad quartam arrogato niſi in duob. caſib. quando cum emancipauit ſine cauſa,vel qñ in teſt. exhæredauit.§.ſed & ſi decedens.Inſti.eo.& ex hoc infertur, ſm eum, ꝙ in iſto tex. pater arrogator cum exhæredauit. Hinc dubitat, ꝙ ſi pater arrogator inſtituiſſet in teſtamento impuberem, ſed in minus legitima,vī ꝙ iſte non ſit caſus, in quo legitima debeatur filio impuberi arrogato. d.§. ſed & ſi decedens. in ver. non aliter. Poſtea dicit videri, ꝙ paria ſunt, ꝙ quis ſit exhæredatus, vel in modico inſtitutus.Tex.eſt in l.2.in fi.ff. quod cum eo.Poterat allegare meliorem tex.ad hoc in l.ſi quis filium. §.fi. C.de inoffi.teſt.& per.h.d. ꝙ aget ex conſtitutione diui Pij, vſque ad ſupplementum,per l Pap.§.ſi quis impube.ff.de inoffi. teſta.& in l.j.§.ſi impuberi.ff. de coll.bon. Vel ſi quis hoc negauerit ſm eum,oportebit dicere,ꝙ agat querela, per l. cum quæritur. C. de inoffi.teſta.Tutius tamen eſt,ſm eum,ꝙ agat ex conſtitutione diui Pij. Et ſic Ful. multum vacillat in hoc. Hodie per iura noua expeditum eſſet,ꝙ ſolùm ageret ad ſupplementum legitimæ per l.omnimodo.C.de inoffic.teſtam.& in §.cæterum.in Auth.de hære.ab inteſt.¶Ex his non quieſcit animus in intellectu huius l.Ideo pro enucleanda medulla,& vero ſenſu huius. l.diſcurro,examinando vnumquemque caſum.Et in primis videamus,nunquid iſta l.debeat intelligi,ꝙ hic impubes arrogatus fuerit præteritus.Ray.& Alb.vt hic retuli dicunt, ꝙ ſic. Ego ad hoc pondero nouiter gl.in §.ſed & ſi decedens.in gl.j.paruula.in ver.exhæredauerit.Inſti.eo.& hoc oſtenditur ratione:quia ille dicitur præteritus,qui non reperitur inſtitutus:nec vt debet exhæredatus.Tex.eſt in §.eadem.Inſti.de hær.quæ ab inteſt.Sed in hoc.tex.non apparet,ꝙ arrogatus fuerit inſtitutus,vel exhæredatus:ergo cenſeri debet præteritus.Et ſi dicas,ergo ſi fuit præteritus, teſtamentum eſt nullum. Fateor hoc eſſe verum: quia ſuus reperitur præteritus.tex.eſt Inſtitu.quib.mod.teſta.infir.in prin. ibi,quaſi agnat.ſui hīdis.Nec dicas,ꝙ dictio quaſi,ſit diminutiua: quia verum eſt in quantum ad agn. non quantum ad ſuitatem.Ad idem facit tex.in §.adoptiui.Inſti.de exhær.li. in l. non putauit.§.ſi quis emancipatum.ff.de bon.poſſ.ꝯtab.l. filio quem pater.ff.de lib.& poſthu.& per h.d.glo.ord.& approbata ī rub.C.de poſth.hęr.inſti.ꝙ v.modis fit poſthumus.Inter alios, per arrogationem.Si ergo teſtamentum eſt nullum : ergo impubes arrogatus ab inteſt.ſuccedit: ergo non poteſt procedere tex.qui dicit,ꝙ quartam petit ab hæredib.arrogatoris. Ad hoc reſpondeo, & hic aperitur intellectus. l. ꝙ text. cum maximo myſterio dicit,ꝙ mox impubes deceſſit: & ſic antequam diceret teſtamentum nullum,cùm habeamus,ꝙ ius dicendi nullū, non tranſmittatur ad hæredes. ſm d. Alex. in l.cū antiquiorib. C.de iure delib.qui refert ita tenere Bal.in l.ij.in vlt.q. C.de lib. præte.Et iſto modo intelligendo,vī ꝙ litera procedat ſine ſupplemento:& dictio,mox,multum importat: quia cùm ſtatim fuerit mortuus poſt arrogatorem,non potuit dicere teſtamentum nullum:nec tranſmittit ad hæredes.Et illud idem,ꝙ ius dicendi nullum non tranſmittatur ad hæredes,vī de mente Bal. in l.fin.in vlti.colum.ff.ad Tertu.qui ad hoc alleg.regulam l.cū antiquiorib.C.de iure delibe. & iſte ſenſus aliquando mihi placuit.Sed iſte intellectus non eſt ſine magna difficultate:quia ſi impubes fuiſſet præteritus:& ſic teſtamentum ſine dubio fuiſſet nullum:certe dico, ꝙ imò ius dicendi nullum etiam intentatum tranſmittitur ad hæredes:quia ſi non tranſmitteretur,ſequeretur,ꝙ mortuo filio,teſtamentum non diceretur ruptum & inſtituti ſuccederent.quod eſt falſum,tex.eſt in l. ſi à primo. ff.de lib.& poſthu.per quem tex.vī mihi,ꝙ Bal.in d.l.ij.in vlt.q. C.de libe. præter. teneat, ꝙ imò ius dicendi in ſimilib.terminis tranſmittit̄ quamuis aliter referat d.Alex.in d.l.cum antiquiorib.Alius caſus eſt,ꝙ iſte impubes fuerit inſtitutus hæres ab arrogatore. Et ſi dicis:quare quartam petit ab alijs hæredib.? Reſponde,quia tex.cum myſterio dixit mox.i.ſtatim deceſſit,conſequenter non adita hæreditate:ſed nec iſtud ſtare poteſt: quia cùm ſit ſuus ex potentia ſuitatis tranſmitteret hæreditatē non aditam ad quoſcunque ſm communes ſententias, vt latius dicam.j.in j.no.referendo Bar.hic in repe.Alius caſus eſt,quando fuerit exhęredatus.& ſiquidem fuiſſet exhęredatus cum cauſa ab arrogatore,crederē,ꝙ excluderetur à quarta: ſicut qñ emācipatur cum cauſa.l.fi.ff.ſi quid in frau.pat.& in §.ſed & ſi decedens.Inſti.eo.Si autem fuiſſet exhæredatus ſine cauſa,tūc propriè vī iſte tex.& hunc ſenſum tenent Ray. Albe.& Ful. hic,& iſte vī melior ſenſus præ cæteris . Et ſi dicis ſi fuit exhæredatus ſine cauſa,potuit quęrelare teſtametum: & per conſequens in totum rumpere.Ita ꝙ ipſe ab inteſt.ſucceſſiſſet, & non alij hæredes.Reſponde,per hoc tex. cū magno myſterio dixit, mox, ꝙ impubes ſine cauſa exhæredatus ſtatim mortuus eſt poſt arrogatorem:& ſic non potuit quærelare teſtamentum,nec præparare quęrelam:& quęrela non præpatata non tranſmittitur. l.poſthumus.§.fi.cum l.ſeq.& ſeq.ff.de inoffi.teſta.l.ſi quis filiū. in prin.vbi hodie ponitur ſpecialis fall.C.de inoffic.teſta.Et iſte ſenſus mihi aliàs multum placuit : quia dictio mox,eſt in text. poſita cum magno myſterio:in nūc iſtud vltimum nō placet: nec eſt verum:quia ſi impubes arrogatus exhæredetur ſine cauſa,non eſt verum,ꝙ ſibi competat querela: quicquid vacillando dicat Ful.hic,vt ſ.retuli. Ratio: quia querela eſt remedium ſubſidiarium competens ei,cui aliud non competit:ergo cùm impubes arrogatus, & exhæredatus ſine cauſa poſſit petere quartam,ex conſtitutione diui Pij.l.j.§.ſi impuberi. ff. de colla. bon.l.fi.in prin.& l.ſi quis in frau.pat.Ergo querela ſibi non cō petit.Iſtud eſt,quod dicit tex.in l.Papin.§ ſi quis impubes.ff.de inoffi.teſta.vbi Bar.& alij. & iſtud eſt, quod propriè dicit text. Inſti.de inoffi.teſt.in prin.Et in hoc caue:quia de facili quis erraret.Item poteſt conſiderari quintus caſus,qñ iſte impubes fuiſſet emancipatus ſine cauſa ab arrogatore. Nam ſi cum cauſa, perderet quartam:quo caſu licèt poſtea fuerit præteritus à patre arrogatore nihil facit, nec rumpit teſtamentum : quia per emancipationē eſt redactus ad ſimilitudinem extraneorum.§. adoptiui.Inſti.de exhæ.li.Tñ quamuis non rumpat:quia præteritus:tñ petit quartam cū eius bonis.Et iſto modo poteſt procedere hic tex.tñ hoc modo dictio,mox.propriè ſumpta nihil importabit. Et ita habes exploratum per omnes latebras intellectum huius tex.qui erat valde reconditus.¶His pręmiſſis ſic, condeſcendo ad tex.& quamuis Bar.& Alij aliter diuidāt: ego tñ diuido in tres partes prin. In j. ponitur thema, ex quo elicit̄ j.q. Deinde ponitur deciſio. In 2.ponitur 2.qō. & deciſio. In 3. ponitur extenſio generalis.Secūda ibi, ſed an impuberi. Tertia ibi, hæc autem omnia dicenda ſunt.Rurſus prima prin. habet tres particulas,quę patent:quia in prima ponitur thema deinde qō.Tertiò deciſiones. Rurſus 2. pars prin. quæ vario modo ſubdiuiditur,ſm me debet ſubdiuidi in 5.particulas, hoc modo.In j.ponitur alia qō prin.ad thema præcedens. In 2.quæ eſt ibi,& puto nō admitti.ponitur reſponſio negatiua.In 3.qnę eſt ibi,niſi forte.ponitur exceptio.In 4.quæ eſt ibi,& hactenus.ponitur limitatio excep.In 5.quæ eſt ibi,quia hoc non iudicio.ponitur ratio limita.¶Hoc dicit.Præmortuo patre arrogatore,& mox filio impubere arrogato,hæredes arrogatoris teſtatoris tenentur reſtituere bona arrogati,& vltra quartam bonorum arrogatoris.In qua quarta pōt arrogator directo pupillo ſubſtit. vſque ad pubertatem,& non vltra:& per fideic.non. Et prædicta procedunt,ſiue in locum filij, ſiue in locum nepotis impubes ſit arrogatus.h.d.a capite vſque ad calcem.Caſus quomodo figurari debet,patet ex præmiſ.¶†No.in primis ibi,& præterea quartā.ꝙ ſi præmoriatur pater arrogator , & ſtatim poſt impubes arrogatus , ꝙ hæredes arrogatoris patris præmortui tenentur reſtituere quartam bonorum patris arrogantis.Contra opp. nā licèt iſta quarta ſit debita filio arrogato & peti poſſit poſt mortem patris arrogatoris , & non in vita, vt ſ.dixi in euidentialib. tñ iſte impubes nō acceptauit, nec agnouit iſtam quartam partem : quia ſtatim mortuus eſt poſt arrogatorem: ergo vī,ꝙ ad eius hęredes tranſmittere non potuerit per regulam,ꝙ hæreditas non adita rſr non tranſmittitur.l.vni. §.in nouiſſimo.C.de cad.tol.l.ſi auia.C de iu.deli. Et iſta regula procedit etiā in ſucceſſionib. prætorijs,& multo magis:quia ius ſuccędendi de iure præto. non agnitum in vita non tranſmittitur ad hæredes.l.emancipata.C.qui admit l.iij.§.acquirere.de bon. poſ.& huius regulæ duas rationes Bal.aſſignat, & quia fragiles ſunt,nunquam mihi placuerunt in d.l.emancipata. Aliam rōnem ſatis coloratam aſſignat Bal.in d.l.ſi auia.Sal.in l.apud hoſtes.C.de ſuis & leg.Et credo,ꝙ iſta ſit ratio:nam hīditas anteq̄ ſit adita non eſt in bonis noſtris , nec illud ius ſuccedendi dī in bonis noſtris anteq̄ adeatur.tex.eſt in l.pretia rerū.in prin.ff.ad l.Fal.q̄ alleg.ad hoc Bar.in l.poſt emancipationem.in prin ff.de lib.leg.& illum tex.dicit Bal. ad hoc vnicum & ſing. in l.ij. circa fi.C.de iu.& fac.ign.ergo illud, quod nō eſt in bonis noſtris, ad filios tranſmittere non poſſumus l.traditio. ff.de acqui. rer. dom.Et per ea dicit Bar.in l.ſi vniuerſæ. C.de leg. ꝙ campana, quando pulſat, vult dicere male dat,qui nō habet. Hinc eſt,ꝙ lex ſine aditione facit ſuum ſtatim hæredem : quia inter mortem teſtatoris, & adition. non eſt dare medium ſecundum gl. & Bal.in l.cum hæreditas.C.depo.cū multis concor. gl.ad hoc in l fi.ff.de condi.inſti.Ex hoc ſequitur,ꝙ ſuus ex potentia ſuitatis hæreditatem non aditā ad quoſcunque tranſmittit, *ſecundū*

a communem * sententiam, vt statim dicã. Difficultas ergo est, quomodo iste impubes arrogatus potuit transmittere istam quar-
14 tam, quam in vita non agnouit, cùm statim mortuus sit. † In hac difficultate inuenio accommodari 3. sol. Prima est, quam ponit Bal. in repe. in 3. col. in 5. opp. qui respõdet, ꝙ impubes arrogatus erat suus hæres, vt dixi in vlt. euidentia li. Ideo ex potẽtia suitatis potuit transmittere, ac si agnouisset, vel acceptasset in vita secundum communem sentẽriam. l. apud hostes. C. de suis & le. l. ex militari. §. fi. cum seq. ff. de testa. mili. Bar. & Doct. in l. si infanti. vbi dicam. C. de iu. deli. plenè Bar. & Mod. in l. ventre. ff. de acq. hær. cum concor. Tamen Bal. hic in 2. col. & 2. op. reprehendit hanc sol. quia licet arrogatus sit suus hæres patris arrogatoris: tamen quantum ad quartam, & sic legitimam solam non potest dici suus: cùm sibi obueniat ti. sing. vt no. gl. in l. cum a matre. C. de rei ven. Nec hæc potest dici suitas respẽctu filiorum arrogatorum, & propterea Bar. in repe. in 5. op. visus est non multum curasse de hac sol. dum dicit, vel solue melius: vnde secundo loco respondet Bar. in d. repet. in d. opp. tamen loquitur diminutè & corruptè: sed vult dicere, quod regula. d. l. vnicæ. §. in nouissimo. cum concor procedat, quando hæreditas, vel quota defertur alicui ex dispositione testatoris, & tit. vniuersali, tunc procedit regula, hæreditas non adita non transmittitur: sed ista quarta defertur impuberi arrogato, non ex dispositione testatoris, sed legis prouidentia, vt in d. l. j. §. si impuberi. & in d. l. fin. ff. si quid in frau. pat. Item defertur ti. sin-
b gu. b hinc est, ꝙ dicitur quarta bonorum, & non hæreditatis. l. Papinianus. §. si quis impubes iuncto. §. quarta. & §. qñ quarta. ff. de inoffi. testa. & no. gl. in d. l. cum à matre. & dicit Ang. & bene in d. §. si quis impubes, ꝙ ista quarta petita ab arrogato petitur tanq æs alienum. Secus in quarta debita filio legitimo, & naturali, vt ibi per eum. quod tñ aliter non firmo. Nõ mirum si transmittitur: quia iura singularia facilius transmittitur: d. §. in nouissimo. & hanc solu. tenet ẽt Bal. hic in 2. col. & 2. oppo.
15 ¶† Et ex hac solu. infert sing. Bar. in repe. in loco alle. & est so-
c lennis decisio, quam pluries audietis alleg. ꝙ stãte statuto, c ꝙ
d moriente vxore d in matrimonio maritus lucretur dotem, vel augmentum dotis: Pone, ꝙ mortua vxore, postea moriat maritus, qui in vita aliter non acceptauit lucrum dotis, transmittet ad hæredes: quia defertur ex dispõne legis, & ti. singulari. ergo transmittit, per so. proximè datam. Et istud tenet Bal. hic in 2. opp. Idem in terminis dicti statuti tenent Sal. Pau. de Cast. & d. Alex. in l. cum antiquiorib. C. de iure delib. reprobata glo. ibi in versi. fuisse, quæ contrarium vult, quã etiam reprobat Ang. hic, qui aliud non dicit in hac. l. Idem in terminis prædicti statuti tenet dom. Alex. in consi. 262. incip. viso themate scripto. in vlt. col. Facit text. in Auth. & si res. C. de secun. nup. inducendo, vt facit Bal. in l. generaliter. §. in his. eo. titu. vbi Bald. idem tenet de statuto, vt dixi. Adde bene facere tex. in l. edicto. §. ad hæredes. ff. de iure fisci. Item tu pondera subtiliter, quòd idem est de mẽte Bar. in l. qui duos. §. si maritus. per illum tex. ff. de reb. du.
16 aliàs inutilis esset illa sua decisio. ¶† Tertiò, adde bene facere illud, quod tenet Sal. in Auth. bona damnatorum. in vlt. colu. C. de bonis dam. vbi refert se de facto consuluisse, quòd bona damnatorum, quæ per illam Auth. conseruantur ascendentib. & descendentib. transmittuntur hæreditate nõ adita. Alleg. plu
17 ra iura præcipuè tex. in d. l. edicto. §. ad hæredes. ¶† Quarto adde in terminis. d. Alex. in l. si vir. ff. ad l. Fal. vbi tenet, quòd tale lucrum, quod consequitur maritus virtute statuti, dicitur effici patrimonium viri: non autem dicitur hæreditas mulieris. Et ideo cùm tale lucrum non dicatur habere iure hæreditario ipse maritus, certe, licet non sit agnitum per ipsum maritum: ta-
e men ipse transmittit ad hæredes, e & ibi per eum ad hoc plu-
18 ra allegantur. ¶† Quintò facit, quod in simili dicimus, quòd legitima, vel supplemẽtum legitimæ: quamuis debeat peti in vita per filium naturalem & legitimum: tamen etiam si non peteret, transmitteret ad hæredes, vt no. concludit Sal. in l. scimus. in prin. C. de inoffi. testa. & Bal. in l. ij. in vlt. q. C. de lib. præte. Sic etiam dicimus in Trebellianica, quæ licèt nõ acceptata transmittatur. l. quanquam. ad l. Fal. & ita teneas, ꝙ lucrum ex dicto statuto licèt non agnitum transmittitur, quamuis ʒ, & male consuluerit Ange. in consi. 79. aliàs 81. incip. in Dei nomine. Maria de bastardis contraxit, &c. & in consil. 2. seq. vbi mouetur per aliquas leues rationes, quas reprehendit in specie dom. Alex. in præalleg. consi. 150. in 2. vol. vbi vide: & ibi circa finem
* limitat hanc communem conclu. vt non procedat, quando lucrum dotis à statuto defert filijs iure hæreditario, vt si in dote simul cum hæreditate succedent, tunc non transmitteretur. & in istis
19 terminis potest saluari opi. Ang. reprobata ¶† Pro pleniori tamen intelligẽtia huius communis deci. forma egregiam quæstionẽ. Statuto cauetur, prout vbique apud nos, ꝙ si pater moriatur ab intest filij masculi succedũt & excludũt fœminas, quę debent decenter dotari arbitrio duorum propinquorum. Pone, moritur pater relicto filio masculo & fœmina: non est dubium, ꝙ filius masculus virtute statuti, in toto succedit excludens fœminam. Sed pone mortuo patre, filius masculus sic stetit cum sorore, & non aliter adiuit hæreditatem patris, moritur filius masculus, relicta vna filia parua, quæ succedit. Nunquid ad filiam paruam transmittit hæreditatem patris agnitã, quæ tota sibi defertur virtute statuti exclusa fœmina? An dicamus, ꝙ amita simul succedit cum neptẽ? Et quidem videtur dicendum, ꝙ si filius agnouisset per aditionem factam, esset hæreditas suum proprium patrimonium, vt dixi in l. venia. C. de in ius voc. & tunc sine dubio filia sua parua in totũ patri succedit. Sed, quia præsupponimus, ꝙ hæreditatem nunquam adiuit, dubium stat, nunquid transmittat ad filiam paruulam. Nã partem hæreditatis, quæ sibi defertur de iure communi, transmittit ex potentia suitatis *secundum communem sententiam.* & illa filia paruula proculdubio succedit. sed difficultas est in alia media parte, an succedat in alia dimidia, in quo solùm succedit frater vigore statuti, & sororem excludit: Nunquid in alia dimidia dicatur suus, & aliam transmittat ex potentia suitatis.
f Et profecto in transmissione videtur cessare ratio f finalis statuti quæ fuit, ꝙ masculus excludit fœminas fauore agnati, vt bona conseruentur in linea masculina. l. j. §. pen. ff. de ven. inspi. Cy. & alij in l. j. ad fin. C. de adul. Io. And. in addi. Spe. in tit. de suc. ab intest. super rub. quia hic vtraque est fœmina: & si transmittit ad filiam, bona nõ remanent in agnatione masculorum: & sic cessat ratio finalis statuti Nec dicas, ꝙ illa filia parua admittatur ex persona patris masculi: quia subintrat eius locum. §. cũ filius. Insti. de hære. ab intest. quod aduerte, quia aliàs errares in
20 fundamentis, † quia quando filia succedit in locum patris, nõ credas, quòd veniat ex pson patris, bene eius loco primò ponitur, sed postea succedit ex sua persona propria, & considerãtur qualitates ipsius filiæ, & neptis, non ipsius patris. Ita magistraliter Bar. in l. j. §. si filius. ff. de coniu. cum emancipato liber. Idem Bar. in l. j. §. si sit. ff. de colla. bon. & alibi plenè Doct. vt soleo plenè dicere. in l. qui se patris. C. vnde libe. Modo ꝙ ista filia succedit in locum patris, erit in eodem gradu cum amita. sed si considerentur qualitates filiæ, & non patris (vt debent considerari) ista filia non reperietur habere qualitatem, propter quã amitã excludat. Passus iste est altus, & diffusus, & valde disputabilis: in quo possunt infinita pro & contra adduci: sed stringendo quantum potest fieri (principaliorib. adductis) ero contentus conclu. afferre. Istam. q. in terminis ponit Sal. in l. j. in vlt.
g q. C. de adul. & ibi g cõcludit, quòd portio delata filio masculi virtute statuti, si non sit agnita per masculum in vita, non trãsmittitur ad eius filiam: sed in ea succedit soror, & sic amita. Motus trib. fundamentis, quæ breuiter refero. Primo quia quãdo aliqua portio contra ius commune defertur ex iure speciali, ita demum haberet locum ius speciale, cõtra ius cõe, si portio sit expresse acceptata, aliàs non. l. emancipata. C. qui. admi. l. j. §. ibidem. ff. de colla. bon. sed sic est in proposito: ergo &c. Secundò, quia lex statuit, ꝙ descendentes transmittant hæreditatem patris non aditam, ne fraudentur debita portione. l. vnica. C. de his, qui ante aper. tab. Dicuntur autẽ fraudari debita portione quantũ ad illam, quæ defertur de iure cõi. & ista ne fraudentur, habet locum transmissio, ergo cùm cesset ratio fraudationis in alia parte statutaria: consequenter debet cessare transmissio, tñ illud est leue fundñ. Vltram. mouent: quia qñ filius transmittit ex potentia suitatis hæreditatem, transmittit non tanq̃ aditam, sed adeundam. d. l. vnica. C. de his, qui ante aper. tab. & est melior tex. de iure in l. si qs filiũ. in prin. ff. de acq. hær. Si ergo portio statutaria trãsmittitur tanq̃ adeunda. & filia nõ reperiatur illius qualitatis, per quam possit excludere amitam:

ergo

ADDITIONES.

a ¶Sequitur Roma. consi. 58. Emanuel Suarez. lib. recept. sent. ver. transmissio. Dec. consi. 250. 231. nu. 6. MASVER.

b ¶Singulari. Alle. pro hoc tex. meliorem. in l. ij. §. de quarta. ff. fa. ercis. PVRPV.

c ¶Statuto. Adde Abb. in rub. de spon. in c. fi inter virum. eod. tit. in c. 3. loco. de præsump. in c. ex publico. de conuer. coniu. Car. Zab. in c. cum dilectus. de eon su. Idem Car. in c. ex tenore. de test. Pet. de Anch. in c. 1. de const. Idem Pet. de Anch. in ca. Quemad. de iureiur. Homodeus de Sign. consi. 146. inci. in q. ver tente inter do. Viuianum. Ab. consi. 1. incip. quidam. A. contraxit. sponsalia. in 1. volum.

d ¶Quid si non vixit vel per diem, an habeat locum statutum, Bal. in l. non tantum. C. de legat. dicit quod sic.

e †Hanc veriorem & magis communem, dicit Rol. de dote q. 47. num. 6. & seq. a liquid consi. 185. nu. 3. MASVER.

f ¶Ratio. hanc rationem in discursu tenet Alex. in l. filiæ dotem. in 2. col. C. de colla. PVRPV.

g † Opi. Saly. reprobant Aym. consi. 185. nu. 3. Rolan. de dote. q. 47. in fin. vbi dicit contra eum esse communem. MASVER.

ergo adire non poterit, & per consequens videtur dicendum, q̃ non succedat. In eandem sñam inclinat Lu.Ro.in l.vẽtre. ff. de acq.hær.ex duobus,& præcipue, quia statutum excludẽs fœminas à successione patris propter masculos, intelligitur extantib.masculis. qui patri succedant: alias fœminæ non excludentur.Ita pulchrè no. Bart.in l.2.§. sed si sint sui.per illum tex ff.ad Tertu.& l.1.§.fi filium.ff.de bo.poſ. ꝙ tab. Bal.in l.maximum vitium.in 6.col.C.de lib.præte.ñ Lud.Rom.postea in hoc reliquit cogitandum. Pro eadem parte stringere vĩ: quia regula est, q̃ qñ aliqua portio defertur alicui de iure speciali, in eo non habent locum beneficia iuris cõis.text. est no. & reputatus fin.in l.mulieri, & Titio.ff.de condi. & demonst.ergo cùm ad aliam partem masculi non veniant iure communi, sed speciali: & sic statutario: ergo in illa parte non debẽt habere beneficium iuris cõis.& consequenter beneficiũ transmissionis.Ista sunt ex multis, quæ principaliter stringunt. Pro parte contraria, q̃ etiam pars delata masculis per statutum exclusa fœmina,transmitti debeat ad filiam paruulam, etiam
* non adita ex potentia suitatis, multum stringit. *Nam cois sententia* est, q̃ filius suus transmittit ex potentia suitatis hæreditatem patris,vt prædixi,ergo sicut transmittit illam partẽ,quæ defertur ex iure cõi:ita debet transmittere etiam partem,quę defertur iure statutario: alias sequetur absurdum, q̃ iste filius pro parte dicatur suus, & quo ad partem non, & sic in parte transmittat in parte non,contra cõiter no.in l.1. & 2.de acqui. hæred.& quia eadem res non debet diuerso iure cẽseri l. cum qui ædes.ff.de vsucap. & ita per istud fundamentum, & quædam alia similia,quæ tñ necessario non stringunt tenuit in terminis Bald.in cons. incip. factum proponitur sub hac forma quidam.qd refert formaliter Lud.in d.l.vẽtre. Item. Pau.in l. fi.ff.de acq.hær.alia ratione. Eandem partẽ consulendo tenet d.Alexan.in cons.20.incip.viso processu causæ vertentis inter Ray.in 1.vol.vbi multum diffuse examinat arguendo ad partes: de inde rñdendo obiectionib.Et inter cætera principaliter mouetur: quia cùm statutum disponat, q̃ extantib.masculis fœmina non succedat patri: certe cùm fœmina sit priuata per statutum à successione patris, desinit esse sua: sicut si pater eã exhæredaret,vt sing.inquit Bar.in l.1.§. sciendum. in fi. per illũ text.ff.de suis & leg.Sequitur Bal.in d.l.maximum. Imo.in d.l. ventre.& Lud.ibi.in l.apud Iul.§.Idem Iul.ff.ad Treb. ergo cũ filia in successione patris desinat esse sua: ergo filius masculus in tota successione est suus: ergo totam debet transmittere ex potentia suitatis. Sed huic fundamento dupliciter respon. & primo, quòd doct. Barco.in d. §.sciendum, procedit quando filius masculus successisset patri.tunc fœmina desinit esse sua,sed cum hic non successerit, non obst.statutum prout declarat ipsemet Bar.in d.l. 1.§.sed si sint. per illum tex. & alios.ſ.
21 alleg.† Vel secundo,& not.rideo,q̃ dec.Bar.in d.§.sciendum, procedit qñ extantib. masculis statutum excluderet fœminas in totum & simpliciter loqueretur: tunc verum est, q̃ fœmina desinit esse sua. Sed si statutum extantib.masculis non simpliciter excludat fœminas,sed iubeat dotari, vt in casu nostro, tũc,quia dos succedit loco legitimæ, vt declarat Bar.in l.Titio centũ.§. Titio genero.cum concord.de cõd.& demon.& ꝙñr statutum vult, q̃ fœmina habeat legitimam suã,& consequenter eam non priuat in totum,tunc fœmina nõ desinit esse sua. Ita pulchrè limitat illam doct Bar.do.Alex.in cons.131.incip.
22 transmissum est ad me nuper,&c.† Pro eadem parte facit no. verbum Bal.in c.1.in tit. Episcopum, vel Abb.in vsib.feud.Vbi no.per illum tex.q̃ filia semel exclusa à successione patris per masculos intelligit semp exclusa, adeo q̃ mors masculorũ nõ prodesset fœminæ,& istud reputat not.propter statuta, q̃ existentib.masculis fœminæ non succedant,q̃ licèt moriãtur masculi non relictis liberis, tñ per hoc fœmina non admittitur ad successionem paternam.Idem Bal.in Auth.sed & si quis.in 6.& in l.quib.C.de secund.nup.per Franc.de Aret.in cons.50. incip. copiosè,& eleganter.in pe.co. Et si hoc dictum Bal.est indistinctè verum, multum stringit pro hac parte: sed considera, an debeat intelligi ſm Bart.in d.l.1.§.sed si sint sui.ff. ad Tert. cum alijs.ſ.alleg. Habeo istam q.pro valde dubitabili, & aliter pro
a nunc non determino.[a] Adde tñ Alex.in l. si filius,qui patri. ad fi.ff.de vulg.& pup.Item vide Bar.in l.liberorum. ff.de verb.sig. in 8.vel in 9.col.in ver.quæro retento, &c.sed ibi auus viuebat. per Fran.de Are.in cons.141.qd incip.viso statuto cõis Aretij. Redeo ad difficultatem.ſ.tactam,& addo,q̃ Bald.hic in 2.col. & 2.op.tertio modo respon.ad obiectum: quomodo quarta non agnita potuerit ad hæredes transmitti.& dicit,q̃ virtus stipulationis,& cautionis interpositę per arrogatorem, vt declaraui in euidentialib.facit, vt agnouisse videat, quia in his,q̃ debentur via ꝯctus, non requiritur alia agnitio. l. cum pater. §. mater.ff.de leg.2. & propter hanc rationem infert, q̃ lucrum dotis, q̃ defertur marito virtute statuti etiam non agnitum, transmittitur ad hæredes: quia debẽt causa præcedentis contractus.Ista sol.licet per scribentes hic non impugnetur,est euidenter falsa,& credo, q̃ processerit per inaduertentiam Bal.q̃ quarta transmittatur virtute stipulationis, & cautionis: quia cautio non interponitur super quarta,nec extenditur ad quartam,sed super bonis arrogati,prout declarat gl.hic in ver.quarta.& est tex.in §.cum autem. & ibi gl. expressa,in ver. iubere.& Bart.declarat hic in secundo euidentiali, cum quarta debea-
23 tur ex constitutione diui Pij, vt ſ.declaraui. ¶† Secundò prin. not.ex tex.quod sicut filius legitimus & naturalis debet habere quartam in bonis patris.l.Papinianus.§. qñ autem.ff. de inoffi. testa. Ita etiam impubes arrogatus & in hoc conueniunt, sed in vno impubes arrogatus quantum ad istam quartam vĩ melioris conditionis,quam legitimus & naturalis, quia impubes arrogatus potest reuocare alienata per arrogatorem in fraudẽ legitimæ suæ l.fi.ff.si quis in frau.patr. Tñ secus videtur in filio legitimo & naturali per l.non vsque ff. si quis a patre fue.man, & pondera rationem illius text.quia iniquum est ingenuis hominibus non concedi liberam bonorum administrationem, tñ ille text loquitur ècontra, qñ filius alienauit in fraudem patris.& illud tenuit glo.in l.2.C.si quis in frau.pat. Breuiter Bart. multum dubitauit de hoc in d l. non vsque. & multum se inuoluit. Finaliter tenet, q̃ cùm impubes arrogatus possit reuocare alienata in fraudem legitimæ suæ, multo magis poterit filius legitimus,& naturalis,quãuis èꝙ si filius alienauit in fraudem legitimæ patris, &c.intelligit d.l.non vsque. quã non habeo pro expedita.Sed vide post gl. per Bar. & omnes in d.l.2.si quis in frau.pat.& per Cy.in l.1.in 8.q & ibi Bal. in antepe.col. C.de inof.do.Doct i 1.§.Itẽ si qs in fraudẽ.vbi dixi. Instit.de act. Ponunt Canonistæ in cap.Ray.de test.tñ pro conclu.Bart.facit qd signanter vult Bal.in l.1.in fin.C.si quid in frau.patr. q̃ si pater amisit omnia bona sua in ludo azardi, filij possunt reuocare vsq; ad eorum legitimam. De quo etiam per Bal.in rub.C. de condi.ob tur.cau. & in Auth. ex testamento. in pen. col.16. car.C.de colla.Imo.in l.si quis cum sciret. ff.de vsuc. pro emp. In contrarium tñ aliqualiter facere vĩ cautela tradita ad priuandum filios legitima,quam ponit Bar. post Cyn.in l.hæreditarium.per illum tex.ff.de bo.auct.iu.po. cum concor.q̃ pater alienet omnia bona sua.vt per eum ibi, cum legitima intelliga
24 tur deducto prius ære alieno.¶† No tñ perpetuò, q̃ non sufficeret patrem alienantem confiteri in instrõ pretium recepisse, nisi aliter verè appareat de actuali numeratione. Ita Ioan.de Pla.in §.Item si quis. ad fi. Insti. de inut.stip. Motus per not.in Auth.sed iam necesse.C.de do.ante nup.per Bar.in l.per diuersas.C.man.& illã deci.Io.de Pla sequitur Bart. Veron,in caute.
25 21.¶† Vltra eos ego confirmo: quia confessio patris facta in testamento,in quo confitetur se debitorem alicuius, non habet præiudicare filio, quo ad diminuendam eius legitimam: quia sic aperiretur via malitijs ad fraudandum filios legitima, ſm Bar.in l.cum quis decedens.§. codicillis. in discursu. de leg. 2.& hanc regulam expressè firmat Spec.& Ioan. An.in titu.de confes.§.nunc videndum.versi.sed nunquid patris. d.Anto.de But.in c.quãuis.in 3.col.& ibi Panor.de re iud. Alex.in cõsi.44. qd incipit,habita super eod.in 1.vol.& in consi.78. qd incip.viso,& considerato themate.in eo.vol. Vno tñ casu impubes arrogatus vĩ in ista quarta esse melioris conditionis, quàm legitimus,& naturalis,quam ponit Angel.in l.Papinianus.§.si quis
26 impubes.ad fi.ff.de inof.test.vbi vid:,sed non firmo. ¶† Tertiò principaliter not.in versi.nisi forte.q̃ pater arrogator potest in quarta impuberis arrogati substituere directò, & pupillariter vsque ad tempus pubertatis: Vltra non potest directò,nec per fideic.Ratio diuersitatis est ſm Bar.& Doct.hic: quia substitutio pupillaris dr prouisio ipsius pupilli. Nã cùm pupillus ipse non

ADDITIO.

a † Hæc quæstio tractatur per Cy.& alios in l.1.in fi.C.de adul.quando stante primo statuto,decessit aliquis relicta filia, & filio, qui nulla immixtione facta,mox decessit relicta filia, seu nepte, quæ omnia bona vendicat ex statuto contra amitam,quæ solùm vult habere dimidiam ex iure communi, tanquã cessante statuto. Hic q̃ succedant æqualiter,tenuit Iaco.de Aret. & Vbe. de Bob. Cõtrarium pro nepte tenuit Cy.d.l.1.Sal. autem distinxit. aut per filiũ fuit adita hæreditas patris,& tunc procedat opi. Cya. aut verò nullo modo adiuit,nec se immiscuit,& tunc locus sit opinio.Iacob.de Are. Quanquam idem Ial.in l.emancipata colum.2.C.qui admitti.remittat se ad not.per eum hic,vbi relinquit sub dubio.sed postea in consil.201.lib.2. sequitur opi. Saly. consulendo pro amita.Opi.autem Cy. veriorem dicunt Doct.ad Alex.consi. 20.consi.1.lib.1.ex pluribus ibi alleg.maxime Socy. in l.mulieri.in fin.ff.de cond.& demonst.in consil.153.col.3. lib.2. vbi articulum plenè examinat.& q̃ imò transmittat filius in suum hæredem ius excludendi filiam, magis cõmunem dicit Gabriel.co.opi.lib.6.tit.de statut.conclu.4.nu.28. quam limita, & amplia,vt per eum ibi,cui adde Aym.consi.185.nu.3. MASVER.

non possit per ætatem testari, lex permittit patri, ꝙ possit sibi facere substi.pupil.quæ dicitur testiñ pupilli.l.morib.ff.de vulg. pupil sed fideic.est onus.l.cohæredi.§.cum filiæ.ff. de vulga.& pupil.De quo per glo.latè Cy.& alios in l.ex trib.C.de inoffic. testam. Et si dicas,si pater arrogator intra pubertatem grauet impuberem per fideic.ꝙ restituat istam quartam Titio. quare magis istud fideic.censetur grauamen & onus, quàm si substi-
27 tuit Titium pupillariter? Rñ. ꝙ istud patet ex multis. † Et ex vno maxime: quia substitutio fideicommissaria impedit, ꝙ bona non possunt alienari etiam per tutorem cum pupillo,& decreto iudicis,quin adueniente die fideic. alienata reuocentur.l.fin.& Auth.res quæ.C.communia de leg. Et propter hoc censetur onus.Sed substitutio pup.non impedit,quin pupillus cui facta est substi.pup.possit alienare bona: nec eueniente casu substi.potest substitutus illa reuocare. quia sicut si testator fecisset testiñ, propter suum testamẽtum non impeditur alienare,imò alienando intelligitur reuocare legata nisi ex necessitate.l.fideic.§.si rem.de leg.3.Ita cùm substi.pup.censeatur testamentum pupilli,per id non debet impediri alienare,& substitutus alienata non reuocat.Ita concludunt Ang. & Imo. in l.Marcellus.§.res quæ.ff ad Treb.Bar. & Imo.in l.sed & si cõdi. §.si seruum cõem.ff.de hære instit. Raph.hic in 2.col. ¶Istud limitat sing.Bal.vbi examinat hunc passum, in l.nec ei.in prin.ſ. eo.vt procedat, qñ alienatio fieret per pupillum cum tutore ex iusta causa,tunc excluditur substitutus pupil. à talib.alienationib.Sed si pupillus cum tutore alienaret sine iusta causa, potest eueniente casu substitutionis substitutus reuocare,per l.1. §.sed nonnullos.in versi.aut substitutum.ff.de tut.& rat.dist.Sequitur Lud.Ro.in d.l.Marcellus.§.quidam. & d. Alex.in eadẽ. l.Marcellus.§.res quæ.qđ not.quia magna, & memorabilis limitatio est. ¶Limita tamẽ istum tex.dum vult,ꝙ pater in ista quarta non potest grauare impuberem per fideicom.Intellige verum,qñ grauamen esset nominatim iniunctum in personã impuberis: tunc non valet vt hic.Secus si onus fideic.esset nominatim iniunctum in personam substi.pup. quia licèt pater arrogator non possit fideicommissò grauare impuberem,po-
28 test tñ grauare eius substitutum pupil. ¶†Ista limitatio proba tur optimo simili.Nam licèt pater non possit filium legitimũ, & naturalem in legitima sua onere fideicommissi grauare: qa omne grauamen positum in legitima omnino reijcitur.l.omnimodo.& l.scimus.§.1.C.de inoffi.test.tñ substi. pup.legitimæ filij potest grauare onere fideic.Tex.est sing.in l.si fundum per fideicom.§.fi.& seq.ff.de leg.1.Cyn.Bart.& alij in l.ex trib. C.de inoffi.test.Bar.in l.2.in prin.ff.de vulg.& pup. Bald.in l.cum virum.in 4.col.C.de fideic. Ergo eo.modo erit in quarta impuberis arrogati.& hoc vltimum expressè tenet Bal.hic in 2.opp. qui reputat no.dignum.Et puto,ꝙ ratio diuersitatis in vtroq; sit aperta,quare pater arrogator,& eodem modo pater verus, & naturalis non possit in legitima filiorum iniungere onus fideicom.& tñ tale onus possunt iniungere substitutis pup.Credo, ꝙ ratio colligitur ex regula. Quem non honoro, grauare non possum,ècontra sic.l.ab eo. C.de fideic. cum si. Tunc sic: Qñ pater relinquit legitimam filio,eum non honorat:quia velit, nolit, lex cogit eam relinquere: & sic filius habet legitimã ex prouisione.l.vt hic in fi. Ergo pater nõ potest aliquod onus iniungere. Sed qñ pater substituit aliquem pupillariter pupillo,eum honorat,cùm potuisset substituere alium, quẽ vellet: Ergo cùm substitutum honoret, quia habet cõmodum substi. consequenter potest cum grauare onere fideic. & sic qñ nun-
29 quam haberemus.l.de hoc: tñ ad istud vrget dicta ratio.† Caue tñ,quia alibi totum ècontra deciditur, ꝙ si pater exhæredet filium suum pupillum,ꝙ ab ipso filio exhæredato potest lega ta relinquere: & tñ à substituto filij exhæredati legare non potest.l.cum quidã.C.de leg.l.qui fundum §.qui filios.ff.ad l.Falc. Et istud procedit etiam in milite.l.miles ita.§.si miles.ff.de test. mil.& quæ sit ratio,durum est rñdere. Soleo tangere in d.l.cũ
30 quidam.C.de leg.† No.tñ diligenter, ꝙ qñ substitutio fideicõmissaria iniungitur substituto pupillariter impuberi simpliciter, ꝙ tñ non durat semper, sed solùm durat tanto tempore, quanto pupillaris substi.& non vltra: & sic finitur pubertate: & sic in ea speciale est isto casu.tex. est de hoc solennis. in l.qđ fideicom.ff.de leg.1.& non est alibi in iure,ſm Dy.Bart.& alios
31 ibi,quamuis regulariter substitutio fideic.semper duret. † Aduerte etiam diligenter,ꝙ prædicta procedunt in casu certo, ꝙ si onus fideicom.sit expressè iniunctum impuberi, nihil valet. Si autem eius substituto pupillari,valet.quia in dubio quando onus fideic.est simpliciter iniunctum, etiam si sit dictum post mortem filij,tñ intelligitur iniunctum non filio, sed substituto pupillari,& consequenter valet,ita sing. Bar.in l.qui duos.ad fi. & ibi not.per glo.ff.de vulg.& pupil. & ibi sequuntur Imol. & Pau.& Imol.in l.cohæredi.§.cum filio.cod.tit.vbi reputat hoc not.& in commento.c.Ray.de test.circa fi.trac.vulg.substi.Ful. & Pau.de Cast.in l.eam,quã.C.de fideic.Raph.Cu.in l.1.§.fi.ff. de vulg.& pup.& d.Alex.in d.l.cohæredi. §. cum filiæ. & Alex. in consi.12.in 3.vol.incip.attentis verbis testamenti. in pe.col. Est verum,ꝙ contrarium expressè tenet Bar.(de quo mirandũ est) in d.l.cohæredi.§.cum filiæ.ver.ꝙ si hæredem. per illũ text. quem adhoc dicit tenendum perpetuò menti, vt ibi per eum. Idem Barto.in l.codicillis.in prin. per illum text.ff.de vsufr.leg. Pau.de Cast.in consi.198.qđ incip.in casu præsenti.per text.in
* c.si pater.de test.in 6.Sed tu tene præcedentem opi.*quæ est communior.* & suadetur aperta ratione: quia onus fideic. intelligitur iniunctum ei,cui potest iniungi: vt declarat Bar.in l.Centurio.ff.de vulga.& pupil.ad hoc vt actus magis valeat,quã sit nullus.per regulam.l. Quoties.ff. de reg.iur. & l. Quoties.ff.de reb.dub.& ad §.cum filiæ.respon.ſm Mod.ibi.& Bar.in d.l.qui duos. in fin.ꝙ ibi onus fideic.fuit expressè iniunctum ipsi filio.
32 ¶†Secundò princ.limita prædicta,ꝙ onus fideicõ. non potest expressè iniungi filio impuberi siue naturali, & legitimo, siue arrogato, & si iniungatur est nullum. tñ non inuenio istam limit.vsq; nunc ad hoc ab aliquo consideratam.Nec vnquã cogitaui,nisi nunc.etiam videbitur ibi multum mirabilis,vt procedat,si filius acceptet legitimam suam. Sed si eam non acceptaret,fortè,quia expressè repudiaret, vel quia statim moreretur antequam agnosceret, vt in casu huius.l. quo casu legitima transit ad substitutum,isto casu dico mirabiliter,ꝙ licèt fideicom.fuerit nominatim iniunctum impuberi,& sic nihil valet,tñ,quia legitima trahitur ad substitutum,valet, & substitutus tenetur ad fideicom.licèt sibi non sit iniunctum. Istam limit.probo per text.in simili à me ad hoc nouiter põderatum. in l.cum patronus.ff.de leg.1.vbi grauamen non potest imponi in legitima patroni. & si iniungatur est ipso iure nullum, tñ si patronus non acceprat legitimam, & transiret ad substitutũ vulgarem,quia substitutio vulgaris non est onus,certè substitutus tenetur ad onus fideicom.licèt sibi non esset iniunctum, sed patrono nominatim.& hunc tex.ad hoc multum no. & signat Pau.in vtraque lectu.ibi tam Paduana,quam Bon. & per illum tex.sing.infert limitari iura,quæ dicunt, ꝙ filio legitimo, & naturali non potest in legitima iniungi onus fideic. vt prædixi.Tñ si nominatim iniungatur,& filius non acceptet legitimam,& sic legitima vadat ad substitutum, substitutus tenebitur ad onus fideicom.quia licèt onus fideicommissi non valeret,quo ad personam filij, valet tñ quo ad personam substituti,quia per legitimam mutationem personæ perdit priuilegiũ. Alleg.in arg.l.Paulus respon. (quæ nihil facit.) ff.de acq.hæred. Nec habet obst.ſm eum,ꝙ illud, qđ à prin.non valet, non potest postea ex postfacto validari, quia rñdetur, ꝙ vsque retro fingitur valere,quia fingitur iniunctum ipsi substituto, per d.l. cum patronus.Ergo idem puto posse dici in ista quarta impu-
33 beris arrogati.& istud bene not. ¶†Quartò not.ex text.ibi, nisi fortè ad quartam solam.differentiam inter patrem arrogatorem,& naturalem: quia pater arrogator non potest substituere pupillariter,nisi in sola quarta, quam debet impuberi arrogato: sed pater verus potest substituere in omnib. bonis pupilli.l.sed & si plures.§.ad substitutos. ff.de vulg. & pup.§. non solum.instit.de pup.substi. Ratio est: quia in arrogato alia bona præter quartam debent ad eos pertinere, quib.spectarent si arrogatio non fuisset: ita ꝙ substitutio arrogatoris non potest eis præiudicare.l.nec ei.§.1.ſ.co.ſm Doct.hic. & inter cæteros
34 Alb.in 2.oppo.& Bal.in 9.¶†Quintò not.ibi,quia hoc non iudicio.ꝙ qui facit illud,ad qđ per legem obligatur, non dr conferre beneficium.concord.l.proximè.ff.de ritu nup.l. vnum ex familia.§.si de Falcidia.ff.de leg.2.l.si seruo fideicom. ff. de hær.
a instit.Hinc dicimus,ꝙ in necessitatib.ª nemo liberalis existit.l.rẽ legatam.in fi.ff.de adi.leg.Quemad.ècontra qui exequitur dispositionem iuris,non dr partem grauare.cap. nouit. de appel.
35 ¶†Vlt.vt nihil omittatur, inquantum dixi.ſ. in euidentialibus
* circa dictionem,mox,quid importet: *Quia magis cõiter tenetur,* ꝙ capiatur impropriè,mox,pro postea. Adde, ꝙ istud vult gl. 1.in prin.& vult Bar.in summario. Item inquantum dixi.ſ.in euidentialib.de dictione, quoque, in text. posita. ꝙ implicet. Adde nunc,ꝙ Ful.hic,in 1.no.& etiam super glo.ĵ. in 3.col.dicit,ꝙ dictio,quoque,implicat cautionem, per quam promittit arrogator restituere bona, &c. vt in l.præcedenti.in ista implicatiua includitur,qđ hæredes etiam tenentur ex illa cautione: quia eius effectus transit ad hæredes arrogatoris. ¶Capio glo.1.magnam,quæ diuiditur per Bart.hic in repe. in 12.col.vt videre

A D D I T I O.

a ¶Necessitatib. Adde l.si quis pro vxore.ff.de dona.inter vir.& vxorem.text. cum glo.in l.fi vsufr.de iur.dot. Cardi.Zab.in cap.cognoscentes.in 7.quæst. de constit.

videre potes per eum. Sed tu clarius diuide eam in tres partes princ. In primo loquitur, qñ pater arrogator præmortuus est ante impuberem arrogatum, & nullum dedit substitutũ arrogato in quarta, hoc ideo dixi, vt ista prima pars differat à tertia prin.parte gl.& ita etiam præsupponit Bar. hic in lect.2.col. si bene inspicies.In 2.parte ibi,sed quid si prius gl. format quæstionem ècontra, qñ primò mortuus est filius arrogatus ante patrem arrogatorem. In tertia ibi, sed pone arrogatorem.glo. reuertitur ad 1. q. qñ arrogator præmortuus est, sed dederat substi.pupil.In quarta quomodo tunc succedatur pupillo habenti alium substi.pup.à patre naturali, vel habenti venientes ab intest.Rursus tertia pars princ.subdiuiditur in quinque partes.In prima format quæstionem,sed nihil audet firmare.In secunda format aliam q. In tertia ñ. vtriq; quæstioni vno modo.In quarta respondet vtriq; alio modo.In quinta infert vnũ mirabile.& dicit Bar. hic in 1.col.ver.pen.aliter dicit, ꝙ ex ista illatione gl.colligitur tertia fol.ad dictas.q.Secũda ibi, sed nunqd dicam substitutum.tertia ibi,dicã ergo substitutum.quarta ibi, vel dic,ꝙ hæredes.quinta ibi.& sic ex prædictis. Ex prima
36 parte prin.glo.habes duas conclu.Prima est, † ꝙ si præmoriatur pater arrogator, deinde impubes arrogatus, ꝙ substitutus pupillariter à patre naturali succedit in totum huic pupillo: & ꝙ substitutio pupil.quæ per arrogationem, & sic per mutationem status pupilli fuerat extincta,durat extincta,attento iure ciuili: sed de æquitate prætoria reconualescit, cùm remotũ sit impedimentum pat.po.& impubes tempore mortis suæ re
* periatur sui iuris. *Istam conclu.tenent magis communiter Doct.hic.* Bar.in lect.& in repe.Alb.in 4.col.& Bal. in 9. & pro illa cõclu. vī tex.apertus in §.non tñ.alleg.in gl.Pro eadem parte Bald. & Albe.hic addunt tex.in l.posthumus.ff. de iniust.rup. nec aliter declarant.Tu aduerte,ꝙ principium illius.l.nihil facit.Sed credo,ꝙ velint allegare ver.Idem,& circa.vbi tex.loquitur quando testñ sit irritum: qđ dicitur esse, qñ testator dat se in arrogationem,prout ibi gl.declarat: & ibi dī, ꝙ reconualescit testamentum iure prætorio, sic esset impedimentum arrogatoris, & sint instituti in eo venientes ab intesta. Sed dicet aliquis prouectus.Tex.ibi probat de directo oppositum arguendo à speciali. Ibi enim testñ ruptum per arrogationem ita demum reconualescit de iure prætorio: quia in eo sunt instituti veniẽtes ab intest.quia causa intestati fouet causam testati,cùm omnino illi ab intestato succederent. Sed in q gl.nostræ non dī, ꝙ substituti pupillares essent alias de venientibus ab intest. poterant enim esse extranei: ergo non debet substitutio reconualescere. Vnde oportet præsupponere de duob.alterum: aut ꝙ restringatur quæstio gl.qñ substituti pup.erant de venientibus ab intest.vt d.ver.Idem: aut est necessarium dicere, ꝙ glo.non bene dicit per illum tex.Et hoc modo per illũ tex.in versi.Idẽ. mirabiliter restringitur.§.non tñ.alleg.in glo. Fui multoties dubius in d.ver Idem.Sed inuenio,ꝙ Bald.sing.in l.fin.in 9. col.in versic.tertius casus.C.vnde leg. respon. ad illum versi.Idem &
* circa.ꝙ ideo ibi ad hoc, vt testamentum testatoris arrogãtis * reconualescat de iure ꝓtorio requiritur, ꝙ in eo sint instituti venientes ab intest.qa aliàs non posset recõualescere, nisi interuenisset nouum iudicium,& noua declaratio voluntatis.l. qui liberis.§.testamento.ff.de bon.poss.fm tab. Et oportet,ꝙ illa noua voluntas in epistolis, vel codicillis declaretur corã quinq; testib.vt ibi.Sed qñ in testamẽto irrito per arrogationem sunt instituti venientes ab intest.cessante arrogatione, recõnalescit testñ de iure prætorio, absque alia declaratione, tex.est sin.in d.ver. Idem.per quem sin.limitatur.§. testamento.& multum not.Sed quia quæstio gl.nostræ procedit, non qñ testator fuit arrogatus: & sic non loquitur in maiore, sed in minore, quo ad hoc, vt substi.pupil.extincta per arrog. reconualescat,non requiritur declaratio nouæ voluntatis: quia pupillus non habet velle,nec nolle.l.1.C.de fal.mo fm Docto. Ideo sicut non requiritur declaratio nouæ voluntatis, sic etiam non requiritur,ꝙ sint instituti venientes ab intest.quia alterum ex eis requireretur in testamento maioris. Hoc modo declaro quæstionẽ glo.& alia iura alleg.quæ nullibi inuenies sic enucleata. Tertiò pro hac parte alleg.l.qui soluendo non erat duos.ff. de hæred. insti.sed illa.l.non facit,fm Bar.hic in repe.in 8.col.& Bal.in 9. quia ibi non erat defectus in persona testatoris,nec in substantia testamenti,vt hic.Ideo ibi testñ reconualidatur. Ad idem alleg.l filio præterito.ff.de iniust.rup.& in l.posthu. C.de bono. poss. ℈tab.quæ iura nihil faciunt.Contrariam opi.tenet Mart. Sil.relatam per Barto.& omnes,per tex.in l.Qui liberis.§.testamento.ff.de bon.poss.fm tab Et quia ille.§. testamento. est difficilis. Ideo habes casum clarum figuratum per Ang. in l.fancimus,in bona lect.in vlt.col.C.de test.& vide Io. Fab.in §. non tamen.Insti.quib.mod.test.infir.vbi format multas necessarias quæstiones in casu illius.§.testamento.per Bald.in l.1.in 9. col. C.vnde legi.per Bald. & alios in d.l.fancimus. Imo.in l.1.ff.de his,quæ in test. delen. Et ad illum.§.testamento. respon.vt per Bar.& alios hic.¶Et si tu subtilis dicas,quare in l.posthumus.in princ.testamentum annullatum rẽconualescit de iure prætorio,absque eo ꝙ declaretur de nouo? Dixi rationem, quantũ ad ver.Idem.& circa fin.Nunc quæro rationem, quantum ad principium.l.vbi nõ requiritur,ꝙ testator declaret nouam volun.ad reconualidandum testñ,quando posthumus cuius natiuitate fuit annullatum testamentum, moritur viuo testatore. Puto posse responderi, quamuis tactum non inueniam ab aliquo, ꝙ in §.testamento. testñ fuerit irritatum ex facto voluntario procedente à facto, & mera voluntate testatoris, qui post testamentum declarat se in arrogationem. Ideo cessante arrogatione ad eius confirmationẽ requiritur noua voluntas in confirmando: sicut prius intercessit voluntas in irritando. Sed in d.l.posthumo.in princ.testamentum non fuit irritatum ex facto voluntario testatoris immediatè, sed facto alterius, idest natiuitate posthumi. Ideo sicut ibi voluntas testatoris nõ accessit ad destructionem testamenti: ita non requiritur ad eius confirmationem: & puto ꝙ sit pulchrum, & subtile. Istã opi.Mar.Sil.℈ communem tenet Fulg.hic in 2.& 1.col. quinq; medijs; sed prętermissis quatuor tanquam leuib. adducit in medium fortem tex.in l.causa cognita.ff.de vulg & pupil. Respon.ꝙ ibi impubes fuerat præmortuus ante arrogatorem: & sic cùm tempore mortis impuberis duraret adhuc impedimentũ patr. po.& sic subst.pup.reconualescere non potuit, vt dicit tex.expresse in dict.§.non tamen. Ideo in casu necessario prouidetur substituto remedio cautionis: tenent Doct in seq. q.glos.& sic erit ibi tex.pro seq.q. Non omitto tamen,ꝙ Ray. Bal.& Alex.in d.l.causa cognita.intelligunt istum tex. dum loquitur de actionib. vtilib.ſ. hæreditarijs, non ex cautione, vel stip.Sed credo, ꝙ malè respondent.Primò propter æquiparationem,quam ibi facit tex. Secundo,quia qñ impubes arrogatus moritur viuo adhuc arrogatore, substitutio non reconualescit,nec ex ea agi potest nec directo,nec aliter,vt tenent Doc. in seq.parte gl. Quare non recedas à sententia gl.& Doct.hic: Pro qua,vltra supradicta,adde duo bona fundamenta,quę ponit Alb. hic in 4.col. Tñ contra communem sententiam duo me turbant,inquantum glo. Bar.& Doct.hic intelligunt.§.non tamen.ꝙ loquitur in minore arrogato. & propterea ibi nõ requiritur declaratio nouæ voluntatis, vt requiritur in d.§.testamento.In hoc non quiescit animus.Primò,quia restringitur multum.§.non tamen.sed fortius dico, ꝙ loquitur in maiore, vt probat ibi tex. in ver.testator.vbi præsupponit, ꝙ erat ipse, qui fecit testamentum, & dedit se in arrogationem: ergo non minor. Et propterea gl.dicit ibi, ꝙ requiritur declaratio nouæ voluntatis, per d.§.testamento.& sic cũ ille tex.non faciat pro conclu.gl.& Doct.ergo ista conclusio nullibi probabitur iure. Secundo aliud me turbat, qđ dicam nunc in 2.conclus.huius glo.Non omitto etiam, ꝙ posset dubitari: quare in ista glo.in d.§.non tamen.& in d.§.testamento. media tempora noceant, quib.testamentum rumpitur de iure ciuili.& iure prætorio reconualidatur: cùm tamen alibi tradatur regula, ꝙ media tempora non nocent de iure ciuili.sed sufficit fuisse habilem tempore testamẽti,& tempore mortis.l. sed si in condi.§. solemus, & in l.alienum.§.in extraneis.ff.de hęred.instit.& §.in extraneis. Instit.de hær.qua.& differ? Respon.ꝙ nos loquimur,qñ defectus cadit in persona testatoris, & consequenter in causa efficienti: quia cùm maior sit defectus in eo, etiam media tempora nocent. sed leges ℈riæ loquuntur, qñ adest defectus in persona hæredum.Et pro isto respon.pondero.l. qui soluendo non erat duos Appollonios ff.de hær.inst.declarando, vt declarat Bar.hic in repe.in 8.col.& Bal.in 9.& supra retuli. Et sic ha-
37 bes plenè discussam primam conclus. ¶†Secunda conclusio est,ꝙ substitutus pup.cuius substitutio erat extincta per arrogationem impuberis, & reconualescit de iure prætorio: per consequens sequitur,& infertur, ꝙ iste substitutus non succedit de iure ciuili: quia eo iure substitutio durat extincta: sed solùm succedit de iure prætorio per bono.poss. hære.pe. *Cum*
* *ista conclu.glo.communiter transeunt Bart.* antiqui, & noui, excepto Mar.Sil.& Ful.quib.videtur absurdum,ꝙ possit competere bono.poss.hære.pe.Quæ non datur contra tit. possidentem regulariter.sed pe.hær.Et rationem assignat Bar. in l. hæreditatem.C.eo. Sed tu dic, ꝙ hæredes arrogatoris non possidebant tit.bona pupilli,sed pro hærede, vel possessore. tñ magis vrget tex.qui dicit hęredes arrogatoris teneri ad restituẽdum bona; & sic esse obligatos: tunc si petitio hæreditatis, & bono. poss. hær.pe.sunt actiones reales.l.sed & si.l.§.petitio.& ibi not. Bart. ff.de

ADDITIO.

* Arrogati legendum videtur.

ff.de pet.hered.l.sinautem.§. sed & is.ff.de rei vend. & declarauí plenè in rub.ff.si cer.pet. Quomodo ergo realis potest competere, vbi est obligatio.§. 1. Insti.de act? In hoc multum dubito.Item ex quo hæredes arrogatoris tenentur restituere hæc bona: ergo apparet, q̃ dominiũ bonor.impuberis, quod erat translatum in arrogatorem. Insti.de acqui.per arrog. in princ. fuerit etiam trãslatum in hæredes mediante eorum aditione. ergo impossibile est, q̃ possint conueniri bon.possi.hær.pe.quæ non competit contra dñm: sed contra eum, qui habet nudã possi.sine iure.l.pro hærede.ff.de pet.hær. & iur.præalleg. In hoc etiam multum dubito, nisi diceres (sed non placet) q̃ l.ista sic disponit fauore pupilli. Tertiò dubito in alio, qõ non reperio alicubi declaratum. Nam præsupponunt glo.& communiter Doct.q̃ ex ista substi.pup.semel extincta, & postea reconualidata de iure prætorio, q̃ possit agi, & competat bon.possi.hær. pet.Istud vr̃ in tetminis contra d.l.qui liberis.§.testamento. vbi qñ testamentum irritatur per arrogationem, & postea de iure prætorio reconualescit: quia cessat arrogatio; certè ex eo nõ potest agi,sed solùm competit exceptio,si scriptus hæres reperiatur possidere, vt probat text.ibi, non de virib.testamenti. & ita ibi declarant glo.Ray.& Bart.Idem tenent Bar.Sal. & Alex. in d.l.sancimus.C.de test.sed ad hoc respon. ex medulla Bart.& Doct.hic,q̃ tex.in §.testamento.loquitur in maiore, nos in minore: & puto, q̃ ratio diuersitatis sit ista: quamuis nemo declaret, (puto,q̃ sit pulchrum, & subtile.) Nam in testamento maioris semel irritato per arrogationem ad hoc, vt reconualescat,requiritur noua declaratio nouæ voluntatis, vt ibi dicit tex.sed illa noua voluntas, quia non fit ita solenniter, vt in testamento requiritur: ideo non est sufficiens facere, q̃ ex illo testamento possit agi,sed exceptionem inducit.Nam ad hoc,vt possit agi,requireretur,q̃ de nouo fieret testñ. Sed in casu nostro in minore substitutio non reconualescit propter nouam voluntatem: sed ex dispositione. l. quæ potest facere, q̃ ex ea agi possit.Posset etiam probabiliter dici, q̃ in d.§.testamento. in primo casu ex testamento per nouam voluntatẽ reconualidato agi potest,non in secundo casu,qñ testator solum incidit fin testamentum, vt primum valeret: tunc ex primo agi non potest: quia ibi non interuenit declaratio nouæ voluntatis coram.v.testib.sicut in primo: tunc verum est, q̃ primum testamentum est efficax solùm ad dandum excep. non actionem. Et ita in terminis in d.§.testamento, inuenio,ad literam tenere Ang.in l.sancimus.in bona lec.in viti.col. C.de test. Non pono tñ istud vltimum pro constanti,quia gl.& Doct.communiter oppositum tenent.& refragatur æquiparatio quam facit text.
38 in d.§.testamento. in ver.non secus. ¶ †In secunda parte gl.ibi, sed quid si prius decessisset: ex qua habes, q̃ qñ impubes arrogatus mortuus est vivo arrogatore, q̃ tunc substitutio pupil. extincta non reconualescit. & propterea substitutus admittitur ex stipulatione expressa,vel tacita. *Istam concln.tenent communiter Doct.* & antiqui & Mod. & Ful.hic: quia cùm substitutio pupillaris sit extincta propter arrogationem, & adhuc duret impedimentum, reconualescere non potest. Item nec ab intest.aliqui venire possunt: quia fin hæc iura filiusfa.non habebat hæredem, cùm pater omnia iure peculij occuparet.l. 2. ff.de castr.pec.Ideo necesse est agi stipulatione,vt in glo. Hanc opin.reprobat solus Bart.hic in repe.in 9.col. per duo aut tria fundamenta leuia.& respon.ad opposita. Ego alias publicè disputaui hunc articulum,& tenui contra gl.& cõem sententiã, & ita solebam legendo alias tenere, q̃ imo substi.pupillaris reconualescat etiam isto casu,quoad viueret pater arrogãs. Mouetur Bar.quia arrogatio nemini debet esse damnosa l. nec ei. §.eorum.cum si.s.eod. Sed si diceremus substitutionem pupil. extinctam non reconualidari, arrogatio esset substitutis damnosa: quia dato, q̃ possent ex stipulatione agere, vt dicunt gl. & Doct.Certè per istam non esset sufficienter prouisum. Nam pone,q̃ bona impuberis reperirentur penes tertium possessorem,certè ex stipulatione, quæ est actio merè personalis, non potest agi contra tertios possessores.l.fi.in prin.ff.de contrahen. emp.sicut potest agi ex substitutione.Item pone, q̃ arrogator restituisset in vita bona huic impuberi: certè per restitutionẽ esset extincta oblig.ex stipu.q̃a solutione eius,qđ debetur,&c. Insti.quib.mo.tol.oblig.in prin.vnde tũc substituti nõ possunt ex stipulatione agere. Tertio adducebam fortem tex.in l.pater instituto.§.fi.ff.de cap.vbi substi.pup. fuit extincta per captiuitatem.i.per seruitutem impuberis.l. si quis filio exhæredato.§. irritum.ff.de iniust.rup.Pone,q̃ tempore mortis pupilli adhuc duret impedimentum,& sic seruitus; certè non obst.impedimento adhuc reconualescit substitutio pup.de æquitate prætoria. Idem in casu nostro: nec ibi habet locum fictio.l. Cotneliæ,vt ibi tex.Et licèt in contrarium fortiter vrgeat text.in l lex Cornelia.§ si pater.ff.de vulg.& pup.Respondeo, & concor,

* vt ibi per glos.& Doct.Sed quicquid aliàs tenuerim, *nunc teneo communem sententiam*,per tex.in l.causa cognita.ff.de vulg.& pupil.vt dixi in prece.parte glo.Et ad alleg.in oppositum respõd. & primo,qñ bona essent penes tertium. Nam si culpa arrogatoris,teneretur perinde ac si possideret, arg.l. is qui dolo. cum si.ff.de rei vend. aliàs ageretur contra partem arrogatorem:& ipse pater in quem erat translatum dominium per tit. Insti.de acqui.per arrogationem,in princ.& l.qui liberis.§. testamento. ff.de bono.poss.fm tab.ageret contra tertium poss. Considera tamen plenius in hoc.Ad secundum, qñ arrogator restituisset bona in vita,& dicebatur, q̃ obligatio ex stipulatione esset extincta. Respon.negando, cùm restitutio esset facta ante tempus,arg.l.cum pater.§.à filio.ff.de leg.2. Non obst.l.pater instituto.§.fin.quia respon.q̃ ibi ideo reconualescit substit.pup. durante adhuc impedimento propter mentem fictionis.l. Corn. propter quam prætor ita sustinet,ac si lex Cor.loqueretur isto casu,quia aliud remedium ibi competere non poterat, prout hic,vbi prouidetur per stipulationem. ¶ In vlt.parte gl.ibi,sed pone arrogatorem.possunt fieri duo articuli, vt facit Bar.hic, sed simul expediam,sequendo ordinem Bar. & magis cõmunem.In hac difficultate sunt.4.prin.sententiæ,duæ in gl. & duę extra glo.Pro prima opin.vltrà fundamentum Bar.bene facit tex.in l.1.§.1. iuncta glo.no.C.de secund.nup.& tex.in l.cogi.§. hi qui solidum.ff.ad Treb.quæ iura ad hoc alleg. Bar.hic in repe.in 10.col.Istam primam opin.tenet Fulg.hic, sed nihil egregium adducit,qđ dignum relatu videatur.Istam opi.reprehẽdunt Alb.Bar.Bal. & communiter alij per arg. à sufficienti partium enumeratione.¶ Vltra Doct.stringe fortius arg.quia si verum esset,q̃ substitutus in quarta tenetur iure fideicom.ad restitu.(qđ tñ stare non potest propter fundamentum Doc.) ego habeo,q̃ in fideicommissaria substitutione etiam expressa nõ veniunt nisi bona patris substituentis, nõ impuberis: quia per fideicom.succeditur patri non in bonis impuberis, in l.cohæredi.§.cùm filiæ.ff.de vulg.& pup. Quomodo ergo p̃ fideicõmissarie substitutionẽ (dato, q̃ esset) teneretur substitutus ab arrogatore restituere alia bona pupilli? Certè nullo modo: & illud stringit pro communi sententia contra gl. Adde tria alia fundamenta,quæ adducit Bal.hic in 8.col. Secunda opi. gl.ibi, vel dic, q̃ hęredes arrogatoris.reprobatur per omnes: & obstant fundamenta,quib.prędcedens opi.subuertitur. Tertia est opi.& extra gl.Iaco.de Are.quam tenent Iaco. But. & Iaco.de Bel.& est de directo contraria primæ opi.gl.pro qua opin. Bar. adducit duo fundamenta: sed puto,q̃ vtrunque sit falsum.Et primum est,q̃ substitutus in quarta à patre arrogatore censeatur loco legatarij, cũ adsit hæres vniuersalis.f. substitutus à patre naturali, qui succedit in bonis pupilli, per regulam.l.quoties.C.de hęr.inst.& l.1.§.si hęres.ff.eo. Nam regula illarum legum procedit, qñ ex eodem testamento succedit: sed cũ hic succedatur ex diuersis, quilibet censetur loco hęredis, non legatarij. Ita dicit ipsemet Bar.in repe.in 10.col. Alber.de Ros.& Fulg.hic.Prętera regula legum aliàs procedit, qñ quis est instítutus in certa re, dato cohęrede vniuersali, sed hic est institutus in quota: quamuis non propriè dicatur quota hæreditatis,per no.per gl.in l.cũ à matre.C.de rei vend. Item fin fundamentum Bart.q̃ directa pup.debet cõuerti in fideicommissariam per regulam.l ex facto.in princ.ff. ad Treb. cum fin.procederet in casu,quando testator potuisset per fideicommissariam substi.sed in casu nostro arrogator si vellet expressè non posset in persona impuberis substituere per fideicom.vt hic in tex.ergo minus directa poterit in fideicom. resolui. Secundo, & fortius dato, q̃ istud fundamentum esset verum, non probaret,q̃ magis debeat obligare subst.pup.facta ab arrogatore, quàm à patre naturali: quia secundum istud fundamentum pupil.substit. facta à patre naturali potest resolui in fideicommissariam.Quarta est op.Pe. & Cyn. *& hæc vera & magis com-*
39 *muniter approbata*, †quod quilibet substitutus admittatur, vel venientes ab intestato simul cum substitutis ab arrogatore: quia dato vno inconuenienti plura sequuntur,vt hic per Doc. licèt aliàs dicamus, q̃ allegare inconueniens non est soluere. Pro hac sententia facit tex.l.si certarum.§. 1.ff. de test.mili.& l. 1.& 2.C.de testamen.milit. Ad idem facit.l.humanitatis. C.de impu.Istam opi.tenet Bar.in lec. & etiam in rep.in 10.col. Alb.
40 Bald.& communiter alij. ¶ †Inducit Bar. in 1.col.decis.no.ad quęstionem,quando diuersæ consuetudines,& solennitates in testando reperirentur in duobus locis,vt hic per eum,& testator in ambobus locis bona habeat: In quo pondera, q̃ licèt Bar.arguat videri (retenta opin.Pet. communiter approbata) q̃ institutus in testamento condito Florentiæ secundum consuetudinem in Florentia debeat habere bona sita Florentiæ: sed venientes ab intest.debeant habere bona existẽtia Perusij, secundum cuius loci consuetudinem testamentum non valeret:

ſeret: & ſic diuerſitas patriarum iſtud abſurdum inducat,ſicut hic diuerſitas parentum : Sed tamen Bart. hic non firmat : ſed dic de hoc melius, vt per Cyn.in l.1.C.de Sum.trin. Etiam facit Bar.in rep.in 11.col.& proprerea verè eſt contrarius his,quę tenuit in illa.l.1.C.de ſum.trin. Tñ primam opi.prox. relatam firmat Bald.hic in 2.lotis.in 9.& 10.col. & ita in diſcurſu videtur tenere Fulg.hic. Breuiter tene contrarium, q̃ imo inſtitutus in teſtamento condito ſm ſolennitatē conſuetudinis Floren.ſuccedit in omnib.bonis vbicunque ſitis, & Peruſij,& alibi : vt firmat Bar.per aliqua fundamenta in l.1.in 7.q.prin. quā ponit in 11.col.de ſum.trin.cum multis alijs fundamentis,quę ibi addidit, ad quæ me remitto. De quo puncto vide etiam per Spe.in tit.de inſtr.edi.§.compendiosè. ver.quid de conſue. & ibi Ioan.And.in addi.incip.Cyn.Bald.in l.ſi. C.de teſt. Imo.in l.3.ff.eo.& Can.in c.propoſuiſti,de prob. Per.de Anch.in conſi. 152.Pro iſta ſententia vltra fundamenta facta in d.l.1.addo bene facere illud,qđ decidit Bart. in l.1.ad fi.ff.de offi.proconſ.per l.2.quam legit cū.1.Idem Bar.in l.nec ei.§.eorum. circa fi.ſ.eo. & in d.l.1.in 7.q.prin.in quibus locis tenet, q̃ ſi quis creatus ſit notarius in ciuitate ſecundum priuatam cōſuetudinem illius ciuitatis,certè inſtrumenta per eum facta vbique locorum ex
41 tra illam ciuitatem effectum obtinebunt. † Confirmo, per illud,qđ videtur velle Bart.in l.exemplo.in 2.col.C.de proba.de conſue.diſponente,q̃ priuata ſchedula fidem faciat. Illud obtinebit etiam alibi extra illam ciuitatem. Quod ſi eſt verum, eſt multum ſing.& adde Bal.in rub. C.de fid.inſtr. in pe.vel vlt. col.Comprobo per illud,qđ ſin.& in terminis tenet Io. And.in addi.Spe.in tit.de inſtr.edi.§.compendiosè.in addi.mag. poſita ſuper ver.priuatorū.ad fi.vbi dicit, q̃ ſi conſuetudo diſponat, q̃ priu.ſcripturę detur plena fides pro exhibente,iſtud obtinebit,etiam ſi alibi iudicium agatur, & ſchedula producatur.per tex.in l.1.de eman.li.quæ nihil facit, & per c.cum dilectus. de conſue.Et inuenio,q̃ idem expteſsè tenet d.Anto. de But.licèt Ioan.And.non alleget in c.2.in 3.col.de fid.inſtr.No.perpetuò, quia mihi ſemper viſa eſt dura, & mirabilis deciſio: nec inuenio contradicentem. Confirmo per id, quod dicit Bald.in l.ſi non ſpeciali. C.de teſt.in 2.col.ver.Item vero in hac.l. &c. vbi formaliter dicit, q̃ ſcriptura facta in vno loco ſm priuilegiū illius loci, tamen vbique idem priuilegium tenet,& vbiq; pro
42 bat.¶†Secundò prin. Bal.hic, in 10.col.inducit.ſ. dicta ad aliā ſolennem quæſtionem, in qua dicit ſe pridie conſuluiſſe in ciuitate Regij.Adeſt ſtatutum prohibitorium,diſponens, q̃ maritus non poteſt in teſtamento relinquere vxori ſuæ : ſed in ciuitate Bononiæ ſeruatur ius commune,q̃ maritus ita poſſit relinquere vxori,ſicut alij. Pone, quidam ciuis Regius origine effectus eſt poſtea ciuis Bonon.in vtraque ciuitate habebat bona : Exiſtens Bononiæ, vbi domicilium contraxerat, condidit teſtm̃,in quo bona reliqnit uxori; quæritur quid iuris.Concludit Bal.q̃ fiet ſeparatio bonor.ar.l.1.ff.de ſepar. & vxor habebit ſolùm bona exiſtentia Bonon.bona autem Regij venientes ab inteſt. obtinebunt, & hoc propter diuerſam conſuetudinem diuerſarum patriarum,cū iſte diuerſas patrias ſit ſortitus:ſicut hic diuerſitas parētum idem inducit. Et quia iſte teſtator quo ad bona Regij cenſetur Regius ciuis : ſed quo ad bona Bono. cenſetur Bononienſis.Ita reſidet ſin.Bal.hic. Alij nihil tangunt.
43 † Habeo iſtā q.pro valde difficili, & dubia,& in ſim.terminis habui aliquando conſulere, & fui multoties valde ambiguus. In qua prin.eſt videndum, nunquid attēdi debet domicilium originis,an incolatus.Et quia materia eſt frequēs,& vtilis: Ideo accuratius attingam.Addo in primis,q̃ idem,quod Bal.hic.(& credo,q̃ fuerit idem caſus) tenet expreſsè Saly. licèt non meminerit de deciſ.Bal.hic,in l.1.in 8.col.C.de ſum.trin.vbi tenet, q̃ ſi ſtatutum originis diſponit, q̃ maritus non poſſit in teſtamento relinquere vxori, iſtud ſtatutum, cùm ſit prohibitoriū ratione publicæ vtilitatis, ne mariti mutuo amore ab vxore ſpolientur.l.1.ff.de do.inter vir. & vxo. ligabit maritum etiam extra locum illum teſtantem,vt ibi ſignanter determinat Bar. cum concord.ibi datis, quia non examino : tñ tenet Saly.q̃ ſi maritus tranſtuliſſet domicilium ad alium locum,in quo non eſſet ſimilis prohibitio : certè putat, q̃ de bonis ibi exiſtentib. poſſit vxori relinquere : quia illa bona non ſunt affecta prohibitione alterius ſtatuti,vel conſuetudinis. & quia perſona mariti in iſto ſecundo loco domicilij noui non eſt prohibita, & refert ſe ita pridie conſuluiſſe in quæſt. vertente inter vxo. & hęredes. d. Barrolini de Regio, qui erat effectus Bonon. ciuis,& ibi domicilium contraxerat, & idem multa bona habebat Regij.& dicit, q̃ illud conſilium inter alios Docto.ſubſcribentes approbauerunt Richard.de Sal. & Ioan. de Lig. & aliud non dicit,& ſic conſidera,q̃ eſt idem caſus cum caſu po
44 ſito per Bald.hic. † Addo pro hac ſententia bene facere,quod pulchrè decidit idem Sal.in d.l.1. de ſum.trinit. in 3.col.in ver.

Item quæro ſi in ciuitate originis mulieris ſit conſuetudo, &c. vbi ſing.cōcludit,q̃ licèt in lucro dotis,quod prę̃mortua vxore ſine liberis marito communiter per ſtatuta defertur, ſed diuerſimodè,attendi debeat ſtatutum, vel conſuetudo loci, vbi
a maritus ' domicilium habet : ad quod vxor ſe transfert, & nō ſtatutum loci vxo.l.exigere dotem. vbi Bar.& alij. ſ. de iudi.& Barto.in d.l.1.de ſum.trinit.& alibi ſæpe, vt plenè dixi in d.l.1. Tamen ſi maritus mutaſſet domicilium originis, & in alia ciuitate nouum domicilium contraxiſſet: & in iſto ſecundo domicilio vxor eſſet mortua,tunc vult Sal.q̃ attendatur in lucro dotis ſtatutum,ſiue conſuetudo iſtius noui domicilij,non originis.Iſtud idē inuenio latè tenere Alex.de Imo.in cōſi. 101.in 3.vol.incip.ex inſpect. dictorū ſtatutū.vbi in caſu dotis lucrandæ ſibi occurrenti pulchrè conſiderauit omnes Docto. communiter concordare,q̃ attendi debet domicilium mariti,non vxoris,per d.l exigere.cum multis concord. Sed punctus eſt,
* de quo domicilio intelligatur.d.l.exigere. *Et dicta communis ſententia Docto.* an debeat intelligi de domicilio originis mariti,qđ durabat tempore quo duxit vxorem, & tempore contracti matrimonij : an verò intelligatur de domicilio incolatus,poſtea contracto per maritum, in quo vxor eſt mortua, arguit ad partes.Tandem tenet opi. Sal. q̃ attendatur nouum domi-
b cilium habitationis, ᵇ vt ibi per eū. Contrariū in d.l.1.decidit Sal.ibi,& conſequenter etiam Bal.hic.tenuit conſulendo Lud. Rom.in conſi.39.quod incip.in propoſita q.no. & excelſi viri, &c.circa fin.vbi refert formaliter deciſ. Sal.& eam impugnat, ſed non facit mentionem de Bald. hic.Inter cætera mouetur: quia quando ſtatutum originis contrariatur ſtatuto domicilij,vt in caſu noſtro, ſemper attendi debet ſtatutum originis, & prę̃fertur ſtatuto loci domicilij. text. eſt not. in l.libertus. §. prę̃ſcrip.verſi.cum ſimul.ff.ad mun. Et q̃ attendi debet ſtatutum originis,& non domicilij refert Lud. ita tenere Alb. in d. l.1.C.de ſum.trin.per tex.not.in ſimili in l.nulli. C. de Epiſco.& cler.in 2.deciſ.Sal.approbata per d.Alex.in conſi.de quo.ſ. Adde,q̃ contrarium expreſsè tenet d.Anto.de Butr.in c.1.ad fi.& ibidem Abb.Pan.de ſpon.per tex.in l.ſi vxor. iuncta gl. ſecundum vnum intel.illius gl.ff.de iud.& licèt d. Alex. in conſi.præalleg.conetur oſtendere,q̃ in caſu per eum tacto ſdeciſ.d.Ant. & Pan.non contrarietur deciſ. Sal.in d.l.1. tamen illa vlt. con-
c ſideratio mihi non ſatisfacit. ᶜ Quid tenendum ? Pro opi. Lu.ᵈ
d confirmanda facit illud eius fundamentum : quia quando in vna perſona concurrunt contraria ſtatuta ſcilicet ſtatutum
* originis, & non * domicilij, ſemper præfertur ſtatutum originis tanquam dignius,& vltra alleg. per eum habes glo.not.in l.1.in gl.C.de mun.& origi.lib.10.& glo.in l.ciues. C.de inco.co. lib. Et iſtud confirmatur : quia domicilium originis non perditur,nec vnquam deſinit: licèt quis nouum domicilium incolatus ſortiatur.l.aſſumptio.in prin.ff.ad mun.l.1.& l.origine. C.de mun.& origi.lib.10.Facit bene tex.in l.1.ff.de Sena. Facit optimè,qđ dicit no.Bar.in l.ſi.§.Item reſcripſerunt mulierem. ff.ad mun. cū concor.vbi tenet, q̃ mulier nupta extra locum originis ſuæ: non tamen deſinit eſſe ciuis originalis,quo ad cō
e moda, & honores.quod not. ad multa. ᵉ † Ad idem adduco:
45 quia quando in vna perſona concurrunt cauſa naturalis, & accidentalis, ſemper attenditur naturalis, & originalis : & illa prę̃fertur.l.qui habet.in prin.ff.de tut. iuncta doctrina Bart. ibi poſt Dyn.qui dicit, q̃ quando cauſa naturalis, & accidentalis concurrunt,& non repugnant ad inuicem : ſed repugnant effectus,vt hic, attenditur cauſa naturalis, & originalis. Et pro hoc optimè facit,quod decidit Bart.in l.fin.per illum text.ff.de offi.procon.vbi ſecundum eum erat cōſuetudo in eccleſia. S. Laurentij,q̃ Archipresbyter haberet omnes oblationes factas in die

ADDITIONES.

a ¶Adde. ſecundum communem, q̃ quando agitur de lucranda dote per maritum,attenditur ſtatutum domicilij ipſius viri,& non ius commune,nec ſtatutum domicilij vxoris.ita no.Curt.Iun.conſi.120.num.6.& communem dicit.Rol.de dote q.13.nu.3.ſequitur Villal.inter.commu.opi.lib.4.ver. Domicilij.Quam amplia & limita, vt per eum ibi. MASVER.

b ¶Sequitur,& communem dicit Rol.de dote.q.22.nu.15.& ſeq.& ſic ſecundū domicilium habitationis,& non originis viri iudicandum foret.

c ¶Satisfacit.Adde,quòd omnia ferè hæc fundamenta repetit Iaſ. in l.1. colum. 5.de ſum.trinit.

d ¶Opin. Rom.ſequitur Alb. in l.cunctos populos. C. de ſumma trinit.vbi Iaſ. 1.lectu.ante.num.27.Barba.conſi.4.ad fin.lib.2.Socin. conſi. 254. in fi. conſ. 292.lib.2.Hippol.in l.fin.num. 64. ff.de iur. omn. iudic.licèt dictum Alber. multi impugnent,pro quo videri poſſunt Socin.conſi.288.libr.2. Iaſ. hic nu. 42.& ſeq.Campeg.de dote.quæſt.69.Tiraquel. de iur.primig. quæſt.46. Rol. de dote.q.22. MASVER.

e ¶Ad multa.Adde,q̃ hoc repetit plenè in l.ſi eadem.ad fin.infra de offi. aſſeſſor. PVRPV.

* Et d.m.c.lij legendum videtur.

in die dominico. Sacrista autē debeat habere eas, quæ fiebant in festo S. Laurentij: si contingat festum S. Laurentij venire in die dominico, Archipresbyter debebit oblationes habere: quia
46 debet attendi causa naturalis non accidentalis. † Tertiò contra decis. Bal. & Sal. adduco aliud fundamentum. Nam cū duo concurrunt, quorum vnum prodest, aliud nocet, semper attēditur id qđ nocet, & non illud qđ prodest. l. 7. §. fin. & ibi glo. & Bar. ff. ad Sylla. l. 2. §. si à pupillo. ff. de vsuc. pro emp. l. cū pater. §. Mæuio. in fi. de lega. 2. Ergo hic debebit attendi consuetudo
47 originis, quæ nocet, & prohibet maritum legare vxori. † Ad idem contra Bal. & Sal. moueor. Nam cū reperiuntur duæ regulę, vna permissiua, alia prohibitiua semper attēdi debet prohibitiua. Ita no. Bar. in l. 1. in prin. post Dyn. & Iaco. de Are. ff. de suspe. tu. per illum tex. quem inducit. Nam reperitur regula permissiua, ꝙ quilibet potest accusare tutorem de suspecto. l. 1. §. cōsequens. ff. de susp. tu. Item reperitur regula prohibitiua, ꝙ libertus non potest accusare patronum. l. qui accus. ff. de accus. Nunquid patronum suspectum tutorem libertus potest accusare suspectum? Bar. dicit, ꝙ non: quia regula prohibitiua attendi debet. Tū mihi videtur, ꝙ ille tex. non probet, sed ex alio: quia generi per speciem derogatur. in l. in toto ff. de re. iu. & quia regula prohibitiua est magis specialis; tū pro illa regula facit tex. in l. si Rufinus. & ibi Bar. & Moder. in 1. not. C. de test. mil. & tex. in l. 1. §. editiones. qđ no. Bal. post Ray. ff. de eden. ergo cum in proposito nostro reperiantur duę consuetudines
a contrariæ, * vna prohibitiua, alia permissiua: ergo attendi de-
* bet prohibitiua; & sic non originalis. * Ita sunt, quæ possent
48 contra Bal. & Sal. adduci circa fundamenta Lud. † Sed istis nō obst. teneo doctri. Bal. & Sal. & ita semper tenui, & consului. & ad hoc multum me mouet; quia vbi reperitur locus origi-
b nis, [b] & domicilij, semper haberi debet respectus ad locum domicilij, & non originis. Ita est gl. not. in c. statutum. §. cum verò vnam dictam. de rescrip. in 6. Inn. & Can. in c. fi. de fo. comp. & ibi do. Ant. de But. circa medium. & Imo. ad fi. & illam glo. pro no. alleg. Bal. in rub. C. si à non compe. iudi. De quo etiā tangit d. Fran. de Are. in consi. 77. incip. & ratio scribendi, &c. Nec ob. tex. not. in d. l. libertus. §. præscriptio. ad muni. vbi expressè dī, ꝙ prefertur locus originis; quia respon. vt no. Bar. (& nunquam obliuiscaris) in l. 1. C. de mu. & ori. lib. 10. ꝙ ratio in qua fundatur. d. §. prescriptio. est; quia obligatio ad munera personalia subeunda fuit prius contracta apud locum originis; meritò locus originis debet præferri loco domicilij postea quæsiti, per regulam l. in operis. ff. loca. quæ ratio cessat in casu nostro, vbi non tractatur de obligatione munerum personalium. Et per hoc cessant obiecta Lud. Non obst. aliud, ꝙ cū duæ causæ cōmunes concurrunt, quarum vna prodest, alia nocet, attēdi debet causa, quæ nocet, quia possem dicere: quia imò debet attendi cā, quę prodest, per tex. in l. vir vxori. ff. de vsucap. pro do. & l. non intelligitur. §. si quis palàm. ff. de iur. fisc. sed quia est via brocardica, remitto ad Bar. in l. 3. §. fi. ff. ad Sylla. & in d. l. vir vxori. Vel aliter, & no. respon. prę suppositio, ꝙ vera sit regula, ꝙ attendi debeat causa, quæ nocet, & nō quæ prodest, dico, ꝙ est verum, nisi causa, quæ prodest reduceret nos ad ius com-
* mune: quia tunc debet attendi, quæ nocet reducens * ad ius
49 commune, vt in casu nostro. Ittam sol. † probo ex eo, qđ sing. decidit Bal. in l. si quis decurio. ad fi. C. de fal. vbi quærit. Pone, est statutum, ꝙ contra Doct. non pōt inquiri; deinde est aliud statutum, ꝙ contra militē potest inquiri. Pone, quis existens doctor, & miles commisit delictum, an poterit p̄ eum inquiri? Et concludit, ꝙ in causa indifferenti debet attendi statutum, qđ reducit ad ius commune. Et illam decisio. Bal. sequitur Pet. de Anch. in cōmento. c. canonum statuta. de consti. in ver. ecce alia quæstio de statuto quo cauetur, ꝙ cōtra aduocatum, &c. Item pro opi. Bal. ꝙ debet fieri diuisio, & separatio patrimo-
50 nij fm consuetudinem illius loci, in quo reperiūtur bona, † Facit, qđ in simili no. Guil. de Cun. & Alb. Bal. & Ful. in d. l. fi. ff. de offi. procon. & Cyn. & Imo. in l. qui solidum. §. 1. ff. de lega. 2. & Cy. & Bal. in l. 3. §. qđ autem. ff. de tut. & Cy. in l. fi. ad fi. C. de ferijs. In quibus locis tenent, & melius contra decis. Bar. in d. l. fin. p̄. relatam, stante cōsuetudine, de qua. p̄. ꝙ Archipresbyter debet habere oblationes, quæ fiunt die dominico, Sacrista, quæ fiunt in festo S. Laurentij. Si contingat festū S. Laurentij euenire in die dominico: quamuis Bar. teneat, ꝙ Archipresbytero spectabunt oblationes: tamen omnes Doct. p̄. alleg. dicunt, imò debet fieri diuisio oblationum, per d. l. qui solidum. §. 1. & ibi dicunt Cyn. & Imo. ꝙ aliàs ista quæstio fuit de facto, & publicè disputata, & ita fuit determinatum in ciuitate Senarum.
51 ¶† Capio glo. in ver. quartam. quæ tria facit. Primò ponit, quo iure quarta debeatur ab arrogatore impuberi arrogato. & ista est clara. Secundò, qua actione. & dicit, ꝙ ꝑdictione ex l. & vltra iura, quæ alleg. glo. est text. in l. 2. C. eo. de adop. sic in simili supplementum legitimæ petitur per ꝑdictionem. ex l. ofino. in prin. cum gl. parua. C. de inoffi. testa. In tertia quærit, quanta est illa quarta. Secunda ibi, & hæc quarta petitur. Tertia ibi, sed an hæc quarta est omnium bonorum. Circa secundam partem gl. quærunt Doct. quid si arrogator relinqueret in testamento istam quartam impuberi arrogato, (qđ potest prout etiam in patre vero. l. cū quæritur. C. de inoffi. testa.) qua actione tunc tunc peteretur: nam constitutio diui Pij hoc casu locum non habet. Item nec ex testamento agi potest: quia cùm debitor legat creditori debitum, quia nullum commodum affert, nihil valet. §. si quis debitori. Insti. de leg. Glo. in l. 1. §. si impuberi. in glo. fi. in verbo dentur. ff. de coll. bon. dicit non esse curandū, qua actione peti possit. & aliter non decidit. Et dicit Alb. hic, ꝙ
* illa glo. est fin. *Communis sententia est*, ꝙ actione ex testamento peti possit, secundum Bart. hic in lect. & clarius in rep. in 8. col. & plenius Alb. in 11. col. & sequē. qui dicit, ꝙ ita communiter Doct. firmant. ¶ Nec obst. obiectum glo. ꝙ debitor relinquat creditori: quia omissa sol. Alb. q̄ est trūffa, respon. secundum Bar. hic in repe. in 8. col. ꝙ ista quarta non est debita, sed quasi debita, sicut in legitima filij legitimi, & naturalis, gl. in l. emancipata. C. de iur. & fact. & igno. & l. si duo. in ver. scire potuit. & ibi Imo. ff. de acquir. hære. & tex. in l. & quia. ff. pro soc. & in l. fi. §. finautem perpetuus. C. de cur. fur. Et fm hoc limita regulā d. §. si quis debitori. cum concor. vt procedat, quando erat verè debitum, secus si quasi debitum. Cogita tamen, quia parua in effectu videtur esse diuersitas, cum neutro casu legatum
52 cominodum afferat. ¶† In vltim. parte glo. habes, quod quarta, quæ debetur impuberi arrogato, non est quarta omnium bonorum arrogatoris, sed illius partis, quam habuisset ab intest. sicut in filijs legitimis, & naturalib. Idem tenet gl. in §. cum
* autem. Insti. eo. *Et communiter Doct. hic*, & ibi. Et suadetur ratione, quia cùm potior sit causa naturalis, quàm accidētalis. l. qui habet. in prin. ff. de tu. & dixi in vlt. parte glo. magnæ. Item duo vincula fortius ligant, quàm vnum. Auth. Itaque. C. communia de suc. & in Auth. de consan. & vte. fra. in princ. Ergo si in filijs legitimis, & naturalib. in quib. adest causa naturalis: item adest duplex vinculum: tamen legitima non est omnium bonorum patris, sed solum partis debitæ ab intesta. iur. alle. in glo. multo magis idem dicemus in arrogatis filijs. Itē pro ista sententia gl. & communi stringit bona ratio, quam adducit Bald. hic in 11. oppo. per q̄ ostendit ad oculum, ꝙ quarta, quę debetur impuberi arrogato, non est quarta omnium bonorum patris arrogatoris. Nam pone, ꝙ pater arrogasset. quinq; impuberes (qđ potest ex causa. l. si pater. §. fi. p̄. eo.) Certè, si quarta esset omnium bonorum, quatuor impuberes absorberēt vniuersa bona, & quintus esset sine legitima, qđ est absurdum. Ideo intelligitur quarta non omnium bonorum, sed partis debitæ ab intest. Contrariam opin. tenuit solus Gui. de Suza. & hoc credo, ꝙ disputando ista sententia est sustentalis, & ante eum idem tenuit gl. in §. 1. in versi. quale est filijs. in Auth. de hær. & Fal. ꝙ imò impubere arrogato, quarta sit omnium bonorum arrogatoris: quia iura indistinctè dicunt, quartam deberi arrogato, per consti. diui Pij, vt hic: & §. cùm autem. Insti. eo. & l. Papinianus. § si quis impubes. ff. de inoffic. testa. & l. 1. §. si impubere. ff. de coll. bon. & in l. fi. in fi. ff. si quid in frau. patr. Tamen, qui tenent primam, dicunt, ꝙ illa iura debent intelligi sicut in filijs legitimis, & naturalibus. Et tenendo istam partem non obstaret absurdum, ꝙ arrogati haberent plus, quam legitimi, in quib. duo vincula concurrunt: quia respondetur, hoc concedi *in* recompensationem fructuum, quos arrogator percepit ex omnibus bonis arrogati. Insti. de acquisitio. per arrog. in prin. iuncta gl. Nam & alibi lex magis fauet in ista quarta impuberi arrogato: quia sibi permittit, ꝙ possit reuocare alienata in fraudem. l. fi. in fi. ff. si quid in frau. patr. qđ non permittitur filio legitimo, qđ probari videtur in l. non vsque adeo. ff. si quis à parente. secundum Bar. hic in repe. in 3. col. in prin. In quo vltimo dic, ꝙ multi variant, vt dixi. p̄. in no. Pro eadem parte stringere videtur: quia si quarta, quæ debetur impuberi arrog. per consti. diui Pij, non esset quarta omnium bono. frustratoria videretur cōstitutio diui Pij: quia esset sine ea, ex quo impubes est in potestate arrogatoris: consequenter suus debet habere de

iure

ADDITIONES.

a ¶ Contrariæ. Adde Bal. in l. si quis decurio. in vlt. col. C. de Fal. Petr. de Ancha. in repe. c. canonum. versi. quæro de statuto, quo cauetur. Alex. de Imo. consi. 101. incip. ex dispositione dictorum statuto. in 3. vol.

b ¶ Originis. Adde, ꝙ quando concurrunt in vna persona domicilium originis, & domicilium habitationis, dic, ꝙ attenditur domicilium originis. text. est no. in l. libertus. §. præscripti. ff. ad municip. gl. in l. ciues. C. de incolis. lib. 10. & in l. 1. C. de muni. & or. eo. lib.

• Et sic originalis, legendum videtur ex supradictis.

* Quæ nos reducit, legendum videtur.

iure communi quartam, sicut alij legitimi, & naturales. Insti. quib. mod. testa. infir. in prin. Ergo, ne ista constitutio diui Pij sit frustratoria, dicemus, ꝙ quarta erit omnium bonorum arrogatoris. Tene cõem sententiam, & ad hæc obiecta facile patebit responsum. †* Nunquid autem ista quarta filiorum arrogatorum sit hodiè aucta vsque ad trientem, sicut in legitimis, & naturalibus? Gl. in §. si vero. in ver. hoc obseruãdo. in Auth. de trien. & semis. tenuit, ꝙ non. Idem tenent Iaco. Butr. Bart. & Bal. in 11. opp. *Et communiter Doct.* Illa ratione: quia in correctorijs, nisi sit expressum, non fit extensio, nedum ex idẽtitate, imò ex maioritate rationis, sm communes cõclu. traditas in Auth. quas actiones. C. de sacrosan. eccl. & in l. si verò. §. de viro. ff. sol. mat. Secundò stringit text. in d. Auth. ver. hoc obseruando. vbi text. dicit, ꝙ legitima est aucta in omnibus personis, quib. ante competebat querela inofficiosi. test. sed sic est, ꝙ impuberi arrogato non competit querela inofficiosi, cùm habeat remedium ordinarium ex consti. diui Pij. text. est in l. Papinianus. §. si quis impubes. de inoffi. testa. & dixi. s. in euidentialibus. Qui tenent contrarium respon. ꝙ legitima est aucta hodiè in omnib. personis, quib. competit querela, intelligunt, vel aliud remediũ, qđ sit loco querelæ, vt est hæc constitutio diui Pij, quæ cùm sit subrogata loco querelæ, debet censeri eiusdem naturæ, & effectus, sicut si querela competeret. L. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cau. l. Item veniunt. §. cum prædiximus. ff. de pet. hęre. sed non esset tanta responsum, cùm in materia correctoria nõ possit procedi per subauditos intellectus, per gl. fin. [a] in c. cupientes. §. ꝙ si per 20. de elec. in 6. Sed considera: quia fundamentũ commune militaret quantum ad quartam impuberis arrogati, cui non competit querela: sed in maiori arrogato, vel impubere effecto maiore durante arrogatione, clarum est, ꝙ maiori arrogato non debetur quarta ex constitutione diui Pij: qa illa constitutio solùm loquitur in impuberibus arrogatis, si cõsideras omnes leges. Nunquid ergo maiori debeatur quarta de iure communi (non dico ex constitutione diui Pij.) & an si bi exhæredato sine causa competat querela? Istũ passum plenè examinat Cy. in l. 2. C. eo. & ibi Ful. dicẽs, ꝙ ista quæstio aliàs fuit publicè disputata Bonon. tempor. ib. suis. Veritas est, ꝙ cũ sit suus, & si prætereatur, rumpit testũ, tanquã suus, Insti. quib. mod. test infir. in prin. l. pen. circa fi. C. eo. & §. aliquam, circa. fi. Insti. de hæred. quæ ab intest. Certè concluditur, ꝙ sibi debetur quarta de iure communi: sed si exhæredetur sine causa, sibi competit querela. sm Cyn. & alios in illa. l. 2. vbi etiam per eos, quid si emancipetur. Hoc non obst. elicio. nouiter mirabilem conclu. ꝙ in arrogato maiore, cùm sibi competat querela: & consequenter sit de personis, quib. augetur legitima per. d. ver. hoc obseruando: ergo erit melioris conditionis, quàm impubes arrogatus: cuius quarta non est aucta, cùm non habeat querelam. In quo vlt. bene cogitabis: quia sunt, qui dicerent hæc tolerari, cùm in aliquo impubes sit melioris conditionis: quia reuocat alienata in fraudem, per tex. sing. in d. l. si. ff. si quid in frau. pat. quæ solùm loquitur in impubere, ad denotandũ, ꝙ aliud est in maiore. Sed redeundo ad prin. q. adde, ꝙ contrarium tenent Pet. & Cyn. hic, & Cyn. in l. 2. C. eo. & inclinat Alb. de Ros. hic: quia qñ duo procedunt sub eadem ratione, statutum in vno, intelligitur etiam statutum in alio. l. 1. C. de diuer. rescr. sed sub eadem ratione procedunt arrogatus, & filius legitimus, & naturalis. Insti. de acqu. per arrog. in prin. ergo, &c. sed potest sic fortificari: quia etiam in correctorijs, qñ duo casus sunt parificati à lege antiqua, lex noua corrigens in vno, intelligitur etiam corrigere in alio. Ita Bar. in l. 2. de leg. 1. & declaraui plene in Auth. quas actiones. C. de sacros. eccl. Ergo cũ à lege antiqua æquiparentur filij arrogati, & filij legitimi, & naturales. d. tit. Insti. de acq. per arrog. in prin. & in alijs iur. proxi. adductis. ergo, &c. Quo argumento vtitur in fin. Bar. ad probandum, ꝙ hodiè legitima parentum sit aucta sicut filiorum, in l. si à milite. §. patri. ff. de test. mil. & in l. nam & si parentib. & in l. pater filium. ff. de inoffi. testa. Bal. & Sal. in Auth. nouissima. & ibi tetigi. C. de inoffi. testam. Cogita tamen, an æquiparatio fiat in materia nostra, quo ad quartam: Vnde non recedas a cõmuni, quicquid alij temuerint. ¶† Extra gl. inducitur ista. l. per Bar. in vlt. col. ad duas. q. Prima est de dilat. data à iudice, q̃ cõstat, si detur vni parti, ꝙ datur etiam alteri. l. petendæ. C. de temp. in integ. restit. pe. l. fi. C. de fru. & lit. exp. Nunquid reus possit renunciare dilat. sibi datæ, ad hoc, vt excludat actorem à beneficio probandi. ꝙ illam dilat. quæ erat effecta communis? Et concludit, ꝙ non per hanc. l. circa fin. quia beneficium illius dila. consequitur actor beneficio. l. sic disponẽtis, vt hic per eum. Adde, ꝙ idem tenet Bal. hic in vlt. col. quia qudão beneficium vni cõpetens, etiam alij conceditur, ratione æqualitatis seruandæ, vt in casu nostro, & est concessum non contemplatione, & priuilegio vnius partis, quamuis ex eius occatione: tunc illa pars non potest renunciare in præiudicium alterius, vt hic per eũ. Idem tenent Bal. Pau. & d. Ant. de Alex. in d. l. petendæ. Bald. & Ang. in l. fi. ff. de fer. Ange. in l. fin. s̃. de consti. prin. Idem Bal. in l. postquam liti. in vlt. col. C. de pact. & ibi limitat procedere, qñ dilatio esset concessa reo de iure communi. Secus si de iure speciali: puta minori per beneficium rest. in integr. Ita loquitur. l. si iudex circunuento. ff. de min. quia facilius tollitur ius speciale, quàm cõmune. l. eius militis. §. militia. ff. de testa. mili. Ita etiã limitat Bal. in l. qđ fauore. C. de leg. † Pro communi sententia facit, quod in fim. dicimus de rescrip. quia rescriptum postquã præsentatur in iudicio, efficitur commune vtriusq; partis, nec pars, quæ præsentat, potest postea illud reuocare, secundum Innoc. & alios in c. cum olim. de censi. g. io. in l. 1. §. edenda. ff. de eden. Bal. in l. vnica. C. vt quæ des. aduo. Et ita teneas, licèt Bar. sibi contrarius tenuerit oppositum, sequendo Iaco. de Are. in d. l. petendæ. quia secundum Bart. ibi, quando quis habet priuilegium contempla. alicuius, licèt possit vti illo beneficio contra alios: non tamen potest contra illum inuitum, cuius contempla. habet. l. amicissimos. §. Lucius. ff. de excus. tut. Temperat tamen Bar. hoc esse verum, quando res erat integra, aliàs secus, vt ibi per eum. Idem ibi tenet Saly. & Bart. in l. si iudex circunuento. per illum tex. ff. de mino. Sed respon. vt per Bal. hic, & in locis prealleg. Alibi etiam idem Bart. in l. si post mortem. §. fin. ff. de contratab. distinguit, aut dilatio fuit concessa reo ad eius instantiam: & tunc potest illi renunciare in præiudicium actoris; aliàs secus, vt ibi per eum; sed ista distinctio nõ sapit.

* Ideo teneas *primam sententiam, quæ est communis.* Not. tamen, ꝙ illud, qđ dicitur, ꝙ dilatio concessa vni ex litigatoribus, efficitur communis, est verum, nisi pars, quæ vult vti tali dilat. prius renunciasset omnibus probationib. Ita procedit text. in Auth. iubemus. quam ad hoc ibi no. Bal. C. de iudi. ¶† Secundò prin. inducit Bart. istam l. ꝙ de iure communi assignari debet condemnato quadrimestre ad soluendum post sententiam. l. 2. & l. fin. in prin. C. de vsu. rei iud. Bar. & Bald. in l. executorem. C. de execu. rei iudi. Pone, ꝙ iudex lata sententia assignet condemnato istud quadrimestre, nunquid censeatur dilatio legalis: an verò iudicialis? Vtilitas est, secũdum Bar. hic, & plenius in l. 3. in pen. col. de lega. 1. quia si est dilatio legalis, potest condemnatus purgare moram vsque ad lit. contesta. l. si cum dies. §. fi. & in l. seq. & l. Celsus. in princ. ff. de arb. Secus si sit dilatio iudicialis. Hic attende, quia d. l. Celsius. §. fi. cum l. seq. probaret iuncta gl. ibi, in ver. modicum, quæ intelligit, ꝙ arbiter assignauerit condemnato quadrimestre, vt solet fieri cõdemnatis: † tamen secundum realitatem text. propriè loquitur, qñ tempus certum non erat adiectum per arbitrum: quo casu tex. ille reputatur no. ꝙ qñ tempus est incertum, semper admittitur purgatio moræ, & ita ponderant Ang. Imo. & Mod. in l. si insulam. ad quos vos remitto. de verb. oblig. † Bar. hic in lect. in vlt. q. tenet, ꝙ si talis terminus sit assignatus à iudice, cẽsetur legalis, per regulam huius tex. in fin. Quid sit de arbitro, non decidit. Idem quod Bar. tenent Iaco. de Are. Ray. Gul. & Bald. hic in 7. col. & Iaco. de Are. And. de Pisis. Bal. Raph. Cu. & d. Alexand. in l. 3. de leg. 1. & Bald. in rep. l. & si post tres. ff. si quis cau. & in l. de die. in fin. prin. ff. qui satisd. cogan. & in d. l. Celsus. in princ. & Ang, sibi contrarius in l. 4. §. si quis condemnatus. ff. de re iud. & in l. si insulam. Alex. & Sal. in l. si pacto quo. circa medium. C. de pac. & Imo. sibi contrarius in l. si in diem. §. 1. ff. de condi. & demon. & Lud in d. l. & si post tres. seq. glo. in d. §. si quis condemnatus. quæ tamen loquitur in iudice non in arbitro: tñ cùm arbitria sint redacta ad similitudinem iudiciorum. l. 1. ff. de arbitr. idem videtur dicendum. Et hanc teneo, per regulam huius text. circa fin. & quia iudex, & arbiter censetur viua vox. l. nam & ipsum. ff. de iust. & iu. & hoc arg. vtitur Bal. in d. l. 3. Tamẽ idem Bar. in d. l. si insulam. dicit, ꝙ imò arbiter non est minister legis; sed solùm iudex ordinarius. Pro ista parte multa adduci possunt, quæ adducuntur in locis prælleg. sed tanquam leuia non refero. Et ista pars est amplectenda tanquam æquior, cùm purgatio moræ fundetur super æquitate. l. si seruum. §. effectus. de verbo. ob. Ideo in dubijs opin. sequenda est, licèt contrarium (imò talis terminus quatuor mensium censeatur iudicialis, & sic non purgetur mora) teneant Iaco. But. & Bart. hic in rep. in 9. col. & latè Alb. & plenius quàm alibi hic in pen. & vlti. col. & Bar. in arbitro, sed non in iudice in d. l. 3. de lega. 1. & in d. §. si quis condemnatus. & posuit gl. in l. eum, qui certarum. §. fin. & ibi Ang. & Pau. sequitur. ff. de verbo. ob. Imo. in c. insinuatione, de rescrip. licèt in d. l. 3. nihil firmet. Idem tenet Imo. & Pau. in d. l. si insulam. & Pau. in d. §. si quis condemnatus. per aliqua, quæ

ADDITIO.

[a] ¶ Glo. sing. Adde Io. de Imo. in l. continuus. in §. cum ita. ff. de verbo. obl. Fel. in c. olim. de except.

quæ nõ ſtringunt: & communiter referuntur in locis prælle.
59 Pro prima opin. quam tenui, vltra tradita per Docto. † adde. Nam debes ſcire, q̃ exceptio dilatoria, quæ non fuit oppoſita in tempore in cauſa principali, non poteſt poſtea etiam opponi in cauſa appellationis l. ita demum. C. de procur. & ibi Bald. & d. Alex. ad hoc not. & dicunt, q̃ illa lex non eſt alibi in iure, per quam limitatur regula. l. per hanc, in prin. C. de temp. app. vbi exceptio non oppoſita in iudicio principali, poteſt opponi in cauſa appel. Fallit in excep. dilato. d. l. ita demum. ¶ Iſtud vlt. limitat ſin. Anto. de Butr. in c. paſtoralis. de excep. non habere locum in termino prefixo à iudice ad opponen. dilatorias. Nã ſi pars non oppo. dila. in cauſa principali intra terminum à iudice præfixum, poterit tamen in cauſa appel. opponere, per regulam. d. l. per hanc. licèt ſecus ſit in termino legali. ſic intelligit. d. l. ita demum. Quod ſi eſt verum eſt magnum, & mirabile verbum: ſed Pan. in d. cap. paſtoralis. reprobat, & ſequitur Alex. in d. l. ita demum. quia terminus iudicialis ſuccedit loco termini legalis, per ea quæ ſupra dicta ſunt, vt latius per eos.
60 ¶† Item aduerte in prædictis, inquantum dixi, q̃ condemnatus poſt latam ſententiam debet habere quadrimeſtre ad ſoluendum, eſt verum, quando condemnatus eſt in actione perſonali: quia obligatus, ſed condemnatus in actione reali non habet quadrimeſtre, ſed tenetur reſtituere rem, quam primum poteſt arbitrio iudicis gl. not. in l. in fideicommiſ. in prin. in glo. 1. magn. ad fin. & ibi Barto. ff. de vſu. & glo. in cap. Querenti. de offic. delega. Bar. in l. 2. in 3. oppo. C. de fructib. & lit. expen. Bart.
61 & Bald. in d. l. executorem. ¶† Secundò aduerte, q̃ ad hoc, vt condemnatus habeat quadrimeſtre ad ſoluendum, requiritur, q̃ ſatisfaciat de quantitate debita ſoluenda tempore ſtatuto: aliàs non præſtita ſatisfactione poterit interim intra quadr. fieri executio contra eum, & poterit capi perſonaliter, & incarcerari ſi non ſatisfaciat. Ita ſing. Bar. in l. ſi debitori. per illum text. ff. de iud. Bald. in l. fin. §. 1. C. de execu. rei iud. d. Abb. in cap. quod ad conſultationem. in 8. col. de re iud. vbi per hoc infert ad vnum not.
a dictum, de quo ibi per eum.ª ¶† Tertiò limita, vt ſignãter per
62 Bal. in l. quoniam nonnulli. C. de app. vbi dicit eſſe tex. expreſſum in verſi. mox. q̃ deferta appellatione fit ſtatim executio, nec datur quadri. ad ſoluendum quaſi deferendo appellationem perdat tempus quadri. quod condemnatis aſſignatur. Idẽ viſa eſt ſentire gl. in l. 2. verſi. executioni. & ibi Bart. expreſsè firmat. C. de tempo. appel. Iſtam limit reprobat d. Alex. in l. 4. §. ſi quis condemnatus ff. de re iud. & plenius in l. debitoribus. ff. de re iud. quia in d. l. quoniam nonnulli eſt caſus ſpecialis in debitoribus fiſcalibus, qui non gaudent iſta dila. quadrim. Et ita intelligit illum tex. Bald. in l. 1. C. quando fiſc. vel pri. Et iſtud contra Baid. eſt de mente Bart. ſub dubio tamen fortè, in l. 1. ff. de lib.
63 dimiſ. & Sal. in d. l. 2. C. de tempo. appel. ¶† Quartò mirabiliter limita in ſententia lata à iudice, à qua appellari non poteſt: q̃ tunc etiam intra decem dies fit executio ſententiæ ſecundum formam text. valde not. in §. aliud. in Auth. vt ſpon. lar. quem tex. ibi ponderat ſolus Ang. & ſequitur Ludo. in l. 2. ff. de re iud. & Alex. in d. l. debitorib. ¶ Quaſdam alias limita. habes per Bal. in l. fin. C. de execu. rei iud. per Ang. in d. l. debitoris. vbi omnino vide Alex. vbi etiam diffusè per eum. ¶ Quid in creditoribus, & quid in condemnato per ſententiam arbitri, vel arbitratoris: & quid in condemnato ad factum, & quid ſi actio eſſet
64 mixta, per glo. & Docto. in c. quærenti. de offic. deleg. ¶† Vltimò (vt nihil omittatur) tangit Fulg. hic, in vltim. col. ſi moriatur impub. arrogatus ſuperſtite patre arrogatore. Itẽ patre naturali (intelige, à quo fuerat emancipatus.) Item ſuperſtite matre, qualiter hodie ſuccedatur, cùm per iura Auth. filius fam. hodie ab inteſta. habeat hæredem §. 1. in Auth. de hęred. quæ ab inteſta. Item cùm hodie ſit ſublata differentia cogn. & agn.
65 §. nullam verò. in Auth. de hæred. quæ ab inteſta. † Et quid ſi impubes haberet fratres legitimos, & naturales: nunquid in ſucceſſione ſeruaretur forma Authen. defuncto. C. ad Tertul. dubitat Rapha. & non videtur clarè decidere. Tu vide de his plenius Ioan. Fab. in §. cum autem. Inſtitu. eo. §. aliquam. Inſtit. de hæred. quæ ab inteſta. & in §. fin. Inſti. de acquiſitio per arrogatio. vbi plenè diſputat: ſed quia iſta. l. fuit plenè onerata, non curo tangere. Et per iſta ſit impoſitus finis huic not. l. per me Iaſ. de Mayno.

A D D I T I O.

a ¶ Per eum. Idem dicit, & applicat ſupra col. 4. 6. euideutiali. P V R P V.

S V M M A R I V M.

1 *Repetitio inſerta in lect. Bar. non eſt ſua ſed Bal.*
2 *Quando concurrunt potentia, & voluntas etiam tacita, vel præſumpta, actus ſortitur effectum.*
3 *Statuentes præſumuntur ſtatuere in caſu omiſſo, quãdo veriſimiliter ſic ſtatuiſſent, ſi interrogati fuiſſent.*
4 *An mulier, quæ non poteſt contrahere ſine licentia propinquorum ex vi ſtatuti, poſſit quaſi contrahere.*
5 *In ſtatuto, vbi non poteſt aſſignari niſi vna ratio, illa habetur pro expreſſa.*
6 *Statutum requirens conſenſum propinquorum in contractibus mulierum, habet locum in liberatione, & renunciatione.*
7 *Statuta de contractibus mulierum, quòd non valeant ſine præſentia propinquorum, intelliguntur de contractibus damnoſis, non vtilibus.*
8 *In materia exorbitanti non fit extenſio ad id, quod veriſimiliter fuiſſet ſtatutum.*
9 *Pro vtilitate filij poteſt pater alienare bona aduentitia ipſius filij, in quibus tantum habet vſumfructum.*
10 *Princeps conferens dignitatem ſcienter inhabili, cenſetur ſecum diſpenſare.*
11 *Princeps concedendo reſcriptum dilatorium ſupplicanti videtur habilitare ſupplicantem ad agendum.*
12 *Princeps committendo ſimpliciter cauſam, videtur appellationem admiſiſſe, non obſt. quòd aliàs tertio non poſſet appellari.*
13 *Imperator promouendo ex certa ſcientia illegitimè natum ad epiſcopatum, videtur eum legitimaſſe.*
14 *Quando princeps, vel aliquis inferior confert dignitatem inhabili, an cenſeatur ſecum diſpenſaſſe.*
15 *Simoniacè ordinatus an habeat ordinem, & dignitatem.*
16 *An contra electionem Papæ poſſit opponi de ſimonia.*
17 *In his, quæ de genere prohibitorum ſunt, non refert, an clam, aut palàm fiant.*
18 *Vſurarij publici, cùm ſint infames, non poſſunt ad dignitatem, vel officium aſpirare.*
19 *Quando legislator format caſum affirmatiuè, & poſtea nihil reſpondet expreſsè, intelligitur affirmatiuè reſpondere in iure.*
20 *Ex narratione facti non eſt licitum arguere.*
21 *Nemo debet ex ſuo delicto commodum reportare.*
22 *Communis error facit ius.*
23 *De iure ciuili prætor habet maiorem dignitatem, & poteſtatem, quàm Epiſcopus.*
24 *Princeps ex cauſa poteſt res priuati auferre.*
25 *Principes, & barones, qui gerunt bellum proprio nomine pro faciendo pacem, poſſunt remittere iniurias, & damna data ſuis ſubditis.*
26 *Quod communiter prodeſt omnibus, præfertur commodis priuatorum.*
27 *Rector ciuitatis poteſt de iure capere animalia priuatorum, cauſa mittendi frumentum in exercitum.*
28 *Ementes bona bannitorum, coguntur ea reddere bannitis pro bono pacis.*
29 *Propter public. vtilit. poteſt ciuitas ſtatuere, quòd ſi banniti ciuitatis non ſeruauerint certos confines, incidant ſinguli in pœnam mille ducatorum.*
30 *Princeps poteſt ex cauſa remittere pœnam concernentem intereſſe priuatum.*
31 *Inferior à principe poteſt cum cauſa ius alteri auferre.*
32 *Princeps poteſt ex cauſa ius priuato quæſitum etiam ex contractu inito cum eo auferre.*
33 *Propter vtil. public. poteſt officialis accipere res priuatorum ad vſum publicum.*
34 *Vniuerſitas poteſt venire contra proprium contractum cum ſuo ſubdito celebratum.*
35 *Imperator poteſt ſine cauſa auferre res, vel iura alterius, de plenitudine poteſtatis.*
36 *Quando princeps aufert res priuatorum propter publ. vtil. tenetur pretium ſoluere.*
37 *Licèt officialis poſſit res priuatorum auferre: tamen debet intelligi data mercede de publico.*
38 *Si ciuitas vult facere foſſata per agrum alienum, tenetur ei ſoluere pretium.*
39 *Licèt ex cauſa poſſit princeps auferre vni rem ſuam, & alteri dare; tamen tenetur ſoluere pretium.*
40 *Si vaſallus perdat feudum facto domini, dominus tenetur ei dare aliud feudum.*
41 *Si Papa confert vni beneficium: deinde de plenitudine poteſtatis ſibi auferat, tenetur Papa prouidere eidem de alio æquè bono.*
42 *Si Papa cogit Epiſcopum inuitum ſine cauſa renunciare Epiſcopatui, debet eidem prouidere de æquè bono.*
43 *Papa in beneficialibus habet liberam, & plenam poteſtatem.*
44 *Quando princeps, vel ciuitas aufert aliquid, tenetur ſoluere pretium rei ſublatæ, quando contra certam perſonam abſtulit. Secus ſi per legem, quia tunc non.*
45 *An inſtrumenta facta per tabellionem putatiuum ſint valida.*

46 *Bonum est argumentum de teste ad tabellionem,& ècontra.*
47 *Vbicunque alicui confertur ius per priuilegium,quod nemini nocet,præsumitur pro eo,qui est in quasi possessione.*
48 *Si tabellio perdit officium,et nihilominus exerceat,non valebunt instrumenta etiam si toleretur.*
49 *Licèt quis sit in quasi possessione priuilegij,hoc nõ iuuat,nisi ostẽdatur.*
50 *Gesta à prælato non confirmato per superiorem,nullo modo valent.*
51 *Electus non seruata solennitate requisita à statuto, si exercet officium suum,nihil agit.*
52 *Gesta ab aliquo,qui primo non habuit titulum,non valent.*
53 *An gesta ab auditoribus legati valeant,si non apparet de delegatione.*
54 *Ordinario existente in quasi possessiuris,superiore sciente, & patiente, non possunt subditi opponere,nec exequirere ab eo titulum suæ quasi possessionis.*
55 *Instrumentis antiquissimis non expedit probare, quòd ille,qui fecit instrumentum fuit notarius.*
56 *Quando notarius reperitur scriptus in matricula notariorum, præsumitur pro matriculato.*
57 *Quando instrumentum negatur publicum,probatur per iuramentũ ipsius tabellionis iurantis se notarium,cum comparatione literarũ, per quam appareat ipsum plura instrumenta fecisse.*
58 *Notarius condemnatus de falso,non potest amplius conficere instrumenta,*
59 *Notarius priuatus propter falsitatem,non potest amplius creari per comitem habentem potestatem,nisi restituatur per Imperatorem.*
60 *Doctor semel priuatus Doct.non potest amplius intrando examen doctorari.*
61 *Si coram iudice sunt multa agitata,& postea appareat,quòd sit excommunicatus,tamen acta coram eo valent.*
62 *Hæreticus,licèt reputetur fidelis,tamen eius sententia non valet.*
63 *Confitentis ei,qui communi opin.erat sacerdos,valet confessio,& absolutio.*
64 *Si eligatur inhabilis ad Papatum, gesta per eum valebunt propter publicam vtilitatem.*
65 *Lex nostra habet locum in quocunque inhabili electo ad quodcunque officium.*
66 *Lex nostra procedit,quando inhabilis esset ritè electus,& confirmatus.*
67 *Quando actus qui geritur est priuatus,& ratione priuati interesse, & pro priuata vtilitate,vt est impetrare rescriptum gratiæ,vel iustitiæ, tunc communis error nihil releuat.*
68 *Priuatus per sententiam,est funditus falsus notarius.*
69 *Lex nostra procedit,quo ad temporalia, non tamen quo ad spiritualia.*
70 *Lex nostra procedit etiam si sententia esset lata contra Barbarium, detecta veritate.*
71 *Lex nostra procedit quando multa acta fecisset iste Barbarius, secus si vnum.& l.nostra non habet locum in delegato,sed in ordinario.*

De officio prætoris. Rubrica.

LEX III.

a BArbarius. Ista est famosa l.& sm Bar.solennis,& subtilis,& sæpius repetita per multos, & tenebo hunc ordinem. a Primò aliqua præmittã. Secundò expediam tex. Tertiò apparatum gl.cum earum materia.Quartò extra gl.ponam aliquas amplia. ad hanc l. dehinc quã-
1 plures no.iuris.¶ †Primò aduerte, ꝙ reperitur quædam repetitio inserta in lecturis Bar.& Pan.in c.cum dilecta.de reser.sæpe eam alleg.pro repe.Bar.eam etiam pro repe.Bar.alleg. d. Alex. in l.si qu isex argentarijs.§.cogentur.in vlt.col.ff. de eden. Nullatenus credo,ꝙ sit Bar.quia nimium discrepat à stylo.Bar.maximè dum sępe alle.auctoritates Arist.Salustij,& Ciceronis,qđ est alienum à stylo Bar.Dico ergo,ꝙ verè est repetitio Bal. & ita ẽt est inserta in lec.Bal.& ibi in fi.dĩ,quo anno fuit per Bald. Perusij repetita.& ita j.semper alleg.pro repe.Bal.¶ Præmitto, ꝙ ista l.legitur secundum glo.1.Bar.& communiter Citramõ. ꝙ in ista l.formentur tres.q.vt in gl.1.& vnicuique respondeatur.& idem in effectu tenent Old.& M.Sil.quamuis secundum eos formet etiam 4.q.& respondeat,& secundum istum intellectum.h.d.propter publicam vtilitatem,& communem errorem prætura seruo decreta cum prętorem efficit,gesta tuetur, & seruum in libertatem adducit.Et hæc vera in creato à populo Rom.multò magis si ab Imperatore.h.d.secundum intellectum gl.& Citramon.sed cum.j.non tenebo: quia secundum communiorem sententiam hic Barbarius non fuit prętor,nec liber.¶Alio modo legitur per Old.Petr.Cy. & Gul. prout etiã refert Bal.in repe.in 5.col.& istam tenent Vltramon. & ego secquor,ꝙ in hac.l.solum ponatur vna q.& vna decis.f. an gesta p Barbariũ valuerint. Et decidit, ꝙ sic: & hanc tenent Alber. & Bal.hic.Alibi ẽt dicit Bal.in l.2.in fi.colum.circa fi. Ç. de fer. & aqua.ꝙ in hac l.solùm deciditur, ꝙ gesta per Barbarium valeant:sed an Barbarius fuerit liber,bene vĩ formari qõ.sed non
* soluitur,sm verum intellectum huius l.vt j.apparebit. *Communior opinio est* contra gl.& Bar.ꝙ Barbarius neque liber,nec verus prætor fuit.& sm hoc pondera,ꝙ illa verba,sed nihil seruitutem obstitisse, simul cum auctoritate Põponij sunt de themate,& de narratione,non de deci.Vlpia.Et ita teneas,quamuis Iac.de Are.& Iac.de Bel.dicant ꝙ hic formantur bene tres q.sed primæ non respondetur an fuerit prætor:alijs duabus sic: Alij ècontra dicunt: & sm istum intellectum Vltramon.h. d. Communis error,& vtilitas publica faciunt valere acta à seruo in prætorem assumpto. & licèt communiter diuidatur in quatuor,potes diuidere in 6.aut 7.partes, vt hic per Alber. & Fulg.Casum figura,vt hic p Bald.in repe.in 2.col.& cogita circa fin.tex.in ver.pe.ibi,sed & si scisset,quid implicet illa dictio, &.Item quare sit sita.¶ Pondera primò tex.in prin. dum dĩ, ꝙ seruus fugitiuus Romæ præturam obtinuit. Nam duo obstare videntur.Primò l.fi.C.eo.quæ dicit,ꝙ nullus poterat esse ptor Romæ,qui non haberet ibi domicilium,& larem. Secundò vĩ,ꝙ habitando Romæ effectus sit ciuis Rom. & liber per l.in vrbe.s.de statu ho.Respondet Alb.& Fulg.hic,ꝙ oportet præsupponere,ꝙ Barbarius Romæ habuerit domicilium,& larem:& sic omnia,ꝓ quæ potuerit ad præturam admitti. & d. l.in vrbe.non procedit in seruo,sm glo.ibi,& dato,ꝙ procederet, non concurrebat bona fides Barbarij, vt hic per eum. ¶ Secundò pondera tex.ibi præturam petijt, quod licet de iure dignitates & magistratus postulare.Ideo tex.8.q.1.c.qui ep̃atum.etiam dicit,quod qui ep̃atum
b tum.etiam dicit,quod qui ep̃atum b desiderat,bonũ opus desiderat.& 40.dist.c.oportet.& tex.no.in l.quemquam.C.de epis.
3 & cle.de quo dicam in gl.2.¶† Item potes ponderare ibi,cũ ẽt potuit:iliud vulgare,quod quando concurrunt potẽtia,& voluntas etiam tacita,vel præsumpta, actus ille fortitur effectũ, sed ista leuia sunt.Tu ergo diligenter no.in ver. sed & si scisset. aliqua præcipua.Primò,ꝙ populus Rom. eligendo seruum in prætorem, intelligitur sibi conferre libertatem tãquam necessarium antecedens:& hoc tenendo intellectum glo.Bar.& Citramontanorum:quia qui vult consequens,vult oẽ necessariũ antecedens ad illud.l.ad rem mobilem. & l. ad legatum. ff. de procu.Sicut in simili si testator in testamento constituat seruũ tutorem filijs suis, hoc ipso intelligitur ei concessisse libertatẽ tanq̃ necessarium antecedens.§.1.Insti.qui da.tut.pos.l.cum qdam.C.de necef.seruis hær.insti.tĩ sm alium intellectum. j.alter dicetur.¶† Item diligenter no.ex eisdem verbis,hic esse tex.
4 expressum pro gl.fin.in l.tale pactum.§.fi.ff.de pac.quæ singulariter dicit,quod statuentes præsumũtur statuisse in casu omisso,qñ verisimiliter sic statuissent, si fuissent interrogati: & illud hĩ perinde ac si statuissent.& alleg.Bal.hic in repe.in 1.& fi. col. Et pro ista gl.est ẽt bonus tex.in l.fin. C.de posth.hære.insti.sm cõem intellectum Bar.Bal.Ang.& Pau.de Cas. & Alex. ibi. ad idem est tex.in l.Titius.§.Lucius quem,ibi ponderant Pau. de Cas.& Alex.ff.de lib.& posthu.Et no.Bal.in l.1. C. quæ res pig.
4 ob.pos.¶ †Et per istam regulam ego semper tenui quandam
* opi.Bar.*coiter reprobatam*.Nam dubitat Bar.in l.more. in princ. ff.de acq.hær.si statutum disponat, quòd mulier non possit ꝺ here sine consensu duorum propinquorum, an habeat locũ
c in quasi ꝺctu:puta in aditione hæreditatis.Bar.tenet,quòd sic.c ꝺrium tenet ipse Bar.in l.apud Iulianum.§.fi. per illum tex. ff. ex qui.cau.in pos.catur.Firmant Bal.Ang.& Imo.Comensis,& Alex.in l.mutũ.de acq.hær.& in d.l.more.& Pan.in c.qua fronte.de appe.Fundamentum eorum principale est:quia statutũ loquens in ꝺctu,debet intelligi in ꝺctu nõ in ficto,seu in quasi ꝺctu:quod ostendunt per fundamenta, de quib.per eos in dictis locis.Ego semper tenui primam opi. Bar. quam etiã tenet Pau.de Cas.in d.l.mutum.in princip.vbi dicit,ꝙ vidit seruari in practica istam primam opi.Bart. quod dictum statutũ habeat locum ẽt in quasi ꝺctu.& idem tenet Lud.in d.l.mutum.& in consi.394.inci.præsuppositio, quod vna voce. Pro ista parte ꝺ cõem me mouet regula.s.dicta:quia vbi statuentes verisimiliter idem statuissent in casu omisso,est perinde,ac si illud statutum fuisset tunc:si statutum disponit quod mulieres non possint contrahere sine consensu propinquorum, hoc processit, propter

ADDITIONES.

a ¶Ordinem.Adde Soc.consi.32.lib.1.col.9. PVRPV.
b ¶Qui episcopatum.Adde Pau.1.ad Thim.3.
c ¶Dic,tale statutum tunc demum in quasi contractu locum habere:quando eadem ratio viget in quasi contracta.quæ in contractu.Ro.cõsi.12. ad fi. Deci. in c.qua fronte.nu.3.de app.Tiraq.in ll.cõnub.gl.5.nu.125.idẽ in quitatione concludit Roman.consi.394.col.11.Ias. in l. si vnus.§.pactus.ne peteret.nu. 29.ff.de pac.Soc.consi.80.nu.26.lib. 4. MASVER.

propter imbecillitatem sexus, quæ ratio militat etiam in quasi ℈ctu, cùm propter imbecillitatem possit adire hæreditatem damnosam. Vñ ti de hoc fuissent interrogati, idem statuissent.

5 ¶† Secundò moueor, & fortius, quia vbi statuto non potest assignari nisi vna ratio, illa habetur pro expressa, & ex identitate illius rationis licitum est arguere ad casum omissum in statuto. l. milites agrum. ff. de re milit. gl. in l. quãuis, vbi Bal. & Pau. de Cast. C. de fider. & Bal. in l. maximum vitium, in 4. col. C. de lib. præte. cũ similib. & maximè fit extensio de stricta significatione vocabuli ad latam, iux. gl. in clem. 1. in verbo eligatur, & ibi Pau. de Leaza. de elec. sic est, ꝙ ratio dicti statuti est ad tollendam præsumptionem doli, vel metus. Ita inquit Barto. in l. transac. C. de trans. & ne mulieres propter sexus fragilitatem decipiantur. Ita dicit esse rõnem illius statuti Bal. in l. 1. circa fi. C. de adopt. sed ista ratio militat in quasi ℈ctu: & sic in aditione hæreditatis, & hoc arg. vtitur Lud. in d. l. mutum: maximè cùm appellatione ℈ctus largè veniat quasi ℈ctus. l. omnem. ff.

6 de iudi. ¶† Tertiò facit, quod decidit Bar. in l. si vnus. §. pactus in 7. col. & ibi Bald. ℑ. de pact. qui tenent, ꝙ statutum requirens consensum propinquorum in ℈ctib. mulierum, habet locum etiam in liberatione, & renunciatione, & tñ non sunt propriè ℈ctus l. Labeo. §. ℈ctus ff. de verb. sig. tñ ex quo militat idẽtitas rationis, ibi idem ius censetur, & idem tenet Bal. in rub. & in l. 1. C. de pact. & optimè facit, ꝙ decidit Bal. in l. pactum dotali, in 21. q. C. de col. vbi dicit ꝙ cùm illud statutum sit factum propter imbecillitatem mulierum, quamuis loquatur in ℈ctu, tamen habebit locum in renunciatione, vt ibi per eum. tamen in hoc vltimo fundamento ipse Bald. in l. siue apud acta, in 1. col. tenet ℑrium, & idem sequitur Ale. & plenius Alex. in l. more. ff. de acq. hær. per id etiam ꝙ no. Bal. in l. ℈ctus. C. de fid. instr. & in l. fi. per illum tex. C. si tutor interue. Nouissimè Alex. in d. l. mutum. secutus cõmunem sententiam ℑ Bart. in d. l. more. adducit fundamẽtum, per ꝙ rñdetur ad omnia. ℑ. adducta. Nam dicit, ꝙ non est eadẽ ratio in aditione hæreditatis, & sic in quasi ℈ctu, quæ est in ℈ctu, & ideo statuentes non idem verisimiliter statuissent. Nam in ℈ctib. naturaliter ℑhentes solent se adinuicem decipere. l. in causæ. 2. in prin. ff. de mino. l. item si in pretio. §. quemadm. ff. lo. ideo inductũ est statutum; Sed aditio hæreditatis, cùm fiat nuda volũtate mulieris, & sic ibi non cadat periculum, ꝙ in adeundo decipiatur, ideo cùm non militet ratio, per consequens nec statutum. Et istud fundamẽtum fecit me aliqualiter dubitare, tñ teneo sententiam, quã dixi ℑ communem, & dum dicitur ꝙ in aditione hæreditatis, cùm nemo sit qui ℑhat, nemo etiã erit, qui mulierem decipiat. Rñdeo, ꝙ imo est, quia legatarij, fideicommissarij, & creditores hæreditarij possent decipere mulierem falsis persuasionibus, inducendo eam ad adeundum, concurrente fragilitate sexus, & facilitate

Similis gl eſt in l.ſed & ſi interpellatur.& in l.diem proferre. in
* prin.ſ.de arbi.& in l.recuſare.in prin.ff.ad Treb. *Habetur magis
cois concluſio*,ꝙ ſi ſententia interlocutoria ſit præiudicialis par-
ti,requirit̃ citatio,aliàs nihil valet: Secus ſi ſit modici , vel nul-
lius præiudicij.Ita concludunt Bar.& cõiter Doc.hic.Bar.Imo.
& Mod.in l.ſi opus.ff.de ope.no.muncia.Bar.in l.quod iuſſit.in
pe.col.vbi Imo ff.de re iud.Ang.Imo.& Mod. in d. l.recuſare.
in prin.& in l.de vnoquoque.vbi Pau.de Caſt.ff.de re iud.Ang.
in l. 1.C.quib.non ob.lon.tẽp.præſc.Lud. vbi multa ſcribit.in l.
1.ſ.de arb.& in conſi.72.inci.circa primum, quod quæritur ad
hæc approbatoria.d.Ant.Imo.& alij in c.auditis.de proc.Quã-
uis Inn.& Io.And.ibi contrarium teneant,ſed communiter re
24 probantur.¶†Sed pulchrum eſt videre quando ſententia in-
terlocutoria dicatur præiudicialis, & quando non . Declarat
Bar.in d.l.quod iuſſit.pe.col.Et aduerte,ꝙ Bar.hic dicit, ꝙ pro
25 rogatio diei,vel termini cẽſetur leuis præiudicij.¶†Adde Bal.
in c.1.in prin.de mil.vaſ.qui contumax eſt.vbi dicit ꝙ interlo-
cutoria , qua iudex dilationes ſuas moderatur augendo , vel
minuendo eas,poteſt fieri parte non citata.Alleg.Imo.in c.ad
petitionem.de accuſ.Idem dicit Bar.in extrauag.ad reprim.in
verbo,per edictum.in 2.col.Quamuis contrarium teneat Bal.
in l.1.in fi.C.quomodo & quando iud.¶Vltra Doc. limita ſe-
cundo,qñ citatus in prima citatione ſtatim aſcendit equum:
& iuit vltra mare,non debet vlterius citari ad audiendum fer-
ri ſententiam:quia manifeſtat , ꝙ amplius non vult citari per
c actum,quem facit ꝑrium. ᶜ Ita formaliter Bal.in l.2.in fin. C.
quomodo & qñ iud dicens,ꝙ eſt dictum Inn. multum not.in
c.auditis.de procu.Dicit tamen Bald. ꝙ de hoc debet conſtare
iudici antequam pronunciet.Ihæc autem.§.1.ff.ex quib. cauſ.
ma.Bar.in l.multum.ff.de condi.& demonſt.Iſtam limi.ſequit̃
Lud.in l.ſi finita.§.Iul.ff.de dam.infec.Ego tamen non inuenio
Inn.in c.auditis.Credo,ꝙ debuit alleg.Inn.in c.ad petitionem.
d in gl.mag.de accu.¶Tertiò prin. limita ᵈ in arbitrio , vel arbi-
tratore,quando ferunt ſnĩam vltima die cõpromiſſi:tunc non
requiritur citatio partis.Ita ſing.Bal.in Auth.et qui.C.de temp.
app.& in c.1.in titu.quo tempore miles. & ibi quærit, an idem
ſit in iudice ordinario.Et quidem vr̃ dicendum,ꝙ ſi ſibi præfi-
xus ſit certus dies,ille dies ſatis citet,& interpellet. ar.l.magnã.
C.de contrah.& commit.ſtip.& l.2.C.de iure emph. Ita quòd
alia citatione non ſit opus.De quo tamen vide Pau.de Caſt in
d.l.ad peremptorium.ſi.de iud.& in l.admonendi.ff.de iureiur.
e ¶Quarto limita in Papa qui poteſt ᵉ ferre ſententiam diffiniti
uam,ꝫ tenentes res eccleſię indebitè,non præcedente alia cita
tione.Ita ſing.Io.And.in c.cum olim.de re iud. in nouella. qđ
refert Bal.in prælud.feu.in 13.col.& l.2.C.quomodo, & quan-
do iud. De cuius veritate vide Panor.in c.1.de confir. vtil. vel
f inutili.& in d.c.cum olim.in fi. ᶠ¶Quintò ſing.limita,quando
proceſſus agitatus coram iudice eſt nullus: nam iudex poteſt
proferre ſententiam , & declarare proceſſum nullum ſine ali-
qua partium citatione.Ita Abb.antiquus.in c.cauſam quæ.per
illum tex.de refer.quod ibi refert D.Ant.in not.& dicit multũ
ſingulare eſſe.alleg.tex.quem non inuenio 2.q.6.c.prolatam.ta
mea dicit,ꝙ non eſt generaliter verum . de cuius veritate vide
ibi Imo.& Pan.& conſidera:quia ex hoc poteſt nouiter infer-
ri vnum,quod eſſet bene ſingulare,ꝙ ſententia poteſt declara
26 ri nulla,parte abſente,tamen non pono pro conſtanti. ¶†Sex
to limita,niſi partes eſſent pñtes in iudicio,ſecundum Bar. in l.
1.vbi Bal.& alij.ff.de in ius voc.& licèt Bar.intelligat parte præ
* ſente in iudicio,& volente,ſed non inuita : *tamen coiter tenetur*,
ꝙ data præſentia partium etiam inuitis eis poteſt ferri quæcũ
que ſnĩa etiam diffinitiua ſine citatione,ꝑ tex.in l.de vnoquo-
que.in verbo præſentib.de re iud.vbi Ang. & Imo. & ibi Alex.
in 1.no.qui ponit multas concor.& in l.1.de in ius voc. Doc.in
c.1.de iudi.Facit.l.in cauſæ prima.§.cauſa cognita.in verbo p̃-
ſentib.vel circa.ff.de min.& in l.etiam.§. fina. ff.de minoribus.
27 Et ad hoc vide omnino Bal.hic in 6.col.qui per hoc dicit,ꝙ ſi
teſtis dum producitur,eſt pñs in iudicio,poteſt iurare, & depo
nere ſine citatione,per l.poſt legatum.§.his verò.ff.de his , qui.
vt indig.quia cùm finis citati ſit comparitio , fruſtra citatur q
præſens eſt in iudicio,ſecundum Inn.& Io.And.in c.1.de elec.
in 6.in nouel.hoc de teſte vide D.de Rota in deci.365.D.Anto.
28 in c.in nomine domini.de teſt.†Imò dicit ſing.Bal.in Authẽ. ſ
omnes.C.ſi ſe ab hęre.abſti.ꝙ etiam ſi ſtatutum expreſsè requi
reret in aliquo actu citationem,ſi partes ſunt præſentes poteſt
ille actus expediri ſine citatione . Quod dictum commendat
Lud.in l.j.in 4.col.infr.de arbi.imò ſingularius dixit Bal.in l.j.in
fi.C.quomodo,& quando iud.& in d.Auth.ſi omnes. quòd ſi
partes eſſent præſentes,non requireretur aliud præceptum pe-
* remptorium,ꝙ tamen debet ad diffinitinam procedere,*vt di
cam ſ. Intellige tamen prædicta, dummodo præſens in iudi-
cio certioretur de actu celebrando: aliàs actus dicitur factus
tanquam ꝫ abſentem. Ita Bar.no.in l.furioſo.in fin. de re iudic.
Secundò mirabiliter intellige,niſi quis eſſet præſens in iudicio

ob

A D D I T I O N E S.

a ¶Illam gl.ſingularem dicit Barba.in Rep.rubr.C.qui admitti.35.colum. ver.
quia ad hoc. BELLOT.
b ¶Sententia interlocutoria.Adde Bal.in l.fi.C.de ſen.ex bre.reci. Lanfr.in re-
pe.c.quoniam contra falſam.de proba.
c ¶Contrarium.Adde Alex.in l.contumacia.2.col.ver.quinto fallit. de re iud.
& in l.de vnoquoque.11.limita. PVRPV.
d ¶Limita.Adde Alex.in l.de vnoquoque.6.limita. PVRPV.
e ¶Qui poteſt.Adde Archi.in c. qui Lotha.2.q.1.quem refert, & ſequitur Dec.
in c.eos.in pe.col.de immu. eccl.
f ¶In fi.Adde Alex.in d.l.de vnoquoque.9.limita. PVRPV.
* ¶Ante diffinitiuam præcedere.

ob aliam causam, vel litem, pp quam fuisset citatus, fm Bald. in l. fi accusatorib. C. de accu. quem reprobat Alexan. in d. l. de
29 vnoquoque. in 1. col. Addo Bald. in c. 1. in 5. col. de iud. ¶† Septimo fallit in sñia lata à principe, quæ põt ferri partib. non
a citatis, a fm Bald. in l. nec causas. C. de app. & ibi respondet ad cle. pastor. de re iud. Idẽ tenet Bal. in l. 2. in prin. C. quomodo, & qñ iud. per gl. not. in l. antep. in fi. ff. ex quib. cau. ma. Pro hoc fa-
b cit, quia coram principe ꝺ nõ requiritur exactus ordo iudiciorũ, fm Ang. in l. oĩum. C. de test. facit c. fi. de iur. cal. Ista tñ limitatio non est vera, & in ꝟrium est gl. no. quam ibi multum no. Bal. in l. fi. C. de legi. Ludo. in l. 1. in 6. col. j̃. de arb. Facit text. in c. 1. de causa pos. & prop. & ꝙ in simili vult Bar. in l. adoptio. ff. de adop. per l. Nam ita diuus, quam simul legit. & in l. diui. ff. de lib. causa. & in l. Gallus. §. & quid si tñ. de lib. & posth. Bal. in l. 2. C. de tẽp. app. Cano. in c. cũ olim. de re iud. & in c. in nostra. de procu. Facit, quia si speciale est in Papa ferente sñiam diffinitiuam ꝟ tenentes res ecclesiæ indebitè, vt dixi. in 4. fall. ergo in ꝟrium est ius cõe. Intellige tñ semper nisi princeps ex plenitudine potestatis, & ex certa scientia sñiam ferret, per l. 2. in fi. ff. de in integ. rest. Ita Host. & Io. An. in c. in præsentia. de procu. Bal.
30 in l. fi. in ver. extra opponitur. C. de fru. & li. expen. ¶† Octauò fallit in inhibitorijs, quas faciunt iudices ecclesiastici secularibus, quia valent sine citatione, fm Bald. in Auth. causa, quæ fit cum monacho. & melius in l. præsb. C. de epis. & cler. Alleg. Archi. in c. Iota. 2. q. 1. Facit, ꝙ vult Bald. in l. consulta diualia. C. de testa. Idem tenet d. Ant. de But. in c. tuam. in 4. col. in ver. ex his potest decidi. de ord. cog. Principale fundamentum tenentium istam partem est: quia etiam citatus nihil ad hoc posset ꝟdicere, ergo non vr necessaria eius citatio. c. pasto. §. 1. de app. Idem tenet Are. in consil 75. inci. diligenter, & maturè. in j. col. & 4. in fin. & 5. & 6. vbi idem in reuocatione inhibitoriæ, licèt in illa 6. col. videatur aliter tenere. Contrarium est verius, & in hoc erratur in practica. Vnde si coram iudice secul. petitur exe cutio instr̃i ex forma statuti, & ille contra quem petitur executio narrat iudici ecclesiastico, qualiter tale instr̃m est vsurarium, & petit inhiberi iudici seculari, ne vltra procedat, nõ valet talis inhibitio, parte non citata. Ita Fed. de Sen. in consil. 300. inci. factum tale proponitur: debitor promisit. motus per id, ꝙ habetur in c. Romana. §. si vero, & in c. non solum. de appel. in 6. Idẽ tenet Imol. in c. debitores. circ. med. vbi Pan. in 7. col. de iureiu. Imo. in l. 4. §. condemnatum. ff. de re iud. Pet. de Anch. in cons. 234. inci. casus talis est, post præceptum. & Lau. de Rodul. in repe. cap. consuluit. de vsu. in q. 131. vbi inter multa, quæ adducit, præcisè mouetur: quia ad hoc, vt possit iuhiberi, oportet coram iudice inhibente pendere litem ptæiudicantem illi liti, pro qua inhibetur. c. tuam. de ordi. cog. c. lator. & c. causam. qui filij sint legi. sed lis non potest dici pendere, nisi saltem secuta citatione partis. cle. fin. vt lit. pen. Idem consuluit Alexan. consil. 91. in 2. vol. inci. visis, ac mihi transmissis. in 4. col. & seq. in consil. 9. in 4. vol. inci. præstantissimè Doc. & in d. l. 4. §. condemnatum. & in l. Titia. in fin. ff. solut. matr. & vtrobique dicit
* *Istam esse magis communem op.* ꝙ requiratur citatio. Are. in consil. 20. inci. in q. & causa Barnabei. in pe. col. in fi. & in consil. 33. ꝙ inci. ꝟsultatio præmissa. in 3. col. Facit, ꝙ vult Spec. in titu. de app. §. de officiali. ver. sed nũquid eo casu. vbi tenet, ꝙ iudex appellationis ad hoc, vt possit inhibere iudici primo, requiritur
* citatio, per d. §. si verò vocatus. *Et communiter tenetur*, licèt in pra
31 ctica malè obseruetur. Tñ † in contrarium facere vr: quia nũquã requiritur citatio illius, quo etiam præsente, & inuito posset actus expediri. l. 4. §. illud. ff. de fideic. lib. & regula, ꝙ potest inuitis. s̃. de reg. iur. Et tenendo cõem sñiam, eam limita, vt per Bal. in l. præsby. in 2. col. C. de epis. & cler. post Gemi. ibi per eum allegatum. Item limita: vt per Lau. de Rodul. in d. repe. c. consuluit. in 2. parte. q. 131. & ibi in effectu limitat quando ad
32 instantiam partis: aliàs secus. ¶† Nono fallit, quia in sententia diffinitiua, vel interlocutoria nunquam debet citari ille, de cuius præiudicio prin. non agit: licèt in consequentia agatur, glo.
33 in l. de vnoquoque. in gl. 2. in fi. ff. de re iud. ¶† Quæ no. facit fm
* Ang. Imo. & Alexan. ibi, qd̃ qñ fit executio * bonorum contra principalem debitorem, ad hoc, vt postea possit peruenire cõtra principalem fideiussorem, per Auth. præsente. C. de fideiuss. an requiratur citatio fideiussoris. vide ibi per eos cum concor. ibi per Alex. & cum illa gl. tenet Ang. in l. filiusfam. §. diui. ff. de leg. 1. & ibi Imo. dicit illam gl. esse ad hoc fin. quam etiam sequitur Bal. in l. ab eo. in vlt. col. C. quomodo, & quando iud. & Alex. in consil. 228. inci. visis dubitationib. elegantissimè forma-
34 tis, in 1. & 2. col. & in consil. 297. incip. stantib. his. † Vnde dicit Bar. fin. in l. in diem. ff. de aqua plu. arc. ꝙ quando agitur iudicium cum hærede, peruenientes ab intest. substituti non sunt citandi, per tex. no. in l. 1. §. pe. ff. de vent. insp. Idem tenet Ang. & Im. in d. l. filiusfa. §. diui. & Imo. in l. 10. de verb. ob. & Alex. in consi. 123. inci. discussis exhibitionib. in 4. col. 1. vol. Facit, ꝙ dicunt Imo. & Bal. in c. humilis. de ma. & obe. dum dicunt, non esse citandos illos, quos incidenter negotium tangit, sed sufficit principalem citare: alleg. text. pro not. in d. l. 1. §. pe. de vent.
35 insp. ¶† Facit, ꝙ vult gl. not. in c. quamuis. in gl. fi. de pact. in 6. per quã infert ibi singu. Gemi. in 6. col. ꝙ actus non dicitur verti in præiudicium alterius, quando non infert ei principaliter præiudicium, licèt in consequentiam: ex quo decidit singul. Gemin. (& nunqam obliuiscaris,) quòd si ex forma statuti debent citari illi, in quorum detrimentum fit actus, intelligitur tale statutum de his, in quorum detrimentum fit actus directè, non secundariò. quod est not. secundum eum. Tamen dubitabile videtur, quia hoc mõdo statutum non addderet iuri communi: & tamen statutum semper debet sic intelligi, vt aliquid addat iuri communi secundum Bart. & alios in l. 4. §. prætor ait. ff. de damn. infect. in l. 2. in fin. ff. de vsu. cum alijs concor. Ad idem facit, quòd vult Bald. in l. si pro te. C. de do. promis. per illũ tex. & retuli in l. 3. in prin. j̃. de transactio. Ad idem facit gl. not. in l. in cognitione. ff. ad Syl. iuncto eo, quod per illam gloss. dicit Angel. ibi in fin. & infr. dicam. Limita not. istam
36 conclu. † quòd in sententia non debet citari ille, de cuius præiudicio princ. non agitur: sed in consequentiam: vt procedat quo ad hoc, vt sententia, vel alius actus valeat: sed ad hoc, vt præiudicet illi tertio, de cuius præiudicio in consequentiam agitur, requiritur eius citatio, saltem generalis. iuxta notata per Bartol. in l. si eo tempore. per illum text. C. de remiss. pig. & in extrauag. ad repr. in verb. per edictum. Facit glo. not. in l. cum miles. in verb. facienda. ff. ex quib. caus. maior. Ita Alexand. limitat. in dict. l. de vnoquoque. in fi. colum. & no. in consil. 149. incip. in causa, quæ vertitur inter agentes. in 4. colum. & multũ not. Ioan. Fab. quem omnino vide, in §. licèt antem. Institu. de adoptio. & vide iura sua, quæ videntur facere contra principalem limitatonem. Contra tamen istam vltimam declarationem videtur facere gloss. not. in l. in cognitione. ff. ad Syll. per quam dicit ibi Angel. in fin. quòd sententia lata contra vnum, quem negotium princip. contingit, præiudicat in quandam necessariam consequentiam ei, quem negotium accessoriè tangit, etiam si non sit citatus ad processum. Vnde dicit ex hoc inferri, quòd sententia lata contra pricipalem debitorem nocet fideiussori, & mandatori etiam non citato. non tamen taliter, quòd contra eos possit via executiua agi, nisi esset fideiussor iudic. solui, per not. in l. 1. ff. iudic. sol. de quo vltimo, scilicet de fideiussore tangitur per Ang. Imol. & Alexand. in di-
37 cta l. de vno quoque. ¶† Decimò c limita principalem conc clusio. nisi pars à principio fuisset citata ad totam d causam, & d communem processum vsque ad sententiam inclusiuè: tunc non requiritur postea specialis citatio ad audiendum ferri sententiam. Ita Innoc. vbi vide alios maximè domin. Anton. in capit. consuluit. de offic. deleg. & Innoc. in cap. auditis, & in capit. constitutis. de procurator. & in c. cum olim. in fi. de testi. & no. Bart. in l. statuliberos. §. 1. per illum text. ff. de statulib. vbi Bartol. intelligit hoc esse verum duobus concurrentibus. Primò, quando in citatione generali fuit posita comminatio de ꝓcedendo ad sententiam, si non cõpareret. Secundo procedit data contumacia partis. Idem etiam dicit not. Bartol. in extrauagant. ad reprim. in verb. super dicto crimine. & Bald. in Authen. qui semel. C. quomodo, & quando iudi. Tamen aduerte, quia præfati Doctor. non aperiunt, an loquantur in sententia diffinitiua, an in interlocutoria. Ideo Bald. singular. in l. sancimus. in 10. quæstio. C. de iud. distinguit istam limitationem procedere quo ad sententias interlocutorias, ad quas, qui à princip. generaliter fuit citatus, non debet amplius citari. Secus quo ad diffinitiuam. Sequitur Petr. de Ancha. in clem. 1. in 10. & 12. not. de foro compe. per Angel. in l. fi. prætor. in princ. ff. de iud. & in d. l. de vnoquoque. & limitationem, quam ponit

ADDITIONES.

a † Non citatis, Quòd verũ esse iure ciuili: secus autem iure Cano. scribit Vigui. inter com. op. lib. 17. ver. sententia principis. Cui adde Rob. de ord. iu. c. 29. ver. cita. num. 10. vbi dicit hoc procedere existente tamen iusta causa. cùm regulariter etiam sententia principis non valeat sine citatione, ex quo princeps non potest tollere id, quod est iuris naturalis, text. vbi glo. & Bald. in l. fin. C. de legi Quæ omnia declarat Seb. de nullit. cap. 5. num 11. num. 14. vbi dicit com. opi. prædictam, quòd ex citationis defectu vitietur, ex Alex. consi. 11. num. 5. lib. 7. Deci. consil. 544. num. 27. Rom. sing. 664. MASVER.

b ¶ Coram principe. Adde Bal. in cap. 1. de for. fide. in vsi. feu. Inn. in cap. in cau. de re iud. Et hæc ponit Alex. in l. de vnoquoque. 8. limita. PVRPV.

c Decimò limita. Adde Alex. in l. de vnoquoque. §. fi. vers. & iuxta hoc. PVRPV.

d ¶ Totam. in materia, vide Are. in §. fi. Instit. de pœn. temp. litigan.

* Excussio.

nit Barto.super verbo,dicto crimine. Adde etiam quòd Ioan. And.in addi.Specu.in titu.de cita.§.viso. verti. & post peremptorium.dicit se intelligere d.conclu. Innoc.quando pars esset in longinquis partibus. Tunc amplius citari non deberet. Secus si esset in partibus propinquis.Sequitur Lud.in l.1.in 5.col. ff.de arbi.& Imo.in d.l.de vnoquoque. De quo vltimo vide ēt Bal.in l.si quando.C.de test.& in l.1.in 5.q.ff.si quis cau.& in l.si accusatoribus.C.de accus.Ludo.in l.4.§.hoc autem iudicium.
38 in fin.in addi.nouis.ff.de damno infect.¶†Vndecimò fallit cō clu.princ.in eo,qui fuit contumax in respondendo positionibus:quia ad sententiam audiendam amplius citari non debet. Ita singu.Specu.in titu.de positionibus.§.8.in fin. Tamen istud dictum non est verum,& contrarium tenet Ioan.And.in cap. 2.de confes.in nouella.in 6.& plenius in addi. Specu.in titu. de
39 cita.§.viso,versic.Item licèt.in fin.& Lud.in sing.suis.¶††Duodecimò fallit,quando per iudicem interdicitur administratio alicui tanquàm prodigo,& sibi curator datur. Tunc non requiritur alicuius citatio:quia non iudex,sed lex istud facit.l. 1. in princ.cum glo.ff.de cur.fur.Ita Bal.Ang.& Moder.in l.is,cui
40 bonis.ff.de verbo.oblig.¶††Decimotertio fallit in datione tutoris,vel curatoris,quam facit iudex, in qua non requiritur, ꝙ aliquis citetur,nisi tutor esset per inquisitionem dandus. Ita Bar.in l.qui habent.§.quolibet ff.de tutelis.& in l. legitimos. in prin.ff.de legi.tut.& Bal.no.in Auth.matri, & auiæ. C. quando mu.tute.offi.& no.Alex.cōsi.86.in 2.volum.incip.visis dubita
41 tionibus elegantissimè formatis. ¶††Decimoquartò fallit sing. quando sententia est ferenda secundum conscientiam alicuius:tunc potest ferri partibus absentibus,& non citatis. Ita singu.Bal.in l.certum.in 2.colu.in fin. C.vnde legi.vbi formaliter dicit,quando Papa mandat aliquem examinari, si est dignus, ibi non est aliquis citandus, cum sufficiat probationem concludere soli examinatori:& quia hæc commissio est potius cō scientialis,quàm iudicialis.Istud dictum,quod in sententia cōscientiali non requiratur aliqua citatio,refert,& simpliciter sequitur Lud.in repe.rub.ff.de arbi in 2. colum. in fine. Sequitur simpliciter Alex.in d.l.de vnoquoque.in pe.colum.¶Ego puto,quòd istud dictum non sit simpliciter verum.Et primò adduco ipsum met Ludo.in d.l.certum.in fi.vbi formaliter dicit, quod illud dictum Bald.ibi non procedit, quando extaret alia persona,de cuius præiudicio ageretur per id,quod not. glo. in l.fin.C.de bono.possess.secundum tabu. vbi ad hoc,vt rectè determinetur,necesse habet rectè informare cōscientiam suam: ergo requiritur causæ cognitio:& sic citatio.l.fin.C.si per vim,
42 vel alio modo.l.in causæ.§.causa cognita. j.de mino.¶††Confirmo per id,quod egregiè dicit Bald.in dispu.incip.statuto canetur,quòd fœnerata.in fina.colum. vbi dicit,quod ille cuius conscientiæ aliquid committitur,non potest leges transgredi, quod intelligitur de conscientia legibus munita,& secundum leges regulata,non de ea,quam quisque sibi fabricat.arg. l. co-
43 dicillis.§.fina.ff.de lega.2.¶††Tertiò contra Bald. incuitabiliter stringit,quia istud verbum,cōscientia, importat arbitrium bo
a ni viri, non liberam voluntatem,secundum Bald.in l. fina.in fin.C.de iure do.impe.patet ex no.in clem. 1. in verbo oneramus.de iure patron.per Bald.in l.nulli.in 4.colum.C.de epis. & cler.per Doct.post glo.singu.ibi in cap.statutum.§.alieflorem. de rescrip.in 6.Sed sic est, quod quando committitur aliquid per verba importantia arbitrium boni viri, debet talis commissarius necessariò partes requirere,& facere citari,secūdum Barto.in extrauag.ad reprim. in verbo, sine figura,& in verbo
b videbitur.& Bal.in l.captatorias.in 3.q.C.de testamen.milita.
44 †Salua tamen dictū Bald. & hoc modo erit 15. limitatio, qñ commissio fieret per verba, quæ solam monitionem important,quando Papa mandat alicui,prouideri de beneficio in certa ecclesia,si ille est idoneus,vel dignus.Nam ista verba nō faciunt aliquam conditionem,vt notabiliter Barto.declarat in l. muto.§. sub conditione. ff. de tut.& glo. & melius Doctor. in cle.1.de offi.deleg.patet:quia tacitè intunt, etiam si non exprimantur.c.cum adeo, cum glo.in verbo,si dignus.de rescrip. in c.causam.vbi not.de elect.& ita not.soluat Alex. in consi. 218. in 2.volum.incip.visis verbis.& quòd isto casu quando committitur alicui,quòd prouideat,si est idoneus,vel dignus,ꝙ nō requiratur aliqua citatio,firmat Bal.in l.non dubium. in 8. col. C.de leg.& in l.si qua per calumniam.C.de episco.& cler.& in
45 l.neq; natales.C.de prob.Can.in c.fi.de præsum. ¶††Decimosextò fallit,quando alicui committitur reuisio rationum,puta inter certos mercatores,tunc si ex inspectione constat esse absentem debitorem,valet sententia contra eum lata, quamuis non esset absens per contumaciam:nec aliter sit citatus ad sententiam.Ita Bar:in l.2.§.1.per gl.ibi.ff.de admi.rerum ad ciuit. perti sequitur Pau de Cast.in l.2.in fin.C.vbi de curiali, vel cohor.d.Abb.in c.ex insinuatione.ad fi.de appel.& in c.1.in 2.col. de causa pos.& propr.in c.cum olim.in 6.col.de re iudi. & in c. vestra,prope fin.de cohabi.cle.& mu.in c.bonæ.el 1.in 4.colu. de elec.& in c.cum sit Romana,prope fi de appel. Facit,ꝙ cumulatè scribit Lud.Rom.in consi. 483.inci. dubitatur primò, vtrum elect.in vlti col.& in consi.499. incip. in præmissa consultatione.Inteilige,quando certum est isti absenti defensionē non competere,secundum Abb.in d.c.1.in 2.col.in princi. de cau.pos.& propr.& in consi.68.in 2.vol.incip. Quamquam super vacatione.cir.fi.quod est in 2.volu consi.68.in d.c. cum sit Romana.propè fi.& in d.c.vestra.& in c.causam quę.in 1.col. in fi.de rescri.Et ita consului de facto in ciuitate Astensi,quod
46 bene nota. ¶Decimoseptimò fallit & in sententia taxationis expensarum,in qua non requiritur alterius partis citatio,secūdum Bar.in l.terminato.in 2.col.C.de fru. & lit. expen. & in l. 1.C.quomodo,& quando iudic.Innoc.& alij in c.fi.quod met.
47 causa.¶††Decimooctauò fallit,quando disputatur de validita te processus agitati coram alio iudice: tunc non requiritur citatio illius primi iudicis.Eodem modo, quando est appellatū à sententia:& coram iudice ad quem disputatur de iniquitate primæ sententiæ,primus iudex non est ad hoc citandus,secundum Inn.in d.c.de cætero.de transac & in c. dilectus filius Abba.de rescr.& in c.cum speciali.vbi ordinariè Can.de app.Bar. in l.1.§.fi.ff.ad Turp.Et facit conclu.quam dixi in 9.limi.vbi dixi,ꝙ sufficit citari eum, ad quem negotium principaliter spe-
48 ctat,non eum,ad quem accessoriè,vt hic in iudice. ¶††Decimononò fallit hoc modo:Nam licèt dubium sit, an sententia lata pro absente non citato saltem valeat in eius fauorem: an verò ita sit nulla,sicut quando fertur contra absentem non ci
✲ tatum.*Et communis conclu.est*.ꝙ vtroque casu non valeat, c etiā
c in fauorem absentis nō citati.De quo per gl.& Bar.in l.ea quæ. C.quomodo,& quando iud.& in l.furioso.ff. de re iud. ꝑ Bart. in extrauag.ad repri.in ver.figura.in fi. & est tex. in l. properandum.§.finautem reus,vbi Bar.Bal.& omnes C.de iud. Bal. hic in 6.col.& in l.si accusatoribus.C.de accus.D.Ant.in c.causam. de iud.¶Ista communis conclu. limitatur, vt procedat in sententia diffinitiua,secus in interlocutoria lata in fauorē absentis non citati,quia tunc valet.Ita sing.Ang in l.1.C.quibus non
49 obt.long.temp præscr.Alleg.Inn.in c.auditis.de procu. ¶††Vltra s.scripta no.diligenter,ꝙ absolutio, vel habilitatio à iuramento confirmatorio contractus,vt in casu Auth.sacramenta.C.si aduer.ven.& c.cum contingat de iureiu. & c. licèt mulieres.de iureiur.in 6.in c.quamuis. de pac. in 6. non potest ali-
d cui concedi per iudicem ecclesiasticum,nisi parte d citata,& si concedatur,talis absolutio vel habilitatio iuramenti nihil ipso iure valet.Ita D.Ant.Card.& Inn.in c.debitores.de iureiur. vbi dicit Card.se ita sæpius consuluisse:& latè Panor.in c. 1. de iureiu.Pet.de Anch.in consi.188. incip. prædictis subtiliter, & ad plenum deductis.Lau.de Ro.in commen.c.consuluit.de vsu. in q.125.Alex.in cons.222.in 2.vol.incip.visa facti narratione. in 4.col.in fi.cum seq.Ista conclusio confirmatur aperta rōne: quia in absolutione à iuramento requititur causæ cognitio, secundum Inn.in c.ad aures,quod met.cau.Spe. in tit. de iudice deleg.§.nunc ostendendum.in ver.24.cum duob. seq. Et istud patet,quia relaxatio à iuramento non debet concedi per iudicem ecclesiasticum,nisi appareat de magna læsione, vt ponūt Doct.in c.cum contingat.de iureiu.& dixi in d.Auth. sacramēta.Si ergo requiritur causæ cognitio,ergo & citatio.d.l in causæ.§.causa cognita j.de min.& l.fi.C.si per vim, vel alio modo. Imò plus dicit Inn.in d.c. debitores ꝙ etiam simplex habilitatio à iuramento solùm facta,ne iurans periurium incurrat,nō valet,nisi parte citata,quia si pars citatur,poterit esse, ꝙ ostendet,ꝙ per calumniam petitur talis habilitatio iuramenti,arg.l.
50 2.C.de Fals.¶††Item no.ꝙ ille qui semper fuit contumax in to
e to processu: e tamen debet citari tempore ferendæ sententiæ, alias non valeret.Inn.in c.cum olim.in fi.de testi.& in c. ad petitio-

ADDITIONES.

a ¶Boni viri. Adde Pau.de Cast in l. de pupillo.in §.qui opus.ff.de no.ope.nūc. Bal.in c.si sacerdos.de off.ordi.Io.de Ana. consi. 34. incip. visis & diligenter consideratis.

b ¶Testa.mili.Idem vult Alex.in l.de vnoquoque.7. limita. PVRPV.

c ¶Hanc ampliationem, id concl.quæ habet,sententiam non posse ferri parte non citata,& latam non præiudicare,refert etiam,& sequitur Viui. inter cōmun.opin.lib.17.verfic.sententia non potest.vbi ponit limit. & declarationes. PANCIR.

d ¶Citata. Adde,quòd contrariam magis communem in absolutione à iuramento ad effectum agendi,vel excipiendi dicit Rol.consi.57.num. 28. lib.1. Afflic.deci.220.col.3.Capel.Tolos.q.6.Nat.consi.167.col.3.& 4.consi.173. col.fi.& ita de facto seruari dicitur idem Rol.consi.13.nu. 38. lib.1.cui adde Osas.deci.125.nu.7.vbi tollit omnia contraria in hoc artic. MASVER.

e ¶Processu.Secunda ampliatio est Alexan.in l.contumacia. in 2.not. 3.limita. PVRPV.

titionē. de accuſ. & gl. magiſt. in c. 2. de dolo. & ꝙtu. in 6. Ego al
lego gl. in Auth. iubemus. in gl. fin. in verbo, ſpectans, de iudic.
51 ¶ †Item no. (quia quotidianum eſt) ꝙ iudex non poteſt defer
re iuramentum in ſupplementum probationis ei, qui ſemiple
nè probat, niſi parte ad hoc citata. Ita ſing. Ang. in l. in bonæ fi-
dei, per illum tex. C. de reb. cred. cum multis concor. quas de-
52 di in l. admonendi, in pe. car. magna, de iureiu. dic vt ibi. ¶ †An
a autem in ſententijs ª interlocutorijs, in quib. requiritur citatio
ſit etiam neceſſe, quòd interueniat peremptorium, ſicut in diffinitiua ſententia? Bar. ſing. in l. conſentaneum. in 2. col. C. qūo,
& quando iud. tenet, ꝙ ſi ſit interlocutoria grauis præiudicij,
vt dixi in princ. præſentis materiæ: tunc requiritur peremptorium, aliàs ſecus. Et idem firmat Bald. in l. tres denunciationes.
C. quomodo, & quando iud. & melius quàm alibi Matheſilanus in no. 132. 1mo. & Lud. in l. ſi finita. §. Iulianus. ff. de damno
infec. Facit l. properandum. §. & ſi quidem. C. de iudi. vbi in interlocutoria ferenda ab obſeruatione iudicij, requiritur perēptorium. De quo vltimo dubitat Bar. in d. l. conſentaneum. Et
an in tali abſolutoria ab obſeruatione iudicij requiratur citatio: declarat no. Bar. in l. Titia. in 2. col. ff. de accuſ. Bar. & omnes
53 in d. §. & ſi quidem. Bar. in d. l. tres denunciationes. ¶ †† Vltimò
eſſet videndum, an in dubio ſententia præſumatur lata præcedente peremptorio, & citatione; in quo multa dicunt. reſideo
in hac ſententia, quòd ſi ſit appellatum à tali ſententia, nō præſumatur lata præcedēte citatione, & peremptorio, niſi in actis
appareat, ſecundum Doc. in c. quoniam contra falſam. de proba. Io. And. in addi. Spe. in tit. de ſent. §. iuxta. verſi. & nota. Et ad
hoc vide, quod no. dicit Bal. in c. bonæ. in 2. col. de electio. vbi
ponit ſingularem limi. ſ. ad id quòd dicitur, quòd in dubio nō
præſumitur citatio præcedere niſi appareat, ſecundum Archi.
in c. propoſuiſti. 86. diſt. vide etiam Bal. in c. 1. §. ad hoc. in 9. co
lum. per illum tex. in verbo deuinxi. de pace iur. fir. in vſi. feud.
quamuis aliter teneat Bal. in l. hi, qui ad ciuilia. C. de appella. &
malè. Intellige, niſi eſſet ſententia de antiquo lata, ibi præſume
retur citationem, & peremptorium præceſſiſſe, ſecundū Doctor. præfatos, & Bal. in c. 1. de mi. vaſal. qui contu. eſt. Facit, ꝙ
dixi in q. de notario putatiuo in l. Barbarius. s̄. de off. prēto. aliàs
ſi non ſit appellatum à ſententia, in dubio præſumitur lata p̄cedente citatione, & peremptorio, vt latè ponit Alexan. in d.
54 l. de vnoquoque. in 2. colum. quicquid ibi teneat Ang. ¶ †† Præ
dicta omnia procedunt in ſententijs iudicum ordinariorum.
Quid in laudo arbitratoris, an poſſit ferri partibus abſentibus,
& non citatis? Examinat Barto. hic in 7. & ſeq. colum. & eſt articulus valde diſputabilis. & quia tangitur ordinariè in l. ſi quis
55 arbitratu. ff. de verbo. oblig. dic vt ibi. ¶ †Quid autem in ſenten
tia arbitri, ſeu laudo? Lud. in l. 1. in 4. colu. ff. de arbi. dicit, quòd
per omnia debemus dicere prout in ſententia iudicis. Credo,
quòd motus ſit: quia arbitria ſunt redacta ad ſimilitudinem iudiciorum l. 1. ff. de arb. Bar. verò in d. l. ſi quis arbitratu. in 3. col.
dicit hoc eſſe indubitatum: quia in laudo arbitri debet præcedere citatio. l. diem proferre. §. ſi quis litigatorum. ff. de arb. Sed
aduerte, quia in hoc cadit magiſtralis differentia inter ſententiam iudicis, & laudum arbitri: quia iudex poteſt ferre ſententiam parte abſente: dummodo fuerit legitimè citata. l. de vnoquoque. cum ſim. ff. de re iudic. Sed arbiter non poteſt vna par
te abſente etiam legitimè citata ſententiam ferre: quia per abſentiam vnius partis bene committitur pœna poſita in compromiſſo: ſed poſtea expirat compromiſſum, niſi iſta poteſtas
eſſet data in compromiſſo. Ita probat tex. no. in d. l. diem ꝓferre. §. ſi quis litigatorum. & ita in ſpecie not. Bal. in l. ſi qui ex cōſenſu. in 3. no. per illum tex. C. de epiſcop. aud. licèt referat Cy.
& Iaco. de Are. ibi aliter. diſtinguere, ſed reprobat, & bene. iſtud
idem tenet Bald. in cap. Quintauallis. de iureiur. vbi Imo. in 5.
56 colum. ¶ †Iuxta prædicta ſuccedit ſolennis quæſtio, & quoti-
diana. Pone, factum eſt compromiſſum in aliquem, duraturū
per menſem, cum poteſtate ſpecialiter in compromiſſo attributa, quòd arbiter, vel arbitrator poſſit prorogare terminum
illius menſis ſemel, bis, ter, & pluries, prout voluerit partib. præſentibus, vel abſentibus citatis, vel non. Pone, quòd arbiter prorogauerit ad alium menſem in abſentia partium, & non intimauerit partibus, an valeat: & an geſta poſtea per errorem valeant? Bal. ſing. in l. eos. §. Apoſtolos. in 2. col. C. de app. determi
b nat, quòd talis prorogatio nihil valet, ᵇ per l. diem proferre. in
princ. dum dicit, vel præſens, vel per nuncium, vel per epiſtolam. ĵ. de arbit. ergo requiritur notificatio partibus, iuxta glo. in
l. 1. in fi. ff. de contrahen. empt. Mouetur etiam Bal. per doctri.
gl. in cle. 1. in fi. de app. quæ dicit, quòd vbi termini aſſignatio
poteſt aliquem lædere, debet ſibi intimari. & dicit Bal. ſe ita cō
c ſuluiſſe. ᶜ Mar. Lau. hic refert ꝙ collegium Mediolanenſe conſuluit contrarium, & mouebatur: quia poteſtas arbitri pendet
à poteſtate partium. i. tantam poteſtatem habet arbiter, quantam partes ſibi dederunt. l. non diſtinguemus. §. de officio. ff. d
arbi. Si ergo partes dederunt expreſſam poteſtatem arbitro in
compromiſſo, ꝙ poſſet prorogare terminum partib. præſentibus, vel abſentibus citatis, vel non: cui ergo dubium, ꝙ poterit prorogare abſque præſentia partium, & abſque ꝙ eis notificetur? Et per hoc dicunt non obſt. d. l. diem proferre. quia ibi
arbiter non habebat iſtam expreſſam poteſtatem à partib. vt
in caſu noſtro, & iſtam ſententiam dicti collegij ſequit̄ Mar.
Lau. hic per tex. qui videtur prima facie expreſſus in l. diē proferre. §. ſi quis litigatorum. ĵ. de arbi. Tamen ad illum tex. ex ĵ.
dicendis patebit ſolu. Dicit tamen, ꝙ poſſet ſaluari opi. Bal. qā
in primo termino primi menſis arbiter nil cognouiſſet de meritis cauſæ: tunc bene tenetur intimare ſecundam prorogationem partibus, aliàs ſecus. Addo, ꝙ primam opi. Bal. videtur ēt
tenere idem Bal. in Auth. ei qui. in 2. col. in prin. C. de temp. app.
vbi dicit, ꝙ ſi tempus compromiſſi fuit prorogatum per arbitros, partes ipſæ videntur prorogaſſe, dummodo prorogatio
ſit intimata partibus, aliàs non valeret. Eſt verum, quòd Bal. ibi
non expreſsè loquitur, quando data erat arbitro poteſtas, de
qua. s̄. Adde etiam Bal. in l. 1. in fi. col. ver. quæro, an interlocutoria. C. de ſent. & interlo. om. iudi. vbi dicit, ꝙ habens poteſtatē
prorogandi compromiſſum poteſt hoc facere nulla parte citata: quia iſta non eſt propriè ſententia: tamē debet arbiter iſtā
prorogationem notificare partibus per ſeipſum, vel per nun-
57 cium, vel epiſtolam. d. l. diem proferre. ¶ † Adde etiam, ꝙ illā
opi. Bal. in d. §. Apoſtolos. ſequitur Sal. & tenet expreſsè Alex. in
conſi. 34. inci. viſo themate. s. reſcripto. in 1. vol. & 63. inci. in cā
& lite vertente inter Tho. Pro iſta opi. Bal. facit, quod ſing. vult
Spe. in tit. de arbi. § excipitur. ver. ſed pone ꝙ ſit actum, qui eſt
verſ. pen. vbi expreſsè dicit, ꝙ ſi ſit actum in compromiſſo, ꝙ
arbiter poſſit partibus abſentibus proferre laudum: tamen tenetur partem citare, per l. properandum. §. & ſi quidem. C. de
iud. & l. pe. §. illud. C. de temp. app. & dicit ibi Io. And. in addi.
ꝙ illud dictum alibi non habetur: & quod ita aliàs fuit iudicatum propter auctoritatem Specu. dum ipſe eſſet aduocatus
vnius partis. Iſtud dictum Spec. eſt bene ſingulare: tamen prima conſideratione vī contra tex. in d. l. diem proferre. §. ſi quis
litigatorum. Sed aduerte, ꝙ tex. bene ibi dicit, ꝙ arbiter poteſt
ferre ſententiam parte abſente, quando in compromiſſo hoc
fuit dictum, ꝙ abſentibus partibus poſſet iudicare; tamen text.
ille non dicit, ꝙ licèt poſſit partibus abſentib. ꝙ tamē poſſit eis
non citatis: quia vt dixi s̄. proximè arbiter non poteſt pronunciare vna parte abſente, etiam legitimè citata: quia abſens bene incidit in pœnam compromiſſi: ſed compromiſſum expirat, niſi in compromiſſo ſit dictum, ꝙ poſſit partibus abſentibus pronunciare, tunc poteſt. d. §. ſi quis litigatorum. tamē debet eas citare. & hoc dictum Spec. eſt ſingulare. Ideo Alb. in d.
§. ſi quis litigatorum. dicit poſt Gul. ibi, ꝙ ſi in compromiſſo
ſit dictum, ꝙ arbiter poſſit abſentibus partib. pronunciare, tūc
poteſt partib. abſentib. pronunciare, non autem eis nō citatis,
niſi in compromiſſo etiam eſſet dictum partibus abſentib. &
non citatis. Alleg. Spe. in d. §. excipitur. ver. pen. Iſtud eſt etiam
quod vult Imo. in l. ſi quis arbitratu. in 2. col. in prin. ff. de verb.
obl. vbi dicit, ꝙ quotidie in compromiſſis additur clauſula, ꝙ
arbiter poſſit pronunciare parte abſente, & non citata, & tunc
nō eſt opus citatione, vel notificatione. & dicit, ꝙ ſic obſeruat̄.
58 Ita etiam dicit Imo. in c. cum dilectus. de arb. † Ad idem facit
quod pulchrè no. Bal. in l. 2. C. vbi in rem act. in 1. col. per illum
tex. in verbo, ad notitiam, quòd quando terminus aſſignat̄ alicui in abſentia ſemper debet ſibi notificari, aliàs aſſignatio termini non præiudicat abſenti, quod eſt no. ſecundum Bald. Tamen potes dicere, ꝙ iſtud non facit in propoſito, quia aliud eſt
quærere, an prorogatio, vel aſſignatio termini præiudicet ignoranti, & tunc loquitur Bald. in d. l. 2. & alibi ſæpe. Aliud eſt quærere, an illa prorogatio valeat, & iſta eſt quæſtio noſtra. Et tenendo iſtam partem, reſpondeo ad fundamenta collegij Mediolanen. dum dicebatur, ꝙ poteſtas arbitri pendet à poteſtate
partium. Fateor d. l. non diſtinguemus. §. de offi. & c. cum dilectus. de arb. Et dum dicebatur, ꝙ partes in compromiſſo dederunt poteſtatem prorogandi compromiſſum partib. p̄ſentibus, vel non, citatis, vel non: ergo arbiter poteſt prorogare partib. abſentib. & non citatis, quia fateor. Tamen tenetur intimare partib. niſi in compromiſſo etiam eſſet ſpecialiter dictum,
quòd

ADDITIONES.

a ¶An autem in ſententijs. Adde l. ſi quando. C. de teſt. & in c. 2. de teſt. Inn. in c. petitione. de accuſ. Io. And. in c. conſuluit. de offi. deleg.
b ¶Nihil valet. Adde, ꝙ hanc communem dicit Dec. conſi. 39. in prin. qua de re plura no. Alex. conſi. 34. col. fi. circa fi. lib. 1. MASVER.
c ¶Conſi. 35. col. 2. ver. modo videamus. vlt. vol. Fely. in c. 1. col. pe. ver. 3. no. extra de conſti. Rom. rep. Rub. de arb. col. 7. q. 17. BELLOT.

q̄ non teneatur intimare,vt ex ꝛ.dictis patet.Ex quib.fac istam no.regulam, quòd arbiter potest facere id,quod specialiter est à partib.concessum,nec plus.Nec sufficiunt verba generalia, sed oportet quòd specialiter,& nominatim concedatur.Facit quod dicit Bar.in l.Aquiliana,in fi.ff.de transac.cum his,quæ di
59 xi ibi in l.1.¶†Vlti.quærit Bar.an sententia interlocutoria debeat in scriptis proferri.& tenet quòd non,iuxta gl.in l.2. ff. de app.reci.Dicit tamen in q̄rium esse tex.in l.fi.C. de priuil.scho. lib.12.circa fi.l.in verbo,interlocutione in scriptis proferenda. Bar.& Mod.respōdent,quod ibi est casus specialis. Non intelligo Barto.quòd in illa l.fina.casus ille sit specialis.sed vult dicere Bart.prout dicit ille tex.quod si sumus in casibus specialib. in quib.sententia interlocutoria debeat proferri in scriptis,tūc milites de quibus ibi,& alij de eorum familia tenentur soluere
* duos solidos.Et qui sint illi casus spāles,dicam ff.*Cuius ergo cōclu*
a *sio est*,quòd sententia interlocutoria [a] non est necessario in scriptis proferenda,prout etiam dicit gl.in c.fi.in gl.1. de re iudi.in 6.& in c.quoniam contra falsam.in verbo interlocutiones, de proba.quæ dicit,quòd licèt sententia interlocutoria non sit in scriptis proferenda,tamen debet postea in actis redigi ad scri
b pturam.Et quod interlocutoria scripturam non requirat, [b] tenet Bar.in l.2.in fi.C.de sen.ex breu.per rationem,¦vt ibi per eū. & Bar.in l.3.ff.de app.reci.Bal.in l.fi.C.de sen.ex breu.reci.Ang. & Imo.in l.1.§.libelli.ff.de appellat.& ibi plenè Angel. de Are.
60 †Hinc dicunt Ang.Imo.& Alex.in l.patris, & filij. de vulga. & pup.quòd interlocutoria in condemnatione expensarum nō requiritur,quòd feratur in scriptis de necessitate.Idem dicunt Ang.& Imo.in l.Paulus.ff.de re iud.Imò sing.tenet Bald.in d.l. patris,& filij, quòd ēt si sententia expensarum feratur cū sententia diffinitiua simul,quamuis diffinitiua requirat,quod primò sit scripta,tamen sententia condemnationis expensarum potest voce proferri,& sufficiet eam probari testib.& sequitur ibi Alexā. quamuis Comensis.ꝛ.dictis contradicat.Intellige tñ prædicta in expensis,quæ veniunt officio iudic. tantum. qđ est regulariter,vt dixi in l.1.C.de iudi.sed si deberentur iure actionis,puta,quia promisisset per stipulationem,iuxta glo.in l.3. §. si rem.ff.de leg.3.& in l.non solum.ff.de rei ven. quia tunc sententia ferenda esset diffinitiua,iuxta gl.magistram in clem.1.in verbo diffinitiua,de sequest.poss.& fru.tunc sententia condemnatoria talium expensarum debet necessariò in scriptis proferri.In quo tamen aduerte,quòd si iudex expressè in scrip. condemnaret in expensis,sed reseruaret postea sibi taxationem talium expensarum & declarationem,certè si iudex post sententiam,& ex interuallo postea taxaret,non requireretur alia scriptura:quia non condemnat,sed declarat: & qui declarat non dat de nouo.l.hæredes palàm.§.si quis post.de testa. Ita Bal. in
61 l.terminato.in 3.col.C.de fru.& li.expen. ¶†Pro prima concl. facit,quod dicit Bar.in l.Titia.in 3.col.ff.de accu.vbi quærit,an sententia absolutoria ab obseruatione iudicij sit diffinitiua, an interlocutoria.Vtilitas est:quia si est diffinitiua, debet in scriptis proferri:aliàs secus,vt ibi per eum.Facit,quod in simili ha-
c betur in præcepto [c] iudicis de soluendo intra 10. dies, quod fit contra confessum,iuxta gl.in l.si debitori.ff.de iudi.Nam cùm sit sñia interlocutoria,non requirit scripturam.Ita Gemin.in c.
62 fi.de re iud.in 6.Imo.in d.l.patris,& filij.¶†Limita prædictam conclu.non procedere in sententia excommunicationis,interdicti,& suspensionis,quia quamuis nil diffiniant,tamen necessariò debent in scriptis proferri.c.1.in prin.iuncto versi.hæc eadem.de sent.excom.in 6.quem ad hoc no.Bal.in l.prolatam.in
63 2.col.C.de sen.¶†Secundò mirabiliter fallit in sententia primi,& secundi decret..Ita sing.Bal.in l.iustè possidet.ff.de acqui. pos.Motus fortè propter earum grauitatem, & præiudicium.
64 An†autem interlocutoria [d] debeat ferri iudice sedente ꝑ tri-
d bunali,remitto te ad Bar.in l.2.in fi.C.de sent.ex bre. Bal. in l.1. in 2.col.eod.tit.& in d.l. patris,& filij.Sententia autem, seu lau
e dum [e] arbitri debet de necessitate in scriptis proferri.l.1. C. de sent.ex bre.re.gl.in l.cum antea.in ver.susceperint.C.de arbitr. Secus in arbitratoris laudo.Bal.in l.fi.in 5.col. C. de contrahen. emp.De sententia autem diffinitiua est expeditum, quòd necessariò de scripti recitatione proferri debet.l. 1. & per totum. C.de sent.ex breui.re.Fallit in casibus de quibus per gl. in c.fin. in ver.illustrium.de re iudic. in 6. Plures casus ponit Panor. in
65 c.1.de libel.ob.¶†Inter alios illum no.quod in causa matrimo
f niali [f] valet sententia diffinitiua,licèt non scriptis lata.glos.in c.
66 Albericus.vbi Innoc.& alii.de test.¶†Item quando profertur in præsentia principis,secundum Specu.in titu.de sen.prola.§. iusto.versic.non valet etiam si est lata.De quo per Ioan.Andr. & alios.in c.in causis.de re iudi.Bal.in l.fin. C. de leg.& in c.1.de
67 no.for.fidelit.¶†Item de consensu partium valet diffinitiua sine scriptis lata.Ita videtur probari in l.fi.in verbo,consentientes,& ibi glo.& Bar.expressè.C.de priu.scho.lib.12. per aliqua
* similia,vt ibi per Barto. *Contrarium est verius, & communiter tenetur*.Ita tenet gl.in d.c.fi.in verbo,illustrium.de re iud. in 6. & in c.de causis.de offi.deleg.& in cle.sæpe.in gl.pe.& fi.de ver.sig.& glo.in §.sicubi.in Auth.de mand.princ.Ang.de Are.in l.1. §.libelli.in 9.col.ff.de appel.plures alios casus speciales inuenies in
68 locis prælleg.¶†No.tamen perpetuo qd singu.tenet Ang. in ꝓsil.250.incip. Domina Liberina de Mantoa. vbi consuluit, quòd si de causa vertente coram ordinario sit petitum consilium sapientis,& causa sit commissa consilio vnius confidentis partium:Pone,portatur consilium ordinario,iudex ordina
g rius diffigillat consilium, & dicit pronuncio [g] prout in isto consilio continetur. Postea tradit consilium notario banchi, & notarius in fi.scribit qualiter iudex pronunciauit, prout in consilio continetur,consuluit Ang.quòd ista sententia est ipso iure nulla:quia sententia diffinitiua debet proferri de scripti recitatione.Iudex ergo debuit primò scribere ista verba,pronuncio prout in isto consilio continetur,deinde proferre,aliàs sententia est nulla.Et istam deci.sequitur D.Ant.de Alex.in l.1.circa fin.C.si aduer.liber.Ex istis remanet expeditus primus intellectus princ.glo.nostræ.Sum in 2.lect.glo.ibi, alij dicunt per libellum.ex qua habes in effectu,considerato, quòd glos.reprobat istum intellectum,quòd quando imploratur offic. iudi. in causa,in qua requiritur causæ cognitio, ibi est necessarius libellus:tamen aduerte secundum Doct.quòd. §.oportet. secūdus, per quem mouetur glo.ad reprobandum istum intellectum, non dicit,q̄ sit necessarius libellus:dum dicit,si vult,& no. circa illum casum,quem glo.ponit,q̄ in alienationib. rerum immobilium minoris requiritur decretum iudicis causa cogni-
69 ta.¶†Circa hoc perpetuò no.quod singu.cōsuluit Pet. de Ancha.in consi.83.incip.visis diligenter actis,& actitatis. Pone tota die contingit. Volo emere rem minoris immobilem: sed quia minor non habet curatorem,scio q̄ non possum emere,
h nisi cum auctoritate curatoris,& decreto [h] iudic. Pone,iudex huic minori petenti constituit curatorem:& similiter postquā constituit curatorem interponit decretum cum auctoritate illius curatoris,super alienatione illius rei minorris immobilis:consuluit,& verè Pet.de Anch.quòd alienatio est ipso iure nulla,& illud decretum nihil valet:quia decretum debet interponi in alienationibus minorum causa cognita.l.magis puto.§.ne passim.ff.de reb.eorum,l.fin.C.de cur.fur.Cy.in l.actus. C.de fer.Sed ex breuitate temporis non potest dici interuenisse causæ cognitionem in decreto:ergo nihil valet,per id,quod in simili dicitur,quod sententia lata ex breuitate temporis est nulla,quando iudex tulit sententiam tam breui tempore, q̄ non potuit verisimiliter acta considerare.Ita Bart.in l. prolatā. in fi.& in l.ex stipulatione.per illum tex.C.de sent.cum suis cōcord.Singularis certè est decisio,quam refert,& sequit Alexā.
70 in consi.359.inci.visis verbis testamenti.in fi.colum. ¶†Not. secundò diligenter id,quod nouiter consuluit Pau. de Cast.in consi.79.incip.super eo,quod quæritur:vbi dicit,q̄ si notarius sit rogatus de interpositione decreti facta per iudicem, dicat in instrumento,qualiter iudex cum causę cognitione sup hoc interposita,super ista alienatione rerum minoris:an ista verba notarij assertiua sufficiant ad probandum, quòd interuenerit causæ cognitio,prout requiritur?consuluit, q̄ non, per regulā no.quæ habet,q̄ qñ notarius attestatur aliquid in instrō, q̄ nō potuit fieri, tunc tp̄e rogati notarij instrm illud non probat.

est

ADDITIONES.

a ¶Sententia interlocutoria.Adde Spe.& ibi Bal.in addi.titu.de sen.vers. quid de interlucutoria.Bal.in l.hac consultissima.C.qui testa.face.pos.

b ¶Hoc procedit in causis leuibus,& modici momenti,& partibus consentientibus,secus si cā erit magna.l.quoties.C.de priu.scho.li.12.& facit tex.in Authen.nisi breuiores,C.de sen.ita no.Seb.de nulli.c.13.post num.73.& nu.74. vbi enumerat casus, in quib. nō procedit dicta conclusio,cui adde Rober.de ordi.iud.in 6.par.c.53.nu.12.nu.16.qui etiam prædicta declarat. MASVER.

c ¶In præcepto.Adde ita velle Alex.post Ang.in l.fi.col.8.C. de eden.dum loquitur de præcepto facto à notario. PVRPV.

d ¶Interlocutoria.Adde Cy.in l.emancipatione.C.de fide instru.

e ¶Laudum arbitri.Adde Lanfr.in repe.c.quoniam contra falsam.de proba.

f ¶Matrimoniali.Adde gl.in c.fi.de reg.iur.li.6.Arch.in c.statutis.2.q.1.

g ¶Pronuncio.Quòd sententia possit ita ferri pronuntio,vt in cōsi.tenet Alex. in l.1.§.si quis ita.col.4.de ver.ob. PVRPV.

h ¶De interpositione decreti in alienatione rei minoris, & an Decretum debeat interponi ante actum:vel post,vide Ias.in l.fi quis mihi bona. §.iussum. colum.penul.ff.de acquiren. hæred. Item, quomodo Decretum à sententia differat,& alia plura,vide per Nat.consilio 161.colum.5.& colum. 8. & seq. Dec.consi.209.& quòd quando index interponit Decretum,non debet dicere,si & quatenus iuris sit,sed prius debet discutere.teste Bar. in l.cū propter. ff.de leg.præst.quæ omnia latius examinat Ro.consi.33.nu.10.conli. 76. nu. 15.consi.99.nu.23.lib.1.melius consi.7.per tot.lib.3. BELLAC.

est doctr. Bar. licèt ipse alia alleget in Auth. si qs in aliquo, circa fi. C. de eden. cum concor. quas ibi dedi: sed cāæ cognitio non potuit statim illo tunc adhiberi, ergo verba notarij, ꝙ interposuit iudex decretum cum causæ cognitione, nihil probant de
71 causæ cognitione. ¶† Imò plus consuluit Pau. in cod. cons. ꝙ si iudex tempore, quo interponit decretum, dicit, ꝙ in hoc adhibuit causæ cognitionem, ista verba iudicis non probant, ꝙ cāæ cognitio interuenerit, per aliam regulam, ꝙ quotiescunqꝫ non potest liberè aliquem actum facere, nō stat assertioni fuę. l. & si fortè, vbi pulchrè Bar. ff. de cast. pec. cum multis concor. quas dixi in l. 1. in prin. ī. de offi. eius. Tamen, vt ibi dixi, posset dici, ꝙ illa regula procedit in priuato, non in iudice, de quo lex multum confidit: quomodo ergo fiet in casu nostro ad probandum, ꝙ decretum sit interpositum cum causæ cognitione: si non statur nec instro notarij, nec confessioni iudicis? consuluit Pau. in d.c. cons. ꝙ notarius debet facere duo instra separatim, & diuerso tempore, in vno attestari de causæ cognitione, quam iudex primo adhibuit ſm formam casus contingentis. Postea in alio instro attestari, qualiter decretū interposuit cū cāæ cognitione, vt in primo instro continetur, & ista not. bene. Et ad ista dicta Pau. de Cast. adde omnino quæ dicā ī. in 2. col.
72 & seq. ¶† Redeundo ad gl. omissa doctri. Bal. Bar. hic examinat qñ imploratur off. iud. an, & qñ de necessitate requiratur libellus, vt hic per eum, & vide per Bal. in rub. extra de off. iud. in 9. col. & seq. Inquātum Bar. facit tria membra, dicens. Quoddam esse off. iud. quod succedit loco deficiētis actionis. Quoddam, quod succedit loco deficientis excep. &c. Poterat Bar. clarius
73 loqui, & vti terminis magis conuenientib. † & dicere, ꝙ triplex est off. iud. quoddam nobile aduersarium, & mercenarium, vt declarat Bar. in l. 1. in 7. col. de iur. om. iud. De primo. ſ. de nobili loquitur primum membrum Bar. quia est illud, quod competit loco deficientis actionis. De secdo. ſ. de aduersario loquitur ſm membrum Bar. quia est illud, quod aduersatur, dum dicit, loco deficiētis except. Tertium est mercenarium, quod deseruit circa actiones propositas, in his, quæ emergunt in lite circa fructus, interesse, & similia. Et de ista materia qñ imploratur offi. iud. an, & qñ sit necessarius libellus, vide ēt per Bar. in repe. l. 3. in fi. C. de pig. & in l. 4. in bonis lect. C. depo. & in l. 1. §. fi. ff. de var. & extraor. cog. & in l. ab hostib. §. sed quod simpliciter. ff. ex quib. cau. ma. & in l. 4. §. hoc autem iudicium, in 6. & 7. q. de dā. infec. Bal. in Auth. offeratur. C. de lit. contest. & in rep. l. incerti, in pe. & fi. col. C. de interdi. & in l. 1. ff. de iur. omn. iud. vbi latius per Cy. Spec. in tit. de integ. rest. §. fi. ver. vlt. & in tit. de lib. ꝙcep. §. nunc videndum. ver. fi. D. Ant. & alij ibi, vbi mare magnum
74 in c. fi. de offi. iu. ¶† No. tñ circa doctri. Bar. ꝙ in omnib. casib. in quib. concluditur, ꝙ in imploratione off. iud. non requiritur libellus, intellige tñ semper, ꝙ requiritur qualisqualis petitio in actis, quia alias non posset iudex impartiri officium, si non implorarentur, per l. 3. §. hoc autē iudicium. ff. de dam. infec. Ita no. Alb. hic, alleg. l. de submersis. C. de nau. li. 10. & cle. fæpè, de ver.
75 sig. ¶† No. ēt diligenter, ꝙ in omnib. casib. in quib. non competit actio, sed solū offi. iu. vt in 1. membro Bar. licèt alias ad constituendū debitorem in mora sufficiat sola interpellatio extraiudicialis, gl. in l. q Romæ. §. coheredes, in gl. in ver. testato. ff. de verb. obl. & in l. vinum, in gl. mag. ī. si cer. pet. cū concord. quas ibi dedi: Isto casu non sufficit ad cōstituendum in mora in his, quæ debentur off. iu. nobili: sed requirit interpellatio iudicialis, tex. est sing. ſm Bar. & alios ibi, in l. cum postulassem, in princ. ff. de dam. inf. & rō clara est, q a cùm nihil debeatur parti, ergo si pars interpellat extraiudi. nihil facit: oportet ergo ꝙ sit iudex, q interpellet. Istam rōnem assignat Bar. in l. 1. in 7. col. ff. de iu. om.
76 ind. † imo plus nec per productionem libelli cōstituitur tunc in mora, nisi interueniat lit. contest. vt per Bar. in l. denunciasse. §. quid tñ. ff. de adul. per illum tex. Ang. & Lud. in d.l. vinū. Bal. & Ang. in rub. C. de in ius vo. Itē vbi imploratē off. iud. non hēt locum reconuentio. glo. in l. sed & si restituat, in ver. adierit, vbi
77 Ang. ff. de iud. ¶† Itē licèt aliàs filiusfa. non possit esse in iudicio sine cōsensu patris. l. fi. § necessitate. C. de bo. quæ lib. tñ potest implorare off. iu. absq; licentia patris, ſm Lud. in rub. ff. de arb. in 8. col. per gl. quam dicit sing. in l. 1. C. q admi. vbi ēt Ang. dicit illam gl. esse singularē; sed Lud. ibi alleg. concor. in l. 4 §. cā cognita. in l. fi seruus. ff. de bo. pos. quę tñ gl. loquuntur in seruo. Idem Lud. in l. cum filiusfam. viaticum. ff. si cer. pet. ponderat ibi esse aliam gl. sed nihil facit, q a loquit in casu speciali, qñ pa-
78 ter erat absens. ¶† Facit alia gl. in l. cog. § si pater, in ver. obsequium. ff. ad Treb. quam gl. dicit Lud. in repe. rub. ff. de arb. in 8. col. esse singularem ad aliud, ꝙ licèt filius emācipatus non possit agere nisi impetrata venia, tñ quando implorat officium iudicis, non requiritur impetratio veniæ. Tñ cogita, quia gl. istud non bene dicit, dic vt ibi habetur. Intellige tñ quod dixi, ꝙ filiusfam. potest esse in iudicio implorando officium iudicis sine cōsensu patris, verum est, qñ officium non in figura iudicij implorat, & ita loquitur gl. in d.l. 1. C. qui admit. & ibi Barto. in fin. col. & alij post eum: sed si imploretur in figura iudicij, vt in casib. hic not. per Bart. tunc bene requiritur consensus patris.
79 ¶† Item adde dum s̄. retuli. Pau. de Cast. in cons. 89. tenere, ꝙ non credatur attestationi notarij, nec etiam iudicis, si dicatur decretum interpositum cum debita causę cognitione. Nam in contrarium videtur mihi restringere illud, quod vult glo. in l. 1. in glo. mag. in ver. ordine. C. de fide instru. lib. 10. secundum ꝙ eam pro not. sequitur Bal. in l. fi. C. de præd. mino. quæ vult, ꝙ decretum iudicis prę̄sumatur interpositum ex iustis causis, & ista glo. est ad hoc sing. secundum Bal. in c. sicut. circa fi. de re iud. Si ergo currit præsumptio iuris, quid est quod assertioni, quæ iuuatur præsumptione iuris, stari non debeat, quia etiā sine assertione iudicis, vel notarij decretum præsumeretur in-
80 terpositum ex iustis causis? † Sed potes respondere, quòd illa glo. non loquitur in decreto super alienationibus minorum, quod patet, quia in alienationibus minorum opottet allegare causas iustas, & eas legitimè probare, & de his debet in actis constare, vt iudex possit decretum interponere, text. est no. in l. minorum. C. de prædi. min. Facit l. lex, quæ tutores. C. de admi. tuto. & quod vult glo. in l. 2. C. quando decreto opus non est.
81 ¶† Item adde circa doctri. Barto. dum in secundo casu primi membri princ. dicit, quoddam esse officium iud. per quod nihil concluditur parti, sed iudici, vt in integ. restitut. & in cautione damni infect. & in isto dicit, quod requiritur libellus, vt hic per eum. Non inuenio aliquem in hoc aduertisse, sed dubia multum videntur verba Barto. in eo, quod dicit in cautione damni infecti in tribus. Primò dum præsupponit, ꝙ in ea nihil concluditur parti, quia concludit ex quo peto, ꝙ pars caueat. Item dum innuit Barto. quòd hic requiratur libellus. Item innuit, ꝙ hic causæ cognitio requiratur, neutrum videtur posse procedere, cùm cautio damni infecti celeritatem desideret, l. 1. & l. 3. in princ. ff. de damn. infect. Cogita. Et quòd in cautione damni infecti requiratur libellus, vide Barto. in l. 4. §. hoc autem indicium, in 6. & 7. q. ff. de dam. inf. Item adde, ꝙ in missione in possessionem ex secundo decreto non requiritur libellus, ſm Bar. in l. iubere cauere, in vlt. colum. ī. de iur. om. iud. per rationem de qua ibi per eum. ¶ Sum in 2. lect. glo. ibi, tertij dicūt. in qua habes tertium intellectum, & 4. opp. ex quib. habes colligere fallentias ad istum intellectum, quem communiter tenent Doct. hic. Eum tenet Inno. in c. constitutus, de reli. do.
82 recolligendo. d glo. in istis fallentiis, & doct. ¶† Fac regulam, ꝙ causæ, quę requirunt plenam cognitionem, & decreti interpositionem, delegari non possunt, vt patet in alienatione rerum minorum, quæ cum requirat causæ cognitionem, delegari non potest. l. 2. §. 1. de offi. eius. Eodem modo in causæ cognitione super transactione alimentorum. l. cum hi. § sed nec mandare. ff. de transact. Ista regula fallit in resti. in integ. siue maiori, siue minori competente, quæ potest delegari, licèt plenam causæ cognitionem requirat. l. fi. in fi. C. vbi, & apud quos, & licèt Bal. hic dicat glo. istam dicere, ꝙ sit speciale fauore minorum, tamen non dicit: glo hic, quæ solùm dicit, sed in ea speciale. Bene istud dicit gl. in l. ea quæ. §. 1. ff. ad munici. Et videtur tenere gl. in l. 1. ff. de dam. infect. quam ibi expressè ad hoc no. & sequitur Ang. Idem tenet Bar. in d.l. fi. C. vbi & apud quos, & in l. 4. §. 1. in 1. col. ff. de dam. infect. & in l. imperium, in pen. col. in prin.
* ff. de iu. om iud. *Tamen communis sententia est*, ꝙ speciale in minore non sit, imò etiam procedat in maiore, quia de vtroque loquitur d.l. fin. C. vbi, & apud quos. secundum Bar. Albe. & communiter alios hic. Imo. & Moder. in l. 1. ff. de dam. infect. reprobata glo. ibi ¶ Secundò limita in causis, quæ requirunt plenam cognitionem. Secus si tantum semiplenam, vt in 2. opp. Ponderatamen, ꝙ Barto. hic in distinctione quam ponit, secundum Iac. But. in fi. illius limitat istud procedere hoc modo, ꝙ causæ quæ requirunt solùm semiplenam cognitionem, possunt delegari, verum est, quo ad cognitionem, non quo ad executionē realem. Ita etiam tenent Bar. & Ang. in l. cognitio. §. 1. ī. de offi. eius. Aliter tamen videtur tenere Bart. in l. imperium. in penul. colum. & in l. iubere in fin. colum. ī. de iur. om. iud. Et ideo Pau. de Cast. in d.l. cognitio. §. 1. quamuis de prædictis mentionem non faciat, dicit se multum mirari de hoc, & quod nunquam fuit clarus: sic istis causis quæ requirunt semiplenam cognitionem, si delegentur, & delegatus adhibuerit istam semiplenam cognitionem, quare postea non possit facere missionem realem, quæ non requirit aliam cognitionem, de hoc plenè tangam in d.l. iubere. ¶ Tertiò limita istam regulam procedere in his, quæ requirunt plenam causæ cognitionem, & postea expectant decreti interpositionem, & de his propriè lo-
83 quitur text. noster, ſm istum tertium intellectum. ¶† Quædam autem sunt causæ, quæ requirunt plenam cognitionem,

sed poſtea expectant diffinitiuam,& iſtæ an,& quando poſſint delegari,ſiue loquamur in ciuilib.ſiue in criminalib. diſtingue, vt magiſtraliter hic per Bar.& Alb.& ſigna iſtam doct.¶Quare ò vltra gl.& Docto.no.limita, vt procedat in cauſis,quæ officio iudicis nobili expediuntur. Secus in his, quæ expediuntur officio iud.mercenario ſuper aliquo incidenti in cauſa,quia licèt plenam cauſæ cognitionem requirat,tamen poteſt delegari.Ita Bar.in l.arbitro.ff.qui ſatiſd.cog.per iſtum tex.ſecundum
84 tertium intellectum gl. ibi,de quo ibi dicam.¶† Quintò limita non procedere in cauſis ſpiritualib. in quib. licèt requiratur plena cauſæ cognitio,tamen Epiſcopus poteſt delegare Archidiacono,& ſimilib.puta examinationem ordinandorum,& ſimilia.c.ad hoc.de offi.Arch.&c.Epiſcopus, & c.placuit.10.q.1. ita Inn in c.conſtitutus,de relig.dom. Refert,& ſequitur Alber. hic,circa fi.& etiam Ang. Redeundo ad iſtum tertium intellectum adde, ꝙ licèt omnes eum ſequantur,vt prædixi, tamen Raph.Fulg.in l.iubere cauere.in 2.col.ad fi.ff.de iur.om.iud. dicit,ꝙ talem expoſitionem per libellum, ideſt per delegatum, non meminit ſe legiſſe in toto corpore iuris.¶Quarta lect. gl. nullo modo tenetur,quia tex. non conuenit.¶Circa quintam lect.Iaco.de Are.quàm refert Bar.hic, in fi.vide Alb. de Roſa. hic,in 4.col.& ſeq.Iaſon de Mayno Mediol.vtriuſque cenſuræ Doctor,Papiæ legens.

SVMMARIVM.

1 *Geſta per procuratorem Cæſaris,dummodo eius commodum reſpiciant, valent.*
2 *Hæreditas,quamuis regulariter non poſſit adiri per procuratorem, tamen ſpeciale eſt in procuratore Cæſaris,& nu.4.*
3 *Adminiſtrator habens mandatum generale cum libera,non poteſt alienare.*
5 *Cæſar quando eſt inſtitutus hæres,requiritur, ꝙ hæreditas adeatur per ipſum vel eius procuratorem.*
6 *Verba illa, ꝙ procurator omnia agere poſſit, & gerere, ac ſi dominus præſens eſſet,ſi ſint inſerta in procuratorio, intelligitur per hæc verba conceſſa libera.*
7 *Hæres qui ſemel fuit,non poteſt deſinere eſſe.*
8 *Res quæ alienatur,ſi in veritate eſt procuratoris, & procurator credat eſſe domini,cuius nomine tradit,cùm non transferatur dominium, tamen repellitur,ſi vellet agere contra ementem.*
9 *Error an,& quando impediat translationem dominij.*
10 *Rem meam ſi trado tanquam alienam,non transfertur dominium.*
11 *Error in cauſa dominij non impedit dominij translationem.*
12 *Error in traditione an impediat dominij translationem,& nu.13.*
14 *Dominus ſum alicuius fundi: & credo me tantum ſuperficiarium, vel emphytentam;confero tale ius ſuperficiario,vel emphyteuſis, an dominium,quod habeo,impediat translationem iuris.*
15 *Dominus ſum alicuius fundi,quia fuit maiorum meorum,talis fundus tenetur ab eccleſia,ego ignorans fuiſſe,& eſſe meum,conduco in emphyteuſim,credens eſſe eccleſiæ, an talis error habeat mihi in aliquo præiudicare.*
16 *Error an matrimonium impediat,vel contractum annullet.*
17 *Sacerdos,ſi habeat quindecim hoſtias ante ſe, & putabat tantum decem,& protulit verba conficientia corpus Chriſti, an omnes ſint conſecratæ,vel nullæ,vel decem.*
18 *Procurator fiſci,an poſſit habere fidem de pretio, quando venditur res fiſcalis.*
19 *Procurator priuati an vendendo poſſit habere fidem de pretio.*
20 *Creditor,quando vendit rem pignoratam ex pacto,poteſt habere fidem de pretio.*
21 *Procuratorem aliquis conſtituit ad talem,& talem actum:deinde ſubijcitur clauſula multum lata,& ampla quòd promiſit habere rata quæcunque geſta per eum,an per iſtam generalitatem dicatur habere mandatum cum libera ad omnes cauſas,& actus.*
22 *Mandatum procuratoris quid ſi contineat,quòd procurator poſſit facere ea omnia,quæ poſſet dominus,ſi eſſet præſens,an dicatur habere mandatum cum libera.*
23 *Dominus ſi promitteret habere ratum, & firmum totum quicquid legitimè factũ fuerit à procuratore,quis erit effectus mandati,an valeat.*
24 *Procuratorem ſi quis conſtituit ad vendendum librum,ſi ipſe procurator conſtituat alium procuratorem, qui vendat, an valeat venditio, vel dominus poſſit eam reuocare.*

De officio procur.Cæſaris. Rub.

LEX PRIMA.

QVæ acta. Iſta l.cum ſequenti diuiditur in quatuor partes. In prima ponitur dictum generale. In ſecunda aliud dictum, per quod limitatur primum. In tertia ponitur vnum ſpeciale.In quarta aliùd.Secunda ibi,ſi rem Cæſaris. Tertia ibi
1 eſt & hoc præcipuum. Quarta ibi,& ſi Cæſar.¶† Omnia geſta per procuratorem Cæſaris, dummodo eius commodum reſpiciant,valent,& tria ſpecialia ſunt in Cæſare. Primò, ꝙ eius procurator poteſt cogere ſeruum inſtitutum,vt adeat. Secundò quòd hæreditas ſpectans Cæſari poteſt adiri per procuratorem. Tertiò,quòd hæreditas ſemel adita per Cæſarem,poteſt per eundem repudiari.hoc dicit, cum l. ſeq. ¶Ad euidentiam præmitto quod dicitur per Cyn.& Docto.in l.ſi procurator.C.de eden.quòd princeps,ſiue Imperator habet duos pro-
a curatores: [a] vnus eſt procurator Cæſaris, de quo hic. alius eſt procurator fiſci. Procurator Cæſaris eſt procurator patrimonij Imperatoris, videlicet bon.priuatorum, vt ſi inſtitueretur hæres per aliquem, vel ſi habebat bona antequam crearetur princeps,vel Imperator.Procurator fiſci eſt procurator bonorum, quæ habet tanquam princeps. Primò eſt ponderanda litera ibi quæ acta, & geſta. quod hic videtur text. quòd inter acta, & geſta eſt differentia propter dictionem, &, quæ cadit inter diuerſa.glo.in rub. ff.de iur.& fac.igno.& glo.in cap.quærelam, de Simo. ſed quia glo. 1. tangit,ibi ponam.¶Secundò ex tex.videtur probari,quod dominus conſtituendo procuratorem,qui poſſit facere ea omnia,quæ ipſe dominus, talis procurator videtur habere mandatum cum libera, de quo tangam. ĩ. in vlt. q. extra glo.¶Tertiò not. ex verſic.ſi rem Cæſaris,hic eſſe tex.expreſſum,quòd error circa rem impedit tranſlationem dominij ipſius rei. De quo per puncta videbitis in glo. magna, quæ eſt melior de corpore iuris.¶ Sed aduerte, quia iſtud not. non bene colligitur ex hoc text. in quo non apparet,quòd iſte procurator errauerit:ſed bene potuit eſſe, quòd erat in mala fide,appropriando ſibi rem Cæſaris pro ſua: prout etiam dicit Albe.hic.in 2.colum. quamuis etiam glo. mag. hic in prin.idem dicat,& fortè non bene, quia vt dixi de erro-
2 re in iſto text. nihil apparet.¶† Quartò not. ex iſto text. quòd quamuis regulariter hæreditas non poſſit adiri per procurato-
b rem, [b] vt eſt tex.in l.Paulus lib.12.reſponſorum reſpondit per procuratorem.ff.de acq.her.tamen ſpeciale eſt in procuratore Cæſaris.Barto.in d.l.Paulus.conatur dare rationem, quare non poſſit adiri,ſed eſt falſa,vt patet ex his, quæ dicit ibi Raph. Cu. qui eum reprehẽdit.Aliam rationem ponit ibi Bart.quę etiam mihi non placet.Veritas eſt,(& iſta mihi placet,) ꝙ hæreditas non poteſt adiri per procuratorem generalem, ſed per habentem ſpeciale mandatum bene poteſt adiri. Iſta eſt opi. Vltramont.quam referunt Cy.Alb.& Bal.in l.1.C.qui admi.& Batt. in d.l.Paulus,de quo etiam latè per Paul. de Caſt. in l.fi. in vlt. col.C.vnde legi.& latè Do.And.Bar.in repe. rub. C. qui admit. & in 77.colu.& duab.ſeq. & in 83.col. Sed pro nunc aliter non diſcutio,nec firmo:Sed iſtud fallit in procuratore Cæſaris, qui poteſt adire per generale mandatum.Nam ipſe habet mandatum cum libera,vt dicam.ĩ.licèt ſecus ſit in procuratore reipublicæ.l.præſes.C.de tranſ.¶Quintò not. ex verbo, denique.hic
3 eſſe tex.expreſſum,& not.† ꝙ adminiſtrator habens [c] manda-
c tum generale cum libera non poteſt alienare. Nam procurator Cæſaris,& quilibet publicus adminiſtrator habet liberam, vt ĩ.dicam,& tamen non poteſt alienare, vt hic. Contra iſtud videtur tex.in l.procurator,cui libera. de procu. Reſpondebat ſing.Bal.hic,ꝙ regula l.procurator,eſt vera,quando habet mandatum cum libera ab homine.Secus ſi à lege,vt in caſu noſtro in procuratore,Cæſaris & in quocunque,quia non poteſt alienare,niſi ſit in commodum domini.Et iſtud verbum puto no. ad illud quod dicit no.gl.in l.mandato generali, in gl.fi.de procura.Bal.& Mod.in l.præſes.per tex.C.de tranſac.vbi dicitur,ꝙ adminiſtrator reipub. dicitur habere mandatum cum libera, quia dico, ꝙ cùm habeat mandatum cum libera à lege, non habet ita latas habenas, vt habens mandatum cum libera ab homine.Et eſt tex.no.ad tutorem, qui mandatum habet cum libera à lege,vt per Barto.in l.inter bonorum. ff.de adminiſtra. tuto.Et iſta puto eſſe addenda ad ea,quæ dicuntur in l. præſes. C.de tranſac.Sed caue, quia tex. iſte loquitur etiam de tranſactione, & ſic huic ſolutioni obſtaret de directo d. l. præſes. C. de tranſact.vbi Bar.& omnes notant.iuncta d.l.mandato generali. Vnde puto (& iſta eſt veritas) quòd iſte tex.loquatur non in procuratore fiſci, ſed in procuratore patrimonij Cæſaris,in quo cenſetur priuatus,& ſine libera,ut tenet Barto.hic in 2.colum. Et ad prædicta vide omnino Bald. in cap. contingit, ad

ADDITIONES.

a ¶Procuratores.Et adde not.Alex.lib.4.conſ.6.in 2.argum. PVRPV.
b ¶Procuratorem.Quare hæreditas non poſſit adiri per procuratorem, vide aliam rationem infra.6.col.
c ¶Adminiſtrator habẽs.Adde Barb.in repet.rub.de rebus. eccleſ.non alien.in 13.colum.

ad fi. de transſ. Nec dicas, ꝙ in ista l. istud sit spāle in fisco, quia in fisco nihil prę sumitur speciale nisi l. expresse dicat, ꝙ sit spāle. l. Item veniunt. §. pridie. ff. de pet. hęr. gl. in l. 1. in gl. 1. de pet. hęre.
4 ¶ Sextò no. ex ver. & si Cæsar. vnum speciale in procuratore Cæsaris, quia licèt hæreditas regulariter per procuratorem adiri non possit. l. Paulus, lib. 11 ff. de acqui. hær. vbi habetur, ꝙ per nullum procuratorem, nec generalem, nec specialem adiri possit; istud est clarum, ꝙ hoc est speciale. Sed tenendo opin. Vltramon. ꝙ procurator specialis possit, generalis non, istud est speciale in procuratore Cæsaris, quia ex mandato generali poterit. Si dicatur paria sunt habere mandatum speciale, vel generale cum libera. l. procurator cui. ff. de procur. sed iste procurator mandatum habet generale cum libera, ergo &c. Responde, quòd illa æquiparatio procedit, quando habet mandatum cum libera ab homine, secus si à lege. Et quare procurator non possit hæreditatem adire, vltra rationes Bart. quas heri assignabā, aliam ponit hic Bald. & dicit esse, quia iura hereditaria directa acquirerentur in personam procuratoris, sed semel hæres non potest desinere esse hæres. l. & si fine. §. sed quod Papin. ff de min. & sic ipse ꝓcurator remaneret hęres, quare &c.
5 ¶† Septimò not. quòd quando Cæsar est institutus hæres, requiritur, ꝙ adeatur per ipsum, vel per procuratorem suum. ℨ de leg. 1. §. an bona. ℨ. de iure fisc. & l. commissa. ℨ. de publ. Respondeo, ꝙ loquuntur in bonis, quæ deferuntur in fiscum iure speciali, vt in bonis damnatorum. Nos loquimur in bonis acq̄rendis iure communi, vt acquirere hæreditatem, vt quilibet priuatus acquirit. Vel aliter respondeo, quòd contraria loquū tur in bonis delatis fisco. Secus est in bonis delatis Cæsari tanquam priuato.
6 ¶† Octauò ista l. alleg. in prin. ꝙ si in procuratorio sint inserta illa verba, ꝙ procurator omnia gerere possit, & agere ac si dominus præsens esset, ꝙ per hæc verba intelligitur concessa libera, de quo per Bart. in l. procurator ad vnam speciem. C. de procur. Gul. de Cu. hic, & in l. quā Tuberonis. ff. de pec. Ita dicit Ang. hic. Tu vide Bar. in l. creditor. §. Lucius. ff. de
7 mand. Et dicam de hoc latius. ℨ. in q. extra gl. ¶† Vltimò no. ex l. seq. hic esse tex. specialem, & sing. qui non est alibi, secundum Doct. & Bar. ꝙ licèt is, qui semel fuit hæres, non potest desinere. l. sicut. C. de repud. hære. Tamen istud fallit in Cæsare, vt hic. Et subiungit Bar. ꝙ istud non est alibi, nisi in minore, vt l. 1. C. si minor se ab hære. absti. Sed tu dic, ꝙ ibi est beneficio restitut. in integ. quod non est hic. Dicit tamen Bal. ꝙ omnia, quæ dicuntur in Cæsare, habent locum in Papa, qui etiam habet suos ꝓcuratores, siue collectores. ¶ Glo. in verbo, acta. in ea. glo. ad fi. No. ex glo. differentiam inter terminum, acta, & gesta, quia terminus, acta, est generalis, & gesta, specialis, & comprehendit tā tùm extraiudicialia. Bar. dicit, ꝙ lex alleg. per glo. nihil probat, sed est l. Labeo, la 2. & bene probat. Est verum, ꝙ iurisconsul. in l. licet. ff. eo. tit. dicit, quòd inter facta, & gesta, licet videatur subtilis differentia, tamen non est. Vide tamen aliam differentiam inter gesta, & acta, quam ponit Laur. Vallensis in lib. 4. Elegantiarum. in c. 191. Aliqui antiqui propter istam gl. hic reprehendebant libellantem se gessisse in iudicio negotia nomine alicuius, & dicunt, ꝙ debet succumbere, quia gesta dicuntur extra iudicium. Bar. respondet. Sed ego dico, quòd etiam si propriè staret, sustineretur ꝓpter regulam, ꝙ verba libelli possunt impropriari, vt sustineatur. Barto. in l. sed & si possessori. §. Item si iurauero. ff. de iureiur. Bar. in l. si olei. C. loc. Quod ita sine dubio teneo, ꝙ bene procederet. ¶ Gl. in verbo, dominium, diuiditur in tres partes prin. In 1. assignat rationem ad tex. In 2. opponit, & soluit. In 3. ponit not. distin. Secunda ibi, sed contra. ℨ. mand. in l. seruum Titij. Tertia ibi, vt plenè hæc scias. ¶ In ea. glo. ibi, quia nemo errans. Ista ratio glo. (vt dicebam) non bene congruit ad tex. nostrum, in quo litera non aperit, ꝙ iste procurator erraret, & ideo dicere, quòd ꝓcedit istud errore, est restringere tex. qui potest intelligi, ꝙ sciebat non suam, & ꝙ mala fide cōuerterat, & alienabat. ¶ In ead. gl. ibi. Sed contra. Istud contrarium. l. seruum Titij, venit à remotis, tenendo etiam, ꝙ in l. nostra interuenerit error: quia etiam hoc tenendo in casu legis nostræ error est & in procuratore, & sic in tradente. Sed in d. l. seruum Titij. non fuit error in procuratore, & sic in tradente, sed in domino. Nam ibi verus dominus verè fuit institutus hæres ab emptore, sed ipse nesciebat se prius fuisse dominum, & mandauit alienari, credens se dominum ex causa hæreditaria, & sic errabat. Et sm Bar. & Doct. ibi error non erat in dominio, sed in causa ipsius dominij. ¶ In ea glo. ibi. l. Iuli. § 1. Teneatis ex glo. ꝙ si res est procuratoris alienantis, & alienaret tanquam alienam, sciens suam, bene transfertur dominium, quia dicitur habere animum transferendi, ex quo scit suam esse, & eam alienat.
8 ¶† In eadem gl. ibi, & ℨ. man. l. si seruum Titij. 2. responso. Teneatis ex gl. not. concluſ. quòd si res, quæ alienatur, in veritate est procuratoris, & procurator credebat esse domini, cuius nomine tradit, cùm nō transferatur dominium. l. si procurator. ℨ. de acqui. rer. domi. Tamen repellitur, si vellet agere contra emētem, & emptor est tutus, quia quem de euictione tenet actio, multomagis agentem repellit exceptio. l. vendicantem. ff. de euict. cum simi. ¶ Circa conclusionem glo. Albe. hic post Dyn. dicit, quòd glo. dicit de directo contra illum tex. in l. si procurator. la 2. ff. de acquir. rer. dom. quia ibi dicitur, quòd non transfertur dominium, nec tenet alienatio. Sed si non transferretur dominium, non debet posse repelli, quia si repelleretur, esset perinde ac si transferretur. l. nihil interest. ff. de reg. iur. ergo &c. Propterea licèt Bart. & alij non aduertant, mihi placet ista opi. Albe. & Dyn. quòd non transferatur dominium. Nec obst. exceptio, quia est tex. in d. l. si procurator. Nec obst. l. si seruum Titij. quia est differentia inter procuratorem. Nam aut habet mandatum speciale ad vendendum rem suam indiuiduam, videlicet procuratoris, quia tunc valet: nam habet regressum contra principalem. Sed in casu. l. nostræ, & l. si procurator. non interuenit speciale mandatum, & ex hoc non potest habere regressum contra principalem, quia non venit in mandato, quòd venderet suam propriam, & ex hoc non potest habere regressum. Item aduerte, quòd contra communem sol. ad d. l. seruum Titij. in 2. retponso, quam etiā tenet Albe. hic 2. col. & Bar. in diffinitione magna. in 4. col. fortiter facit tex. in l. & si consensum. §. fi. ff. de contrahen. emp. de quo tex. in alio proposito opp. glo. in l. eius, qui in prouincia §.
9 quas vero, super ver. alienatas. ff si cer. pet. ¶† In ea. gl. ad fi. Pro clara intelligētia gl. erit punctus videre, (& loquor generaliter in quocunque errante) an, & quando error impediat translationem dominij. Bar. & Albe. dicunt, quòd considerandi sunt. 5. casus. Nam aliquando error interuenit in persona, & hoc primo casu dicit Bar. Aut est error in substantia personæ, Aut in qualitate. Primo casu impeditur. l. si quis vxori. §. cum Titio, & in l. si is, qui rem pignori. §. si Titium. ff. de fur. Si in qualitate, dicunt: Aut est qualitas, quæ facit aliquem habilem, vel non, & tunc impedit translationem dominij, vt in l. quod meo. §. si furioso. ff. de acquiren. pos. Aliquando error in qualitate personæ non reddit eum inhabilem, & tunc dicit Bar. Aut credo, &c. vt hic per eum, & quæ sit pœna errantis in mensuris, & ponderibus, siue falsificantis mensuram, & pondus, vide glo. no. in l. arbitrio. §. de eo. in ver. traderetur. ff. de dolo, & d. Abb. in c. 2. extra de emp. & vend. vbi concludit, quòd sit in arbitrio iudicis, & vide l. medicos. C. de suscep. præpo. & arca. lib. 10. & vide tex. & Doct. in l. annonam. in fi. ff. de var. & extraord. cog. Aliqui tamen dicunt, quòd sit pœna tantum falsi, per l. Paulus. ff. de fal. ¶ Tertium membrum principale est, quando erratur in dominio rei, & ista est materia legis nostræ, & tunc &c. vt hic per eos. ¶ Circa hæc dicta Docto. quando error cadit in dominio rei, quia errans tradit rem suam credens alienam, sunt 4. membra, & ad ea vide glo. not. quam Barto. not. multum in l. eius, qui in prouincia. ver. quas verò. in ver. alienatas. ff. si cer. pe. & Bal. ibi assignat rationem in specie in vnoquoque membro,
10 in 4. colum. ¶† Limitate istam doctri. inquantum dicitur, ꝙ si trado rem meam tanquam alienam, quòd non transfertur dominium, quia fallit ratione rei iud. secundum Bart. hic. Secundò ego limito, quando translatio dominij fieret ab homine, quia bene impeditur, secus si fiat à lege, tex. est valde sing in l. si is cui, & ibi Bart. not. ff. de leg. 2. Tertio limitate istam doct. glo. Bart. Bald. & aliorum vt procedat, quando error in dominio procedit ex persona tradentis, quia trāslatio dominij ex casu impeditur, secus si sit ex parte accipientis, quia error nunquam impedit. tex. est multum sing. & signandus in l. regula. §.
11 si ignorauit. ff. de iur. & fac. igno. ¶† Quartum membrum Bar. est, quando erratur in causa dominij, & tunc non impedit. l. seruum Titij. in 2. respons. ff. mand. & vide glo. in l. eius, qui in
12 prouincia. ver. quas verò. ff. si cer. pet. ¶† Quintò, & vlt. quando est error in traditione, & tunc dicunt verum. Et quantum ad intellectum l. si ego. ff. si cert. pet. & l. cū in corpus. ff. de acq. rer. dom. non tango nūc, qa aliàs dixi in d. l. si ego, vbi est locus
13 suus. ¶† Vnum not. pro extensione huius vltimi membri; & sic tituli. ff. & C. de condi. indeb. ex quibus habetis, quòd error in traditione non impedit translationem dominij, istud procedit non solùm quando fieret per principalem, sed etiam si fieret per procuratorem, glo. est in l. seruus inscio. ff. de fideiuſ. quam Ange. ibi dicit singularem. & ignotam pro extensione ti. ff. & C. de condi. indeb. Sed quid est necesse tantum exclamare gl. tex. est in l. rem indebitam. ff. de condi. indeb. & l. si procura-
14 tor. eo. ti. ¶† Circa istam doctri. Bar. & Alb. occurrunt aliquæ quæstiones in materia erroris. Et primò pone: sum dominus fundi, & credo me tantum superficiarium, vel emphyteutam, confero tale ius superficiei, vel emphyteusis, an dnium, qđ habeo, impediat translationem iuris? Reperit quoddā ꝓsiliū Dy.

quòd tale ius non transfert, alleg. l.in venditione.ff.de ℈h.emp. Alibi Bal.in rub.C.de contrah.emp.in 24.q. tetigit, & dixi veritatem,quam teneo,& dicit,Aut quis habebat nudam proprietatem,& cùm penes alium esset ius vtile, & talis habens nudā proprietatem credebat penes se esse ius vtile, & tunc impeditur,non tñ ratione erroris,sed quia tale ius erat penes alium.Si verò plenum ius erat penes conferentem, & tunc non impe-
15 ditur translatio dñij,ita Bal. quem vide. ¶† Quid de ista quæstione, Sum dñs fundi, quia fuit maiorū meorum:talis fundus tenetur ab ecclesia:Ego ignorans fuisse, & esse meum,conduco in emphyteusim,credens esse ecclesię, an talis error habeat mihi in aliquo præiudicare? Est quæstio,quam ponunt Bart.& Doct.omnes in l.si rem aliquam ff.de acquir. pos.Bal.in l. censualis,per illum tex. C.de do. Ang.in §.emphyteusim.in Auth. de non alienan.Bal.in addi.Spec.in tit.de loc.in 6.car. & in eod. tit.ponit Spec.in §.nunc verò aliqua.ver. 52. & Dom.Anto.de But.in c.ex parte,in 2.colum.extra de confes.& in simili no.per Bar.Bal.& omnes in l.cum falsa.C.de iur.& fac. igno. Et posito ꝙ præiudicaret,an possit reuocari, & vsque ad quantum tempus,& quomodo,ponit Ioan.And.in addi Spec.in tit. de loc.§. nunc vero aliqua,in ver.præalle.& credo me dixisse in d.l.cum
16 falsa,vel in l.error,C.de iur.& fact. igno. † An error matrimo-
a nium impediat, [a] vel ℈ctum annullet?habetur 29. q.1.quasi p totam illam causam,& in c.1.eadem causa,& quæstio. Habetis gl.etiam ibidem no.& ibidem per Archi. & Bal.in l.error,in 4.col.C.de iur.& fac.igno.Et per ista expedita est ista materia, quantum ad propositum eorum, quæ tradunt Bar. & Docto. An autem error personæ impediat matrimonium ℈hendum, an dirimat ℈ctum,& quis error impediat matrimonium, habes 29.q.1.quasi per totam illam causam,& ibi in c.1. habes gl. magistram in summa,vbi etiam per Arch. & vide Do.Ant.de Butr.in q. quam dicit fuisse cum Rege Cypri. in cons.65.aliàs, 74.incip. multa dubia tangit quęrens, vbi ponit,qñ quis credit ℈here matrimonium cum filia minore,& ℈hit cum antiquio re propter errorem nominis,an talis error noceat. Et ibi etiam per eū, quid si postea ratificatio superueniat. Allegat inter alia tex.in l.in venditionib.ver.idem est,ibi etiam est bona glo.ff.de
17 ℈hen.emp.† Quid autem si sacerdos [b] habebat 15. hostias an-
b te se,quas putabat esse tantum 10.& protulit verba conficientia corpus Christi,an omnes sint consecratæ,vel nullæ, vel.10. vide per Io.Cal.in c.si sacerdos?de offi.ord.& ibi Do. Anto.de But.¶ Extra gl.pro complemento huius l.quęrunt hic Docto. presertim Bart. quia dī ꝙ quæcunque gesta per procuratorem
18 Cæsaris hñtur rata,ac si Cæsar gessisset.† Quærit Bar.an ꝓcurator fisci qñ venditur res fiscalis possit habere fidem de pretio, & qñ dicatur haberi fides de pretio.Est gl.in l. inciuile.C.de rei vend.in l.si quasi,per illum tex.de pig.act.Bal.& Ang.in l.si cum dotem.§.fi.ff.solut.matrim.Qñ procur.possit habere fidem de pretio,Bal.alleg.gl.fi.in l.procur. ff. de insti. act. debet allegare
* gl.in l.procura.§.sed si dedi. ff. de trib. *communis sententia est,quòd non.* Ita gl.in d.§.sed si dedi.tex.cum glo no.in l.cum vendente. C.vbi causæ fisca.Tex.in l.si ꝓc.§.1. & ibi Bar. circa fi.C.de fid. instr.& iu.hastæ fis.lib. 10.Bar.in l.à diuo pio. §.sed si emptor ff. de re iud.Bal.& Sal.in l.inciuile.C.de rei ven.Pan.in ca. 2.extra de preca.Bal in l.& si instrā.C.de fide instr.& iure hastæ fisc. lib. 10.& quod no. Ang.in l.2.ff.de iur.om.iud.Adde,ꝙ illud,quod dicitur in procura.fisci,habet locum etiam in procuratore minoris,& prælato ecclesiæ, quia non pñt habere fidem de pretio.Bar.in d.l.si procur. §.1.ff.de iur.fis. Intellige tñ istam doctri. ꝙ procurator fisci vendendo non potest hīe fidem de pretio, est verum,quantum ad translationē dñij, sed quantum ad validitatem instrī,bene valet instrm. Ita gl.in d.l. cum vendente. C.vbi causæ fiscales,& ibi Bal.& Saly.no.& tenet Bal. in l.inci-
19 uile.C.de rei vend. q̃uis Saly. sibi ℈rius aliter dixerit.† Quid in alio procuratore priuati, an vendendo possit habere fidem de pretio?Bar.hic incidenter tetigit,& primo dicit videri ꝙ sic,per tex.in l.quæcunque.§. item si institor.ff.de insti.Contrarium,ꝙ procu.priuati non potest habere fidem de pret io,dixit Bar.facere tex.in l.à diuo pio. §.si post. versi. sed si emptor, in verbo præsenti pecunia.ff.de re iud.& ibi gl.ponit.Concludit Bar.hic post Iac. de Are. ꝙ aut dñs expresse mandauit, &c. vt hic per eum.De hoc vltimo licèt Bar.hic sequatur Iaco.de Aret.vide Bar.aliter tenētem,& melius in d.l.à diuo Pio.in ver.sed si em-
20 ptor quæ doctri.Bar.ibi tenetur,ista reprobata. ¶†Vnū not.ꝙ quādo creditor vendit rem pign.ex pacto,potest habere fidem de pretio,ita ꝙ si res excedit creditum, tenetur debitor expectare reliquum summæ vsque ad tempus, tex.est sing.ꝙ sic, & ibi Bar.multum not.in l.eleganter.§.si vendiderit. ff.de pig.act.
21 ¶† Secundò quærunt hic Doct.quia dicitur in tex.quæcunq; gesta, &c. Pone aliquis constituit procuratorem ad talem, & talem actum,deinde subijcitur clausula multum lata, & am-
c pla,ꝙ promisit habere rata quæcunq; gesta per eum, [c] an per istam generalitatem dicatur habere mandatum cum libera ad omnes causas, & ad omnes actus? Iste tex. in sui princ. fin Bar.probat ꝙ sic.Idem probatur ratione, quia verba ita debēt intelligi,vt aliquid operentur l.si quando.ff.de leg.1. cum ergo per mandatum habeat authoritatem ad dictos duos actus,illa
* verba nihil operarentur,ergo &c. *communis conclusio est*, quod ponantur dicta verba ad abundātiam,& nihil operentur.l. quàm Tuberonis,in ver.alia,cū gl.ff.de peculio. Ita antiqui, & Alber. post Cy.hic,& Albe.dicit ꝙ ita obseruatur. Ita Bar.in l.procurator,cui libera.ff.de procu Ita Cyn. & Bald.in l.procurator ad vnam speciem.C.de proc.& ad hanc conclusionem adde glo. primam in c.per tuas.extra de arb.& gl.in c.contingit:de transac.& gl.in c.petitio,de proc.& quod no. per gl.& Cano.in ca.
22 ex parte decani. de rescri. ¶† Quid si in mandato procuratoris continetur,ꝙ procurator possit facere ea omnia,quę posset
d facere dñs si esset præsens, [d] an dicatur habere mandatum cum libera? Tangit Ang.hic,& se remittit ad no.per Barto. in l. procurator ad vnam speciem.C.de procu.& Gul. hic.Et ad gl.
* in d.l.quam Tuberonis. *Communis* conclusio est [e] quòd habeat
e mandatum cū libera. Ita Bar.Bal.Ang.Sal.& Mod.in d.l.si procurator ad vnam speciem.C.de procu.& Barto.in l.creditor.§. Lucius,in fi.per illum tex.ff.man. Habent Cano.tex.no.in ca.fi. de dilat.& ibi omnes post Ioan.And. maximè D.Anto.de But. Bal.in l.1.in fi.C.de bon.mater.Et propterea dicit Are. in c.1.de rescrip.in 6.ꝙ quando in procuratoris mandato continetur,ꝙ procurator possit ea omnia,quæ dominus potest,ꝙ potest apponere manum ad ea omnia,quæ aliàs requirunt speciale mā-
23 datum.Est verum,ꝙ Io.An.in d.c.fi.tenet cōtrarium.¶† Quid si dñs promitteret habere ratum, & firmum totum quicquid legitimè factum fuerit à procuratore,quis erit effectus mandati,& an valeat?Disputat Spe.in ti.de proc.§.ratione autem formæ.ver.Item excipitur.vbi Spec.multa alleg.ad partes,& nihil
* decidit pro suo more. *Communis opin. est*, ꝙ talis constitutio est nulla,quia gesta à procuratore non possunt in parte acceptari, in parte non.Ita no.Bar.in l.quæ omnia.§. planè. ff. de procura. Cy.& Bal.in d.l.si procurator ad vnam speciem. C.de procura. Bal.in l.cum man.C.mād.Can in d.c.fi.in fi. de dila.Gl.in clem. 1.de procu.Rom.in l.qui bona.§.si alieno. ff.de dam.infect.Eodem modo si quis constitueret procuratorem cum hoc, ꝙ nō intendit per eum obligari,nisi vtiliter ℈hat, talis constitutio nihil valet.Ita Bal.no.in rub.C.de exerci.in 3.colum. per eandem rationem,quia factum procuratoris non potest in parte acce-
24 ptari,& in parte non.¶† Vlt.quærunt Doct. si constitui procuratorem ad vendendum lib.& sic dicitur ad negotia,si ipse procurator constituat alium procuratorem,qui vendat, an valeat venditio,vel dominus possit eum reuocare? Et punctus est in hoc,an procurator constitutus ad negotia possit alium procuratorem substituere.Sunt duo tex.contrarij.tex. in l.si procuratorem.§.si quis mandauerit.ff.man.vbi videtur tex.directò, ꝙ sic.In contrarium facit tex.in l.in vsucapione. §. item adijciendum.ff.de diuer. & temp. præscrip. Glo. in d. §. Item adijciendum,& in d.§.si quis mandauerit.videntur velle, quòd secundus procurator videatur vendidisse de mandato domini. In hoc passu Doct. varia scripserunt.Aliqui vt Mar. distinguunt, an loquamur in procu.generali,vel speciali,&c. Bart. hic concludit distinguendo,ꝙ aut est electa industria primi procuratoris, & tunc non possit, & loquitur. §. Item adijcien.Si verò non est electa industria, possit. Sed ꝙ in §. Item adijcien. esset electa industria personæ, istud est diuinare ad tex.Quid tenendum? Subtiles Vltramon. Iacob. de Rau. Petrus, & Cyn. hic tenuerunt indistinctè, quòd procurator constitutus ad negotia,non potest alium substituere nisi de voluntate domini, vel expressa,vel tacita, & dicunt esse text. expressum in d. §. Item adijciendum.& istam opin.tenet Alber. de Rosa. hic,& adducit bonam rationem. Nos habemus, quòd differentia est inter nuncium, & procuratorem, quia nuncius censetur organum domini, & quæcunque facit, facit in nomine domini,& in eius personā cōcipit verba;procurator concipit in psonam pro-

ADDITIONES.

a ¶An error matrimonium impediat. Adde diffusè per Card. Alex. in c. 2.in 1. col. in 1.opp.de coniug.seruorum.

b ¶Quid autem si sacerdos. Adde.S.Tho.in 3.par.q. 54. Pet. de Palu. in 4.sent. dist. 11.q.4.in fi.Lau.in suo sacramentali,de sac. Eucharistię,in 11. col.ver.3. an possit.Io.Neapo.in quolibet.

c ¶Gesta per eum. An clausula de habendo ratum omne id,&c.operetur speciale mandatum.Iason in d.l. si procurator. 3.not. PVRPV.

d ¶Esset præsens. Limita tamen,vt non possit donare.Iason in l.1.§.si procurator,col.vlt.infra si quis ius dicen. PVRPV.

e ¶Vide quæ scribit Pract. Pap.for.resp.Rei.ver.Simoninus.

propriam.l.multum interest.C.si quis alteri,vel sibi.vbi tex.de vtroq;.Tunc sic,si dñs constituit ꝓcur.suū, constitutio ꝓcuratoris est,ꝙ actus debeat se fundare in persōā ꝓcuratoris,sed si constituo alium, nō se fundat in ꝑsona mea:sed tñ ꝑsto nudū ministeriū,& sic non seruo formā mandati,ergo non debet valere,l.diligenter.in prin. ff.man.Non tamen respondent Vltramont.ad l.si procuratorem.§.si quis mandauerit.ff.man. Quid tenendum? Vera conclusio est,ꝙ fiat differentia inter procuratorem generalem,siue vniuersalem,& specialem, quia vniuersalis potest per d.l.si procuratorem, & l. 1. §. magistrum. ff. de exerci. Specialis verò si fuit ordinatus cum limitata, & certa forma, puta constituo te procuratorem ad vendēdum talem domum pro mille,cum hoc pacto, &c. & tunc potest alium substituere,quia non est electa industria,quod patet, quia dedit ei formam, nec est confisus de eius industria, tex. est in l. si ego.ff.quod vi,aut clam,& in cap. is qui. de offic. deleg.in 6.Si verò non dedit formam aliquam,non potest substituere,quia est electa industria.Ita intelligatur tex.in d.l in vsucapione.§. 1. Et ista doctri.probatur in d.c.is cui, & ista est vera. Istam doct. ponit ipse Bar.in d.l.in vsucapione.§. 1. ff.de diuer. & temp.præscrip.Bar.in l.quod quis.C.de procur.& ibidem Bal.Sal.Pau.de Cast.& do.meus. d.Alex.cum aliquib. limitationibus, de quibus ibi per eos.Tangitur per Gemi.in c.1.§. fi. de procu.Inn.in c.1.in vlt.colum.vt lit.non contest.no.aliquid Pau.de Cast.in l. si cum dotem.§.transgrediamur. in princ.ff.solut.matri.Et per ista expedita est prima lex.

SVMMARIVM.

1 *Sicut procurator non potest adire,ita nec repudiare.*
2 *Aliud est repudiare,& aliud recusare.*
3 *Hæreditas potest per specialem procuratorem adiri.*

LEX II.

1 QVod si ea. Istam.l.summaui cum l.præcedēti,& ibi collegi no.† Bar. 2 ponderat hic glo.velle,quòd quemadmodum hęreditas non potest adiri per procuratorem. l. Paulus respondet.ff.de acquir.hæred.& dixi in l.1. s̄. eod.Ita etiam dicit Bar.hic esse glo.quòd non possit per procuratorem repudiari, quæ glo. nisi in meo libro sit corrupta,non probat.Eandem sententiam tenet Bar.in l.recusare.in prin. ff. ad Trebel.& ibi Io.de Imo. & Raphael Cuma. Ratio secundum Bart. quia sicut non potest adiri nisi per voluntatem immediatam, ita etiam non potest repudiari nisi per immediatam. Ponderat etiam istum tex.ꝙ tex.dicit,ꝙ procurator Cæsaris potest repudiare,& etiam adire,& sic tex.videtur æquiparare.Sed Bar.non benè alleg.tex.quia tex.istud non dicit.Contra istam opin.videtur tex. in d.l. recusare,in princ.Respondet Bar. ꝙ ille tex.non
2 † probat,quia aliud est repudiare,aliud recusare, & licèt Bart. nihil alleget,poterat alleg.bonum tex.in l.ita tamen.§. si patronum.ff.ad Trebel.vbi tex. not. ponit hanc differentiam. Poterat etiam Bar. respondere,ꝙ tex. ille non probat, quia non sequitur,possum recusare per nuncium,vel epistolam,ergo possum per procuratorem repudiare. Dicat Bart. quicquid velit,
3 sum in opin.in qua eram in l. 1.s̄.eod. videlicet †,quod hæreditas possit per procuratorem specialem adiri, & sic repudiari, non autem per generalem, & glo. hic non dicit contrarium, & ita est glo.in l.apud Iul.§.vtrum.ff.ad Trebel.Iason de May. Mediolan.Papiæ legens.

SVMMARIVM.

1 *Procuratores non habent ius deportandi,vel banniendi.*
2 *Ratio non debet esse eadem cum dicto.*
3 *Testis,si dicat se aliquid scire, interrogatus quomodo scit,si respondet, ego scio,quia scio,eius dictum nihil valet.*
4 *Testis,qui deposuit se scire aliquid,interrogatus,quomodo scit;si respondeat,scio,quia ita est,eius dictum est nullum.*
5 *Ratio in teste est illa,quæ validat dictum,& inualidat.*
6 *Testis deponens per verbum,credo,nil probat.*
7 *Testis non tenetur reddere rationem,nisi sit interrogatus.*
8 *Procurator Cæsaris,& etiam quilibet officialis potest ex causa prohibere,ne quis accedat ad alienum fundum.*
9 *Inimici,si duo sint adinuicem,quòd arbiter potest prohibere,ne vnus vadat ad contratam alterius,nec alius ad aliam alterius.*
10 *Arbiter non potest arbitrari,nisi de his, quæ sunt commissa in compromisso.*
11 *Iudex potest præcipere, ne alter transeat ante domum alterius, si duo sint,qui habeant guerram.*
12 *Iudex,si ad instantiam creditoris dederit bannum debitori propter contumaciam, an creditor possit tale bannum remittere sine authoritate iudicis,si partes sint concordes.*

LEX III.

C VRatores. Ista l. est solennis, secundum Bald.in c. accedens,vt limit.non contest.Procurator Cæsaris deportare non potest, sed potest prohibere quem, ne accedat ad prædia Cæsaris. Non potest postea ei licentiam concedere, ꝙ redeat,hoc dicit in summa. † Not. ꝙ pro-
1 curatores Cæsaris non habent ius deportandi, vel banniendi. Et ratio est,quia deportare, vel bannire est de genere prohibitorum. Omnes enim censentur prohibiti, quibus non est expressè permissum,sed procuratoribus Cæsaris non est permissum,ergo sunt prohibiti.Et ista est ratio, quam voluit assignare Iurisconsultus,licèt glo.dicat, ꝙ est eadem ratio cum dicto.
2 ¶† Secundò no.ex tex.ibi,pœnæ constituen. iuncta glo. ꝙ ratio non debet esse eadem cum dicto, & ita pluries allegamus istum tex.cum glo.Et ideo dicunt Albe.Bar.Bald.& Doct.ꝙ si testis assignaret eandem rationem cum dicto,dictum suum nihil valeret.Addo,ꝙ idem,quod glo. hic dicit gl. in l. Labeo, & Neratius.ff.de vsuc & glo in l.1.ff.de excep.& tex.in l.qui interrogatus,& ibi Barto. ff. de pe.hær.Bald.in l non omnium.ff.de
3 leg.† Et propterea dicit in specie Bar.in d.l. qui interrogatus. ꝙ si testis dicit se aliquid scire,interrogatus, quomodo scit, si re-
4 spondet, ego scio, quia scio, eius dictum nihil valet.† Et alibi Bald.in l.solam,in 2.colum.C.de test.dixit,ꝙ si testis,qui deposuit se scire aliquid,si interrogatus,quomodo scit,respondeat, scio, quia ita est, eius dictum est nullum, quia ista ratio nihil
5 addit dicto.† Alibi dicit sing Bal in l. conuenticulam, in 6.col. in vers.modo venio ad testes.C.de episc. & cle. & millies allegatur in consilijs,quòd ratio in teste est illa, quæ validat dictū, & inualidat,& propterea dicit si testis in dicto vtatur termino, propter quem dictum non valeret, si assignat bonam ratio-
6 nem,valer. † Exemplum, testis deponens per verbum credo, nihil valet, l. testium. C. de testi. modo testis dicit,Ego credo, quia eram presens,quando mutuauit,& vidi,valet.Idem è contra si diceret,Ego scio, ꝙ mutuauerit 10. Scio, dictum valet: sed si interrogatus de ratione dicat scio,quia audiui à Sempro-
7 nio,dictum nihil valet.† Ego dico, ꝙ Bal.in l. solam,in 3. col.in bonis lect. C. de test. dicit vnum verbum bene mirabile, si est verum:testis non tenetur reddere rationem, nisi sit interrogatus,glo.in l.solam.C.de testi. Sed si simul cum dicto testis assignat rationem, non tenetur amplius assignare, nec respondere,puta dixit,Ego scio,ꝙ Scius mutuauit decem Caio,quia vidi,si postea interrogatur de ratione, non debet assignare.Dicit tamen Bald.quod si diceret,Ego scio,ꝙ Caius mutuauit 10. Titio, quia vidi. Interrogatus de ratione respondet, quia scio, ꝙ eius dictum nihil valet,quia ratio est inepta. Ego dico ꝛrium, & adduco rationem, quia quandocunque quis non tenetur à lege quid facere,si fiat, & ineptè, illud non vitiat actum l. 1. C. de rei vxo. act. in prin. Ideo cum dicta ratio non esset necessa-
8 ria,non vitiat.¶† Tertiò no.ex tex.ibi,si tamen tumultuosum, ꝙ procurator Cæsaris, & etiam quilibet officialis potest ex cā
9 prohibere,ne quis accedat ad alienum fundum.† Et propterea decidit Alb de Rosa. post Iaco.de Are. & est no. ꝙ si sunt duo inimici adinuicem,ꝙ arbiter potest prohibere, ne vnus vadat
10 ad ꝛtam alterius, nec alius ad aliam alterius, † & puto bene no.ad doct. Bar.in l.cum aquiliana. ff.de transa. & Cano in ca. Quintauallis.de iureiu. vbi dicunt, ꝙ arbiter non potest arbitrari,nisi de his,quæ sunt commissa in compromisso,& tamen videtis Iac.& Albe. qui dicunt, ꝙ possit arbiter prohibere, vt
11 s̄.licèt non contineatur in compromisso. † Item adde, quod no.Bar.in l.quod iussit,in 1.col.per gl. ibi, ff. de re iud. ꝙ si sunt duo,qui habent guerram simul, ꝙ iudex potest præcipere, ne vnus transeat ante domum alterius,vt l.1.in fi.ff.de off.procu. Cæsa.Alibi tñ dicit Bal.in c.Quintauallis,in 2.col.in prin.de iureiu. ꝙ arbitrator pro bono pacis non potest mandare alicui, ꝙ exeat ciuitatem propriam. Et dicit, ꝙ olim fuit quæstio de hoc, & similiter fm eum non potest prohibere, ꝙ non exeat domum,quia esset species seruitutis,nisi hæc potestas esset sibi specialiter concessa.¶ No. quartò, ꝙ quando procurator, vel officialis prohibuit aliquem ingredi fundum, non potest po-
12 stea ei licentiam concedere. † Et ista inducuntur ad illud, ꝙ si iudex ad instātiam creditoris dederit bannum debitori ꝓpter contumaciam, an creditor possit tale bannum remittere sine auth.iud.si partes sunt concordes.Primò videtur,ꝙ sic,quia ꝙ, fauore meo introductum est,& c.Secdò qa creditor pōt remittere iuramentum de soluendo sicut Papa,sicut alibi dicit Bar. in l.Labeo.ff.de iureiu.cum cōcor.quas ibi dedi paucis.Gul. Alber.& Bar.hic tenent,ꝙ nō possit ꝓp istum tex. & in l. 2.in fi.C. de lib.& eorū lib.De hoc pūcto,qa ponit latè Bar.in l. 1.§.& post

operis.ff.de ope.nou.nunc.non pono hic, ponit Bal. in Auth. quæcunq;.C. de epiſc. & cler. & ad iſtam quæſtionem faciunt pulchrè no.per Bar. in l.inter omnes. §. rectè. ff. de furt. Et per iſta erit iſta lex expedita,& ſic iſte tit.Iaſon de May.Mediolan. I. V. D.Papiæ.

SVMMARIVM.

1 *Delegatus Papæ, vel Principis, licèt cenſeatur dignior quocunque ordinario, tamen non habet maiorem, vel firmiorem iuriſdictionem quàm ordinarius.*
2 *Vicarius de iure canonico eſt ordinarius.*
3 *Delegatus non tenetur de imperitia delegati ſui.*
4 *Delegatio facta per delegantem non habentem iuriſdictionem, an confirmetur, ſi ſuperueniat iuriſdictio delegati.*
5 *Delegatio poteſt fieri vni priuato de iure ciuili, ſed de iure canonico, Papa non poteſt delegare cauſas, niſi exiſtentibus in dignitate.*
6 *Clerici nunquid poſſint eſſe delegati laicorum.*
7 *Delegatio, vt valeat, non requiritur q̃ delegatus ſubſit deleganti.*
8 *Laici an poſſint eſſe delegati in cauſis clericorum.*
9 *Fratres mendicantes an poſſint eſſe delegati apoſtolici.*
10 *Guardianus fratrum minorum, & priores mendicantium dicuntur habere dignitatem, & poſſint delegari à ſede apoſtolica.*
11 *Delegatus quomodo diffiniatur.*

De officio eius, cui mand. eſt iuriſd. Rubrica.

IN glo. Rubricę, quę diuiditur in duas, prout duas ponit continuationes. Secunda ibi, alij. Sic tene primam continuationem, quia ſecunda non congruit huic tit. qui nõ tractat de off. eius, qui delegat, ſed de officio eius, cui delegatur. Nam idem eſt dicere, de offi. eius cui man. eſt iuriſd. q̃ eſt dicere, de offi. deleg. ſm Pau. de Caſt. hic, licèt aliquę leges incidenter tangant, & licet Alex. conetur ſuſtinere ſecundam continuationem glo. ſed eſt ſine vtilitate, ideo omitto. ¶ Circa iſtam rub. cadit difficultas, quare in compilatione decretalium factum eſt totum èconтra eius, q̃ in iſto vol. ſlorum. Ibi n. prius ponitur titulus de officio delegati, & poſtea titulus de off. ordinarij, & ſic ibi prius tractatur de delegatis, poſtea de ordinarijs. hic autem fit totũ èconтra, quia, vt dicit gl. rubricæ. ſ. in titulis præcedentibus tractatum eſt de drdinarijs: nunc tractat de delegatis. Ad hoc rñdent Pau. de Caſt. & d. Alex. in 1. & 2. col. & ante eos Io. An. & d. Ant. de But. in rub. de off. deleg. q̃ vtrunq; fuit factum bona ratione. Nam in decretalib. in illo ti. de off. deleg. tractatur vt
a plurimum de delegatis Papæ. Cùm ergo delegatus Papæ [a] cenſeatur maior quocunq; ordinario c. paſto. de off. ord. c. ſanè, de offi. deleg. Ideo ibi congruenter prius poſuit de delegatis, tanq̃ de dignioribus, & poſtea de ordinarijs. Sed in iſto tit. non tractatur de delegatis Papæ, vel vel Imperatoris, vel principis, ſed de delegatis ordinariorum, ergo cùm ordinarij ſint digniores ſuis delegatis, quia cauſa eſt nobilior ſuo cauſato, ideo cõgruẽter hic prius ponit de ordinarijs, & poſtea in hoc tit. de delega-
1 tis. Iſta eſt pulchra ratio, & vera. † tamen attende, q̃ licèt delegatus Papæ, vel prin. cenſeatur dignior quocunque ordinario, tamen non habet maiorem, vel firmiorem iuriſdictionem, q̃ ordinarius, imò èconтra ſm Arch. 7. q. 6. c. ſi. Epiſcopus, & iſtud multis fundamentis probat Alex. hic, & vltra eum alijs fundamentis idem firmat Barba. in rub. de off. deleg. Tu autem omnes canoniſtas, & legiſtas nouiter conſidera, q̃ imò in ordine non eſt differentia inter ordinem decretalium, & ordinem ſlorum. Nam quemadmodum. Iuriſcon. primò ponit de omnibus ordinarijs habentibus ſpeciale nomen à tit. de Senatoribus vſque ad iſtum tit. Ita conſidera q̃ in decretalib. ante tit. de off. deleg. præponuntur ſpeciales ordinarij habentes ſpeciale no-
2 men. † Patet, quia ponit de offi. vica. quem conſtat de iure can. eſſe ordinarium. glo. in c. 2. in ver. officialem, de offic. vica. in 6. & glo. in c. perfectis, in verbo iurgia, circa med. 25. diſt. probatur in c. ſua, vbi per Inn. de off. vica. in c. Roma. in prin. cum gl. de appel. in 6. Hoſt. & Ioan. And. in c. 2. ne prel. vic. ſuas. Bart. & Ang. in l. præcipimus. in prin. C. de app. & in l. 1. §. 1. ff. quis, & à quo app. Bal. in l. à proconſulib. C. de app. Ang. in l. ſi aduerſus. C. ſi aduer. rem iu. Facit quod vult gl. reputata ſm. in cle. 2. in gl. antepe. de reſcript. ſecundum quam iſtud eſt intelligendum, & limitandum, & per Bar. in l. 1. §. his quibus. ff. de lega. 3. Item in decretalibus anteponitur de offi. Arch. qui ſimiliter habet iuriſdictionem ordinariam, & non delegatam, de quo plenè per glo. in c. perlectis. in glo. mag. in ver. iurgia. 35. diſtin. habetur in c. ſi. de offi. Arch. Poſtea etiam prius tractat de habentibus officium ſpeciale ſine iuriſdictione, vt de offic. ſacriſtæ, & officio cuſtodis. Poſtea expedius ordinarijs habentibus ſpeciale nomen, ponit titulum de offic. deleg. prout etiam fit hic. Deinde poſt titulum de offi. deleg. ponit titulum de off. ord. & ille titulus tractat de his, quæ ſunt communia ad omnes ordinarios. Ita in volum. ſlorum poſt iſtum titulum de off. deleg. poſtea ponit tit. de iur. om. iur. qui titulus eſt communis ad omnes ordinarios: & ſic ſubtiliter intuẽti apparet ordinem decretalium non diſcrepare ab ordine ſlorum. ¶ In ea glo. ibi, de primo in l. ſi. in prin. ſ. eo. Tu dic, q̃ de hoc primo, ſcilicet, quis deleget, vel poſſit delegare, habetur plenè in l. more, & in l. & quia. ff.
3 de iur. omn. iud. † Et not. q̃ delegans non tenetur de imperitia delegati ſui. Patet, quia aliàs ad eum appellaretur, ſecundùm Bald. in rub. C. de pẽ. iud. qui malè iud. circa med. per Inno. qui
4 aliter tenere videtur in c. dilecto, de teſti. † Et an delegatio facta per delegantem non habentem iuriſdictionem confirmetur, ſi ſuperueniat iuriſdictio deleganti, eſt gl. not. q̃ ſic, in l. vni. vbi Bart. & Doct. C. qui pro ſua iur. vt ibi per Bart. declarando, qui alleg. gl. contrariam. Plenius Can. Inno. Imo. & Pan. in cap. cum ex off. de præſcr. ¶ In ea. ibi de ſecũdo nihil, Dic melius ſecundum Alb. & Mod. q̃ imò dicitur in l. & ſi prætor, & in l. ſi. §. 1. ſ. eo. plenius per gl. & Doct. in l. eum, qui. in princ. ff. de iuriſd.
5 omn. iud. & in l. 1. C. qui pro ſua iur. † Et pondera, q̃ in d. l. ſi. §. 1. eſt tex. q̃ de iure ciui. delegatio poteſt fieri vni priuato, ſed de iure cano. Papa non poteſt delegare cauſas, niſi exiſtentibus in dignitate c. ſtatutum, in prin. de reſcrip. in 6. aliàs proceſſus eſſet pro ipſo iure nullus, vt ibi per glo. & Doct. adeo, q̃ partes non poſſent tali exceptioni expreſsè renunciare, ſecundùm Ioan. And. in add. Spec. in tit. de iud. deleg. §. excipi poteſt, in add. inci. hodie falſum eſt. quem ſimpliciter ſequitur d. Ale. in conſ. 77. in 2. volum. incip. in cauſa, & lite vertente coram Reuerendo patre, in 3. col. imò de iur. cano. ſunt aliqui caſus, in quibus non poteſt fieri delegatio inferiori ab Epiſcopo. tex. eſt in c. aqua, & ibi glo. 2. enumerat. de conſecra. eccle. vel alta. quam alleg. etiã Alber. hic. ¶ Circa iſtam partem glo. cui poſſet fieri delegatio, pro ornamento huius rubricę formo tres quę ſt. non tactas cõ-
6 muniter à legiſtis. ¶ Primò quæro, nunquid clerici [b] poſſint eſſe delegati [c] laicorum, & ſic nunquid Poteſtas huius ciuitatis
b c poſſet delegare cauſam ciuilem, & temporalem vni ſacerdoti, vel prælato eccleſiaſtico? Iſtam quæſtio. latè examinat Io. Cal. in conſ. 1. poſito ſub rub. de off. deleg. & concludit finaliter, q̃ ſic, motus potiſſimè, quia ędictum de iudicibus delegatis eſt prohibitorium certarum perſonarum, ſicut in ſimili dicimus in edicto de teſt. l. 1. ff. de teſt glo. in l. quoniam. C. de hære. ergo omnes illæ perſonæ, quæ non prohibentur expreſsè, poterunt eſſe delegati. Ad hoc etiam ponderat tex. in c. ſæpè, & ſequent. 23. quæſt. vlt. & in c. in archiepiſcopatu. de raptoribus. Vltra eum, ſi diceres delegationem non valere, quia delegatio debet fieri ſubdito delegantis. l. 1. C. qui pro ſua iuriſd. & l. eum qui ſ. de iuriſd. om. iud. ſed clerici nullo modo poſſiunt ſubeſſe laicis. Ad hoc nota. reſponde, vt magiſtraliter dicit Bar. in d. l. 1. circa med. quòd ad hoc vt delegans poſſit cogere delegatum ſuum ad iudicandum, bene requiritur, quòd ſibi ſubſit. Sic intelligit
7 iura præalleg. ſed ad hoc vt † ipſa delegatio valeat, non requiritur, quòd delegatus ſubſit deleganti. Adde etiam quod dicit Bald. in l. 2. per illum tex. C. communia vtriuſque iudi. Do. Anto. de Butr. & Dom. Abb. in cap. 2. de iud. licèt nullam de prædictis faciant mentionem, tenent, quòd clerici honeſtius faciunt abſtinere ſe à delegationibus, laicorum, & ſi ſe impediunt peccant mortaliter. cap. 1. & per totum, ne cleri. vel monachi, cap. te quidem. 11. quęſt. 1. Tamen ſi acceptant, va-
d let proceſſus, [d] & ſententia, ex quo apud eos eſt iuriſdictio habitu. Nam clerici in ſeculares habent iuriſdictionem habitu, non econtra. cap. de foro compet. c. nouit. de iud. quamuis Do. And. Sicu. in rub. de offic. delegati, ex aliquibus teneat proceſ-
8 ſum eſſe ipſo iure nullum. ¶ † Secundò quæro quid èconтra, an laici poſſint eſſe delegati in cauſis clericorum? Dubium facit, quia clerici ſunt infecti laicis, c. laicos. 2. quæſt. 7. c. clericis, de immu. eccleſ. in 6. Ad idem glo. not. in cap. ſi Imperator, in verbo, diſcuti. 97. diſt. & in c. Quamquam, in ver. diuino, de cenſi. in 6. Breuiter, gl. eſt ordi. c. 2. de iud. q̃ Papa poteſt delegare laicis,

ADDITIONES.

a Delegatus Papæ. Adde c. ſtuduiſti, de off. deleg. Archi. in c. ſi Epiſc. 2. q. 6.
b ¶ Clerici. Adde Barb. in rub. de off. deleg. in 11. col. ver. vlt. pro inſtructione huius tit. Et an tales clerici peccant, acceptando talem delegationem? vide per Cal. conſ. 6. in c. an ſacerdos, in tit. de off. deleg.
c ¶ Delegati. Adde, q̃ ſi iudex ſecularis delegat cãm epõ, ab eo non appellatur ad Papã, ſed ad iudicẽ delegantẽ, quia tunc non cenſetur Eps, ſed vt delegatus ſæcularis, & ſic non poſſet excommunicare. Bal. in Auth. ſi qui litigãtium. C. de epiſc. aud. Bal. in l. & ſi prætor, col. 2. infra eodem. BELLAC.
d ¶ Proceſſus. Limita tamen, vt non poſſint vti remedijs eccleſiæ. l. & ſi prętor, & ibi Iaſ. 2. col. inf. e. Et idem q̃ hic tenet ibi, in ſi. & nil. 2. col. 3. PVRPV.

a laicis,nō solùm causas ciuiles clericorum,sed ēt criminales. [a] Eps autem potest delegare causas ciuiles per rationem, de qua ibi in gl.Item,quia delegati repręsentāt personam delegantis, vt prædixi.Pro primo faciunt duo tex.in c.verum.32.distin.vbi
b Papa cōmisit duob.Ducib. [b] cām clericorū simoniacorū dando potestatem deponendi eos,secundo tex.in c. Mennam.2.q. 4.vbi fortius Papa commisit arbitrio fęminæ. s.Reginæ Fran. purgationem infamiæ,quam de Simonia quidam Eps patieba tur,& ita latè firmat Do.Abb in c.2.de ma.& obe.& in c. literas.in 5.col.de resti.spol.& in c.proposuisti.in 4. col. de concess. præb.& in c.eccl.S.Mariæ,de consti.D.Card.in repet.c.perpen dimus,in prin.de sent.exc.Ludo. Rom.in l.si vero.§.de viro,in 7.fal.ff.solut.matr.& in sing.suis Etiam de Epo adde D. Abb.in c.significasti,ad fi.de foro compet. Limita, nisi iudex ecclesiasticus vellet delegare laico vniuersalem iurisdictionē, qa non posset,sicut non potest eum constituere vicarium,tex.est in c. in noua.ver.indecorum.16.q.7. Facit bo. tex.in l.1. & quod ibi Bar.C.de præpo.agen.in reb.lib.12.& quod per illum tex.decidit no. Bal.in l.parabolani circa fi.C.de Episc. & cler.¶† Tertiò quæro, an fratres mendicantes possint esse delegati apostolici?
c Breuiter dic,q sic si sint in dignitate, puta priores,vel guardiani,vel ministri.Ita tenet D.Abb.in c.cū olim. de maior.& obe. Gemi.in c.nullus in 2.col.de elec.in 6 vbi pōderat ibi gl.in ver. prælaturam,† q guadianus fratrum, [d] & priores mēdicantiū dicuntur habere dignitatē, & sic possunt dari delegati ab apostolica sede.Intellige tñ,& declara,vt per tex.in cle.& si principalis.de rescr.& adde quod no.in cle.1.in verbo, prælatum, de elec.quam ibi multū no.D.Card.Flo.in 10.q.† Quomodo autem diffiniatur delegatus,vide Host.in sum. eo. tit.& Specu.in tit.eo.in prin.& Cano.in rub.de offi.deleg.Bal.in l. & quia.j.tit. 2.& d.Alex.hic,vbi etiam latè per eum, quæ differentia sit inter delegatum,& vice gerētem,seu vicarium, & quare in rub. dictum sit de officio, non de iurisdictione, ponunt Canonistæ in rub.extra eo.& quod ponit Bal.in l.1.C.de ope.lib.

ADDITIONES.

¶Criminales.Contra Barb.h.2.conf.45.inci.mandato,& iussu.col.3.PVRPV.

b ¶Duob.Ducib. Adde Io.de Imo.in c.ex tuæ.in 10.colum.de cle. nō resi.Io.de Ana.in c.sicut in vno,in 1.col.de hære.Abb.in c.causam.in 1.col.de præscrip. Abb.in c.si quis contra clericum, de foro compet. Abb. in c.canon.de sent. excom.Abb.in disputa.inci.Eps,& quidam rector Parmensis. in 22. col.Car. Zabare.in conf.56.inci.Redemptoris nostri patrocinio postulato.

c ¶Dignitate.Hoc declaratur dummodo ex certa scientia.Aret.conf.13.incip. diligenter.1.dubio. PVRPV.

d ¶Guardianus fratrum.Adde Fel.in.c.cum olimán 1.col.de ma.& ob.

SVMMARIVM.

1 *Magistratuum sunt quinque ordines.*
2 *An illustrissimus,& superillustris idem importent.*
3 *Papa,& Imperator, sunt superillustres.*
4 *Superillustris non est dignitas,sed culmen dignitatum.*
5 *Senatores,consules,& dictatores,& patricy an dicātur Superillustres.*
6 *Qui dicantur illustres.*
7 *Reges dicuntur illustres.*
8 *Cardinales dicuntur illustres.*
9 *Patriarchæ sient illustres.*
10 *Consiliarij principum sunt illustres.*
11 *Doctor,qui legit publicè per 20.annos,efficitur illustris.*
12 *Licèt doctor conductus ad legendum non possit substitutum ponere tamen qui legit per annos,20.poterit.*
13 *Quis sit effectus illustrium.*
14 *Pratores qui dicantur.*
15 *Prætor dicatur spectabilis.*
16 *Episcopi,licèt non sint illustres,tamen sunt similes illustribus.*
17 *Capitanei guerræ,qui per Papam, vel Imperatorem mittuntur vltra mare,quo ad dignitatem sunt pares proconsulibus.*
18 *Quis sit præses,& in quo differat a proconsule.*
19 *Hodie Abbates, & alij habentes terras& iurisdi. sunt vice præsidū.*
20 *Qui dicantur memoriales.*
21 *Præses morabatur in vnaquaque prouincia in ciuitate principali, quæ vocabatur Metropolitana.*
22 *Metropolis vnde dicatur.*
23 *Hodie vnaquaque ciuitas Italiæ habet vim prouinciæ.*
24 *Omnis iurisdictio,& quælibet eius species erat penes pop. Romanum.*
25 *Quæ autem sint reseruata soli Papæ.*
26 *Omnia,quæ tribuuntur specialiter, & in priuilegium maioribus magistratibus,& clarissimis supra,alijs delegari non possunt.*
27 *Dictio,cæteri,est relatiua similium.*
28 *Causæ meri,vel mixti imperij delegari non possunt.*
29 *An vbi est electa industria personę,possit fieri delegatio.*
30 *Per hęc verba in rescripto principis posita, Per te cognoscas,non intelligitur electa industria personæ.*
31 *Confessio extraiudicialis geminata ex interuallo,facit fidem.*
32 *Ad hoc,vt duo actus consuetudinem inducant,requiritur, quòd fiant ex interuallo.*
33 *Ex trina solutione probatur,quem semper retro soluisse.*
34 *Hęc verba,sint,& habeantur pro ciuibus,propter geminationem important veritatem.*
35 *Delegatus à lege ciuili non potest causas mixti, vel meri imperij subdelegare.*
36 *Argumentum à contrario est validum in lege.*
37 *Non est licitum argumentum à contrario, per quod induceretur correctio legum.*
38 *In constitutionibus feudorum non habet locum argumentum à contrario sensu.*
39 *Argumentū cōtrariò,hēt locum in cōtractib.bonæ fidei, & stricti iuris.*
40 *An argumentum à contrario habeat locum in legibus statutarijs.*
41 *Vbi est statutum,q statuta intelligantur ad literam, cessat argumentū à contrario.Sub simplicib.non coprehenditur casus mixtus in statutis.*
42 *In statuto non debet sumi argumentū à contrario, quando per hoc statuentes inciderent in pœnam.*
43 *Argumentum à contrario,non habet locum in testibus,quando per hoc inciderent in aliquam falsitatem.*
44 *Si testis dicat,Antequam Titius reuerteretur ad domum,ad prandium, filius suus occidit Caium:q dictum eius non redditur falsum,si illa die nunquam sit reuersus domum.*
45 *Testis non deponens falsum super principali,sed super accessoris, non tenetur de falso.*
46 *Dicens se occidere Caium antequam reuertatur ad domum,ad prandiū, in præsentia testium:Qui Caius reperitur occisus, non propterea probatur contra eum.*
47 *Argumentum à contrario non habet locum in statutis,ad corrigendum ius commune.*
48 *Taxatiua tantùm,nunquam excludit,si induceretur legum correctio.*
49 *Si statutum est,q minor 20.an.non possit se obligare sine certa solennitate,non potest sumi argumentum a contrario,vt post illam ætatem se possit obligare.*
50 *Si statutum nihil operatur in sensu directo, potest sumi argumentum à contrario,etiam ad correctionem iuris communis.*
51 *Statutum,q non stantibus masculis fœminę succedant,sumitur argumētum à contrario,quòd stantibus fœminæ non succedant.*
52 *Non debet assumi argumentum à contrario, quando resultat prauus intellectus.*
53 *In correctorijs licitum est arguere, & extendere,quando per hoc redditur ad ius commune.*
54 *Argumentum à contrario habet locum in vltimis voluntatibus.*
55 *Argumentum à contrario habet locum in rescriptis.*
56 *Argumentum à contrario habet locum in sententijs.*
57 *Argumentum à contrario habet locum in mandatis.*
58 *Causæ meri,vel mixti imperij possunt ex causa absentiæ delegari.*
59 *An stetur assertioni delegantis,dicentis se delegare ob causam necessarię absentiæ.*
60 *Notarij,& alij officiales possunt alios subrogare ex causa.*
61 *Cessante causa delegationis,cessat delegatio.*
62 *Causæ meri,vel mixti imperij non possunt per ordinarium,nec generaliter,nec specialiter delegari.*
63 *Numquid delegatus principis possit causam meri, vel mixti imperij sibi delegatam,puta homicidij,alteri subdelegare.*
64 *Quando lex generalis aliquid principaliter inducit super actu iam disposita:tunc bene intelligitur generaliter,nec restringitur de habilitate.*
65 *Causæ,quę competunt maioribus magistratibus, & spectabilibus, non competunt alijs inferioribus.*
66 *Datio tutoris de iure.ff.non competebat iure magistratus.*
67 *Hodie,si facultates pupilli sunt intra 40.aureos,datio tutoris competit cuilibet magistratui.*
68 *Licèt præses possit delegare,tamē non pōt loci conseruatores cōstituere.*
69 *Dictio,si,potest capi tribus modis.*
70 *Quòd causas meri imperij ex causa necessaria absentiæ possint delegari,intelligitur quo ad cognitionem,non tamen quo ad diffinitionem.*
71 *Quando mora est periculum allatura,receditur à regulis iuris communis.*
72 *Sententia lata non visa relatione nuncij est nulla,est verum,nisi periculum esset in mora.*
73 *Iudex,à cuius grauamine fuit appellatum, potest procedere non citato amplius appellante,nisi à superiore inhibeatur,tamen si quis timet,ne contra ius ad tormenta ponatur,& appellet, confessio postea sequuta erit ipso iure nulla.*
74 *An vicerector gaudeat eisdem priuilegijs, quibus rector.*
75 *Necessitas non habet legem.*
76 *Quę specialiter non possunt concedi,non veniunt in generali cōcessione.*
77 *Delegatus,sicut potest delegare causas meri,& mixti imperij ex causa absentię necessaria,an ita possit propter infirmitatem.*
78 *Notarius viuens non potest facere,q alius ex protocolis suis extrahat instrumentum,nisi longo impedimento occupatus.*
79 *Sicut sententia lata contra absentem est nulla,ita lata cōtra infirmum.*

80 *Licitum est argumentum ex identitate rationis in casibus exceptuatis à regula.*

81 *Dictiones taxatiuæ nunquam excludunt casus similes.*

82 *Statutum permittens per dictionem taxatiuam aliquas tantum exceptiones opponi & nō alias,nō intelligitur excludere similes expressis.*

83 *Ordinarius potest causas meri imperij delegare non solùm propter infirmitatem suam,sed etiam suorum.*

94 *Ordinarius si sit recusatus suspectus, & postea superueniat infirmitas, non poterit delegare causas meri imperij.*

85 *An propter multitudinem causarum possit ordinarius delegare causas meri imperij.*

86 *Quando delegatus ex causa necessaria absentiæ delegauit,eo reuerso expeditum est delegationem finiri.*

LEX PRIMA.

QVæcunque. Bal.in recollectis antiquis,vt refert Mar. Lau.sic exordit̃, ꝙ omnes Philosophi naturales non potuissent elegantiorem, & meliorem tex.cōponere:& ꝙ plenus est iste
1 tex.difficultatibus.¶† Ad euidẽtiam prẽmitte,sm Bar.ꝙ magistratuum 5.sunt ordines, superilluſtres,illustres,spectabiles,clarisſ.& infimi,licèt gl.hic in verbo,tribuuntur,non enumeret nisi 4.species.Ita gl. in Auth. vt ab illustrib.& qui super eam dign.sunt,& gl.in §.in summa. Insti.de iniur.& in l.qui indignus.ff.de Sena.gl.& Ang.in l.præcipimus,in prin.C.de appel.& qui sint isti declarant Spec.& Io. And.in tit,de iurisſ.om.iud.Ang.& d.Alex.in rub.ĩ.de iurisſ.om. iud.Alb.de Rosſ.in l.imperium,in 14.col. & seq.ff.de iurisſ.omn. iud.Bal.in c.cum accessissent,in 4.col.de const. d.Mar.Laud.in d.l.imperium.in pen.car.& melius in tract.de prin. sub. rub.de prin.& plenius sub rub. de censi. & Doct. hic in glo. in ver.tribuuntur. ¶Ego vltra alios intendo hanc materiam magistra-
2 tuum accuratè expedire.† In primis quæro,an illustrissimus,& superilluſtris idem importent?Pro certo videretur dicendum, ꝙ sic,sed ob.tex.in §.illo,in ver.Illustrissimam præfecturam,in Auth. de appel.& intra quæ tempora, vbi præfectus dicitur illustrissimus,& tñ nemo præfectus dr̃ illustris,vt patet ex.ĩ.dicẽ
3 dis.Cogita super hoc,quia non inuenio ab alio tactũ.¶† Nunc quærenda sunt exempla cuiuslibet gradus magistratuum. Primus gradus est superilluſtrium.Bar.& Ludo.Rom.hic ponunt duo exempla.s.in Papa,& in Imperatore. Idẽ tenet Spec. in d.tit.de iur.omn.iud.gl.& Ang.in d. l. præcipimus, in princ. Imo.& d.Abb.in c solitæ.de ma.& obe.;Bal. in c. cum accessissent,vbi formaliter dicit, ꝙ Imperator est superilluſtris, Reges illustres, Duces, & Comites spectabiles, Præsides ꝓuinciarum sunt clarissimi.Et arguẽdo de similib. ad similia,in ecclesia Dei Papa est superilluſtris.Cardinales sunt illustres.Episcopi spectabiles:Qui verò mittuntur ad regendam prouinciam, sunt cla-
4 rissimi.Subdit tamen Bal.posse dici ,† superilluſtris non est di-
a gnitas, sed culmen dignitatis. ¶Paucis conclude,ꝙ Papa, [a] & Imperator sunt supra hos gradus,sicut,& ĩ.omnia iura,c. cuncta per mundum.9.q.3.c.proposuit,de concess.præben.Et ideo non debent enumerari in istis gradibus, vt patet in Auth.vt ab illustrib.& qui super eã dign.sunt.Nam,vt dicit Ang. in rub.ĩ.
b de iur.om.iud. Papa,& Imperator [b] sunt fontes,à quibus ma-
c gistratus tanquam riuuli descendunt. Adde Bald. [c] in cap. 1. in prin.in 1.not.quis dicitur Dux,vbi per illum tex. no. ꝙ omnes dignitates à principe profluunt tanquam à fonte, & quod in eo sunt omnes dignitates,& ꝙ Papa, & Imperator non sint in numero superilluſtrium,tenent Raph.Fulg.& latius.d.Alexan. hic in 10.& 11.col.Ioan.And.in addi. Spec.vbi reprobat Spec. in tit.de iur.omn.iud.Cyn.in l.fi.vbi sena.vel clarisſ. Albe.in d.l. imperium.in 4.colum.& seq.d.Alex.in rub.ĩ. de iur. omn.iud. ad fi.Nec obst.tex.in c.solitæ de maio.& obe.iuncta.ĩ. scriptione,vbi Imperator appellatur illustris.Respondè,quia loquitur in Imperatore Græcorum,qui non est verus,& vniuersalis Imperator,vt no.glo.& Doct.in c.venerabilem, in verbo germanos.de elect.& in c.in apibus.7.q.1.& in c.si Imperator.96.dist.
5 ¶† Pone ergo.4.exempla. ſ. Senatores, vt l. fi. ff. de Senatorib. Consules,Dictatores,& Patricios.l.fi.C.de cõsul.li. 12.§.filiusfam.Insti qui.mo.ius pat.pot.sol.Senatores à Romulo institutos constat,qui ex ciuibus,& quidẽ primioribus centum numero elegit.l.fi.C.de peti.her.quos ob ætatem Senatores appellauit,vt per Arch.16.q.1.in c.Senatus.Innoc. & alij in c.cum I, & A de re iud.penes Senatores semper totius reipub.Romanæ summa residet,vt nec Reges,nec Dictatores incõsulto Senatu quicquam possent. Eorum potestas maior erat quàm præfectorum prætorio.Patet,quia poterant restituere famæ.l.1.§.de qua re.ff.de postul. Poterant concedere licentiam extrahendi aquam de flumine publico, sicut & Imperator potest. l. quominus.ff.de flumi.poterãt & legẽ gñalem ꝓdere. l. non ambigitur. ff. de leg. Ideo meritò superilluſtres dicuntur. ¶Secundum exemplum est de Cõsulibus, à principio vrbem Romanam sub nomine Regum rectam liquet vsq; ad Tarquinium superbum, quo è regno electo authore Bruto ob violatatam Lucretiam,& sic post expulsos Reges,creati fuerunt duo consules vice Regis, qui à consulendo dicti sunt, eo ꝙ haberent consulere quicquid de repub.esset.l.2. §. exactis. ff.de orig.iur. Isti domi rempub.gubernabant:foris autem bella in creditam sibi prouinciam exercebat, nihil à Regibus imminutum habentes, nisi quòd eorum magistratus non erat perpetuus, vt Regum, sed annuus. ¶Dictator tremendus,& summæ potestatis magistratus fuit,cui in caput cuiuslibet ciuis Rom. animaduersio data est,nec ab eo ad populum prouocabatur. d.l. 2.§.populo.Deinde autem Dictatorẽ appellamus, eo ꝙ dicto eius parendum esset,sed nunquam nisi magno vrgente periculo creabatur,nec vltra 6.mensem durabat.Patricios idem esse ꝙ Senatores dicit Ange.de Aret.in §.filiusfam. Instit.qui.mod. ius pat.pot.sol.l.fi.ff.de Sena.Sed ob.d.§. filiusfam. vbi Senatoria dignitas non liberat à patr. pot. sed bene patriciatus:nisi capias largè,prout dicit glo.in d.l.fin.de seq.¶Tu aduerte,ꝙ propriè à principio Patricij nuncupati sunt,qui ex primioribꝰ cẽtũ c. patrib.à Romulo in Senatum electis geniti sunt,vt clari scriptores atteſtantr̃. Et ad hoc vide tex.in l.fi.in fi. ff.de Senat. Qui postea inde descendebant dicebantur ex gente patricia. Sed postea Imperatores aliquos excelsos viros sibi delegerũt,quorum consilijs vterentur,quos tanquam Imperatores patres patricios appellarũt. Ita dicit tex.in l.fi.C.de consul.lib.12.& in d. §. filiusfa. & sic habes quatuor exempla superilluſtrium. Sed tu vltra omnes aduerte,quomodo prædicti possunt superilluſtres censeri,ex quo consules, & similes vice Regum successerunt,nec amplius aliquid ĩ.Reges habuerũt, & tamen constat Reges nõ esse superilluſtres, sed illustres tantum, vt statim di-
6 cam in seq. membro. Cogita, quia multum dubito. ¶† Secundus gradus est illustrium,de quo habes tria exempla, præfectum prætorio,præfectum vrbis,& quæstorem,& ita ĩ.post Senatores,& consules ponuntur tres tituli de istis, secundùm gl. in prælleg. locis.De præfectis prætorio habes in 1. lib. C.duas rub.vnam de officio præfc.præto.oriẽtis,vel illiri.Nam in Asia, quæ est maior pars mundi, quia est media,erant duo Præfect. præto. vice Regũ, quorum vnus appellabatur præfect.præto. illirici.Alius præfect.præto.orientis. Et etiam alia rub. de offic. præfect.præto.Aphr. In Europa autem,in qua est Roma, erat præfectus vrbis intra centesimum lapidem, amplam habens potestatem.l.1.§.cum vrbem. ff. de offic. præfect. vrb.Quartò erant quæstores,tex.est melior de iure.in l. si quando,post medium.C.de appel.qnorum triplex reperitur officium,& in primis duobus erant illustres, vt per glo. magistram in ver. plebeios.l.1.ff.de offic.quæst.& aliquid glo. in pro institutionum in ver.exquæstori, vbi etiam ponit, quis sit exquestor, & quæ sit inter eos differentia.Postmodum, & quarto superadditum est genus quæstorum,in Auth.de quæst.diuersum à primis,cuius officium erat,vt peregrini existentes Romæ pro causis, vel negotius expedirentur. Adde etiam, ꝙ Bald. post Odofred.in in l.2. C.de pet.bon. subla.lib.10.declarat tres esse quæstores. Vnus,qui sedet ad latus principis, & iste est illustris, & ad officium eius pertinet se subscribere in rescriptis,& respondere vi-
d ua voce aliquid implorantib. Alius est quæstor prouincialis, [d] qui quæstum à prouincialib.recipit.i.tributorias functiones,vt in toto tit.ff.de off quæst. Alius quæstor erat, qui causas criminales audiebat. Subdit & ibidẽ Bal. ꝙ erat ꝓpositor consistorij
7 imperialis,per text. in d.l. 2.† De illustrib. potes hodie ponere quatuor bona exẽpla.Nam Reges illustres sunt, in cap. nouit, in ver.illustris Regis Francorum,de iud. & ca. nouit, iuncta.ĩ. scriptione.de offic. delegat. Nam æquiparantur præfectis prætorio.sm Bar.in l.omnes populi,in 4.q.1.q prin.ff.de iust.& iur. & in l.1.in prin. ff. quod quisque iur. cum concord. de quibus
8 Alex.hic in 11. col.sed præfc.pto.sunt illustres,vt prædixi.† Itẽ Card.

ADDITIONES.

a ¶Conclude,quòd Papa. Vide Barba.cons.1.li.1. colum 15.cum sequent.ibi signaui. PVRPV.

b ¶Imperator,Vr̃ ꝙ Imperator ponendus sit in gradu senatorum, & sic in superilluſtribus,per tex.in l.ius senatorum.C.de dig.lib.12. PANCIR.

c ¶Idem Bal.lib.4.cons.359.inci.Quemadmodum Imperator,& tñ ibi dicit superilluſtrem, & ibi de Duce Mediolani. Et idem Bald. lib. 5. cons. 300. ad euidentiam præmitto,ꝙ Rex.impe.& licèt multi in suo territorio æquiparentur Imperatori, vt per Bar.in l.hostes.tñ pro nullo est tanta præsump. Barba. lib.1.cons.38.inci.scribitur,col.6.post Sal.in l.ab hostibus. C.de capti.& lib. 2.cons.24.inci,clementissimi Dei.col.1. PVRPV.

d ¶ Prouincialis.Thesaurarius tñ gñalis,ĩ.vr̃.Barba.lib.1.cõs.1.col.13.PVRPV.

Cardinales sunt illustres ſm Bald. in d.cap.cum accessissent. & in l.1.§.fin.ff.de offi.præf.præto.Not.idem Bal. in l. ad similitudinem.in 2.not.C.de episc.& cler.Et patet: quia Card.æquiparantur præfe.præt. qui sunt illustres, secundum glo.in l.1.§.fin. in verbo,iudicaturus.ff.de off.præfe.præto.& in gl.in l.episcopale.C.de episcop.aud.Sed in contrarium ob.text.in cap.2.de offic.lega.lib.6.vbi Card.legati Papæ æquiparantur proconsulib. sed proconsules non sunt illustres, sed spectabiles tantum,vt j. dicam.igitur &c. Oportet dicere, q̃ Cardinales quãdo sunt ad latus Papæ,tunc censentur illustres, per tex.in l.1. C.de præpo. laborum.lib.12.in ver.quos lateris nostri comitatus illustrat.Si autem Card.à latere mittantur extra in legationem: tunc æquiparantur propriè proconsulib. Ita loquitur text. in d. cap. 2. & tunc non sunt illustres.Ita declarat Barto.in rub.ff.de offi. proconsu.& legati.Sequitur d.Alex.hic.Facit simile. Nam cõsules erant superillustres,vt prædixi: & tamen proconsules,qui mittebantur ad prouincias remotas, licèt eligerentur ex consulibus,vt declarat glo.in l.1.ff.de offi.præsi.tamen nõ erat illustres, sed superillustres tantum,vt j.statim dicam.Durum tamen videtur,q̃ Cardinalis,quando est legatus Papæ, & sic Papam repræsentat,sit minoris ordinis,quàm quando est circa latus Papæ.Cogita.¶†Tertiò Patriarchæ sunt illustres:quia redacti sunt ad instar Regum:ex quo multas prouincias regunt.Ita Bald.in l.1.§.1. ff. de offic. præfec. præto.¶†Quartò consiliarij principum sunt illustres,vt l.quisquis in vers. virorum illustriũ. C. ad l.Iul.maiest.& ibi Angel.expresè not.q̃ omnes consiliarij consistorij principis intelliguntur esse illustres:& ideo infert,q̃a Carolus princeps assumpsit Bart.in suum consiliarium,& fecit eũ illustrem.¶†Quintum exemplum videretur esse in Doctore, qui legit publicè ann.20.nam efficitur illustris,secundum Bart. & Bal.ſ.in proœ.fforum.in prin.per text.in l.1.in fin.vbi glo.C. de profes.qui in vrb.Cõstan.lib.12.Bart.in l.ex eo.ff.de test.mil. & in proœ.Cod.ad fi.prin.d.Abb.in cap.proposuisti.de proba.†& ex hoc dicit d.And Sic.in cap.fin.pen.car.ad fi.de offic. deleg.se inferre vnum,quod est nouissimum,& inauditum,q̃ licèt aliàs Doct. conductus ad legendum , non possit legere per substitutum,vt per Bar.in l.nemo est,qui nesciat.cum seq.ff.de duob.reis.Tamen si legisset 20.ann.posset postea legere p̃ substitutũ,sicut illustris potest per substitutum seruire. l. quisquis, & ibi Bald.C.de episcop.& cler. & l.nullus qui nexu. C. de dec. lib.10.& ideo secundum eum Bald. in d.l.quisquis. dicit,quòd Episcopus cum sit illustris potest seruire per substitutum. Sed aduerte licèt *communiter ita teneatur*, q̃ Doctor.qui.20.ann. publicè legerit,efficiatur illustris:tamẽ d.Alex.reprobat bono fundamento,& mihi placet. Nam talis Doctor, qui legit 20. ann. efficitur Dux, & Comes.l.1.in fin.cum glo. C. de profes. qui in vr.Constan.libr.12.sed Dux,& Comes nõ sunt illustres:sed spectabiles tantum,vt dicam in seq.gradu.Igitur &c.Et ad dictam primam rub.fforum,vbi Doct.appellantur illustres,respondeſecundum Bar.ibi.in 5.col.q̃ ibi ratione alterius dignitatis erãt illustres,& per hoc infertur, q̃ illud dictum Barr. non est verum:quia fundamentum non est bonum, q̃ Doct. efficiantur illustres,qui ann.20.legerint. & minus est verum quod dicit de Episcopo:quia non est illustris,sed tantum spectabilis, vt j. dicam:nec Bald.in d.l.quisquis dicit,sed eum dicere refert.¶Ego fortius dico,q̃ Doct qui legit 20.ann.bene efficit Dux, & Comes,non propriè sed abusiuè.Per illud dicit Bald.in c.1.quis dicatur Dux,vel Marchio.vbi not.q̃ ille dicitur propriè Comes, qui est inuestitus de comitatu: ergo sine comitatu non dicitur propriè Comes,sed abusiuèsi:cut secundum eum sunt Comites sacri palatij.Idem tenet d.Abb.in c.veniens.in 3.not. de præscrip.& in cap.legebatur.de maio.& obed. Card.in cle.ne Romani.§.sanè.in 6.q de elect. ¶†Circa prædicta posset quæri,qs sit effectus illustrium? Respondeq̃ vltra excellentiam dignitatis multi not. effectus possunt in specie reperiri. Nam personæ illustres non possunt esse in iudicio per se, sed necessariò debent constituere procuratorem : aliàs puniuntur in amissione causæ.l.pen.& Auth.ibi posita.C.de procurat.Item personæ illustres non possunt ducere vxorem sine interuentu dotalium instrumentorum. §. quia vero dudum . in Auth. vt liceat matri,& auiæ.Item personæ illustres possunt pronũciare sniãs per alium,& valent.l.2.C.de sent.ex bre.reci.c. fin. de re iudi.in 6.d. Abb.in c.nos.in fi.de his quæ fi.à præla.sine cõsensu cap. ¶Tertius gradus est spectabilium,& de hoc sunt 4.exempla in tit.de de offi.præto.& trib.titu.seq.vbi gl.in rub. cuiuslibet tituli not. ¶†Circa Prætores sciendum est, quòd Romæ primò Consules ius populo reddebant, sed propter nimia impedimenta creati sunt ad hoc prætores,qui populo ius dicerent,sic appellati:quia authoritate populi præirent.l.2.§.deinde placuisset,& §.seq.ff.de or.iud. Numerum Prætorum Roma pro tempore varium habuit, vt ibi dicitur. Posteà ab Imperatore statutum fuit,vt tres tantum habentes Romæ domicilium essent Prætores.l.fin.C.de off. præto. Prætores etiam edicta publica in albo proponebant,ad supplendum & corrigendum in aliquib.casibus duritiem iuris,quæ posteà dicta sunt viua vox iuris ciuilis, & aliqua approbata fuerunt, & in leges publicas relata.l.ius ciuile.l.nam & ipsum.& l.ius plurib.ff de iust.& iu.Declarat not. Bald.in rub. C. qui admitti.in 1. col.tales Prætores constat esse spectabiles.text.est in §.similique modo,in Auth.de appel.quẽ alleg.glo.in rub.ff.de offic. præto. In contrarium facit text.in l. 1.§.1.ff.de reb.eo.vbi Prætor dicitur clarissimus. Respondeq̃ cùm sit spectabilis: & sic maioris dignitatis, vtique etiam inferioris est.l.cum furti.ff.de in lit.iur.Stat ergo conclusio,q̃ Prætor dicitur spectabilis. † Ex hoc infertur , q̃ cùm Duces, Marchiones,Comites,& Episcopi æquiparentur , secundum Bald. in l.5.in princ.ff.de verbor.obl.cum suis concor.etiam prædicti dicuntur spectabiles.vt est text.in l. si quando. C. de appel. in l. raptos.C.de rap.vir.in §.fin.in Auth.de appel.& intra quæ tempora. Declarat Bal. in d.cap.cum accessissent . De Comitib. q̃ sint spectabiles, est text.in d.§.similique modo. in Auth. de appel.Ex istis etiam sequitur,q̃ cum Episcopi æquiparentur prædictis,q̃ sunt propriè spectabiles:[c] & ita tenet Spec. in titu. de iur.omn.iud.Bald.in d.cap.cum accessissent,& fortius Bald.in l. 1.§.1.ff.de offi.præfec.præto. vbi tenent, q̃ non solùm Episcopi, sed etiam Archiepiscopi sunt spectabiles, sicut & Comites. Sed aduerte:quia idem Bald.in addi. Spec. in titu. de iur. omn. iudi.in ver.superillustres , tenet quòd imo Comes etiam dicatur illustris,& etiam Episcopus, quod etiam firmat d. Anto. in cap.tuæ.in fin. de procu.Idem tenet Bald.in l.nullus, qui nexu. C.de decu.lib.10.vbi not.q̃ executor vltimæ volun.non possit istam execu.alteri committere: Fallit in Episcopo , qui est illustris,vt l.ad similitudinem.C.de Episco. & cler. Ita ibi dicit Bal. & confirmatur per illud, quod volunt gl.in l.episcopale. C.de episcop.aud.& gl.in l.1. in fin.ff de off.præfe.præto. quæ dicũt, q̃ Episcopi æquiparatur Præfectis prætorio : sed Præfecti præt. sunt illustres,vt prædixi:igitur &c. Facit, & secundò: quia Episcopi dicuntur summi Sacerdotes.cap. 1.de sac. vnct. & Card. non habent[d] maiorem dignitatem sed maius officium. secundum Bar.in l.1.§.si quis,in 1.col.ff.de appel.d.Abb.in cap.eccle. vestra.vlt.in pen.& vlt.col.de elect.& in cap.2. de cler.non resi. & est gloss. sing. in cap. Quanquam. in glo.fin. 2.q.7.quę dicit, q̃ Episcopus est maior[e] dignitate presbytero Card. facit text. in cap.si Abbate.de elec.in 6. Propterea non sine causa Bald.in l.ad similitudinem.C.de Episcop. & cler.tenuit, † q̃ licèt Episcopi non sint illustres:tamen sunt similes illustribus:adde tex. in cap.fin.in ver.ad instar illustrium.de regu. iur. in 6. Quis autẽ dicatur Dux, Comes, & Marchio, ponitur in c.1.in tit. quis dicatur Dux, & in c.1.de feu.mar.gl.& Doct.in cap.fundamenta.§.proinde.in ver.Marchio.de elect.lib.6. Barto.in consil.136. incip.quidam capitaneus . Alij tres magistratus qui sint,habes clarè in titulis suis de proconsulib.& qui sint, & quare sic dicãtur,declarat glo. in l.1.ff. de offic. præsi. † Alibi not. Bald.in l.2. per illum text.C.de comi.rei mil.lib.12.q̃ capitanei guerræ,qui per Papam,vel prin.mittuntur vltra mare,quo ad dignitatem sunt pares proconsulib. Item prædictis Comitib. & similibus æquiparantur,qui à Papa , vel Imperatore deputantur ad custodiã ciuitatũ. Ita Bar.in l.2.C.de comiti.rei mil.libr.12.Item & medicus Papæ, vel Principis eadem dignitate qua Comites fruuntur,secundum Bar.in l.1.C.de Comi.& Archiatris lib.12. ¶Quartus gradus est clarissimorum, & de hoc habes duo exẽpla.ſ.de off.præsi.& de offic procurat. Cæsa. vt est gloss. super vtraque rub. † Quis autẽ sit Præses , & quid differat à Proconsule,declarat glo.in l.1.ff.de offi præsi. Præses enim mittebatur ad regendam prouinciam,& habebat merum & mixtum imperium.l.illicitas.§.qui vniuersas.ff. de off. præsi. † Hodie[f] Abbates,& reliqui habentes terras,& iurisdictionem vice præsidũ sunt,& sic sunt clarissimi, secundum Bald.in l.1.§.1.ff. de offic. præfe.præto.Similiter Doctores legentes,qui de iure habent iurisdictionem in scholares,vt est gl.in §.pen.ſ. in proœ. fforum. sunt clarissimi.l.diui.ff.de iu.patr. ¶Aduerte etiam,q̃ Comites rerum priuatarum erant duo;vnus qui stabat in prouincia , & eius

ADDITIONES.

a ¶Infertur.vide Syl.nupt.lib.5.nupt.36.
b ¶Personæ illustres.Adde Spe.titu.de actore.in ver.Item illustris.Idem Specu. titu.de iu.omn.iud.per totum.Feli.in cap.pastoralis.in prin. de offic.deleg.
c ¶Spectabiles.Vide Curt.Senior.consil.80.Barba.d.consil.1,col.14. PVRPV.
d ¶Card.non habent.Adde Calde.consil.1.in titu.de transla.prælat.
e ¶Episcopus est maior.Adde glo.in cap.le.93. dist. Doct. in c. generaliter. 16. q.1.Abb.in cap.quod super his.de fid.instrum.Ioan.Mon.in c. super eo.de hære.libr.6.Bart.in tract.de præstantia Cardinalium.
f ¶Hodie.Quid de Præposito,& Abbate simplici, vide Dec.consil.161.

cius officium erat capere bona vacantia fiſco incorporanda. l.fi qñ.C.de bo.vacan. lib.x. Alius, qui erat quæſtor conſiſtorij imperialis,qui eſt illuſtris in l.2. & ibi declarat Bald. C. de peti. bo.ſubla. lib.x. Adde.l. procurator. & q̃ ibi declarat.Cy. C.de eden. † Adde etiam, q̃ memoriales erant quidam notarij curiæ,quorum ſcripturæ fides tantum adhibebatur de reſcriptis, qui erant ad hoc deputati. Ita dicit idem Bal. in d.l.2. C.de pe. bo. ſubla. lib. x. Ibidem etiam ſubdit, q̃ reperiuntur Palatini, qui licet habeant nomen generale: tñ interdum aſſumuntur pro illis officialib. qui ſunt deputati ad exequendas cauſas delatas in fiſco.l.2.C.de dela.lib.x.& l.ſi vacantia. C.de bo.vacan. eod. lib. Interdum aſſumuntur pro illis, ad quorum officium pertinet facere reſcripta redigi in publicam formam: & ita accipitur in d.l.2.C.de pet.bo.ſubl.li.x.& ibi Bal.¶Quintus, & vltimus gradus eſt eorum,qui infimi ſunt magiſtratus: de quib. habes duos vltimos titulos in 1.lib. C.in tit. de defenſo. ciui. & de magiſtratib.municipalibus. † In vnaquaq; prouincia (vt dixi) præſes morabatur in ciuitate principali quæ appellabatur Metropolitana, hodiè appellatur Archiepiſcopalis,† & vnde dicatur Metropolis, eſt tex.in c.cleros. 21. diſt.tangit glo.in l.ſi duas.§.decet autem,vbi Nic.de Neap.ff.de excu.tut.& plenius Bar.in l. 1.C.de Metrop. Berito li.xj. Et iſte præſes habebat omnem iuriſdictionem. Sed in vnaquaq; ciuitate conſtituebatur magiſtratus,qui vocabatur defenſor ciuitatis, qui ſolũ poterat cognoſcere in cauſis ciuilib.à 30.aureis.j.§. & iudicare.in Auth.de defenſo.ciui.Item poterat præbere auctoritatem ſupa inſinuationi teſtamẽtorũ,& ſimilib Magiſtratus municipales, & ſic magiſtratus villarum poterant ſolum cognoſcere in cauſis ciuilib. infimis: puta à 10. florenis. j. ne villa cogeretur pro quacunq; minima cauſa adire præſidem:† Sed hodiè vna quæq; ciuitas Italiæ habet vim prouinciæ. glo.eſt reputata ſin. in l.fin.C.de præſcr.lon. temp. Ideo hodiè defenſores ciuitatũ, quos appellamus Poteſtates, æquiparantur præſidib. prouinciæ, ſm Io. And. in addi. Spec.tit.de iu.om. iu.in 1. col. in fin. Ang. in l. 1. §. ſolet.ff. qñ app.ſit: & ſic hodie defenſores ciuitatum habent merum, & mixt.imperium: ſicut olim præſides poſt paœm conſtan. & aliquæ propter præſcriptionem iuxta glo.in §.iuſiurandum.in Auth.de defen.ciui.& ideo iſta.l. in 2.regula non procederet hodie in defenſorib. ciuitatum, ſm glo. in d.§.& iudicare: quia hodie non cenſentur de minimis magiſtratib. & ita remanent declarati v. ordines magiſtratuum. ¶ † Secundo propius ad tex.ad euidentiam præmitte, q̃ omnis iuriſdictio, & quælibet eius ſpecies erant penes populum Ro.ſed à populo Ro.tranſlatæ ſunt in Imperato.l. 1.ff. de conſti.prin.declarat Bart.in l.imperium.in 4.col.j.de iur.om.iu.ſed quia impoſſibile erat,quòd imperator vniuerſas cauſas per totum mundum expediret: ideo communicauit cum alijs magiſtratib.Quaſdam. n.cauſas conceſſit maiorib.magiſtratib.non q̃ de cauſis criminalibus,& aliis meri, & mixti imperij cognoſceret; ſed ſolum conceſſit exiſtentib. in quatuor primis gradib.magiſtratuum tanquam maiorib. & ſuper hoc factæ ſunt variæ leges,ſenatuſconſulta, & conſtitutiones prin. patet in l. illicitas. §. qui vniuerſas. ff. de oſſ. præ. Quaſdam vero cauſas conceſſit Imperator, & communicauit cum omnibus magiſtratib.etiam infimis; vt de illis quilibet magiſtratus poſſet cognoſcere: Quædam vero ſibi reſeruauit princeps b in ſignum cuiuſdam ſuperioritatis, quæ noluit generaliter communicare cum aliquo alio magiſtratu, vt eſt condere legem generalem l.fin.C.de leg.concedere veniam ætatis l.2.de his, qui veniam æta.impe. concedere ius aureorum annu.l.2.C.de iu.aure.annu.Itẽ legitimare. c §.fi. in Auth.qui mo.na.effi.leg.c. per venerabilẽ.qui fil.ſint legi.Itẽ creare notarios. d c.cum P.tabellio,vbi per Inn.de fi inſt.& generaliter, quæ ſint illa, enumerat Bal.xv.in d.l.imperium.in 2.col.vbi etiam Alb.circa 14. col.aliqua enumerat. & ibidem Lud.Ro. & Bal.in l.1.C.de iu.aure. annu.tex.in c.1.quæ ſint reg.& ibi Bal. † Quæ autem ſint reſeruata e ſoli Papæ, enumerat glo. in cap.quod tranſlationem.de cleſti.le.& in c.ſicut iniuriæ. de exceſ.præl. Bald.in l. reſcripta.C. de preci.imp.off.& plenius Spec.in tit.de off.leg.§.nunc dicendum.per totum.¶ Tertiò præmitte ſm Paul. de Caſt. & d.Ale. hic poſt Bart.& non fuerũt memores, q̃ iſtud totũ ponit glo. in §.iuſiurandum.in verbo iuriſdicto.in Auth. de defen.ciui.q̃ iuriſdictio eſt nomen gñale. Nam diffinitur, q̃ eſt poteſtas de publico, &c. ſm gl.ibi, & in l.1.j.tit.2. & ideo ſub ſe continet omnes tres ſpecies. ſ. merum imp. mixtum, & ſimplicem iuriſdictionem, & hoc patet hic in tex.ibi, iuriſdictionem ſuam mandant,vbi verbum, iuriſdictionem, capitur pro mero, & mixto imp.vt ibi glo.patua not.¶Quid autem ſit merum impe.f mixtum, & ſimplex iuriſdictio, & qui ſint gradus cuiuſque,ponit Bart.in d.l.Imperium.vbi dicam. Nunc in iſta l. ponunt duæ reg..quod ea, quæ ſpecialiter tributa ſunt maiorib. magiſtratib.ita,quòd minorib. denegantur, non poſſunt delegari,ſed quæ conceſſa ſunt ciuilibet magiſtratui, bene poſſunt delegari.¶Iſtis ſic præmiſſis,venio ad ipſam l.quam diuido in 5.partes,vt per Bar.& alios hic: & eſt communis diuiſio, licet Ful.diuidat in octo, & pondera vnum ſubtiliter in text.quod non inuenio ab alio ponderatum, quòd omnia exempla poſita in tex.ſunt de mero imperio tantum:quia tendunt ad vindictam publicam, vt patet.ff.ad l. Iul. de adul.& de vi, & cauſa dñi occiſi per ſeruos ſuos:& de mixto imperio, quod expeditur ad priuatam vtilitatem,in tex.nullum exemplũ. Et ex hoc conſiderabam poſſe verificari intellectum Gui. de Suza. ad hanc.l.non hic,ſed in l.1.& in l.imperium.j.tit.2. & ſimpliciter refert Io.And.in addi. Spec.in tit. de iuriſd.om.iud.in addi.inc. hoc poſuit ſub mero. vbi dixit, quòd prima reg.negatiua huius.l.ſolùm procedit in mero imperio.Illud.n.eſt,quod non poteſt delegari, quia illud eſt ſpecialiter attributum alicui maiori magiſtratui,vel per legem, vel Senatuſcon. vel conſtitutiones principum: ſed de cauſis mixti imperij non loquitur prima reg.ſed ſecunda: quia cauſæ mixti imperij competut magiſtratui eo ipſo,q̃ eſt magiſtratus: & de his loquitur ſecunda reg.legis,ibi, quæ vero iure magiſtratus, &c. Nam ſecundum eum cauſæ mixti imperij poſſunt delegari propter publicas occupationes. l. imperium. in fin. j. tit.2.niſi in tribus caſib.in cauſa tutelæ,de quo dicitur in gl.in verbo,poſſit.In cauſa miſſionis in poſſeſſionem: quia illa participat etiam de mero imperio. l.iubere j.tit.2.& vbi requiritur decretum iud.l. cum hi. §.ſed nec mandare.ff.de tranſa. ſed cauſæ meri imperij etiam propter occupationes delegari non poſſunt. Addo,q̃ iſtum intellectum ſibi adſcribit,& tenet Ray.hic, prout refert,& ſimpliciter ſequitur Albe. hic in 2.col. in fin.Iſtum intellectum latè ſequitur Alb.in d.l.imperium. in 31. col.ver.do. Gui.dicit, q̃ glo. hic. Nam vltra (vt dixi) multum applaudent exempla tex. quæ omnia ſunt meri imperij: & licèt ipſi non dicant,ante eos iſta fuit epi. Pla. quod cauſæ mixti imperij poſſint delegari.Quam opi.glo.reprobat in d.l.imperium.in verbo,mixtum,circa fin. Sed iſtum intellectum reprobat Alex. hic in 17. col.licèt de prædictis mentionem non faciat, maximé per l.2. ver. quod non ita. C. de ped. iud. & per vnum, quod ſtringit, alijs omiſſis. Nam ſecundum Gui. cauſæ mixti imperij g poſſunt dellegari interueniente occupatione aliarum cauſarum. ergo ſi ver.quæ vero.loqueretur de cauſis mixti imperij (vt dicit ipſe) eſſet neceſſe dicere,quòd hic aderant aliæ publicæ occupationes:quod eſſet diuinare,& reſtringere tex. Ego etiam, ne communes ſententię confundantur,intelligo primam reg. non ſolùm de cauſis meri imperij, ſed etiam mixti: & reſpondeo, quòd exempla declarant, ſed non reſtringunt regulam.l. 1.§.Labeo. ff.de aqua quo. & æſti.l. damni infecti. in prin. ff.de dam.infe.Alius etiã fuit intellectus Ful.hic, de quo dicã in.gl.h. d.ſecundum communem intelle.Cauſæ,quæ ſpecialiter,& in priuilegium competunt ſolùm maiorib. magiſtratib. & infimis denegantur:prout ſunt cauſæ criminales,& aliæ cauſę meri,, vel mixti imperij non veniunt in generali delegatione: nec etiam poſſunt ſpecialiter delegari, niſi ex cauſa neceſſariæ abſentię, ſed illæ cauſæ, quæ competunt cuilibet magiſtratui etiam minimo, prout ſunt cauſæ leues,ſimplicis iuriſdic.bene poſſunt delegari. h.d. vſque ad. §. qui mandatam.¶ † Not.ex principio regulam negatiuam, quòd omnia, quæ tribuuntur ſpecialiter, & in priuilegium maiorib. magiſtratibus, & clariſſimis. ſ. alijs delegari non poſſunt. Pro intellectu huius regulæ pondero, quod alibi do. Alexan. & do. Ant. de Alexan. in l.à iudice. C. de iud. reprobant vnam communem Deciſ. quam dicunt eſſe expreſſam contra regulam huius. l. *Nam communis ſententia eſt legiſtarum*, & cano.quod ordinarius: puta prætor, vel poteſtas poteſt delegare cauſam, & delegato dare poteſtatem ſubdelegandi. Ita concludunt Cyn. Ray. Gui.

ADDITIONES.

a ¶Magiſtratus municipales propriè dicuntur in ciuitatib.& oppidis, & eligũtur ex decurionib. vt l.1.C. de defenſ. ciuit. eligunt. etiam à plebe. l. 2. C.e. Quib.autem æquiparentur,ſcribit Cacialup. in rep.l.dñ functo.j.col.ff.de of. aſſeſſor. BELLOT.

b ¶Princeps.Declarat Anch.conſ.331.col.3. PVRPV.

c ¶Item legitimare.Adde Ant.Roſel.in trac.de legit.

d ¶Creare notarios.Adde Alb.de Ro.in 1.parte ſtat.q.73. Old.conſ.75.incip. quis poſſit creare notarium.

e ¶Reſeruata.Adde Spe.in ti.de leg.§. nunc oſtendendum.Inn. & Ioan. de Imo. in c.de multa.de præben.Hoſt.in c.literas. de conceſ.præb.Dom.de Ro.Deciſio.286.incip.Item legatus de latere,in nouis.

f ¶Quid ſit merum imperium. Adde Spec. in tit.de iur.om. iud.in §.1.ver. notandum.Doc.in c.quod ſedem.de off.ord.

g ¶Cauſæ mixti impe.Adde Bar.in l.1.C.qui pro ſua iur.glo.& Doc. in c.quod ſedem. de of.ord.gl.in c.in Archiepiſcopatu. de rap. Car. Za.in cle.1.3. & 4. opp.de off.dele.

Gul.Bal.Sal.& Ful.in d.l. à iudice, & glo.ord. per plures rationes in c.is,cui.in glo.fin.de offi.deleg.lib 6.Bar. in l.more.ĵ.tit.2. & ibi Ful.dicit, q̄ ista op. communis interpidè est tenenda.Eã tenet Pan.in c.cum Bertol.de re iud.Imo.in cle.1.de off.deleg. vbi dicit istam esse communem opi. Bar. in l. solent. ĵ. tit.2.& Alex.met ita consuluit dicens,q̄ ista magis communiter tenetur in cons.157.in 2.vol.inc.vlo instrumẽto donationis.in vlt. col. circa fin. Nam ſm d.Alex.& d. Ant. de Alex. ista cõmunis ſnĩa confunditur ineuitabili fundamento, per regulam huius tex.Hæc.n.est regula, q̄ quæcunq; ſpecialiter competunt maiorib.magistratib. alijs delegari non possunt, sed posse delegare competit ſpecialiter maiorib. magistratib. quib. l. vel senatusco. vel constitutione principum tribuitur, istud expresè dicit tex.in l. cum prætor. §.1.ff.de iudi. ergo ista potestas ſpecialiter concessa ordinarijs, q̄ possint delegare, non debet poſſe concedi per eos suis delegatis:& per hoc idem tenet Card.in cle.2. in 12.q. de of.del e.& Imo. sibi ꝯrius in c. super quæstionum.§.porro,& seq.de of.dele.vbi d.Ant.& Pan. nihil audent firmare:& fuit snĩa Spec.in tit.de iud.§.2.ver. sed nunquid delegatus.& tenuerunt multi antiqui, quos sequitur Arch. in c.q̄uis.de off.dele. in 6. Et sic iste punctus vĩ multum ambiguus, & eius veritas consistit in intellectu regulæ legis nostræ.Ego dico,q̄ isti Doc.errauerunt in intellectu. l.nostræ: q̄a ista regula eos decepit,& proba t ꝯriũ, & sic pro cõi. Nam ad hoc,vt habeat locum prima reg.duo copulatiuè requiruntur, vt dicunt gl.nostræ, & oẽs sequuntur.Primò, q̄ causæ tribuantur maiorib.magistratib.Scdo,q̄ ſpecialiter,& in priuilegium, ita q̄ minimis magistratib.denegentur. Nam si vnicuiq; magĩatui cõpetunt,tunc possunt delegari:sed ego habeo,q̄ ista prãs, posse delegare,non competit ſpecialiter, & in priuilegium maiorib. ordinarijs:ita q̄ inferiorib. denegetur:imò quilibet etiam minimus magistratus dummodo ordinarius põt delegare. Ita dicit d.l.cum prætor.§.1.ver.cæterique Romæ magĩatus:ergo com
27 petit iure cuiuslibet magĩatus.† Et si dicas, q̄ dictio,cæteri, sit similium relatiua. iuxta gl. in l. si fugitiui.C.de ſer.fug.& sic dictio,cæteri, intelligitur de magistratib. similib. superiorib.& sic qui sunt etiam maiores, aliàs si oĩbus magĩatib. indistinctè competeret, frustra fuisset facta enumeratio præcedentiũ: q̄a ostendo ineuitabiliter, q̄ est falsum: q̄a cùm quilibet ordinarius ẽt minimus habeat iurisdictionem à lege, & iure proprio: ergo quilibet minimus ordinarius põt delegare. Ista est regula.l.more,& l. & quia.ĵ.tit. 2.nam ibi dĩ,q̄icunq; habet ordinariam iurisdictionem à l. põt delegare: ergo posse delegare cõpetit cuilibet magĩatui ordinario,ẽt minimo:ergo potestas delegandi competit iure magĩatus cuiuslibet: ergo ꝯ eos sequitur,q̄ sumus in scda regula huius text.non in prima: & sic, q̄ iste text.ineuitabiliter retorquetur ꝯ eos:ergo est hic regula, q̄ quilibet ordinarius põt delegare cum ptãte subdelegandi. Et ideo do.Alex.in d.l.more.in 11.col.ĵ. tit.2.emendauit errorem suum,& tenuit cum cõi. Et circa primam regulam huius.l.sic considera multum p̄p d.l. cum prætor. §. 1. iuncta regula d. l.
a ¶ Si ciuitas. Adde qualiter punitur ciuitas interficiens suum Episcopum, vide in capitu. ita nos. 15. quæstio. 2. Doctor. in capit. in quibusdam. & in capit. ad aures. de pœn. Doctor. in clem. si quis. in §. si ciuitas. eod. tit. s. de pœn. & an idem habeat locum in interficiente electum, vide Fely. in cap. meminimus. in 1. colum. de accus.

b ¶ Hic in text. Adde pro intellectu huius ver. Alexan. in l. 4. colum. 6. vbi Ias. infra titu. 2. & saluat Bart. a contrarietate, quia in l. 2. & in l. magistratib. loquitur, an demandata iurisdictione in genere transeat leuis coercitio. Et dicit, quòd non. in l. imperium, & in §. vbi decretum. loquitur an in specie possit demandari, & dicit, quòd sic. Tamen contra facit articulus decisus per Alexand. in princip. huius legis. colum. 19. cum sequen. quia aliter saluat in l. 3. colum. 5. j. tit. 2. PVRPV.

gistratib. ff. tit. 2. dicit, ꝙ est modica coercitio verbalis, non autem in corpus, & sic vult Bart. ꝙ isti text. intelliguntur non de coercitione corporali etiam minima, quia non transit in delegatum. sed isti text. debent iutelligi de coercitione verbali, sine qua iurisdictio exerceri non potest, & sic poterit ꝺ ꝙtumacem mittere in possessionem ex primo decreto. Itē poterit ꝙtumaci denegare audientiam. l. sed, & si per prætorem. §. sed, & si cū decreto. ff. ex quib. cau. ma. Item poterit contumacē habere ꝓ confesso, & ꝙicto. c. si post præstitum. de confes. lib. 6. Istud est illud imperiū cohærēs iurisdictioni, ꝙ transit in delegatum, vt hic. Ista est modica coercitio, sine qua iurisdictio delegata esset inexplicabilis, & inefficax, in l. fi. in fi. ff. c. Et isto modo intelligit Pau. de Cast. hic. sed idem Bar. in l. nec quicq. §. vbi decretū. in vlt. co. s. de off. procon. & in l. imperium. in 6. col. vbi dicetur. ff. tit. 2. tenet, ꝙ sit coercitio in corpus, puta leuis tortura, vel alia leuis castigatio in corpus: & hoc magis ꝙuenit vrbis tex. in l. fi. in fi. ff. c. o. & isto modo melius venit fallen. hic posita in ver. fin. quæ erit de rta. s. posita, & istam difficultatem tangam in d. l. magistratib. vel in l. 2. ff. tit. 2. Diuide istū. §. in 4. partes, qa quatuor hēt dicta. Primū est, ꝙ in delegatū nō trāsit iurisdictio ordinaria. Secundū est, ꝙ bene trāsit delegata. Tertiū est, ꝙ merū imperiū nō transit in delegatum. Quartū est, ꝙ imperium iurisd. cohærens, (& sic modica castigatio) transit in delegatū: & sic
4 sunt duo dicta negatiua, & duo affirmatiua. partes patēt. † No. primo ex tex. ibi, ꝓpriū nihil hēt. ex mandato gñali iurisd. non transit in delegatum ꝓprietas iurisdōnis: sed mꝰ vsus, seu exer-
a citium: [a] sicut dicimus in eo, cui mandata est actio, & sic in ꝓcuratore, in quem non transit proprietas actionis, sed exercitiū, & bonum est arg. de vno, ad aliud. l. more. & l. & quia. ff. tit. 2. Et per istū tex. dicebāt aliqui, ꝙ delegatus nō hēt iurisdōnē:
b sed tm̄ notionem, [b] per l. ait prætor. in prin. ff. de re iu. & malè, quia imò delegatus habet iurisdōnem delegatam ex persona delegantis, cuius vice fungitur, vt hic: & ideo censetur dignior quocunque ordinario, vt dixi in rub. & d. l. ait prætor. loquitur in arbitro, quia ille nullā habet iurisd. sed tm̄ notionem, vt ibi ꝓ gl. & Bar. Rō est: quia arbitri eliguntur à partib. & ptās arbitri pendet à ptāte partium. l. non distinguemus. §. de offi. ff. de arb. c. cum dilectus. de arb. sed priuati nullam pnt tribuere iurisdōnem arbitro. l. priuatorum. C. de iur. om. iud. ergo bene stat, ꝙ
5 arbitri nullam habent iurisd. sed tm̄ notionem. ¶ † Scdo pondera subtiliter ver. quare nemo. hic expresse probari, ꝙ in de-
c legato proconsulis nihil est speciale. [c] Probat hoc iste text. sic. Nam à dicto regulari infert ad delegatum proconsulis, quæ illatio non esset bona, si esset in eo speciale: quia a regulis nō bene infert ad casus spāles. l. in his. s. de legib. Facit l. 1. §. an autē. ff. de susp. tu. & l. nec quicq. §. 1. ff. de off. proconsu. & istud not.
* *contra gl. & Doct. communiter*, qui dicunt, ꝙ speciale est in legato ꝓcon. de quo lex specialē mentionem facit. Ita dicunt glo. & Doct in l. à iudice. C. de iud. & l. more. & l. & quia. ff. tit. 2. Tertio not. in fi. ꝙ imperium iurisd. cohærens transit in delegatum, & est modica coercitio. l. fi. ff. eo. In quo autem cōsistat, Bar. est sibi
6 ꝺrius, vt s. prēmisi, dicam in l. imperium. ff. tit. 2. ¶ † Pro clara intelligentia huius tex. quæro, nūquid delegatus, cui delegata est aliqua causa ciuilis, possit punire de falso testē, qui corā eo fal-
d sum deposuit? [d] Iste est pulcher, & subtilis passus, ideo intendo eum bene discutere arguēdo ad vtranque partem, & vltra istū tex. qui potest pro, & è contra induci. Pro ista parte affirmatiua facit iste tex. in fi. intelligendo de coercitione personali, quam pōt delegatus incidēter facere sicut intelligit Bar. in d. l. imperiū in 6. col. & in d. §. vbi decretū. in fi. col. Itē pro parte affirmatiua facit rta. l. nullum. iq verbo data cunctis iudicib. ptāte. C. de test. & ibi no. Bar. in 4. no. vbi dicit Bar. ꝙ qñ delictum corā aliquo iudice committitur, pōt talis iudex per inquisitionē ꝓcere, & punire, dato, ꝙ aliàs non sit iudex maleficiorum: & hoc procedit nedum si testis deponat falsum coram eo, sed etiam si producatur falsum instrm̄, vel notarius falsum faciat instrm̄, & idem in procuratore, & aduocato coram tali iudice delin-
7 quentib. † Fortius tenet ibi glo. j. & Bal. sequitur, ꝙ etiam si cle-
e ricus [e] falsum testimonium deponeret coram iudice seculari, posset per secularem puniri. Sequitur Ang. de Are. in tract. suo malefi. in ver. falsario. & ad hoc bene facit tex. in l. acceptam. in ver. sacratissimas ędes. & ibi pulchrè Bal. in 2. col. C. de vsur. vbi dicit, quòd si depositum sit factum penes clericum, vel alium ecclesiasticum per iudicem secularem. certè iste iudex secularis potest cogere clericum depositum restituere, & potest conueniri coram iudi. seculari, quia istud iudicium fit executiuè, & in consequentiā susceptī depositi, fm Bal. Quod bene not. quamuis in hoc de clerico falsario contrarium teneat do. Abb. in c. ecclesia. s. Mariæ. de const. per no. per Inn. Host. d. An. & alios. in cap. verum. de for. comp. quia nec principaliter nec incidenter potestas laicorum se extendit ad clericos. Et ideo Bar. in d. l. nullum. in bonis lec. illud, ꝙ ibi gl. dicit de clerico, non firmat, sed se remittit ad l. presbyteri. & ad Auth. ibi posi-
f tam. C. de episco. & cle. quæ nihil faciunt, quia bene dicunt, qualiter clerici deponentes falsum puniri debeant, sed non dicunt à quo iudice. [f] Sed omissis clericis, ad idem est gl. no. in l. quæsitum in ver. pendere. ff. de testi. Facit tex. in §. si vero ignoti. in Auth. de testi. Ad idem facit regula, quia iudex, qui non pōt de causa prin. cognoscere, & iudicare: pōt tm̄ incidenter. l. fi. ad fi. C. vbi, & apud quos. l. quoties. vbi dixi. C. de iud. l. omni innouatione. vbi per Bar. & oēs. C. de sacrosc. eccl. etiam si sit causa specialis. c. tua. de or. cog. c. lator. qui si sint leg. Ad idem facit doct. Bar. in l. hoc iure §. aqua. ff. de aqua quot. & æsti. vbi per illū tex. cum gl. decidit, ꝙ quamuis rector Marchiæ distinxerit iurisdōnes, & quoſdā prēposuerit causis ciuilib. & quoſdā causis crialib. tm̄ iudex causarum ciuilium pōt incidenter cognoscere de causis crialib. puta si testis coram eo falsum deponat, per illum tex. iuncta d. l. nullum. Idē tenet Bar. in l. pe. C. si aduer. libert. Facit l. si liberti. C. de admi. tut. Pro ea parte facit bonus tex. in l. interdum. §. qui furē. quē Bar. ibi reputat sing. ff. de fur. vbi iudex maleficiorum pōt incidenter cognoscere, & ꝓnunciare in causa ciuili. f. super restitutione rei. Et istam partē in terminis nris tenet Spec. in tit. de test. §. 1. ver. item, ꝙ est corruptus. & in §. de testiū. in ver. sed quis cogit. Motus solū: quia ex quo delegatus habet modicam coercitionē, vt hic, & l. fina. in fi. ff. eo. & ꝙsequenter debet posse falsum testē punire. Bal. in c. præterea. de offi. dele. Eandē op. amplectitur Ful. hic ad fi. nullam de prædictis faciens mentionem. Nam dicit se putare, ꝙ delegatus non possit punire illum testē falsarium pęna ordinaria. l. Corn. quia illa est meri imperij simplr. l. fi. §. fi. ff. de fal. & est meri imperij maioris non autem modica castigatio: ergo non pertinet ad ipsum delegatū. vt hoc tex. in ver. sed merum imperiū, sed bene pōt eum extra ordinem punire. d. l. nullū. cū gl. Non ob. l. quoties. C. de iu. quia licèt ibi incidenter cognoscat, non tm̄ diffinit, fm eum. Idem ante eū tenet Ang. in l. querelā. in vlt. col. C. de fal. Istæ sunt rōnes & authoritates, quę pnt adduci ꝓ ista parte affirmatiua, ex quib. posset quis facile induci ad illa iudicandū. Pro parte negatiua facit, ꝙ vult Bart. in l. 2. & in l. magistratib. ff. tit. 2. vbi tenet, ꝙ in delegatū nō transit aliqua coercitio personalis ēt minima. Ad idē, & fortius facit, quia delegatus nō pōt etiam mulctare ꝙtumacē. l. 2. §. fi. ff. de iud. Bar. & Doct. in l. 1. in prin. vbi dicetur. ff. si quis ius di. no. obtemp. & ibi dicā. Gl. & Bar. in l. si qua pœna. ff. de ver. sig. quis ꝺrium, & malè teneat gl. in c. pastor. in gl. antep. de offi. deleg. quæ reprobatur ibi per omnes, saluo qñ delegatus aliter non posset delegationē exercere, nisi mulctaret, puta qa lis nōdum esset corā eo ꝙtestata, quo casu non pōt ad diffinitiuā peruenire. l. fin. §. illud. C. de temp. ap. vt dicam in d. l. vnica. in prin. Si ergo delegatus nō pōt mulctare qñ venit incidenter, qto minus poterit corporaliter punire? Istam sedam op. tenent Gul. de Cun. & Alb. hic, ꝙ delegatus nō possit punire testē deponentē falsum coram eo, imò nec torquere, sed dēat ad superiorē remittere, per d. §. si vero ignoti. in Auth. de test. qui fm Ray. potius ꝓbat ꝺrium super quo tex. varia dicuntur, quæ referā. in l. 2. ff. tit. 2. post Bar. ibi, ego tm̄ semper putaui, ꝙ ille tex. nihil faceret. Nam dī ibi, ꝙ si testis dicat falsum coram iudice. ipse potest eū torquere, & punire si sit ordinarius, aliàs dēt per apparitorem præsidis vel prætoris. Ego dico, ꝙ qñ quis non hēt familiā, ꝓ q̄ posset facere torq̄ri, vel puniri, dēt recurrere ad familiā ꝓtoris. Ful. hic in fin. refert. Gul. aliter dicere seu tenere, ꝙ imò delegatus possit coercere testē coram eo falsū deponentē, licèt. n. accusatio falsi nō possit delegari, vt hic in tex. tm̄ pōt delegatus incidenter cognoscere per regulam. d. l. quoties. Et dicit tenere ita Bar. nec refert vbi, & ꝙ Bar. tenuit ꝺrium in l. 2. ff. tit. 2. vbi tenet delegatum nullo modo posse tangere personam. & in d. §. si vero ignoti. illa verba per ordinarium inferebantur, vt ipse Fulg. putat, vt supr. retuli. Idem tenet Alber. de Ros. in l. imperium. 6. colum. in versi. Item quæro, an torquere sit mixti imperij. ff. tit. 2. & simpliciter. d. Ale. in l. 2. eo. tit. Ista secundā puto tutio-

ADDITIONES.

a ¶ Exercitium. Adde, quòd per istum tex. dicit Pan. ꝙ in nō spectantib. ad officium censetur delegata persona priuata, in c. post cessionem. 12. colum. de pęrben. PVRPV.

b ¶ Notionem. Adde gl. tenentem, quòd habeat iurisdictionem in l. 2. §. fi. ff. de iudi. l. solet. tit. 1. PVRPV.

c ¶ Speciale. Adde, quòd fuit not. Ful. in l. magistratib. infra tit. 2. Alex. refert in l. imperium. col. 5. eo. tit. PVRPV.

d ¶ Deposuit. Latè Decius in c. præterea. col. 3. eod. tit. PVRPV.

e ¶ Si clericus. Adde Inn. & Doct. in c. 2. de crimi. Fal. Inno. & Doct. in c. dilectus filius. de pęnis.

f ¶ A quo iudice. Imò dicit vterque tex. in ver. cæteri. & ibi glo. iura quæ statim alleg. nihil faciunt, nisi l. quoties. PVRPV.

tutiorem,pro qua allego text. optimum in l.Diuus Pius,& ibi Bart,not.ff.de fal.vbi quærit Bar.an quilibet iudex possit punire testem de falso coram eo deponẽtem.Breuiter determinat ibi, per illum text. (& est mirabile verbum) q̃ ille demum iudex potest punire de falso testem coram eo falsificantem, q̃a aliàs esset iudex competens, & qui posset cognoscere per illum tex. & tex.in l.fin.& q̃ ibi not.Bal.C.de spor.& quod vult Bald.in c. ex parte. 2. de rescrip. q̃ si aliquis produxit falsum rescriptum coram iudice delegato debet cum fida custodia remittere ad ordinarium, vt cum puniat, [a] Istam partem sequitur Inno. in c.dilectus filius.de pœnis.& in c. 2.de falsis.d. Ant. de Butr. in c. verum.in 7.col.de for.compe.& in c.1.in 7.col. vt ecclesiastica beneficia.Io.And.in titu.de test.§.opponitur,in ver. sed quid de legato.Petr.de Anch.in consil.173.inci.circa primum,dubium quo quæritur.Angel.in l.si quis obrepserit.ff.de fal.in l.quoties. C.de iud.in l. si vacantia. C. de bon.va.lib.10.licèt posses dicere, q̃ prædicta iura loquuntur quantum ad puniendum ordinariè.Ad idem facit,q̃ vult Spec.in titu.de test.§.1.ver.Item q̃ est corruptus.vbi tenet,q̃ si testis deponat falsum coram arbitro,arbiter non potest cum de falso punire, sed debet eum ad superiorem remittere:ñ potes respondere, q̃ ideo est quia ar-
a biter nullam habet iurisdictionem,secus in delegatis.Et tenendo istam partem oportet respondere ad l.nullum,in verb. data cunctis iudicib. q̃ intelligitur de ordinarijs de illis, qui aliàs
b habebãt potestatem puniendi [b] per d.l.Diuus Pius,vbi Bar.tamen in hoc vltimo nõ bene quiescit animus, quia d.l.nullum. in illa generalitate data cunctis iudicibus frustra occuparet membranas. Si restringitur ad ordinarios,qui aliàs posset principaliter de falsò punire, frustra daretur potentia cunctis iudicibus.Item pondera,q̃ est contra id,quod not. Bart.in d.l.nullum.in 4.not.& super hac contrarietate Bar.cogita.Item est cõtra id,quod not.Bart.in d.l.hoc iure.§.aqua.vt s.retuli:& sic difficultas remanet,quomodo concordetur d.l. nullum. in verb. data cunctis iudicibus. cum eo,q̃ ibi dicit Bart.cũ illa l.Diuus Pius. & opponen.ibi dicit Bar.ff.de fal.super quibus valde dubi
8 to. ¶†Secundò not. q̃ delegatus fungitur vice delegantis. Facit l.solet.in fin.infra titu.2.cap.sanè quia,de offic.delega. & capitu. pastoralis, de offic. ordina. & vide, quòd per istum text. tenet Innocen.in capit.dilecto,de test.contra gl.ibi, sed.d.Abb. post Hostien.eam defendit.

ADDITIONES.

a ¶Puniat.Adde c,2. de cri. fal, & dic, q̃ non debet eum retinere vltra 20.hor. ne aliàs committat carcerem priuatũ per id,q̃ vult Ias.in prin .Insti. de actio. in glo.in vers.in iudicio.in debitore fugitiuo. PVRPV.

b ¶Puniendi.Tamen istam solutionem,nec illa lex erit frustratoria: quia inducit hoc de nouo, q̃ vbi miles & alij priuilegiati non poterant puniri, nisi ab eorum iudice:tunc possunt,quando falsum coram alio iudice deponũt & sic limitat l.magisteriæ, in fi.C.de iu.omn. iud. cùm illa lex hoc inducat de nouo, intelligitur illis verbis cunctis iudicib.s.iurisdictionem habentibus. Bar. in l.1.§.nuncia.col.3.vers.venio ad quædam dicta.ff.de nou.oper. & Bar. non est contrarius:quia in diuersis iudicib.loquitur. PVRPV.

SVMMARIVM.

1 *Interpositio decreti, quæ fit causa cognita super alienationibus minorum,delegari non potest.*
2 *Causæ,quæ requirunt decreti interpositionem,delegari non possunt.*
3 *Tutores, & curatores minorum non possunt vendere res minorum sine causæ cognitione, & interpositione decreti: & idem in omni alio contractu.*
4 *Sicut curator,& tutor non possunt alienare res minorum immobiles sine decreto: ita nec transigere.*
5 *Sicut non possunt transigere curatores, & tutores minorum sine decreto: ita nec compromissum facere.*
6 *Decretum in dubio præsumitur interpositum ex iustis causis.*
7 *Spem fideicommissi rei immobilis relicti pupillo sub conditione potest curator,vel tutor sine decreto remittere.*
8 *Quando pater dedit licentiam alienandi in testamento,dato quòd testamentum non sit solenne ex defectu testium: tamen tale testamentum probat voluntatem patris: & sufficit ad hoc, vt possit alienari sine decreto.*
9 *Si alienatio rei immobilis fit propter merita alicuius: tunc non requiritur decretum.*
10 *Prædium minoris si sit sterile, an possit alienari sine debita solennitate, sicut ecclesia potest prædia sterilia alienare sine debita solennitate.*
11 *Causæ cognitio,quæ requiritur in alienatione rerum immobilium minoris,non potest delegari.*
12 *Tutor non potest alium constituere ad petendum interpositionem decreti.*

LEX II.

MAndata. In generali delegatione non venit, vt delegatus possit interponere autho.in manumissione serui: quando requirit plenam causæ cognitionem: vt est quando fit à
1 minore.¶†Item interpositio decreti,quæ fit causa cognita,super alie.rerum minorum delegari non potest.h.d.& habes tex. clarum:& sic expone tex.consilium pro authoritate, cum causæ cognitione interponẽda in manumissione, quæ fit de seruo
2 per minorem,licèt alibi aliter capiatur. ¶†Primò notatur hic, videri tex.s̃m intellectum Guid.Io.And.Ray.& Alb.de quo dixi in l.1.in prin.s̃.eo. Nã ipsi tenent,q̃ regula d.l.in prin.solùm procedat in mero imperio, & suadent; quia de mero imperio tñ habes exẽpla in text.ibi, & in §.1. De mixto aũt imperio ibi nullũ est exemplũ. Nam s̃m eos causæ mixti imperij possunt delegari.certè hic vr̃ in oppositum. Nam causæ de q̃b. in hoc tex.sunt mixti imperij sine dubio, quia expediunt officio iudi nobili ad priuatã vtilitatẽ,& tñ delegari nõ pũt:sed ipsi ñdent, q̃ iste tex.loquit in causis,q̃ requirũt decreti interpositionẽ: & illæ delegari nõ pñt.l.nec quicquã.§.vbi decretũ.ff. de offi.procons.s̃m tertiũ intellectũ gl.sed ipsi loquunt in causis mixti im
3 perij,q̃ non requirũt decreti interpositionẽ. ¶†Not.ex 2.parte, q̃ tutores,vel curatores non pũt vendere res minorũ,nisi cum
a causæ cognitione,& interpositione decreti. [a] Et idẽ est in omni alio c̃tu.l.non solũ.& l.seq.C.de prædi. mino.imò non pñt obligare res minorũ sine decreto.l.si ad reuolutionẽ. C.de p̃di. mino.l.1.§.1.ff.de reb.eo.Tu tñ vide legẽ,quę aliter probat in l.
4 si pupillorum.§.fi.ff.de reb.eo. † Item adde,q̃ tutor & curator sicut non pñt alienare res minorũ immobiles sine decreto: ita nec trãsigere.gl.est,& ibi Bar.& Paul.& Doct.in l.1. C.si aduer. trãsa.Paul.de Cast.in l.cũ ij.§.si cũ his.ff.de trãsa. & est tex.in d.l. non solùm.C.de præd.mi.Intellige tñ sanè,qñ transactio taliter fieret,q̃ res minorum immobilis transiret in aduersariũ: secus si remaneret minori,& minor in recompensationem daret aliquam pecuniam aduersario.gl.est not.in l.nulli.quam ibi Bart. multum exclamat.ff.de transac.cũ addi.& concor.quas ibi po
5 nam.¶†Item sicut non possent trãsigere tutores, & curatores sine decreto iudicis:ita nec cõpromissum facere, s̃m Bald.in l. præses.C.de transac.cum multis addi.quas ibi dedi.Item adde, q̃ ista regula procedit non solum in re immobili,q̃ verè sit minoris: & sic in qua habeat verũ dñium: sed etiã in qua habeat quasi dñium,& sic publicianã.l.magis puto.§.1.ff.de reb.eo.Itẽ habet locum ista regula ẽt in distractu:s̃m Bal.in l.præses.C.de transac.Et ista alienatio rerũ immobilium minorũ sine decreto est prohibita,etiã si veniã ætatis impetrassent minores.l.2.& 3.C.de his qui ve æta.impe.& oportet allegare causam alienandi, & eã legitimè probare, & de his debet in actis cõstare.l.minorũ.C.de prædi.mino.Facit l.lex,quæ tutores. C.de admi.tut.
6 ¶†Dicit tñ gl.in l.1.in gl.mag.in ver.ordine.C.de fid.instr.& iure ha.fisca lib.10.q̃ in dubio decretum præsumit interpositum ex iustis causis,& cã sic allegat, & sequit Bal.in l.fi. C. de prædi. mi.& eam reputat ad hoc singularẽ in iure Bal. in c. sicut, circa fi.de re iud. Confirmo.quia vbicunque in aliquo actu reperitur decretũ iudicis interpositũ,præsumunur oĩa ritè, & rectè præcessisse.s̃m Spe.de emp.& vend.§.nunc dicendũ,ver.& breuiter.Sequitur Bal.in l.cũ ij.§.prętor.ff.de trãsa.& in pleriſq; locis relatis p̃ d.Alex.in cõsi.103.in 3.vol.incip. visis scriptis mihi trãsmissis.in 3. col. Alibi tñ egregiè p̃suluit Petr.de Anch.in cõsil.83.inc. visis diligenter actis. q̃ si eadẽ die datus sit curator minori,qua est facta vẽditio,& interpositũ decretũ,ex breuitate tp̃is p̃sumitur nõ interuenisse causæ cognitionem.& sic non
b valet. [b] allegat c.ex literis.de in integ restit. & qđ vult Bart.in l. prolatam,circa fin.C.de sen.sequitur d.Alex. in consil.223.in 2. col.inci.visis verbis.test.in vlt.col.Et inuenio,q̃ idem consuluit Rapha.Cuma.in consil.11.in 2.vol.inci. vr̃ prima frõte. in pen.
7 col. ¶†Limita istam materiã non procedere in fideicom.de re immobili relicto minori sub conditione: q̃a spem talis fideicõmissi põt remittere sine decreto.l.de fideicõ.in fi. C.de transac. & ibi Bal.qui dicit,q̃ alibi raro istud reperitur in iure:Sed adde text.meliorem in l.si pater puellæ. C.de inofficio.testam.Et facit ratio, quia facilius toleratur remissio eius, quod nondũ est acquisitum,quàm alicuius proprij & iam quęsiti.arg.l.qui aũt.in princ.ff.de his,quæ in frau.cred.¶Secundò limita,qñ tutor vel curator litigarent in iud. tunc pro cautione iudiciatia possent obligare res immobiles minorum sine decreto.l.fi. §. defensionem.

ADDITIONES.

a ¶Decreti. ¶Adde Barto.qui ampliat,& ibi Alex.limitat in l. cum lex.in fin.ff. de fideiuss. PVRPV.

b ¶Non valet.Adde Ias.in l.iudices colum.1.versic.3.fac.C.de iud. & in l.3.col 4.versic.Adde etiam.C.de eden. PVRPV.

3 nem. vbi Bar. & alij. C. de admi. tu. ¶† Tertiò limita, qñ pater in testa. dedisset licentiam alienandi: quia dato, ꝙ testũ non esset solenne: quia non interuenissent, septem testes, vel alia solennia, tñ istud testũ licèt non solenne probat voluntatem patris, & sufficit ad hoc, vt posset alienari sine decreto. Tex. est not. & reputatus sing. in l. fin. ff. de reb. eor. Adde l. prædium. C. vbi decreto opus nõ est, & ibi Bal. ad hoc no. & pulchrè limitat procedere, qñ pater testator erat legitimæ ætatis. s. maior 25. an. aliàs
2 secus. Quartò no. limita, nisi esset consue. [a] ꝙ in alienationibus rerum immobilium minorum non interponatur decretum: quia per consuetudinem tolli potest. Ita pulchrè Bal. in c. vni-
9 co, per illum text. in tit. per quos fiat inue. † Quintò limita, nisi alienatio rei immobilis fieret in aliquem pr⁊pter eius benemerita: tunc non requiritur decretum, prout dixi in l. ex hoc
10 iure. ff. de iust. & iur. † Quid autem si prædium minoris esset sterile, an tunc posset alienari sine dicta solennitate? Glos. hic tenet, quòd sic, & eam sequitur Ang. hic & Mar. Lau. quia minor, & ecclesia æquiparant. l. Respu. cum gl. C ex quib. cau. ma. cap. auditis. de in integr. rest. sed eccl. potest alienare prædium
b sterile, & res damnosas sine solennitate [b] debita. §. penulti m. in Auth. de non alien. hic alleg. in glo. ergo idem in minore, & Bart. in l. 2. C. de agric. & cen. lib. 11. Facit bene text. in l. si fundus sterilis, in princip. ff. de reb. eo. Contrarium tenet glo. in l. ob æs. C. de præd. mi & glo. in d. l. si fundus sterilis. in princip. glos. in l. cum ij. §. eam transactionem. & ibi Bart. & alij. ff. de transactio. Sal. Ful. Pau. de Castr. & Ludo. Rom. hic, & dicit Pau. quòd ista
c glo. [c] communiter reprobatur. Idem tenet d. Anto. in cap. vt super. ad fin. de reb. eccle. non alien. & pro ista parte facit bonus text. in l. magis puto. §. si æs alienum. ff. de reb. eor. Et facit clara ratio, quia si subsistente necessitate non possunt res minorum immobiles alienari sine decreto iudicis, vt hic in glo. quanto minus propter vtilitatem minoris, & ita tenendo respondeo ad fundamentũ Ang. & Mar. Laud. quod fuit glo. hic, ꝙ ecclesia potest talia prædia sterilia, & damnosa alienare sine debita solennitate: ergo eo. modo debent posse minores. Dic, ꝙ mgna ratio est diuersitatis. Nã in ecclesia ideo istud permitti
tur: quia cùm ecclesia nũquam effici possit maior. ideo lex facilius eam dispensauit: sed in minore ꝓp ætatem in breui efficietur maior. Ideo lex permittit, ꝙ etiè res immobiles steriles
nõ possit alienare sine decreto: sed dẽt expectare, ꝙ sit maior,
vel requirere decretum iudicis. Istam rationem ponit gl. not. in
d l. nisi finita. in prin. ff. de tu. & ra. distr. Sed concorda istas [d] opi.
vt per Bal & plenius Alb. hic, ꝙ si fundus sit sterilis ita, ꝙ vtilitatem non afferat: nec tñ affert impesam: & tunc alienari non possit. Ita loquuntur iura secundo loco allegata: aut fundus nõ solùm est sterilis, sed etiam affert plus incommodi, quã commodi, & tunc procedat glo. hic. Et ad hoc bene facit text. in l. propriè bona. ff. de verb. sign. fm quem intellige. l. 3. in prin. ff. de
11 bon. pos. ¶† Secundò no. ex hoc tex. ꝙ causæ cognitio, quæ requiritur in alienatione rerum immobilium minoris, non po-
e test delegari. [e] † Adde, ꝙ eodem modo tutor non potest aliũ
12 constituere ad petendum interpositionem decreti super tali alienatione, text. est sing. in l. minorum. C. de prædi. mi. fm vnã lec. glos. ibi, quam Bald. ad hoc reputat singu.. & ibi glos. mouetur per istum tex. Idem tenet Ang. in l. post mortem. §. 1. ff. de adop & Lud. Rom. hic, quamuis Spe. non recordatus de illo text. dubitauerit, & arguit ad partes, posteà dicit se consulere, quòd ipsimet tutores, vel curatores petant, in tit. de procuratorib. §. 1. versi. quid ergo si constituerunt ad impetrandũ.

ADDITIONES.

a ¶Consuetudo. Adde Ias. col. 16. in l. de quib. supra de legib. PVRPV.

b ¶Quid si minor, cuius res alienanda sit, est clericus, quis iudex sit adeundus, vide Anch. in repe. cap. ea, quæ. quem refert Soc. in cap. 1. col. 13. versi. 18. de for. compe. Dec. consil. 5. colum. 2. BELLOT.

c ¶Ista gl. hic, non vult ob hanc causam cessare solennitates, sed quòd propter eam Prætor cum solennitatibus alienationem permittit, nam etiam in ecclesia non tenere simpliciter, quod dicit gl. hic, not. Fely. in cap. causam. col. fin. de iud. Ias. in l. cum hi. §. eum. infra de transf. BELLOT.

d ¶Limita, vt per Ias. in l. cum hi. §. eum. infra de transa. quem sequitur Dec. in c. quæ in ecclesiarum 5. no. de const. Aliam limita. vide Bal. in l. quęcunque. C. de bo. quæ lib. Ias. in l. Barbarius. col. 3. sup. de off. præto. BELLOT.

e ¶Delegari. Facit, quòd vult Ias. in l. 3. §. item acquirimus. col. 4. j. de acquiren. poss. PVRPV.

SVMMARIVM.

1 *Qualitas committentis non commissarij debet attendi in causa delegata.*
2 *Quando causa delegatur ordinario, efficitur in ea delegatus.*
3 *Quando ordinario delegatur causa, quæ non erat de sua iurisdictione, in tali causa, censetur delegatus.*
4 *Casus omissus relinquitur dispositioni iuris communis.*
5 *Non debet attendi qualitas, seu dignitas delegati, sed qualitas committentis.*
6 *De iure communi scholares habent tres iudices.*
7 *Quando causa committitur ordinario, non efficitur delegatus: sed censetur excitata iurisdictio.*
8 *Per præoccupationem vnius ordinarij, cæteri censentur recusati.*

LEX III.

1 ET si prætor. ¶Delegatus licèt aliàs sit ordinarius: tamẽ in causa delegata fungitr̃ vice delegãtis. h. d. vel sic,† Qualitas committentis non autem cõmissarij attendi debet in causa delegata: effectus est magnus: quia appellatur tunc ad delegãtem: sed vbi aliàs procederet vt ordinarius, appellandũ esset ad immediatè superiorẽ. l. vni. vbi glo. & Bar. C. qui pro sua iur. l. 1. §. fi. vbi gl. & plenius Bar. ff. quis, & à quo ap. Item fm Ang. hic, obseruari dẽt consuetudo, quæ est in foro delegantis, non ẽt delegati, dato, ꝙ sit ordinarius. Itẽ licèt omnes causæ, quæ vertuntur coram ordinario, debeant spectare ad eius vicarium: tñ illa, in qua est delegatus, ad eius vicarium non spectaret, fm Gul. & Ful. hic in fin. Item ordinarius non põt pro snĩa licitè capere salarium à partib. cũ de iure cõi salarium percipiat. vt dixi in l. nec quicquã. §. vbi decretũ. in j. eui-
2 dentiali. ff. de off. procon. tñ isto casu posset. ¶† No. ex ista l. nõ violãdo text. ꝙ qñ causa delegatur ordinario, efficitur in illa causa delegatus. Cõtra istud opponitur. Nã qñ Papa, vel princeps delegant causam ordinario, nõ censentur eũ facere delegatum, sed solũ excitare iurisdõnẽ, nisi sit alterata eius iurisd. c. licèt in corrigendis. de of. or. c. cum aliquib. de rescr. in 6. dixi plenè in l. ius ciuile. s. de iust. & iur. ¶Considera verba Bart. hic, dum dicit, ꝙ iste tex. dẽt intelligi, qñ delegatio fit volẽti. Ita etiã intelligit Io. An. in addi. Spe. in tit. de iudice delegato. §. iam nũc dicendũ, in addi. magna. Nam per ista verba apparet, ꝙ intelliguut istam l. nõ qñ superior, puta princeps, vel imperator delegunt ordinario; quia isti possent delegare inuito, sed volũt dicere, ꝙ iste titulus loquatur, qñ vnus ordinarius delegat alteri, quo casu, quia par in parem non hẽt imperium l. ille à quo. §. tempestiuum. ff. ad Treb. non posset geri nisi eo volente: ergo sequitur, ꝙ hic non põt dici, ꝙ sit excitatio iurisdõnis ordina-
3 riæ: ergo sequitur, ꝙ est delegata. ¶† Potes plenius intelligere tex. ex mente Fulg. hic. ꝙ ista lex loquatur, qñ ordinario delegabatur causa, quæ nõ erat de sua iurisd. puta prętor vrbanus delegabat cãm, quæ erat inter duos ciues prætori peregrino: tũc in ista cã censetur delegatus. Aduerte tñ inquantum in d. iurib. habetur, ꝙ qñ superior delegat cãm ordinario, & mutat in aliquo formam iurisd. suæ cẽsetur eũ facere delegatũ. Istud notabili. limitat Ia. But. in l. qui procuratorẽ dat, in prin. ff. de ꝓc. vt non ꝓcedat, qñ alteratur iurisdictio ordinaria solùm in modo ꝓcedendi. Nam erit delegatus q̃tum ad ꝓcedendum: sed ordinarius q̃tum ad snĩandum: puta si Papa delegat Episcopo cãm vertentem inter duos clericos, quæ omnino erat de sua iurisd. & mandat, ꝙ in ea summariè procedat, & sine debito decidat: certè ex quo ꝯmissio solũ discrepat à iure cõi in modo procedendi, q̃tum ad processum erit delegatus, sed in iudicãdo erit ordinarius. Ideo si appellatur ab aliquo actu circa ꝓcessum, dẽt appellari ad Papã; quia q̃tum ad ꝓcessum cẽsetur delegatus Papę, sed lata snĩa diffinitiua in qua censetur ordinarius, appellabit̃ ad Metropolitanum. Et idẽ dicit in statutis Bononię permittentib. in causis homicidij plenum arbitriũ in ꝓcedendo. Nam non intelliguntur ꝯcedere tale arbitriũ in ꝓnunciando. Nec ob fm cum, ꝙ qui ꝯcedit antecedentia, intelligatur ẽt ꝯcedere ꝯnĩa. l. indebita. ff. de ꝯdi. ind. l. 3. §. Scio. ff. de mino. Rñdet, ꝙ est verũ, qñ illa ꝯnĩa esset necessaria, ꝙ non est in proposito, vbi põt delegari solus ꝓcessus abiq; snĩa. Auth. ad hoc. C. de iud. Pau. de Ca. hic refert, ꝙ habuit istum casum de facto, & audiuit à Bal. reprobari illã opi. Ia. Bu. qa iudex dẽt esse talis in pronunciando, qualis fuit in cognoscendo. arg. d. l. qui procuratorem dat, in prin. Adde, ꝙ potuit allegare Bald. in addi. Spe. in tit. de legato, in ver. legatus est ordinarius. Vbi recitat dictam opi. Iacob. Bu. & eam reprobat trita ratione, quia eadem res non debet diuerso iure censeri. l. eum, qui ędes. ff. de vsuc. c cum in tua. de decimis. Facit l. 1. ver. nec ratio patitur. ff. de rer. permu. sed facile est huic respondere: quia nõ est eadem res processus, & snĩa, vt patet in Auth. & ad hoc. C. de iud. inducendo, vt s. Vnde ipsemet Bal. in d. l. qui procuratorem dat, in vltim. colum. principij tenet illam opin. Iac. Butr. quam dicit se habuisse ex libro scripto manu propria Bar. Pro ista opi. quæ in puncto iuris videtur verior, facit, quia limitata causa limitatum producit effectum. l. in agris. ff. de acquirend. rer.
4 domin. l. age. vbi dixi. C. de transac. ¶† Ad idẽ facit, quod mirabiliter consuluit Bar. in consil. suo. inc. consiliũ populi. in 5.

dubio. q̃ si per statutum ciuitatis fuit ordinatum, q̃ iudex procedat, non obstante præscriptione. certè, cum istud statutum solùm disponat super modo procedendi, & non super iustitia causæ: quamuis possit procedi non obstante præscriptione, tamen in sententiando nõ obstabit exceptio præscriptionis, quia istud vltimum est omissum in statuto: ergo relinquitur dispositioni iuris communis. l. si vero. §. de viro. ff. solu. matr. Et illud consilium refert, & sequitur Lud. in consil. 257. incip. hæc sententia duplici ratione nulla est. Sed caue: quia tunc in effectu illud statutum esset impositum verbis, & non reb. cõtra l. 2. in fin. C. communia de leg. Not. multum prædicta, quia ex eis datur solẽnis limitatio ad prædicta' iura canon. &, ista. adde ad ea, q̃
a dixi in l. ius ciuile. §. de iusti. & iu. [a] ¶† Secundò not. ex isto text.
3 q̃ non debet attendi qualitas, seu dignitas delegati: sed qualitas
b committentis. [b] Adde bene facere illud, qđ not. Bal. in Auth. si quis litigantium, in vlt. not. C. de Episcop. aud. vbi per illum text. not. quòd si iudices seculares delegant causam Episcopis, q̃ ab eis non appellatur ad Papam, sed ad secularem delegantem, quia tunc non censetur vt Episcopus: sed vt delegatus secularis: & sic nõ posset excommunicare. Et istud adde his quæ tetigi. §. in rub. in 1. q Alibi tamen dignitas, vel priuilegium testantis nõ excusat delictum notarij de testa. rogati l. in fraudẽ.
9 §. si quis se. vbi glo. quã Bal. multum not. ff. de mil. testa. ¶† Glo.
1. diuiditur in duas partes. Primò potuit exemplum ad tex. quã do magister delegat causam inter scholares Potestati vel Epi-
c scopo. Nam scitis, quòd de iure cõmuni scholaris [c] habet tres iudices, Doctorem seu magistrum, Potestatem, & Episcopũ, vt §. in proœ. ff. & habet scholaris electionem, Auth. habita. cir. fin. cum glo. C. ne fi. pro pat. Secundo colligit notabile ex text. ibi, & trahe. † Circa primam partem dic, q̃ istud exemplum gl. corroborat Lud. Rom. quia quando causa committitur ordinario, non efficit delegatus, vt dixi in text. sed censetur excita ta iurisd. sed istud parum facit. Nam procederet, quando delegatio fit à superiore. quod non est hic, vt declaraui in text. Reprobat ergo fortius exemplum glo. Fulg. & ante eum reprobat Ray. & inclinare videtur Alb. sed Ful. plenius. Primo per rationem incuitabilem. Nam si delegatus incipiat habere idem imperium, prout habet delegans, extinguitur delegatio l. iudiciũ soluitur. ff. de iudi. ergo fortius debet impediri, quando à princ. habet idẽ imperium, per rſam l. patre furioso. §. de his qui sunt sui, vel alie. iu. cap. Quemad. de iureiu. Secundò facit: nam cum iste habeat remedium ordinarium, debet cessare iurisdictio delegata, quæ est remedium extraordinarium. l. in causæ. in princ. ff. de mino. Tertiò facit l. 3. §. fin. & l. sed in seruum. §. si quis iudex. ff. de arb. vbi non potest eligi arbiter, qui habet ordinariam potestatem. Quartò facit in simili text. not. in l. licet. §. is. cui, ver. pono. ff. de procurat. vbi vnus ex correis credendi non potest constituere procuratorem alium correum, cùm habeat idem ius iure proprio. & similiter in actione populari. Et ideo dicebat Fulg. in vtraque lectura, q̃ iste text. debet intelligi, & exemplificari in ordinario, qui tamen in illa causa particulari aliàs non erat iudex, vt dixi supra. Gul. de Cun. volens seruare
8 exemplum glo. respondet † quod per prœoccupationem vnius ordinarij cæteri censentur recusati. argum. l. 1. ff. de offi. consul. sicut quando sunt constituti plures procuratores insolidum. l. plurib ff. de procurat. c. si duo. de procu. in 6. cum bonũ sit arg. à procuratore ad delegatum. l. & quia, in fi. ĩ. titu. 2. Ista similitudo non videtur bona ex duob. Primò per lit. contest. procurator efficitur dominus litis, nec potest amplius reuocari l. post lit. ff. de procu. secus in delegato, qui potest quãdocunque etiã post lit. contest. reuocari. l. iudicium soluitur. ff. de iud. Item si sunt plures ordinari, & vnus cœperit cognoscere, si sit impeditus, potest per alium collegam expediri. l. 1. ff. de offi. consul. secus in pluribus procuratoribus: nisi adesset clausula, q̃ non sit melior conditio occupantis. d. l. plurib. & d. cap. si duo. vnde po ne melius exemplum: vt dixi in tex. quando iudex secularis delegaret causam Episcopo. vt not. Bald. in Auth. si quis litigantium. in vlt. not. C. de Episcop. audien.

ADDITIONES.

a ¶Et iure. Adde Ale. in l. iubere. col. j. in fin. in tit. 2. & in l. j. in prin. 9. col. supra eod. PVRPV.
b ¶Committentis. Adde Bal. in rub. extra eo. col. 2. PVRPV.
c ¶Scholaris. Adde gl. in proœ. ff. orum. Spe. ti. de reo. in §. j. versi. Item scholaris. Io. And. in c. significantib. de offi. dele.

SVMMARIVM.

1 *An causa suspecti tutoris possit delegari.*
2 *Priuare aliquem officio, an sit pœna.*
3 *Cui committitur cognitio, an intelligatur commissa executio.*
4 *Quamuis lex loquatur vniuersaliter, & negatiuè, no per hoc excludun tur cæteri similes.*
5 *Si statutum dicat, quòd nulla alia exceptio possit opponi, opponentur tamen similes.*
6 *Per hæc verba posita in aliqua scriptura, solus Episcopus, non excluditur capitulum.*
7 *Natura termini restrictiui est sic excludere extranea, quòd cuncta pertinentia ad ipsum includat.*

LEX IIII.

COgnitio. Cognitio suspecti tutoris potest specialiter delegari: & venit etiam sub delegatione generali. hoc primò. & quæ requirunt semiplenam cognitionem, & decreti interpositionem, delegari possunt. h. d. vique ad l. fin. Et præmitte pro intellectu ver. vt possessio, quæ dicit glo. & Bar. Glo. format duas opp. cõtra tex. & duas examinat. Primò, an datio tu-
1 toris possit delegari. Dixi in l. j. in prin. §. eo. † Secundò, an causa suspecti tutoris possit delegari, nedum quo ad cognitionẽ, sed etiam quo ad priuationem. de quo fuit inter antiquos Bononiæ magna controuersia: & istud tangit glo. hic in 2. opp. & quia glo. se inuoluit, distingue, vt per Alb. & Mod. hic. s. Pau. de Cast. & clarè Bar. quem videas in d. l. j. §. suspecti. ff. ad Turpil.
2 ¶† Et pondera ex doctrin. Bar. ibi duo. Primo, q̃ priuare aliquẽ officio, non est pœna: cuius contrarium vult tex. not. in l. testõ Centurio. ih fi. ff. de manu. testa. in l. eum qui. C. de proc. in l. iniu riarum. §. fin. ff. de iniu. Sed intellige Bart. vt loquatur de pœna
3 corporis afflictiua. † Secundò pondera Bar. velle, q̃ cui committitur cognitio, non intelligitur commissa, nec potest committi executio, cuius contra rium dixi in l. j. in prin. super. glo. in verbo, eam. §. e. Dic vt latè habetur per Mod. post Bart. in l.
4 ait prætor. in prin. ff. de re iud. ¶† Not. etiam diligenter hic esse glo. expressam, q̃ quamuis lex loquatur vniuersaliter, & negatiuè puta, quia dicat, nullus alius, non per hoc excluduntur cæteri similes. facit gl. in l. j. §. & per vim. in ver. nulla. ff. q̃ vi aut
5 clam. † ex qua Bar. ibi no. q̃ si statutum dicat, q̃ nulla alia exceptio possit opponi, poterunt tamen opponi similes, vt ibi per eum, cum suis concor. & per d. Ant. in c. item cum quis. de resti. spo. Simile in dictione, solus, glo. in l. cum notissimi. in prin. in ver. solam. & ibi Bal. & Ang. C. de præscri. 30. ann. Bal. in l. j. C.
6 de bono. poss. contratab. † vbi inter cætera dicit, q̃ per ista verba, solus Episcopus, non excluditur capitulum ecclesiæ suæ,
7 secundum Archi. in c. 2. de accu. in 6. ¶† Adde etiam tex. solennem in cle. exiui. in versi. cum autem natura. de verb. signi. qui formaliter dicit, q̃ natura termini restrictiui est sic excludere extranea, q̃ cuncta pertinentia ad ipsum includat, quem text. dicit esse aureum, & singularem Io. de Ana. in consi. 36. inci. circa primum vtrum cophani.

SVMMARIVM.

1 *Cognoscere, & pronunciare, an quis sit mittendus in possessionem, bene potest delegari, sed non ipsum mittere actualiter.*
2 *Missio realis in causis, in quib. requiritur modica cognitio, potest delegari.*

§. Vt possessio bonorum. Iste tex. intelligi
* tur per glo. Bar. Ang. & *communiter omnes hic,* [a] & per gl. in l. j. in
a ver. pos. ĩ. ti. 2. † q̃ cognoscere, & pronunciare, an quis mitten-
1 dus sit in pos. bene potest delegari, vt hic, sed non ipsum mitte re actualiter, seu cõmittere notario, & familiæ q̃ mittat: quia istud est mixti imperij. l. iubere cauere. ĩ. tit. 2. & non competit inferiorib. magistratib. l. ea quæ. §. magistratib. ff. ad munici. ergo non debet posse delegari per regulam. l. j. in prin. §. eo. Pau. de Cast. hic dicit, q̃ de hoc semper dubitauit. & non reperit declaratum à Doctoribus: quia an quis sit mirtendus, requirit aliquam cognitionem: sed postquam est declaratum in ipsa missione, non requiritur aliqua cognitio etiam modica. Si ergo potest delegari primum, fortius & secundum: dicit se dicturũ in d. l. iubere cauere: vbi nihil dicit, sed in vlt. col. simpliciter trãsit cum communi. D. Alex. ibi in 2. & 3. col. refert Bal. in aliquib. locis respondere. sed ipse reprobat, debuit allegare Bal. clarius, quam alibi in Auth. ei qui, in 5. colum. in versi. nunquid primũ decretum sit mixti imperij. C. de bon. auth. iu. pos. Ego in d. l. iubere cauere. per istam, & plures alias rationes tenebo contra
2 communem sententiam, q̃ † etiam ipsa missio realis potest delegari in istis causis, in quib. modica cognitio sufficiat: & ipsa missio paruum incommodum affert, ibi dicetur. Item dum gl. & communiter Doct. restringunt istum tex. ad tres bo. poss. quę ius nõ tribuunt, magna est restrictio, maximè cum in specie tex. ponat de bon. poss. ventr. nomine.

ADDITIO.

a ¶Omnes hic. Vide alium intellectum per glo. in c. ex literis. in ver. sub delegatus. de offi. delega. PVRPV.

SVMMA-

SVMMARIVM.

1 *Delegatus non poteſt ſubdelegare, quamuis modicam habeat correctionem.*
2 *An ſit differentia inter iuriſdictionem mandatam, & delegatam.*
3 *Actus validus, qui non poteſt habere effectum, dicitur nullus.*

LEX V.

1 MAndatam. ¶† Delegatus non poteſt ſubdelegare, quamuis modicam habeat coercitionem. h. d. Prima regula fallit in 3. caſib quos habes in 3. op. glo. Alias fallentias dixi in l. à iudice. C. de iudic. in 2. parte. Quæ ſit iſta modica coerctio, dixi. in l. j. §. fin. s̄. eod. † Vltra alios pondera nouiter hic eſſe tex. contra differentiam, quam ponit gl. in l. j. §. fi. in verbo, mandata. s̄. eo. dum dicit, q̄ differentia eſt inter iuriſdictionem delegatam, & mandatam. Nam delegata eſt, q̄ñ committitur vna ſpecies: ſed quãdo vniuerſitas cauſarum, tunc dicitur mãdata: hic eſt tex. ad op. dum dicit, mandatam iuriſdictionem, & tamen non loquitur de vniuerſali. Nam ſi eſſet delegatus ad vniuerſitatem, poſſet ſubdelegare vt in j. op. glo. Ad idem tex. in l. cognitio. in prin. s̄. eo. vbi non fuit ſatis dicere, mandata iuriſdictione: ſed ſubijcitur, generali. Tamen ad iſtum tex. poſſes dicere, q̄ loquitur de iuriſdictione vniuerſali demandata. Et ſi dicas: ergo poſſet delegare. Reſponde, q̄ tex. etiam cum miniſterio dicit, mandatam iuriſdictionem alteri mandare non poſſet: & quia volebat vniuerſaliter delegare iuriſdictionem ſibi demandatam, & non poteſt: ſed vnam cauſam particularem bene poteſt: Ita procedit prima op. glo. Pondera text. in fin. ibi nulla eſt Bald. exponit, ideſt, non poteſt effectualiter exercere.

3 ¶† No. ergo ex iſto tex. pulchram regulã, q̄ actus validus, qui
a non poteſt habere effectum, dicitur nullus. [a] Iſta regula poteſt ad multa ſeruire. Confirmo eam ex quinque. Pri. no. ex gl. no. in l. ij. in glo. fin. ff. de condi. ob tur. cau. quæ dicit, q̄ ſicut pignus non poteſt accedere obligationi, quæ nulla eſt, ita nec ei, quæ eſt inefficax. ¶ Secundò facit, quod vult glo. in l. fin. in gl. ij. C. ad l. fla. de plagiarijs. q̄ vxor, quæ habet maritum ſed inutilem, dicitur vidua, & orbata marito, & idem in patre habente filium inutilem. ¶ Tertiò allego, quod vult Bal. in c. 1. §. ſi quis de man ſo. circa fi. C. de contro. inueſt. q̄ ſi ſtatutum ciuitatis diſponat, q̄ ſi aliquis habet molendinum in aquis publicis, teneatur tantum ſoluere principi pro gabella, illud ſtatutum non habet lo
b cum in molendinis non reddentib. fructum, & inefficacibus. [b] ¶ Quartò facit, quod vult Bald. in l. j. in vlt. col. C. de ædi. act. q̄ ſtatutum puniens certa pœna debilitantem membrum alicuius, non habet locum in debilitante membrum inefficax, vel inutile. ¶ Quintò facit, quod vult Bar. in Auth. ſed nouo iure. in vlt. colum. C. de ſer. fugi. & in l. ij. C. vt intra certum tempus. q̄ ſtante ſtatuto, q̄ pro aliquo delicto puta pro primo furto debeat amputati manus, ſi aliquis habet manum aridam, vel inutilem, non debet illa manus amputari: quia ſic eſſet quodam modo ſine pœna. Facit, quod vult Bald. in l. conuenticulam. in 3. col. C. de Epiſc. & cle. q̄ ſtatutum diſponẽs de effodiendo alicui oculum, non habet locum in oculo, ex quo nihil videt: & ſic in oculo inefficaci. ¶ Contra tamen illud, quod tenet Bald. de manu arida tenet Ang. in l. 3. §. pen. ff. ar. fur. cæſa. per illum
c tex. vbi appellatione arboris [c] continetur arbor ſicca, donec ſit præciſa à ſolo, quamuis eius radices deſierint viuere. & idem per illum tex. tenet Sal. in l. ij. C. vt intra certum tempus. & Io. And. in regula in pœnis, in mercurialib. Facit bonus tex. in cap.
d ſicut vrgeri. j. q. 1. vbi manus carẽs ſanguine, [d] tamen eſt vnum membrum, de quo etiam per Ang. in l. de quib. vbi etiam Bal. ff. de leg. Imo. in l. ij. ff. de pub. iud.

ADDITIONES.

a ¶ Dicitur nullus. Adde Ias. in l. de quib. col. 9. 3. de legib. & in l. ſi dari j. not. j. de ver. obl. vbi dicit eſſe tex. ad oppoſitum. PVRPV.
b ¶ Inefficacib. Adde q̄ Bal. ſequitur Ale. in l. j. in prin. in j. no. col. j. ff. de acquir. poſſeſ. PVRPV.
c ¶ Appellatione arboris. Adde Fely. in c. 1. in 1. col. de calum.
d ¶ Manus carens ſanguine. Adde Bal. in c. 1. de prohi. feu. alie. per Lotha. in l. j. in fi. C. qui acc. non poſ. Ioan. de Ana. in c. poſtulaſti. in j. col. de in. Marianum de Se. in c. ſicut. in 6. col. eo. tit.

SVMMARIVM.

1 *Aſſeſſor dicitur propriè ille, quem nos corruptè vicarium poteſtatis appellamus.*
2 *Aſſeſſor nullam habet iuriſdictionem, niſi per ſtatuta tribuatur.*
3 *Qui poſſint eligere aſſeſſores, & cuius ſumptib. & quis poteſt eſſe aſſeſſor.*
4 *Quilibet ordinarius poteſt ſibi aſſeſſores aſſumere.*

De officio aſſeſſorum. Rubrica.

¶ Continua rubricam hoc modo. Supra in titulis præcedentibus dictum eſt de magiſtratib. ordinarijs, habentib. ordinariam iuriſdictionem à ti. de Senatorib. vſque ad tit. de offic. eius cui man. eſt iuriſdi. vbi ſucceſſiuè viſum eſt de delegatis. Nunc in iſto tit. tractatur de offi. illorum, qui prædictis aſſiſtunt tanquã eorum conſiliarij. l. conſiliarios. C. eo. Auth. ad hoc. C. de iudi.

1 ¶† Et propriè aſſeſſor dicitur ille, [a] quem nos corruptè vica-
a rium Poteſtatis dicimus: qui aſſidet cum ordinario, & ei con-
2 ſulit in iure, quod facere debeat, † ſed nullam habet iuriſdictionem, niſi per ſtatuta tribuatur, ſecundum Bal. in l. j. ad fi. j̃. eo. & l. præcipimus. §. q̄ ſi is. C. de app. Bal. in d. Auth. ad hoc: & ſic apparet, q̄ differt à vicario, qui de iure cõmuni habet ordinariã iuriſdictionem. c. 2. de offi. Vic. in 6. glo. in l. ij. C. de offi. eius, qui vicem alterius gerit. Poteſt tamen aſſeſſor aliqua expedire, de quib. in l. j. j̃. eo. Pro ornamento huius ti. adde, quod no. Ang. in l. metum. §. ſed quod prætor. ff. quod met. cau. vbi per illũ text. in ver. me aſſidente. inuehit contra eos, qui parum probè vere cundantur eſſe aſſeſſores Poteſtatis, cùm ibi Vlpianus Iuriſcõ. fuerit aſſeſſor prætoris: Similiter Sabinus Iuriſc. l. lex Cor. §. hac l. in ver. in aſſeſſorio. ff. de iniur. & Cyn. fuit aſſeſſor. d. Lu. de Sabaudia Senatoris. & refert Ang. q̄ Ray. multum gloriabatur de illo tex. quia fuerat aſſeſſor in ciuit. Piſarum, & Tudert. & vtrobique etiam fuit aſſeſſor Bar. lucerna iuris ciuilis: & ſic eum appellat Ang. in l. j. C. de iud. Refert etiam Io. An. in addi. Spec. in tit. de iur. cal. §. ſequitur. verſic. ſed quid de cauſa, magiſtrum
3 ſuum in legib. fuiſſe aſſeſſorem Mediolani. ¶† Qui autem poſſint eligere aſſeſſorem, & cuius ſumptibus, & quis poſſit eſſe aſſeſſor, habes in c. ſtatutum. §. aſſeſſorem. de reſcr. in 6. & ibi Ge
b minianus tenet, q̄ laicus [b] non poteſt eſſe aſſeſſor Epiſcopi, qđ probat ex duob. Primò per illud, quod videmus ècõtra, quod clericus non poteſt eſſe aſſeſſor in curia laicali, ſecundum Spe. in tit. de aſſeſſor. §. debet, verſi. ſed nunquid clericus. Secundò per tex. in c. in noua. 16. q. 7. vbi laicus prohibetur eſſe vicarius
c Epiſcopi. Et pondera rationem ibi aſſignatam in tex. [c] *Communiter tamen tenetur* contra Gem. q̄ licèt laicus [d] prohibeatur eſſe
d vicarius Epiſcopi d. c. in noua. eo quia non habet iuriſdictionẽ vt prædixi: tamen poteſt eſſe aſſeſſor Epiſcopi, cùm per hoc non habeat alienam iuriſdictionem, ſed ſolum habeat conſulere. Ita tenent Hoſt. Bald. d. Ant. de Bu. & d. Abb. in c. decernimus. de iudi. Idem tenent Hoſt. in c. contingit. de arbi. Archi. in c. plures. 16. q. 1. Motus, quia iſtud edictum eſt prohibitorium certarum perſonarum. qui ergo non reperitur prohibitus expreſsè, vt in caſu iſto, cenſetur admitti poſſe. Lu. Ro. idẽ tenet,
4 nullam de prædictis faciens mentionem in l. ij. j̃. e. † & quilibet ordinarius poteſt ſibi aſſeſſorem aſſumere, vt habetur in l. j. C. eo. & in §. feſtinabunt. in Auth. de iudicibus.

ADDITIONES.

a ¶ Aſſeſſor dicitur ille. Adde Bal. in l. metum. in §. licèt. ff. quod met. cau.
b ¶ Quod laicus. Adde Io. de Fantu. in c. in noua. 16. q. 7. Arch. in c. plures. 16. q. j.
c ¶ Aſſignatam in tex. Et ita Dec. in c. ſi pro debilitate. in fi. 6. col. de offi. delega. in c. 2. de iudici.
d ¶ Licèt laicus. Adde c. iudicatũ. 81. diſt. Doct. in c. Io. de cleric. coniugat. Doct. in c. ſicut. de hæreti. Doct. in c. j. de ſind. Doct. in c. tua nobis. de offi. vic. Doct. in c. per lectis. 25. diſtin.

SVMMARIVM.

1 *Aſſeſſor, vel Poteſtas poteſt interrogare aduocatum, an ſit infamis, & aduocatus tenetur ei reſpondere.*
2 *Poſitioni criminoſæ an quis teneatur reſpondere.*
3 *Iudex poteſt imponere ſilentium aduocatis.*
4 *Iudex ex officio debet reijcere libellum malè conceptũ, vel de re illicita.*
5 *Iudex non debet facere actum nullum, vel eluſorium.*
6 *Iudex, licèt poſſit lacerare libellum ineptum, non tamen cogitur.*
7 *Libellus quando eſt ineptus, non poteſt ex probationibus aptis ſuppleri.*
8 *Libellus ſi poſsibile eſt debet ſuppleri per ſententiam iudicis.*
9 *Iudex non debet recipere probationes, quæ non deſcendunt ex libello.*
10 *Libellus quando eſt ipſo iure nullus, poteſt exceptio quandocunque opponi.*
11 *Reus quando oppoſuit libello actoris, quòd eſt incertus, & obſcurus, iudex debet pronunciare reum non teneri reſpondere tali libello, & eum abſoluere ab obſeruatione iudicij condemnando actorem in expenſis.*
12 *Edicta facere, ſpectat ad Decuriones, quorũ loco hodiè Conſiliarij ſunt.*
13 *Edicta publica, ſeu banna proponuntur à Poteſtatibus, ſeu rectoribus ciuitatum de conſilio aſſeſſoris.*
in l. Imperium. 6. col. in ver. circa vltimum punctum. ff. eod. & ibi Paul. de Cast. in 1. col. in fin. Cyn. in l. 1. ad fin. C. de eman. libero. Tertiò limita secundum Angel. & Paul. de Castr. hic, qñ ille, cui cõmittitur, est etiam capax illius accessorij, aliàs secus. Et ponit Ang. exemplum in Episcopo, qui delegauit laico causam petitionis hæreditatis. Nam si contingat opponi, q̃ ille nõ sit verè filius, & sic q̃ matrimonium de iure non tenuit, nõ potuit laicus de causa matrimonij cognoscere, quamuis aliàs nõ possit vltra in causa principali procedere: eo quòd laicus non est capax iurisdictionis spiritualis, nec principaliter nec incidenter. c. tuam. de ord. cog. cap. lator. qui fil. sint legi. Tradit̃ per Bartol. & alios in l. omni innouatione. C. de sacrosanct. eccles. & reputat Angel. esse hoc valde singulare. Sed ista limitatio nõ est vera in terminis Angel. quando Episcopus delegauit laico: quia cùm laicus fungatur vice delegantis. l. 1. §. fin. vbi dixi, supra. titu 2. dicitur habere iurisdictionem ecclesiasticam, non autem laicalem, vt expressè inquit. d. Abb. in c. significasti. in fin. de foro compe. sicut &ècontra, si laicus committeret causam Episcopo, diceretur Episcopus in illa causa habere iurisdictionem secularem ex persona delegantis, non ecclesiasticam. Et ideo non posset in illa causa excommunicare, vt not. Bald. in Auth. si quis litigantium in vlt. not. C. de Episc. aud. Ista ergo limitatio procederet, quando talis delegatio esset facta à laico, quia tunc de causa spirituali quamuis impediẽte principalem commissionem, nõ posset cognoscere delegatus: sicut nec de-
a legans, sed in laico delegato Episcopi est secus, vt prædixi. [a] ¶ Quartò limita, dummodo illa nõ sint maioris iurisdictionis quàm ea, quę principaliter demandantur, vt latè per Barto. hic in 1. & 2. col. quem sequuntur alij. ¶ Quintò limita, nisi sint de reseruatis Papæ. Ideo delegatus non potest absoluere ab excõmunicatione, cuius absolutio reseruatur Papæ, quamuis aliter in causa procedere non possit. Ita notab. limitat d. Abb. in cap. prudentiam. §. sexta. per illum tex. de offic. deleg. Et facit ratio, quia talia, quæ reseruantur Papæ, non transeunt, nisi ex speciali commissione. cap. q̃ translationem. de off. leg. ¶ Gl. vnica diuiditur in quatuor partes prin. In 1. dupliciter exẽplificat text. In 2. respon. tacitè quæstioni, an delegatus possit in possessionẽ mittere. In 3. colligit ex text. nota. allegando multas concor. Postea opponit & nõ soluit: & sic ista pars potest subdiuidi in tres. In 4. ponit aliud notabile ècontra. Secunda ibi, si vero quæras. Tertia ibi, & forma hic generale. Quarta ibi, contra eum quod prohibetur. In 1. parte glo. & primo exemplo de modica coercitione, in quib. consistat ista modica coercitio, dixi in l. 2. §. fin. de off. eius. & an consistat in modica coercitione, quę personã tangit, Bar. fuit sibi contrarius. Nam in ista l. & in l. magistratib. ff. eod. tenet, q̃ non. Contrarium tenet in l. imperium. ff. eod. vbi dicam. ¶ Ex 2. exemplo huius primæ partis gl. collige quatuor
12 principales conclusiones. † Prima est, quòd quilibet delegatus etiam inferioris à Principe potest citare verbaliter per nunciũ, vel per epistolam. Ista conclusio est indubitata: quia si arbiter, qui nullam habet iurisdictionem. l. ait prætor. in princi. ff. de re iudi. potest facere istam citationem verbalem. l. sed & interpellatur. §. 1. & l. diem proferre, in prin. ff. de arbi. Quãto magis po
13 terit delegatus? Secunda conclusio glo. est q̃ quilibet delegatus etiam inferioris à principe post lit. contest. potest citare re, & sic facere capi personam. Istam conclusionem reprobant
* Bartol. & *communiter* alij hic, & in l. plerique. ff. de in ius vocan. & ita reprobat Fran. Accur. vt refert Cyn. in Auth. qui semel. C. quomodo & quãdo iudex. & in §. si vero. & in Auth. de exhib. reis. Inter cætera mouentur Barto. & alij per. §. si verò ignoti, in Auth. de testib. vbi secundum eos delegatus non potest facere torqueri testes vacillantes, aut pecunia corruptos: sed debet ad superiorem remittere, ergo apparet, q̃ delegatus inferioris nõ potest se impedire de persona. Et ad hunc text. respon. vt per Alb. & alios hic. Certè Barto. & Docto. non videntur rectè consideraſſe illum tex. quia ibi non dicitur, quod remitti debeat ad superiorem, sed quod delegatus, qui non habet istos seruitores publicos, debet facere torquere, & verberare testes vacillantes per apparitores præsidis. Certè isti apparitores non sunt iudices superiores: imò sunt nuncij & seruitores publici ad similia deputati, & ad inferendum torturam. l. omnes. in prin. & §. si verò apparitor. C. de Episcop. & cler. Quia ergo delegatus nõ habet familiam talem, petit familiam potestatis, per quam punit testes, & sic ille tex. probat contra Bar. q̃ imò delegatus punit testes per familiam Præsidis. & ideo respõ. Fulg. q̃ ibi speciale est in teste falsum deponente, quia potest à quocunque puniri, coram quo falsum deponit, per regulam. l. nullũ. C. de testi. Sed ista non est tuta responsio, cùm dubium magnum sit, an d. l. nullum. procedat in legato, de quo dixi in l. 1. §. fi. ff. de off. eius. Tu ergo pro vera responsione, & intellectu huius text. aduerte, quod d. §. si verò ignoti. non loquitur de pœna imponenda teſti vacillanti, vel falsificanti: sed de tortura, quæ sibi adhibetur pro veritate eruẽda, quam delegatus facit per apparitores,
b vt ibi. [b] † Vnde tortura adhibetur aliquando pro pęna delicti,
14 si sit statutum, quod si quis portet arma, torqueatur. i. habeat duos ictus fimis. ista est pœna, & est meri Imperij, & non posset expediri per delegatum. Aliquãdo tortura imponitur pro eruenda veritate testis. & iste est propriè casus. d. §. si verò ignoti. & torquere illo modo testem ad inquirendam veritatem in casu d. §. si verò ignoti. est simplicis iurisdictionis, prout tenet ipsemet Barto. in l. Imperium. ff. eod. in vlt. col. in quarto gradu meri Imperij, vbi ponderat Fulg. in 7. colum. in fin. & sentit hic Fulg. de quo dicam pulchrè in d. l. Imperiũ, & sic per d. §. si vero ignoti. declaratum vt s. periclitatur sententia Bar. & Docto. hic: quia si delegatus potest torquere testem pro eruenda veritate in executione iurisdictionis, quare etiam non debet posse procedere ad capturam, & sic ad citationem realem? Cogita. Pro communi tamen sententia facit: quia cùm delegatus talis non posset ante lit. contest. quia lit. contest. non facit eum haberi pro ordinario, cùm semper possit reuocari. l. iudicium soluitur. ff. de iud. nec lit. contest. efficitur dominus litis sicut procurator. ¶ Teneas tamen *communem conclusionem*, quòd delega-
* tus inferioris non possit facere citari reum, & sic nec capi personam inuitam: prout etiam tenet glos. in l. consentaneum, in ver. eo. C. quomodo & quando iud. & glo. in §. si vero etiam in
15 Authen. de exhi. re. Cy. in d. Auth. qui semel. & Doct. hic. † Istã
c conclu. limita [c] secundum Lud. Roma. hic, nisi talis captura personæ fieret de suspecto de fuga: potest enim fieri à quocunque delegato, & à quocunque iudice aliàs incompetẽti. Nam contra capturam personæ factam propter suspicionem fugæ, non potest opponi de incompetentia iudicis. Ita refert consuluisse Petr. de Anch. in consil. 184. quod consilium etiam allegat d. Alex. hic, & dicit, quòd incipit, premittẽdum est: sed corruptè allegant. debent allegare Petr. de Anch. in consil. 192. incip. In auxilium veritatis. & pro confirmatione eorum, quę scripta sunt mouetur: quia si debitor suspectus de fuga potest capi per ipsum creditorem: & sic per priuatam personam. l. ait prætor. §. si debitorem. ff. de his, quæ in frau. cred. multomagis per iudicem: quamuis aliàs incompetentem. arg. l. fi. C. de malefi. per l. generali. de decu. lib. 10. Fortificatur per id, quod vult glo. sing. in §. ferui vero. in verbo. in transitu. Instit. de lib. de qua glo. Bald. in multis locis facit festum in l. cõsentaneum. C. quomodo & quando iud. & alibi sæpe. Nam vult illa gl. q̃ quando aliquis actus potest fieri sine iudice, pone, q̃ interueniat authoritas iudicis sed minus solenniter, nihil vitiat. quod comprobari potest multis similibus tendentibus ad illam regulam, q̃ qñ aliquid non requirebatur necessariò, si interuenit minus solenniter, non vitiat. de quibus dixi in l. vinum. in glo. magi. ff. si cert. pet. ¶ Secundò; quia die feriato in honorem Dei iudex est incõ petens, quo ad exercitium iurisdictionis: & tñ in illo tpe potest
d facere capi debitorem [d] suspectũ de fuga. vt est gl. sing. in l. fi. C. de fer. Igitur &c. & illam gl. sequũtur omnes in l. si feriatis. ff. de ferijs. & ibi dixit Albe. q̃ illa glo. obseruatur de consuetudine: ergo arguendo de tpe ad personas, quod est bonum argumentum, sicut &ècontra. l. qui plures & l. vel singulis. ff. de vulga. & pup. sicut in tpe, ita & in persona iudex aliàs incompetens poterit facere capi suspectum de fuga. ¶ Tertiò, cùm mora sit periculum allatura, cessant regulæ iuris prohibitiuę. l. de dupillo,
16 §. si quis riuos. vbi Doct. ff. de noui. ope. nunc. ¶ † Quartò adduc-
e unt simile de clerico reperto [e] in delicto, qui potest capi per iudicem secularem, vt prælententur ecclesiastico: quia periculũ est si dimittitur, fm Bar. in l. si quis in seruitute. ff. de fur. Inno. & alij in c. vt fame. de senten. excom. & plenè Doct. in c. cũ non ab homine. de iud. Bal. in l. si qua per calumniam. C. de episcop. & cler. Istam decisionem Petr. de Anch. sequitur per dicta fundamenta Lud. Rom. hic & in cõsil. 242. inci. vnum est, quod subtiliter obijcitur. & plenius in d. l. de pupillo. §. meminisse. in addi. nouis. vbi quędam alia addit. ff. de oper. nou. nunc. Idem simpliciter sequitur d. Alexand. in d. l. de pupillo. §. si quis riuos. quamuis hic dicat, q̃ prædictum fundamentum de tpe feriato non sit bonum: quia multæ causæ possent expediri die feriato

ADDITIONES.

a ¶ Vt prædixi. Adde Bart. & Feli. in cap. cæterum. col. 4. PVRPV.

b ¶ Vt ibi. vide Soc. consil. 253. colum. 2. & Deci. consil. 33. colum. 2. & Alexand. libr. 1. consil. 63. PVRPV.

c ¶ Limita. Limitatio hæc comprobatur ex eo, quod Bald. in l. nec quicquam. §. vbi decretum. dicit, colum. 5. de offic. proconsul. l. creditores. C. de pign. PVR.

d ¶ Debitorem. Adde Bald. in cap. fin. in vlt. col. de ferijs. etiam si sint feriæ solennissimæ, puta Natiuitatis, vel Paschæ Domini.

e ¶ Reperto. Adde Bald. in capit. 1. in §. si quis. de pace iur. firm. in vsib feud. in l. si qua per calumniam. C. de episcop. & cler. & per Ioan. de Imol. in capit. 1. de depos.

riato in honorem Dei.l.2.ff.de ferijs.& tamen nemo diceret, q̃ illæ cauſæ poſſent expediri per Iudicem incompetentem: tamen poſtea in effectu videtur trãſire cum hac limitatione, & eam multũ notare.¶Poſſes planius reſpon.ad fundamen.Petr. & Ludo.quòd die feriato, licèt iudex non habeat iuriſdictionem in actu & exercitio:habet tamẽ in habitu, qui facilius deducitur ad actũ, quando iudex eſt penitus incompetẽs. Adde, quòd ſummus Iuriſcon.Franc.de Aret.in conſil.95.inci.reſpõdeo breuiter dubijs elegantèr motis &c. refert iſtam deciſionẽ Petr.de Anch. & dicit,quòd eſt falſiſſima, & quòd Petrus non fundauit tunc ſe.ſ.firmam petram:ſed quòd aurum, & pecunia corruperunt eum,& fecerunt malè conſulere: & quòd rationes eius ſunt ſomnia: multa alleg. Et primo gloſſ. in l. 2. §. ſed & ſi dubitetur. ff. de iu. quam approbant ibi Docto. & Barto in l.hæres abſens.in princip.ff.de iud. quæ gl. tenet quòd ille, qui non poteſt conueniri in certo loco ipſo iure, non poteſt ibi cogi ad cauendum,ſeu ſatiſdandum,quando reſpondebit in loco fori ſui. Et illa glo. ſecundum eum debet intelligi in ſuſpecto:quia ſi non eſſet ſuſpectus,nullũ eſſet priuilegiũ.Si ergo ſuſpectus de fuga per illam glo. non poteſt in loco nõ ſuo, & ſic à Iudice incompetenti cogi ad reſpondendum in loco fori ſui, quantominus capi poterit, cùm illa captura ſolùm
17 fiat, vt captus repræſentetur iudici ſuo? ¶†Secundò mouetur per doctri. Ioan And.in addi.Spec.in tit.de emp.& ven.in prin. in ver.20.quem ſequuntur dom.Anto.de Mod. in cap.fi.de fo. compe.vbi notab.volunt, quòd ſi forenſis tranſit cum re mea mobili pura æquo,per locum vbi aliter non habet forum, nõ poſſum eum ibi cõuenire, nec facere ibi capi æquum:& tamẽ eſt ſuſpectus de receſſu, & ſic de fuga: ſed inter cætera tertio loco alle.optimum text.qui valde ſtringit in l.1. §. hoc autem. ff.de fer.fug.vbi magiſtratus non tenet capere fugitiuum, nec ei ferre auxilium ad capiendum: niſi ad literas Iudicis domicilij,quod eſſet abſurdum,ſi ratione fugæ quilibet iudex incompetens poſſet capere. Et ſtringe tu fortius illum text. quia ſi ibi non poteſt,quando fuga iam eſt in actu: & ſic eſt maius periculum,quantominus hic,vbi ſolùm eſt ſuſpicio fugæ? ¶Quartò dicit aliud quod etiam placet, quòd fundamentum Petr. de Anch.non eſt verum, dum dicit, poteſt fieri tempore feriato: ergo poteſt per iudicem incompetentem. Hoc nõ eſt verum. Nam tutores, & curatores poſſunt dari dieb.feriatis.l.2.ff.de ferijs, & tamen non poſſunt dari per Iudicem incompetentem. l.1.C.vbi pet.tut.& ſic reincidit in ſolutionem d. Alexan. Item ſequeretur ſecundum eum, quòd cum publici latrones poſſint etiam ſuſpendi die feriato in honorem Dei.l.prouinciarũ. C.de ferijs.eodem modo contra latrones publicos quilibet iudex incompetens poſſet procedere. quod eſt falſum. §. ſi quis verò comprehenſorum.in Auth. vt nulli iudicum, in l.1. cum ibi not.per Bart. C.vbi de crimine agi oportet. cum alijs alleg. per eum.Concludit vltimò in hoc paſſu,ita diſtinguendum eſſe. Aut iſte ſuſpectus de fuga non poſſidet immobilia in loco fori ſui, ita quòd ibi ſuſpectus eſt de fuga: & tunc poteſt per quemcunque iudicem aliàs incompetentem capi tamẽ vt captus remittatur ad Iudicem fori ſui:ita quòd iſte iudex incompetens vltra procedere non poterit, per d.l.1. cum ibi not. per Barto.C.vbi de cri.agi op.& l.1.C.vbi Sena.vel clariſs. Aut iſte ſuſpectus de fuga poſſidet immobilia in loco ſuo:& tunc non poteſt capi per Iudicem incompetentem: quia inter partes intelligitur actum, quòd conueniatur in loco fori ſui, & debet expectari donec ibi reperiatur: & dicit, quòd iſta ſententia eſt ita vera ſicut Deus eſt. Quid tenẽdum in hoc notabili & ſubtili paſſu?Ego teneo deciſio. Petr.de Anch.& Lud. quam puto eſſe veriſſimam,& eam confirmo quatuor optimis fundamentis.Primò,quia clericum debitorem ſuſpectum de fuga poteſt capere iudex ſecularis,& valet captura, quando aliàs periculũ eſt in mora: imò ipſemet creditor ſecularis poteſt tũc propria authoritate capere clericum ſuſpectum de fuga, & tamen ibi eſt omnimoda incompetentia.Ita concludit d.o.Abb.in capit. cùm non ab homine. in 3. & 4. col. de iud. vbi latè loquitur in iſta materia, & eius dicta aliàs retuli per vnã col. Sed ſufficiat pro nunc ſua finalis conclu.& ante eum Bald.ibidem in 3.col. licèt ipſe non referat:& idem Bald.in cap.dilecti.in 5.col.de ap-
18 pel.¶†Secundò moueor: quia vbi periculum eſt in mora, iudex aliàs incompetens poteſt examinare teſtes:& valet dictum teſtiũ, & probat, non obſt.incompetentia,ſecundum Barto.in
a l.2.[a] per illum text.C.de naufr.libr.11. Sequitur Ludo. Roma. in l.ſi vero.§. de viro in 54.fall.ff.ſolu. matrimo. dicens ſe apud Valentiam ita conſuluiſſe.Facit, quod vult idem Bart. in l.admonendi, de iureiuran. circa 10. colum. in ver. quid ſi dictum teſtis deficit ex parte examinantis: vbi ponit de teſte examinato ab incompetenti, quando non poteſt imputari parti,quare non fecit examinari à competẽti:quia periculum eſſet in mora.Sequitur dom.Anto.de Butr.in cap.fin.in 6. colum. de iureiur.& Ludo.Rom.in d.§.de viro.in 55.fall.cum multis concor.
19 quas ibi dedi. ¶†Tertiò moueor. Nam ſi creditor poteſt propria authoritate capere debitorem ſuſpectum de fuga, vt eſt text. in d.§.ſi debitorem.certè ſi fecerit capi per iudicem incõpetentem,nihil debet nocere incompetẽtia iudicis, quia regulariter eſt, quòd quando aliquid de neceſſitate non requiritur in actu,ſi illud interueniat,& malè, nõ vitiat actum.l.1.in prin. cum ſimil.C.de rei vxo.act.Et quòd tunc non obſtet incompetentia iudicis,quando non requiritur,eſt bona glo.in §.ſerui verò.in ver.in trãſitu.Inſt.de liberti.quã ab hoc reputat ſing. Bal. in l.conſentaneum.in 5.colum.C.quomodo, & quando iud.& in l.2.3.col.C.de iur.emphyt.& in c.1. §.ſi verò. de pace iuram.
20 fir.¶†Quartò facit;quia debitor in diem, vel ſub conditione ſi eſt ſuſpectus de fuga, interim poteſt cõtra eum fieri executio. l.quæſitum,cum glo.in ver.intereſt.ff.de pign.& ibi clarius Bar. & Angel.in ſummario:quia text.non loquitur clarè de debitore conditionali. & per illum text. dicit Bald. in l. 1. in fin. C. de cõdi. ex le.quòd debitor fugitiuus etiam ante diem poteſt capi. & idem Bald. in l.3. in fin. C.commo.& in l.ſi debitori.ff.de iud.vbi allegat aliam gloſſ.concor.in l.pen.in gloſſ.fin.C.de pig. act. Item ſi lite pendente debitor efficiatur ſuſpectus de fuga, poteſt non obſt. pendentia litis propria authoritate capi. Ita notabiliter tenet Angel. in repet. l. nemo carcerem. C.de exac. trib. libr.10. poſt medium,in ver. Item quæro, quid ſi lite pen. quem refert,& ſequitur do. Alexan.in conſil.quod non reperi-
b tur. [b] inci. Magnificè prætor.in 12. col. Item alibi tenet Bald.in rubr.de treug.& pa.in 2.colum. quòd debitorem meum fugitiuum poſſum capere,etiam tempore treugæ:quę treugua nõ prodeſt fugitiuis, per glo.in d.l.prouinciarum.C.de fer. & ſuiſ ciunt ſol.: præparamenta ad fugam,dixit Bald.in l.ſi quis in tantã in 17.col.C.vnde vi.& in l.generali.C.de decur.libr.10. Bald. & Sal.in d.l.pen.per gl ibi.C.de pign.act.quamuis contrarium, & malè teneat Angel.in d.l.nemo carcerem, quem in propriis terminis reprobat Alexand.in conſil.64.in 3.vol. inci. & ſic ce-
21 leberrime Doctor.in fin.col.¶†Concludendo ergo,quòd debitor ſuſpectus de fuga ſi capiatur authoritate iudicis incompetentis,non poteſt opponere de incompetentia iudicis:intellige tamen ſanè, quando periculum erat in mora: quia non poterat tunc haberi copia iudicis competentis:& ſic aliàs potuiſſet fugere,per rationem d.§.ſi debitorem. Item intellige, quòd talis captura facta per Iudicem incompetẽtem valet: cum hoc, quòd poſteà eum conſignet iudici competenti: ſicut quando creditor propria authoritate capit,ſecundum Bar.in d.§.ſi debitorem,glo.in cap.1.de pace iur.fir.not.in l.generali. vbi Bald. C.de decu.libr. 10. Facit §.audient. in Auth. de defen.ciu.ſicut
c quando iudex laicus [c] capit clericum ſuſpectum de fuga; quia debet eum conſignare iudici eccleſiaſtico, ſecũdum do. Abb. in d.cap.cum non ab homine. Sicut etiam quãdo iudex laicus capit clericum repertum in flagranti crimine, debet eum conſignare iudici eccleſiaſtico,ſecundum Barto.in l.ſi quis in ſeruitute.ff.de fur. Bald.in l.ſi qua per calumniam. C. de Epiſcop. & cler.Can.in cap.vt famæ. de ſenten. excommu. & in cap. cum non ab homine. de iud. & ita etiam videtur tranſire Alex. hic. Not. tamen diligenter, quòd creditor faciens capi,vel detineri verum debitorem authoritate iudicis incompetentis: ſi ſcienter fecit, perdit ius crediti ſui.Ita ſing. tenet Bal.in cap.cauſam matrimonij.in fin.de offic.deleg. referens iſtud voluiſſe Cyn.in l.fin.§.ſi fœnerator.ff.quod met.cau.¶Accedar.l.extat. cum glo.
22 ff.quod met.cau.¶†Tertia principalis cõcluſio eſt, quòd delegatus principis & ante,& poſt lit.conteſta.poteſt indiſtinctè citare, faciendo capi perſonam inuitam. Sequuntur Bar. Angel. Paul.de Caſtr. Ludo.Rom.& dom. Alex.hic.Dyn.in Auth. qui ſemel.in 5.quæſt.C.quomodo & quando iud.Spe.in titu.de iu. deleg.§.ſequitur.ver.poteſt.& in titu. de primo & ſecundo de-
* creto.§. pen.circa prin.*& iſta eſt communis conclu. & ſententia.* ſed contrarium eſt verius in puncto iuris:prout tenent Saly.& Ful. hic,& Sal.in d.l.conſentaneum, & videtur etiam tenere Iac. de Belu.in §.ſi vero etiam quidam iurent.in Auth. de exhi.re.quia nullibi in iure cautum eſt. & text.per quem mouentur gloſſ.& Doct.in §.omnem.in Auth.de litig.vnde ſumitur d. Auth.qui ſemel, nihil dicit de citatione reali:ſed bene dicit, q̃ delegatus principis poteſt citare per edicta, & in hoc bene eſt ſpeciale in delegato

ADDITIONES.

a ¶In l.2. Vide ad dicta Bar.in d.l.2.& adde Soc.in 2.par.conſil.244.conſidera,colum.4.verſic.4.& 262.col.5. PVRPV.

b ¶Non reperitur. Imo reperio libr. 3. conſil. 106. colum. 9. verſiculo pro hoc. PVRPV.

c ¶Laicus. Adde Bald.in cap.1.§.ſi quis.de pa.iura.fir.in vſib.feud.in l.ſi qua per calumniam,C.de Epiſcop.& cleri.

delegato principis,secundum glo.& Doct.in l.sancimus. C. de iud.& per Alb.hic:Pro eadem parte fortiter stringit text.in §.si vero etiam quidam.in Auth. de exhi.re. qui loquitur etiam in delegato principis: & tamen dicit,quòd ante lit.contesta. nihil potest facere,quamuis d.Alex.hic conetur ad illum tex.simpliciter respondere.Non obst.similia adducta per d.Alex.pro cõmuni opi. quia solùm loquuntur in executione, quæ fieret in
23 reb. sed nos loquimur de executione in personam. ¶†Quarta principalis conclusio glo.est, q̃ ista lex, & eius regula loquuntur in delegato.sed Odof.& Bart.tenent,q̃ loquatur in ordinario,per text.in ver.data,qui non facit, vt patet in l. cognitio.§. vt pos.bon.in ver.dederis.s̃.titu.2.& in l.præscriptione.C.si contra ius,vel vtil.publ.& in l.à iudice.C.de iud.Tu tene,quòd ista l generaliter loquatur in vtroq;, prout tenent Alb.& Bal.& reliqui Moder. Pondera tamen subtiliter inquantum Bart. facit differentiam inter ordinarium & delegatum. Nam vult, q̃ in ordinarium transeãt etiam ea,quæ sunt maioris iurisdictionis, & coercitionem personæ continent, quando aliter iurisdictio expediri non põt,per l.quoties. C. de iud.sed in delegato vult, q̃ non transeant ea,quæ sunt maioris iurisdictionis: sed æqualis,vel minoris. & sic vult, q̃ d.l.quoties, non habeat locum in delegato.quod esset nimium restringere illum text. & propterea reprobatur in hoc per Sal.& Ludo. Rom.in l.Imperium.j̃. cod.& Sal.in l.placet.in 6.colum.C.de peda.iud. & multum latè per Alex.hic.Et q̃ malè dicat, patet: quia regula d.l.quoties. habet locum etiam in arbitro.glo.est sing. in l.cum proponas. in fi.quam Angel.ibi reputat singularem.C.de reb. cre. Si ergo habet locum in arbitro, qui nullam habet iurisdictionem, vt prædixi: ergo multo magis habebit locum in delegato. Itẽ aduerte,q̃ contra Bald.facit d.§.si vero ignoti.quem pro se alleg. qui verè loquitur etiam in delegato,vt dixi in 2.conclu.gl.Vnde tene, quantum ad materiam huius. l. non esse differentiam inter ordinarium & delegatum, nisi quantum ad citationem realem, quam potest facere ordinarius:sed non delegatus, vt in superiorib.dixi. ¶In 2.parte glossi.ibi, si verò quæras de quæstione, plenè dicam in l.iubere.j̃.eo.Pondera tamen dum Bar. hic reprobat glo.de contrarietate,quia s̃.dixi,q̃ delegatus post lit.contest.potest citare,ante non. & tamen quo ad mittendum in possessionem, non facit istam differentiam glo. vnde secundum Bar.si delegatus etiam post lit.contest.non potest mittere in possessio.quod est minus;certè nec citare,quod est plus. *Et*
* *ita Doct.communiter* pertranseunt.Sed aduerte,quod Bart.met.j̃. in 2.col.in alio proposito,respon. ad obiectum, q̃ ideo potest fieri captura personæ.quia est eiusdem iurisdictionis in specie, licèt maioris:sed mittere in possessionem non est eiusdem spe
24 ciei,sed alterius.f.Imperij, vt dicam in d.l.iubere. ¶†In 3.parte glo.dum opponit de §.ædificium. & non soluit. Respond. vt ibi per glo.q̃ ideo vsufru. non potest perficere ędificium,dato q̃ aliàs sic vti non posset:quia mutaretur forma rei,& sic vsusfructus extingueretur.& distingue,vt per Bar.& vide latius per Cyn.Alb & Bald.hic.& ad hoc not.glo.comprobandum, vide tria similia Bald.in l.fin.in 2.colum. C.de fideicom. ¶In vltima parte glo dic,quòd istud notabile gl. potest intelligi dupliciter secundũ duas ll.quas alleg.quæ in varijs terminis loquũtur, vt hic per Bar.primò potest intelligi not.glo. vt eius verba sonãt, q̃ quando aliquid prohibetur, intelligitur prohibitum omne, quod ex eo sequitur:& ad hoc tendit.l. non dubium. C.de leg.
25 vbi dixi.& examinatur per Cyn. & Bal. hic. † Secundò modo
a potest intelligi secundum l.oratio. ff. de spon. [a] & tunc habes notare,quòd quando prohibetur aliquid,intelligitur prohiberi omne id,per quod peruenitur ad illud.l.oratio.alle.in glo.Facit cap.constitutus.& cap.ex tenore.de cõcess.præb. Facit quod not.Bald.in l.fin.in prin.per illum text.C.ad l.Fal.q̃ qui non potest alienare, non potest etiam promittere de alienando.Istam regulam limitat Bart. quando illud antecedens directè ordinatur ad hoc,aliàs secus,per l.non omne.ff.de stat.libe.Tu limita secũdò notabilius, quod licèt vbi ptohibetur matrimonium, intelligantur etiam prohibita sponsalia.d.l. oratio. tamen pœna imposita contrahenti matrimonium,non censetur imposita contrahenti sponsalia.glo.est not.in clem.1.in verbo contrahere.de consang.& affin.& sic dicta regula non habet locũ quo ad pœnalitatem incurrendam.Confirmo ex trib.Primò per illud, quod notab.vult Bald.in l.1.in vlt.colum.C.si rec.prouin. & idem Saly.post Cyn.& antiquos,vbi dicunt, quòd ista regula venit per interpretationem extensiuam: vt probat text.in d. l.oratio.in verbo,suppleatur. Ergo non habebit locum in statutis pœnalibus, quæ non recipiunt interpretationem extensiuam. Et per hoc infert ibi Bald. quòd si per statutum ciuitatis prohibitum est formari aliquid in fauorem bãnitorum sub certa pœna, quòd si aliquis fecit solùm propositum,non incidit in illam pœnam. Secundò facit, quòd vult Bald. in l.pen.§.
docere.in vlt.quæstio.ne quis eum.vbi decidit,Stante statuto ciuitatis Floreniæ, quod nullus Guelfus possit contrahere matrimonium cum aliqua de comitib. de Baptistis sub certa pœna. Pone,quod aliquis contraxit spõsalia,an incidat in dictam pœnam?videtur quòd sic per l. oratio. Contrarium determinat per illum text.quia in istis delictis ad hoc,vt quis incidat in pœnam non sufficit, quod delictum sit inchoatum, sed sit inchoatum illud, per quod peruenitur ad prohibitum pœnale:
26 † Tertiò facit,quod consuluit d.Alexand. Imol.in consil. 114. incipit consideratis verbis instrumenti.in pen.& vlt.colum.vbi consuluit,quod prohibitus facere molendinum in certo loco, sub tanta pœna absque speciali licentia superioris, non incidit in dictam oœnam;per hoc, quòd fecerit aquæductũ pro molendino.Per ista reprobo duas decisio. Bal.vnam, quàm ponit Bald.in l.1.C.quæ res expor.non poss. per illum text.in ver.nec gustus causa. vbi tenet, quòd prohibitus portare vinum extra districtum sub certa pœna, incidit in talem pœnam, si solùm portat phialam vini gustus causa tanquam præambulum venditionis futuræ.Nam in pœnalibus istud non procedit,vt dixi. Bene credo, quòd sit prohibitum portare extra districtum illã amphoram vini,quãdo portatur pro degustatione, vt vinum vendatur: tamen pœna statuti nõ habebit locum isto casu per
27 doctri.illius gl.not. † Secundò reprobo illud, quod vult Bald. in cap.nam concupiscentiam.in 2.colum. de constit.vbi no.ex illo text. quãdo aliquid prohibetur in termino, intelligitur etiã prohibitum in via. Et ideo secundum eum prohibitus ex forma statuti deferre frumentum extra territorium,sub certa pœna:repertus in via potest puniri:quod non videtur ex prædictis verum, & ad hoc not. vltra prædicta vide Cyn. & Bald. hic. & Ray.& Sal.post glo.ibi in l.vnica.C.si rec.prouin. Ioan. And.in regula,cum quid prohibetur.in mercurialibus.

ADDITIO.

a ¶De spon.Adde no.dictum Alex.in l.si vni.col.3.ff.de re iudi.Socin.cõsil.262. in 1.dub.ad fin. PVRP.

SVMMARIVM.

1 *Gladius aliquando ponitur pro gladio ciuili punitiuo delictorum.*
2 *Imperium mixtum nihil aliud est, quàm expedire officio iudicis nobili pertinentia ad priuatam vtilitatem.*
3 *Mixtum, seu compositum ex duobus attribuitur ei, quod est dignius.*
4 *Iudicem dare, & sic delegare, est iurisdictionis.*
5 *Mixtum dicitur illud,quod participat de duob. vel plurib.*
6 *Sentẽtia ad hoc,vt dicatur merè diffinitiua,non sufficit quòd finiat causam principalem: sed etiam requiritur, quod in causa sit processum ordinariè.*
7 *Iurisdictio in genere sumpta continet quatuor species.*
8 *Merum Imperium consistit in tribus.*
9 *Causa vt sit mixti imperij non est necesse, quòd in ea requiratur causæ cognitio.*
10 *Papa vel Imperator, si concederet alicui loco, vel alicui nobili in illo territorio iurisdictionem simpliciter, intelligeretur concessisse merum & mixtum imperium,& simplicem iurisdictionem.*
11 *Infeudatus de castro,vel ciuitate cum iurisdictione, non poterit condere statuta.*
12 *Dictio omnimoda,quid importet.*
13 *Omne signum vniuersale non prædicatur de pluribus differentibus specie, sed pluribus differentibus numero.*
14 *Beneficia Principum sunt largissimè interpretanda.*
15 *Imperium quare dicatur merum.*
16 *Merum imperium est iurisdictio seuerioris vltionis, publicam vtilitatem respiciens.*
17 *Via accusationis quando in criminalibus proceditur, adhuc dicitur procedi officio iudicis nobili.*
18 *Merum imperium quibus competat.*
19 *Potestates ciuitatum nostri temporis numquid de iure communi habeant merum,& mixtum imperium.*
20 *Imperium merum nunquid possit præscriptione acquiri.*
21 *Scientia,& patientia cuius requiratur in præscribendo mero, vel mixto imperio.*
22 *Imperium merum,vel mixtum quanto tempore præscribatur.*
23 *Præscriptio mixti,vel meri imperij an sit fauorabilis,vel odiosa.*
24 *Imperij meri quot sunt gradus.*
25 *Imperium mixtum,& confusum tripliciter differunt.*
26 *Septem diffinitiones mixti imperij sunt.*
27 *Imperij mixti quot sunt gradus.*
28 *Potestas legitimandi, aut creandi tabelliones expressè concessa per Imperatorem Comiti Palatino, non potest per eum alteri delegari etiam de iure Canonico.*

29 Can-

29 *Causæ appellationum sunt mixti imperij medij.*
30 *Sententia lata, quando dicitur nulla, an sit mixti imperij, an simplicis iurisdictionis.*
31 *Iurisdictio in specie quid sit.*
32 *Causæ minimæ intelliguntur à centum aureis infra.*
33 *Iurisdictio, quæ est voluntaria respectu partium, respectu iudicis semper est necessaria.*
34 *Sententia lata in causa summaria, non est merè diffinitiua.*

LEX III.

a IMperium. [a] Ista l. est clauis, & fundamentum totius tit. Ad euidentiam præmitte pro intellectu literæ, quòd legitur altero de duob. mod. Primo modo, quod Iurisconi. in hac l. non procedat diffiniendo: sed ponēdo exempla: quia si essent diffinitiones, non essent bonæ: quia non conuerterentur cum omnibus diffinitis, iuxta. l. primam. §. Labeo. ff. de dolo. Ita tenet glo. 1. & glo. fin. in prin. & Bar. & magis communiter antiqui & Mod. Spe. & Ioan. And. in hoc titu. in §. notan-
* dum. circa prin. *Et iste est communis intellectus & verus.* Secundò modo, & subtilius legitur ista l. per Ang. & de eo multum gloriatur, & prosequitur per 3. primas col. quòd imò hic ponantur diffinitiones: & propterea dicit Angel. se valde admirari, q̃ Doctores tantum laborauerunt in ponendo diffinitiones cùm sext. hic ponat. Ad hoc ponderat in primis text. qui dicit merũ est, &. j̃. mixtum est. & posteà, iurisdictio est. Nam per illud verbum, est, Iurisdictio denotat essentiam, & quidditatem, quæ
1 datur per diffinitiones. † Secundò dicit aduerrendum, quòd terminus gladius, positus in text. non ponitur pro gladio materiali ad incidẽdum: sed pro gladio ciuili punitiuo delictorum. L. illicitas. §. qui vniuersas. ff. de offi. præsid. l. solent. in princ. ff. de offic. proconi. & leg. & l. nemo potest. ff. de regu. iur. quæ leges allegantur per Angel. Melius facit. text. in c. dilecto. de senten. excom. in 6. & 23. q 8. cap. non pila. in princ. vbi dicunt text. q̃p
b arma clericorum [b] sunt lachrymæ, & orationes. ergo non capitur pro armis materialibus, sic etiam in Euangelio. Ecce gla-
c dij duo. [c] vbi significatur potestas Papæ, & Imperatoris. cap. nouit. de iud. cap. per venerabilem. qui fil. sint legit. & capiẽdo modo pro gladio ciuili delictorum punitiuo, diffinitio erit bo
2 na, & conuertetur cum omnibus diffinitis. † Similiter secundũ Angel. in 2. parte diffinitur mixtum Imperium, vt sit illud, cui principaliter inest iurisdictio: tũc enim dicitur iurisdictio principaliter inesse, quando illud quod versatur in causa principaliter, continet vtilitatem priuatam: Nam mixtum Imperium nihil aliud est, quàm expedire officio nobili pertinentia ad priuatam vtilitatem, vt est decernere bon. pos. Nam in hoc conueniunt mixtum Imperium, & iurisdictio in specie, quia vtrunq; principaliter tendit ad priuatam vtilitatem & in hoc differunt à mero Imperio, quod principaliter tendit ad publicam vtili. vt est punire delicta. l. ita vulneratus. ff. ad l. Aquil. Similiter dicit Angel. quòd in vltima parte diffinitur iurisdictio in specie: sed ponit quidam diffinitionem, cuius verba non sunt in text. Nam dicit, quòd est potestas, &c. & istam. à remotis trahit, & multum gloriatur Angel. de isto intellectu. sed ante eum quo ad primam partem fuit intellectus Iacob. de Ray. prout hic referunt Cyn. Alb. in 1. colum. & Fulg. & istum intellectum sequitur Alb. idem videtur tenere Paul. de Castr. hic in fi. dum tenet, quòd illa dictio gladij, non ponatur pro gladio naturali sed ciuili, declarando per omnia, vt Ang. licèt eum nõ referat & ante omnes istud vult glo. in l. 1. ver. bonorum. s̃. eod. Istum intellectum reprobat Fulg. bono fundamento, quod sibi ascribit d. Alexan. quia cõdere legem est meri Imperij, vt j̃. dicetur. & tamen non consistit in gladio punitiuo. Patet: quia non omnis lex tendit ad puniendum. l. legis virtus. ff. de legi. & ante eos fuit fundamentum Bartol. in 2. col. vnde reprobat diffinitionẽ Iac. de Are. volentis, quòd merum Imperium sit iurisdictionis seuerioris: cùm condere legem sit meri Imperij. & tamen non est seuerioris vltionis. Tu autem sustinendo intellectum Ang. qui videtur peregrinus, eo modo quo possibile est, cõsidera, q̃p Iurisco. in hoc titulo tractat de mero Imperio, prout exercetur per ius dicentes, vel per magistratus, & tunc cõsistat in animaduersione. quia si consideras omnes gradus meri Imperij infra enumeratos per Bartol. omnes consistunt in punitione delictorum: & sic in animaduersione: excepto primo gradu maximo, quod est legem condere. Istud enim competit supremis principibus, de quibus non tractatur hic: quia illi supremi Princeps non sunt in numero magistratuum: sed. s̃. omnes magistratus, prout dixi in l. 1. in princip. s̃. titul. 2. Et hoc modo nihil obstabit intellectui Angel. Considera etiam, quia gloss. nostræ vbique tenent, quòd merum Imperiũ consistat in animaduersione. Ita tenet gloss. in l. 1. in ver. bon. s̃. eod. hoc expressè tenet gloss. mag. hic circa medium: dum dicit, quòd sub mero Imperio continentur solùm causæ capitales, quæ in tribus capitulis consistunt. Ita etiam tenet Iaco. de Are. Oldr. Laud. d. Anto. & Petr. de Anch. in diffinitione meri Imperij, quam j̃. referam. & sic video gloss. & Docto. in hoc inclinare, quòd merum Imperium consistat solum in animaduersione, & tunc bona videtur consideratio Angel. ¶ Tu autem vltra alios reproba intellectum Angel. ex quatuor. Primò, quia diffinitio debet constare ex genere, & differentijs, aliàs non est bona, vt declarat Bart. in l. 1. ff. de test. & alibi. Sed ista diffinitio non habet genus, ergo non est bona. Nam iste potius effectus est meri Imperij: & propterea Bartol. & alij diffiniendo merum Imperium dicunt, q̃p est iurisdictio ibi iurisdictio ponitur vt genus. & similiter dicũt in diffinitione mixti Imperij, & iurisdictionis simplicis. Nisi calumniando dixeris, quòd potestas ponatur hic vt genus: sed iuuenti literam apparet non esse verum. Secundò moueor per id, quod dixi, quòd condere legem, est merij imperij: & tamen non cadit sub ista diffinitione, ergo non est bona, cùm nõ conuertatur cùm omnibus diffinitis. l. 1. §. dolum. ff. de dolo. Nec ob. quod dixi, quòd condere legẽ, est maximi gradus meri Imperij, quia solum competit supremis principibus. vt per Barto. quia dico, quòd etiam condere legem competit magistratib. Nam competit Senatoribus. l. non ambigitur. ff. de leg. Itẽ præfectis prætorio. l. formã. C. de offi. præf. præto. Imo quilibet magistratus potest condere legem in spectantibus ad iurisdictionem suam, secundum Bart. in l. omnes populi. in 4. quæstio. 1. quæst. princip. ff. de iusti. & iur. & in l. 1. in princip. ff. quod quisq; iur. Tertiò facit, quia leuis mulcta pecuniaria est de mero Imperio, secundum Barto. hic in 6. gradu meri Imperij, & sequuntur Paul. de Castr. & alij Moder. & tamen non conuenit diffinitio text. Nisi intelligas animaduersionem multum latè pro quacunque pœna etiam pecuniaria applicãda fisco. Quarto moueor, quia in hac l. nullo modo potest dici diffinita iurisdictio in specie, nisi suppleas verba ad text. vt facit Angel. & tamen ibi dicit, est, ergo per illum verbum non intendit diffinire. Teneas igitur communem intellectum, quòd in hac l. ponant exempla, & non diffinitiones. ¶ Secundo aduertẽdum dũ text. dicit, cui etiam iurisdictio inest. Legitur altero de duobus modo. Vno modo secundum Cyn. Barto. & Sal. & d. Alexand. hic, q̃p illud iurisdictio, capiatur pro iurisdictione in genere, prout genus inest cuilibet speciei. l. si quid earum. §. interemptum. ff. de leg. 3. l. iurisgentium. §. sed si fraudandi. ff. de pac. & hoc modo iurisdictio tanquam genus inest in mixto Imperio: & etiam in mero, sed aliter, & ait. Nam in mixto inest iurisdictio, quæ principaliter exercetur ad priuatã vtil. in mero autem ad publicã, vt j̃. dicetur. ¶ Secundò modo legitur secundum Ang. & Ful. hic, q̃p ibi iurisdictio inest, capiatur pro iurisdictione in specie. Nam propriũ iurisdictionis in specie est versari circa id, quod principaliter concernit priuatam vtilitatẽ & hoc propriè conuenit mixto Imperio, q̃d semper exercetur ad priuatam vtilitatem. Sed istud vltimum reprehẽdit d. Alex. quia si caperetur iurisdictio in specie, non dicitur alij inesse. Sed tu pondera, q̃p Bart. met inferius diffiniendo mixtum Imperium idem tenet. Nam ibi in 6. colu. & seq. diffiniendo, quid sit mixtum Imperium, dicit, q̃p dum dr̃, q̃p est iurisdictio, intelligitur. i. qualitas iurisdictionis: q̃a quemad. iurisdictio in specie versatur circa causas pecuniarias: (vel melius dicit Bar.) principaliter respicit priuatam vtilitatem. Ita mixtum Imperium. & sic ibi ꝺriatur: tñ prior sensus placet magis, q̃p capiat in genere. ¶ His sic præmissis, diuiditur ista l. in quatuor partes s̃m Bart. vt hic per eũ. Sed tu acutius diuide s̃m Ang. in 6. vt hic per eum. h. d. Merum Imperium consistit in animaduersione, & gladij potestate. Mixtũ in decreti interpositione. Iurisdictio in cognitione, & delegatione ciuilium causarum. h. d. s̃m Bal. ¶ †
3 Not. ex isto tex. in ver.
d mixtum [d] est. s̃m d. Alex. q̃p mixtum, seu compositum ex duobus attribuitur ei, quod est dignius. Patet hic, vbi appellat̃ mixtum Imperium, non autem mixta iurisdictio. Facit. l. cum in diuersis.

ADDITIONES.

a ¶ Imperium. In ista. l. Imperium. Ias. sibi appropriauit nõ nominato Doct. quæ fuerunt d. Gul. Mainer. in tribus regulis. videlicet in reg. omnia quæcunque. in reg. nemo põt. & in regu. quoties sermo. ff. de reg. iur. qui d. Gul. publicè profitebatur ius ciuile. in Gymnasio Auenion.

b ¶ Clerico. Adde gl. in verbo, ecclesiastico. in c. dilecto, de senten. excom. lib. 6. glo. fin. in cap. continentia. de cler. percuss.

c ¶ Ecce gladij duo. Adde glo. in verbo, cęlestis, in c. 1. 20. dist. glo. in verbo, ipse met. in c. nouit. de iud. gl. in verbo, apud regem, in cap. causam quæ, qui fil. sint legit. & Luc. 22.

d ¶ Mixtum. Hæc dicta sunt pro parte Alex. in l. præcipimus. §. eo obseruando. C. de appel. Fel. in cap. 1. col. 3. & 4. de rescrip. & vide Ias. in l. si emancipatus. col. 3. & 4. C. de appel.

uersis.ff.de reli.& sump.func.c. qđ in dubijs.de consecr.eccl.vel
a alta.vbi glo.not.q̃ dignius [a] trahit ad se minus dignum. similis
glo.est in cap.ieiunio.72.dist.text.in cap.1.de consecr.eccle.vel
alta.in 6. Not.Bald.in l.2.in princ.in 1.no.per illum tex. C.com-
mu. de leg. vbi not. q̃ in vnitis adinuicem dignius trahit ad se
minus dignum. Facit glo.in cle.fin.de cele.miss.l.quæritur. ff. de
stat.ho. Adde, quod vult glo.in l.1.in prin.ff.de verb.obl. quòd
genus à digniori su parte suimit nomen. Alibi tñ glo.in c.super
quæstionum.§.si verò.de offic.deleg.not.q̃ minus dignum tra-
hit ad se magis dignum. Ego istud not.confirmo ex.j̃.scriptis.
Primò, q̃ licèt in ecclesia Dei sint multi ordines & dignitates.
cap.cleros.21.distin.tamen Papa appellat se Episcopum:eo qa
in ecclesia Dei nullus est minor ordo episcopali. Ita dicit gl. in
proœmio.6.in vers.Episcopus.Facit glo.in cap.2.in gloss.2. de
præb.in 6.quæ dicit, q̃ Episcopatus non est dignitas, sed digni-
tatum culmen.Idem not.d.Car.in cle.1.in 3.not.per illum tex.
de renun.tenet d.Abb.in c.solitæ.in 3.col.de maio.& obed. Fa-
cit glo.in cap.quamquam.2.q.7.quæ dicit, q̃ Episcopus est ma
ior presbytero Cardinali: de quo tamen vltimo vide text. in c.
si Abbatem. de elect. in 6. quia aliter non examino. Gem.in d.
cap.quamquam.& in cap.1.in 2.col.de offic.leg. in 6. Bart.in l.
1.§.si quis in appellatione.in 1.col.ff.de appel. ¶ Secundò prin-
cipaliter ad idem facit: quia vbi in eadem persona cõcurrit du
plex dignitas:puta, quia aliquis sit Dux,& Comes; vel Dux &
Marchio,attenditur maior dignitas, & ab ea denominatur, se-
cundum Inno.in d.cap.solitę.de maio.& obed.Facit,quod ha-
betur in cap.inter dilectos.de fid.instru. de eo, qui erat Episco-
pus,& Comes.¶ Tertiò facit:quia si aliquis procedit vt ordina
rius,& vt delegatus principis, vt in casu c. significauit. de corp.
vitia.appellabitur tanquam à delegato principis: quia dignior
est talis iurisdictio:non tanquam ab ordinario,secundum Spe.
in titu.de appel.§.nunc tractemus.ver.quid si appellet. ¶ Quar
tò facit,si iudex ecclesiasticus, & secularis simul iudicarunt in
certa causa, appellari debet ad superiorem iudicis ecclesiastici
tanquam digniorem,secundum Bar. in l.1.§. si quis in appella-
tione.in vlt.col.ff.de appel.Bald.& Saly.in l.præcipimus. per il-
lum text.C.de appel.Bald.in rub. extra de appel.in col.2. Alex.
in consil.183. in 2. vol. viso processu causæ vertentis inter An-
dream. ¶ Quintò facit, q̃ si sit vnum collegium clericorum,&
b laicorum [a] (data paritate personarum) censetur totum eccle
siasticum: quia pars clericorum tanquam dignior trahit ad se
partem laicorum,secundum Bart.in l.fin.in 3.col.ff.de colle.il-
lici.& in l.cùm Senatus.ff.de reb.dub.Imol.in cap. ex literis. de
const.d.Abb.in c.1.de loc. ¶ Sextò facit: qa si clericus & laicus
sint debitores vnius, tota causa tractabitur in foro ecclesiasti-
c co: & sic occasione clerici laicus coram Episcopo [c] conueni-
tur,secundum Barto.in d.l.præcipimus.§.eodem obseruando,
per illum text.d.Matthesil.in no.144. quamuis contrarium vi-
deatur tenere Bart.in l.solent.in 3.col.ff.de ali. & cib.leg. Bal.in
l.fin.in 15.col.C.de edi.di.Adr.tol. Facit quod vult d. Abb.in c.
fin.ad fin.de iur.pa.& in cap.1. de præscr. ¶ Septimò facit:quia
d si factum est compromissum [d] in duos arbitratores: quorum
vnus est clericus,alter laicus, reductio debet fieri ad superiorẽ
clerici,& sic ad Episcopum,secundum Bald. & Sali.in d.l.præ-
cipimus:& latè Petr.de Anch.in sua disputatione,quæ inci. cũ
C.laicus,in 2.dubio.d.Matth.in d.no.144. Lud. Roma.in con-
sil.265.inci.In casu proposito aduertendum. ¶ Octauò facit, q̃
si clericus,& laicus constituti sunt executores testamẽti, iudex
eorum erit ecclesiasticus,cùm sit dignior, & non secularis, se-
cundum d.Car.in cap.cum Io.de test. quem simpliciter sequi-
tur d.And.Barb.in rub.de offic.deleg.in 2.col. Alibi tamen ha-
bes,q̃ quando aliquid est mixtum,seu compositum ex plurib.
attenditur illud,in quo magis versans est. text.est not.in l.lega-
tis.§.si vnus.ff.de leg.3. per quem text.vide quod decidit Bar.in
l.quæritur.ff.de sta.homi.per Bald.in l.2.in vlt.col. C. de consti.
pec. ¶ Secundò not.text.ibi, q̃ in danda bon.pos.hic esse tex.de
eo,de quo disputat gloss.quæ non recordatur de hac. l. in l.1.in
4 ver.bonorum.vbi dixi.s̃.eo. ¶† Tertiò not.ex hoc text.in fin.q̃
dare iudicem,& sic delegare,est iurisdictionis. Adde,q̃ eodem
modo ècontra. Reuocatio delegati est iurisdictionis, vt est gl.
in cap.si delegatus.in verbo,reuocandas,extra de offi. dele.in 6.
¶ Glo. mag.in ver. mixtũ. diuiditur magistraliter in sex partes.
In 1.assignat duas rationes,quare dicatur mixtum. Tene secun
dã:quia prima nihil valet. In 2.ponit gl.an appellatione iurisdi-
ctionis contineat merum Imperium, & tenet, q̃ sic, per duo.
Primum nihil valet: quia esset arguere ab etymologia voca-
buli affirmatiuè,contra ea,quæ dixi in l.2.§.appellata. ff. si cert.
pet. In 3.glo.ponit quot sunt species iurisdictionis in genere:&
enumerat quatuor. Sed tu dic, q̃ modica coercitio non est spe-
cies de per se:quia si exerceretur ad puniẽdum delictum prin-
cipaliter,est meri Imperij,aliàs est simplicis iurisdictionis,secũ
dum Doct.ptæcipuè Angel.hic,& in l.magistratib.j̃.eod. In 4.
parte declarat prædictas quatuor species. In quinta ponit, an
merum,& mixtum imperium possint delegari,saltem quo ad
cognitionem: & tenet, q̃ non,nisi in quatuor casibus. In sexta
reprobat opi. Placen.qui tenebat, q̃ mixtum imperium, & iu-
risdictio sint idem. Secunda ibi, & dic, q̃ nomine iurisdictio.
Tertia ibi,dic ergo quatuor esse gradus. Quarta ibi, sub mero
imperio. Quinta ibi,prima duo non delegantur. Sexta ibi,qui-
dam tamen dixerunt. Vel si vis aliam diuisionem,diuidere po-
tes in decem partes. In prima ponit duas rationes, quare dica-
tur mixtum. Tene secundam, vt j̃.dicam. In secunda, quæ est
ibi, & dic, q̃ nomine. probat, q̃ iurisdictio in genere sumpta
comprehendit sub se merum imperium. In tertia, quæ est ibi,
dic ergo quatuor. gl. concludit, q̃ iurisdictio in genere sumpta
habet sub se quatuor species. In quarta ibi, sub mero imperio.
declarat primam speciem.s.merum imperium,& quid sub eo
continetur. In quinta ibi, sub mixto. declarat secundam speciẽ,
idest mixtum imperium,& qđ sub eo ꝯtinetur. In sexta ibi, sub
iurisdictione. declarat tertiam speciem. In septima ibi, coercitio
autem. declarat quartam. In octaua ibi, prima duo non dele-
gantur. declarat, an & quando merum, & mixtum imperium
possit delegari. In nona ibi, quidam tñ dixerunt, ponit opi. quã
reprobat. & de ista opi. feci mentionem eam disputando in l.1.
in prin.ff.de offi.eius. In decima ibi, ex his ergo patet. ponit illa-
tionem. Et ista diuisio sit loco declarationis, & glo. vt plurimũ
5 in omnib. reprobatur. ¶† Ex 1.parte gl.no. Ang. q̃ illud, qđ par-
ticipat de duob.vel plurib.dr̃ mixtum, & ex hoc infert, q̃ sen-
tentia lata in causa summaria, quamuis diffiniat negotiũ prin-
cipale, & propter hoc videatur diffinitiua, tñ non est mera:
eo quia participat cum interlocutoria, quæ fertur sine lit. con-
testa. sine alijs solennitatib. iudiciarijs: & propterea non cade-
ret sub statuto loquente de sententia merè diffinitiua, & ita re-
fert se consuluisse. & illi conf. se subscripserunt Io. de Lig. Doct.
Mediolanẽsis, & alij quamplures, & ita fuisse iudicatum. Pau.
e de Cast. hic tenet contrarium, [e] per tex. in cle. sæpe. de verb. sig.
vbi talis sententia appellatur diffinitiua. Secundo, quia senten-
tia diffinitiua dicitur illa, quæ diffinit negotium principale: nec
ibi attenditur forma processus. gl. est in l. qui restituere. in gl. fi.
ff. de rei vend. Adde pro eo facere, qđ vult Bar. in l. si quis à libe
ris. §. si vel parens, & in §. seq. ff. de lib. agn. q̃ in causa alimento-
rum, vbi proceditur summariè: tamẽ sententia, quæ fertur, est
diffinitiua, & non interlocutoria. Secundò facit doctr. gl. in cle.
1. in ver. diffinitiua. de seq. pos. & fru. Teneas opin. Ange. quam
etiam tenet idem Ang. in d.l.qui restituere. & in cõsi. 114. incip.
quidam petijt, & melius in cõsi. seq. Lud. in rub. ff. de re iu. & d.
Alex. hic, & d Fran. de Are. in consi. 101. incip. in præsenti dubi-
tatione. in 2. colum. & in consilio 119. incip. in præsenti consul-
tatione, procedendo breuiter, & qđ habes per eundem in cõsi.
6 162. incip. diligenter, & maturè. in 6. col. ¶† Pro ista parte facit,
quia ad hoc, vt sententia dicatur merè diffinitiua, non sufficit,
q̃ finiat causam principalem, sed etiam requiritur, q̃ in causa
sit processum ordinariè, dato libello solenni: facta lit. contest.
f & cum alia solennitate iudiciaria, glo. est not. [f] in cap. dudum.
secundo, in §. licèt autem. versi. responsionem. de elec. & in c. ex
parte. in gl. fi. de re iud. & in l. fi. §. filius. in ver. necessitate. in glo.
mag. C. de bon. quæ lib. Bar. in l. Titia. in 2. col. ff. de accus. & in l.
si exceptione. §. hæc autem actio. ff. quod met. cau. ¶ In secun-
da parte glo. habes duo. Primò, q̃ iurisdictio in genere sumpta
cõtinet sub se merum, & mixtum imperium: & in hoc bene:
& quod conferat, hoc infra dicam. Secundò gloss. probat
conclu.

ADDITIONES.

a ¶ Dignius. Adde c. quod in dubijs. de consecra. eccl. vel alt. Arch. in c. anterio-
rum. 2. q. 6.

* Fallit hæc regula, vt in casu. l.1. ff. de senatorib. Item fallit in matrimonio,
quod denominatur à matre, licèt pater sit dignior. l.1. ff. de sentent. text. in
capitu. ex literis. de conuer. in fin. Socin. consilio 1. columna. 2. & 3. libro 1.
Secundò fallit, vt in l. quæritur. de stat. hominum. Tertiò fallit, vt per Alex. in
consilio 54. libro tertio. Felyn. in capit. clerici. de iudic. in proœm. Decretal.
colum. penult. in rub. extra de magist. Quartò fallit, vt per Abb. in cap. super
quæstion. §. si vero. extra de officio delega. Quintò vt per Fely. in c. cleri. col.
4. de iud. Sextò vt per Riminald. hic, & Dec. in l. si emancipati. col. 3. de colla.
Soc. consi. 12. col. 5. lib. 1. BELLOT.

b ¶ Laicorum. Adde Alexand. in l. præcipimus. §. eodem obseruando. C. de ap-
pellatio. PVRPV.

c ¶ Intellige, si causa sit indiuidua, aliàs secus, Socin. consi. 12. libr. 1. Dec. in l. si
emancipati. C. de colla. BELLOT.

d ¶ Compromissum. Adde Pet. de Ancha. in c. cur. de iur. patro.

e ¶ Contrarium. Adde Rom. consil. 174. col. 1. incip. amplissime Doct. col. 1. &
357. dicitur mihi. PVRPV.

f ¶ Gloss. est not. Istæ glo. fuerunt prius allegatæ per Alexan. in l. stipulationum
aliæ. colum. 2. in princip. j̃. de verbo. oblig. PVRPV.

c ¶ Papa. Adde Card. Alex. in c. 1. 22. diſt. Catel. ver. Concilium, vbi licèt regulariter ad Papam pertineat, fallit tamen, quando tractatur de eius exauctoratione, & ibi docet cautel. pro Pontifice, & in ver. iudex cauſæ, vbi quod concilium ſit iudex competens, ſi agatur de crimine Pontificis. MASVER.

d ¶ Dānatus. Adde Bar. in l. 2. ff. de pub. iu. Abb. in rub. de teſta. in c. tuæ. de pęn.

e ¶ Coercitio corporalis. Adde quid de coercitione propinquorum, de qua in l. 1. C. de emen. propin. alibi in c. cum contingat in 7. col. de foro comp. Bart. in l. omnes populi. in 1. q. PVRPV.

vero ignoti.in Auth. de testi. & tunc erit simplicis iurisdictionis,secundum Albe.hic in 6. colum.in fi. & Bald.in repet.in 6. col.nu.11.in ver.sed quæro an quæstionare, & Ful.hic.De quo etiam per Ang.in §.audient.in Auth. de defen. ciui. & in l. 2.ff. de in ius vocan.Ad vnum aduerte,q̃ ideo §. dum loquebar de tortura,quæ imponitur in causis ciuilib. ad eruendam veritatem,exemplificaui in testib.vilis conditionis, & vacillantibus, eo quia in causis ciuilib.etiam ad inuestigationem veritatis nō possunt liberi homines torqueri, sed tñ serui,l. diuus Piuus.in prin.& ibi no.Bar ff de quæst.Bar.in l.ex libero. ff.eo.Tñ fallit in vili persona producta in testem,& vacillante,vt statim dixi,& declarat Cy.in l.fi.C.de quæstio. Item adde no.q̃ etiam q̃n agere
a tur ciuiliter de falso ad interesse, & præcederent indicia, [a] locus est tormẽtis,etiam in causa ciuili.l.sicut falsi,& ibi no. Bar. C.de Fal.per Cy.in l.sicut,& in l.quoties.C.de quæstio.Imò fortius vbicu nq; factum,pro quo ciuiliter agitur,haberet delictũ annexum,vt est quoties depositi aliquam rem penes te, & dũ repeto,negas depositum,committis furtum.l.4.C.depo.Tunc
b in ista causa ciuili locus est tormentis, [b] ita probat tex. in c.grauis,de depos.i. & ibi no.Pau.de Leaza.D.Ant.& Imol.qui multum commendãt pro limitatione regulæ.d.l.diuus.& sequitur Alex.qui ita consuluit in consi.77. incip. in causa accusationis de crimine fal.in pen.col. Secundum exemplum est de modica coercitione, quia si imponatur ad pœnam leuis delicti,est meri impe.minimi.Si autem in ciuilib.exerceatur ꝺ contumacem,est simplicis iurisdictionis,vt per Ang.hic, & l.magistratibus.ſ. eod.¶ Tertium exemplum est de incarceratione, quia si fiat ad puniendũ delictum in foro cano.erit meri imperij,alias potest esse mixti imperij,vel simplicis iurisdictionis, ſm Doct. hic,maximè Gul.Alb.Bal.Sal.& Alex.hic,in 10.col.quicquid teneat Bar.hic in secunda specie meri imperij. Quartũ exemplũ est de excommunicatione,& licèt Inn.in c.tranſmissam.de ele. teneat,q̃ excommunicatio sit meri impe.dic, hoc verum, q̃n imponitur contra rebelles,vel contumaces ex causa publica, sed si ad instantiam partis,vt in c.venerabilib.de sent.excomm. in 6.tunc est simplicis iurisdictionis.ſm Abb.in c. contingat. in 6.col.de foro compe.¶ Quintum exemplum est in appellatione,de qua statim inferius dicetur,& sic habes expeditam mate
c riam meri impe.Sextò quæro,an causæ meri imperij possint alij delegari?Bar.hic concludit, q̃ primi. 4. gradus meri impe. non possunt delegari, nisi ex causa necessariæ absentiæ. l. 1. in princi.ff.de offi.eius. Tu adde, q̃ fallit secundo in principe,qui causas meri, & mixti imperij. maioris, vel magni indistinctè potest delegare.l.1.& ibi gl.& Doct.C qui pro sua iurisd.Dixi in l.1.in prin.ff.de off.eius. vbi plenè disputaui an delegatus principis possit alijs postea delegare. Tertio fallit de iure cano.quo iure omnes causæ meri,& mixti impe.sunt delegabiles regulariter,ſm glo.& Doct.in c. quod sedem.de offic.ord.& in clem.1. de offi.deleg.gl..n c.in Archiepiscopatu,vbi tex.principalis, de rap.gl.fi.in c.illud,& in c.clericis,ne cle.vel mon. Bart. in l.nec quicquam.§.1.in pen.col. ſ. de offic.procon.cum multis concor.vt hic per Alex.in 11.col.Et ista *est communis sententia*, Licèt Imo.in d.c.quod sedem,& in d.clem.1.teneat, quod etiam de iure cano.causæ meri, & mixti imperij nõ possint delegari,nisi in certis casibus.Intellige tamen,q̃ de iure cano.causę meri,& mixti imperij possint delegari, nisi sint de reseruatis prĩcipi in signum supremæ potestatis,vt dixi in l. 1.in prin.ſ.de offic.eius. Secundò intellige,nisi esset causa criminalis clerici,quia illa nõ potest delegari laico,nisi à Papa gl. in c.2.in verb. præsumant, vbi Docto ad quos te remitto.de iud.Arch.& Io.And.in c.1.de cler.coniug.in 6.subdit Bar.hic, q̃ duo vltimi gradus meri imperij,s.minus, & minimum imperium possint delegari, & sic vides,q̃ Bar.vult,q̃ modica coercitio corporalis potest delegari.Patet quia competit cuilibet magistratui.§. audiẽt. in Auth. de defen.ciuit.Idem tenet Bar.in d.§.vbi decretum,in pen. col. Contrariũ tenet Bar.in l.2.ſ.eo. vbi dixit, q̃ si citatio realis non transit in delegatum etiã principis,multominus coercitio corporalis.Idem tenet Bar in l magistratib.ſ.eo.Sed (quod fortius est) ipse Bar.hic in fi.col.in prin.in 2. specie iurisdictionis etiam videtur oppositum apertè velle.Alex.hic in 10.col.concordat, vt hic per eum.aliter concordat Fulg.in d.l.magistratibus. ſ.e. Mihi semper magis placuit sententia Bar. hic, q̃ imò in delegatum tranſeat modica coercitio corporalis,per d.l.fi.ſ. de offic. eius,vbi modica coercitio,quæ est imperij,sed non meri; ergo mixti;transit in delegatum. Nam de verbali coercitione verbum nullum,quia non esset imperij,sed iurisdictionis, vt dixi. ſ.facit.d.l.magistratibus,in aduersatiua ibi posita.¶ Capio nũc materiam mixti impe. circa quàm Bart.& Docto. quærunt de
25 tribus.¶† Primò quare dicatur mixtum, dic vt hic per Barto. & adde triplicem differentiam inter mixtum, & confusum, quam ponit glo.in l. idem Pomponius. §. sed si plumbum, in
26 ver.vtraque.ff.de rei vend.¶† Secundò quid sit mixtum impe. Alb.refert hic 7.diffinitiones.Aliam octauam ponit Old. Lau. in cons.10.incip.venditum est castrum, quam sequitur Dom. Anto.de Butr.in c.in Archiepiscopatu,de rap. & in c.quod sedem.de offi ord.Tene diffinitionem traditam per Bar.hic post Pet.& Bal.in l.4.§. duas.ff.de dam.infect.& in l. 2. circa prin.C.
27 de ped. iud. ¶† Tertio quæro,quot sunt gradus mixti imperij. Barto.hic facit sex gradus. Tu fac tres gradus maximum, medium,& minimum,prout facit Barto. met. in d.l.4. §. duas, & Bal.hic.Nam primum,& secundum iunge simul,cùm spectet ad principem,& supremos magistratus. Similiter tertium, & quartum iunge simul,cùm ambo requirant plenam causę cognitionem,& non competant inferioribus magistratibus, nec delegentur,vt hic per Bar.Similiter iunge quintum, & sextum gradum,in quibus pariter est ècontra.Sed considera,quia videtur,q̃ Barto.sit superfluus in ista sua doctr.dum dicit,q̃ cognoscere per viam supplicationis de sententia,à qua non sit appellatum,est de secundo gradu mixti imperij.Nam videtur,quòd istud debeat esse de primo gradu. nã istud cõpetit & principi, & præfecto prætorio.l 1.cum Auth.ibi posita.C.de offi præfe. præt.dixi in Auth.quæ supplicatio.C.de prec.impe.offi.& Bart. supra in mero impe.posuit in 1.gradu ea, quæ competunt nõ solùm principi,sed etiam præfe.præto. Quare ergo non sic fecit in mixto imperio? Cogitaui,quòd Barto.posset subtiliter saluari:nam ideo in mero impe. fecit totum vnum gradum maximi imperij,quia in mero impe. nihil reperiebatur præcipuũ, quod competeret principi, quin illud competeret præfecto præt.vt est condere. l non sic in mixto impe. in quo reperiuntur aliqua specialia,quæ competunt solum principi in signum supremæ potestatis,& non præfe.præto.vel senatoribus, vt concedere veniam ætatis, interponere authoritatem in arrogationibus minorum,& in emancipationibus infantium, & in legitimationibus,de quibus hic per Bart. ideo de eis fecit primum gradum mixti impe.In 2.vero gradu posuit illud, quod competit etiam præfe.præto.sed cogita,quia si teneas,q̃ creare notarios sit mixti impe.maximi,cùm principaliter fiat ad publ. vtilitatem,& hoc etiam sit de reseruatis principi in signum supremæ potestatis.c. cum P. tabel. de fide instrum. potuisset de eo Bar. facere gradum de p se in mero impe.sicut fecit hic in mixto.Cogita,& aduerte dum Bar.concludit,q̃ mittere in possessionem est mixti impe.nam videtur, q̃ quando incidenter fit missio in possessionem ex 1. decreto,fiat iudicis officio mercenario deseruienti actioni intentatæ, vel intentandæ. Bal. hic in vna lect.subtiliter respondet,& ita ante eum respondit Bar.formans istam oppo.in l.iubere cauere.in vlt.col.ſ. eod. q̃ etiam quando missio in possessionem incidenter,non tamen fit vigore actionis intentatæ,sed officio nobili, & virtute edicti prætoris positi in l.Fulcinius.§.1.ff.ex quib.cau. in possessa. Item dum Barto. vult,q̃ interponere decretũ in emancipationib.filiorum,quod est de mixto impe.quinti gradus, & sic minori,adde,q̃ hoc tenet glo.in l.emancipari.in glo.fin. ſ. de adop.quam alleg. Fulg. hic,licèt contrarium teneat gl.& malè, in l. ab ea parte,in ver.
28 rectè.ff.de proba.¶† Item not.quòd potestas legitimandi, aut creandi tabelliones, expressè concessa per Imperatorem Comiti palatino, non potest per eum alteri delegari,etiam de iure cano.cum ista sint de reseruatis principi, secundum Butr.in rub.de offic.deleg.in 8. colum. & in cap. quoniam.vult. in fin. eod. tit. & in l.gesta.in 1.col.um.C.de re iud.& no. Do.Anto.& Imo.in c.quod sedem,de offi.ord.Alex.hic in 14.colum.& plenius in l.1.in 2.colum.in fi.& sequent.ſ.de offic. eius.quamuis super hoc dubitet Fulg.in l.1.de offi.procon. & reliquerit inde-
29 cisum. ¶† Adde etiam, quòd causæ appellationum sunt mixti impe.medij. Patet quia non competunt iure cuiuslibet magistratus.Item quia delegari non possunt, vt est glo. in l. eos, in princip. C. de appell. & in l. 1. C. de ped. iudi. Item quia expediuntur officio iud.nobili ad priuatam vtili.secundum Barto. in l.1.§.solent, vbi Imol. & Ange. de Aret. ff. quando appel.sit glo.in c.super quæstionum.§.intentionis.in ver.alij,de offic.deleg.Bald.in rub.de offic.deleg.in 7.colum.in tit. de pa. constan. in ver.secundum mores,& in l.eius,in princ. & in l. cum post. C.de appel.Ludo.& Dom.Alex.hic,Ang.in l. & quia.in vltim. verbis.

ADDITIONES.

a ¶Præcederent indicia.Adde Alex.in l.diuus.in prin. ff.de quæst.Dec.in c. at si clerici,in prin.colit.2.ver.secundo limita.de iud. PVRPV.

b ¶Tormentis. Soc. 2. par.cons.219.circa primam difficultatem.vlt.dubio.Vide Alex.lib.3.cons.122.col.& consil.72. PVRPV.

c ¶Imperij. Adde Ang.in l.à iudice.C.de iud.Card.Zab. c. in Archiepiscopatu, de rapt.Abb.in c.quod sedem.de offi.ord.Io.de Imo.in c. 1. de offic.deleg. & Ang.in cons.217.incip.in causa accusationis.

verbis.ꝯ.eo.Et ratio eſt, quia non reperitur actio appellatoria, ſecundum Bal.in d.rub. de offic.deleg.in 7.col. & ꝙ appellatio non ſit actio,ſed officium iud.nobile, eſt glo in l. 1.in princ.ff. quæ ſententiæ ſine appel.reſcin.quam ad hoc reputat ſing.Bal. in c.in prẽſentia.in 2.col.de renun.hoc etiam patet ſm Bal.hic, quia reus etiam appellat,& tamen non habet actionem, & licèt detur libellus, per talem libellum concluditur iudici,& nõ parti.Sed idem Bal.ſibi contrarius tenuit contrarium in c.ex ratione.de appel.quia ſi cauſæ appellationis eſſent mixti impe.ſequeretur,ꝙ eſſent cauſæ arduæ,ſed iſtud nihil valet, cùm reperiantur cauſæ mixti imperij,quæ ſunt minimæ. Tu tamen conſidera ꝙ videtur,ꝙ nec ex parte iudicis à quo, nec ad quẽ cauſæ appellationis ſunt mixti impe.quia ſi bene cõſideres ex parte neutrius exercetur offic. nobile quo ad actum appellandi. Nam iudex à quo appellatur, nihil facit, niſi ꝙ ſemel admittit appellationem,ſi & inquantum, & quo ad eum non credo, ꝙ Bar.dixerit eſſe mixti impe.Item nec ex parte iudi.ad quem videtur,ꝙ appellatio ſit mixti impe vnde vide Bar.contra prędictam.l.1.in prin.in vlt.col.de app.tenentem ꝙ appellatio non expediatur iure actionis,nec etiam officio iudicis,& ſic contra prædicta,vt ibi latius per Bar.hoc probantem.Raph. Cuma. in d.l.1.in §. ſolent.tenet, ꝙ appellatio eſt eiuſdem iuriſdictionis, cuius eſt cauſa principalis, cùm per appellationem non mutetur qualitas principalis cauſæ, & iudex appellationis ſuccedat in locum primi iudi.l.cum apud Sempronium.ff.de iud.ſol.Et ideo ſi prima cauſa erat criminalis,& ſic meri impe.appellatio etiam cenſebitur meri imperij,aliàs erit mixti imperij,vel iuriſ dictionis,tanquam ſequela cauſæ principalis. Faciunt quæ di-
30 xi ſ.in vlt.q.meri impe.¶† Quid autem de cauſa nullitatis, qñ ſententia lata dicitur nulla,an ſit mixti impe.an ſimplicis iuriſdictionis? Bal.in l.ſi vt proponis,prima,in pen.q. C. quomodo, & quando iud.tenuit,ꝙ non ſit mixti imperij,ſed ſimplicis iuris.Mouetur,quia quilibet iudex ordinarius poteſt ſententiam per ſe latam declarare eſſe nullam,vt ibi eſt gl.Item iſte articulus poteſt delegari ab ordinario.glo.in l.eos,in prin.C.de appel. Facit l.cum poſt ſententiam diſcuſſoris.eo.tit.ergo ex iſtis apparet,ꝙ non eſt mixti impe.ſed iuriſdictionis.Sed caue,quia rationes Bal.non ſunt veræ,quia non eſt bona conſequẽtia, quilibet ordinarius poteſt de iſta cauſa cognoſcere,item poteſt delegare, ergo non eſt mixti impe.ſed iuriſdictionis, quia iuriſdictio in ſpecie non diſcernitur à mixto imperio per hos modos.Nã etiam aliquæ cauſæ mixti impe.competunt cuilibet magiſtratui, & delegantur.Veritas eſt,ꝙ eſt mixti imperij, quia expeditur officio iud. nobili ad priuatam vtilitatem: prout tenet idẽ Bal.in rub.extra de oſſi.deleg.in 6.col.Pau.de Caſt. in l.ſi idem cum eo.§.1.ad fi.ꝯ.eo.per rationem proximam. Tamen ſubdit, ꝙ quamuis ſit de mixto impe.tamen competit cuilibet magiſtratui, vt poſſit quilibet adiri ſuper hoc,vt declaret ſentẽtiam eſſe nullam.Ita dicit eleganter & no.Bal.in d.l. ſi proponis,in fi. ſed ſuper nullitate alterius ſentẽtiæ quam ſuæ; ſecus videtur dicendum,ſm eum,niſi adeatur per viam recognitionis.Nam ſi conuenias me coram vno iudice,ego poſſum te reconuenire, vt iſte cognoſcat de nullitate ſententiæ contra me latæ per aliũ judicem,ad hoc inducit deciſio.Bart. in l. 1.§. fi.ff.de var.& extraor.cog.quod reputat no.& merito,quia ſing.eſt deciſio.Cõſidera etiam nouiter,quę ſit ratio diuerſi.ꝙ cauſæ nullitatis ſententiæ competunt iure cuiuslibet magiſtratus,& poſſunt per quemcunque magiſtratum tractari, ſecundum Bal. & expreſſus Pau. de Caſt.in locis præalleg.tamen Bart. in d.l. 1. §.ſolent, cum concord. præalleg. vult ꝙ cauſæ appellationum ſint de mixto imperio,& magno.Patet,quia tractari non poſſunt, niſi per maiores,vt ibi no.per Bar. Cõſidera etiam ſi poſſet nouiter attentari, ꝙ cauſæ nullitatis tanquam ſequelæ cauſæ principalis debeant cenſeri meri,vel mixti impe.vel iuriſdictionis,ſicut erat cauſa principalis,non ꝙ faciant certam ſpeciem de per ſe, per ea quæ ſ.tacta ſunt:& ſic habes expeditam materiam mix
31 ti impe.¶† Sequitur in vlt.videre de iuriſdictione ſimplici', & ſic in ſpecie,circa quam duo ſunt videnda.Primò, quid ſit iu-
a riſdictio [a] in ſpecie.Barto. diffiniuit vt hic per eum,& cum eo tranſeunt Raph & Fulg.& D.Alex. hic, dic plenius ſecundum eundem Bar.in l.2.circa princ. C. de peda.iud.ꝙ eſt iuriſdictio, quæ expeditur propoſita actione per officium iud.mercenariũ illi actioni deſeruiẽs,& dicit Ang.hic in 4.col. eſſe regulam infallibilem, ꝙ omnes cauſæ de mundo reſpicientes priuatam vtil.& quæ expediuntur iure actionis,ſunt ſemper ſimplicis iuriſdictionis.¶In ꝟrium moueo aliam difficultatem:nam delegare eſt iuriſdictionis ſimplicis,vt hoc tex.in fi. vbi gl. & alij,& gl.approbata in l.1.in gl.fi.ſ. eo. & tñ delegare cauſam non expeditur iure actionis,imò off.iud.nobili.D. Alex. in vlt.col.rñdet ſm Gul. de Cun. ꝙ hic diffinitur iuriſdictio prout concernit ſolam perſonam iudicis.Miror,ꝙ non allegauerit Bal.in re-
pe.huius.l.in 4.& 5.col.formantem oppoſitionem, q̃ ſ.dixi,& rñdet,ꝙ hic in tex.diffinitur iuriſd.prout conſiſtit in perſona iudicantis tñ,& ſic concernit ſolum iudicem, ſed vbi ꝙſideratur iuriſdõ prout concernit exercitium cauſarum, tunc aliter eſt diffinienda.Ita rñdet Alb.hic in pen.col.& vltra Docto. coloro iſtam rñſionem.Nam ꝙ iuriſdõnem prout concernit exercitium cauſarum diffiniant Doct patet, dum dicunt,ꝙ expedit propoſita actione,ergo ſuper exercitio cauſæ, ergo non intendunt diffinire iuriſdõnem iudicis in abſtracto à cauſis, prout
b perſonam iud.tñ concernit, [b] ſed iſta rñſio non tollit difficultatem.Primò per id,quod dicit Bar. hic in fi.dum recitat deciſionem aliquorum,ꝙ quædam eſt iuriſdõ voluntaria, & quædam contentioſa.dicit Bar.non facit ad propoſitum,quia eſt reſpectu partium,ſed in ſuperiorib.dictum eſt de iuriſdictione reſpectu iudi.tñ,quia huic poteſt rñderi.Secundo,& fortius me mouet,quia in ſuperiorib.diffinitum eſt mixtum impe.non ſolum quod concernit exercitium cauſarum,ſed illud quod cõcernit perſonam iud.tñ,vt eſt videre in 1.gradu mixti impe. & ſm iſtam ſol. omnia ſubuerterentur, ſi delegare iudicem eſſet iuriſdõnis in ſpecie,& non mixti imperij,eo quia concernit pſonam tñ iudicis,quia & illa ſimiliter concernunt,& minus facit arg.D.Alex.dum dicit, ꝙ delegare ꝙpetit cuilibet magiſtratui etiam infimo, ergo eſt ſimplicis iuriſdõnis,per hoc non rñdetur difficultati,nec arg.eſt verum, quia plura competũt magiſtratib.inferiorib.quæ tñ ſunt de mero, vel mixto impe. inferiori,vnde Bal.hic in lect.& in repe.aliter diffiniuit iuriſdõnem in ſpecie,& aliter Ang.in 3.col.in fi. & ſeq. tñ nec eorum diffinitiones tollunt prędictam difficul.Quid tenendum?dubito,tñ credo,ꝙ delegare regulariter ſit mixti imp.patet, quia expeditur offi. iud.nobili ad priuatam vtil.Tñ poſſet etiam eſſe ſimplicis iuriſdictionis,qñ fieret per officium iud.mercenarium, puta ſi propoſita actione,& pendente lite petatur fieri delegationem,fortè ex cauſa noua ſuſpicionis quæ ſuperuenit,iuxta.l.ſolet.ꝯ.eo.vel propter impedimentum,aut neceſſariam abſentiã ordinarij,& tunc poſſet attentari, ꝙ fiat officio iud. mercenario vt actio intentata exerceatur,& ad fi.perducatur,iuxta doctri.Bar.in l.1.ſ.eo.& niſi ſalues gl.& Doct.ꝙ delegare iſto modo ſit ſimplicis iuriſdictionis,credo, ꝙ aliter malè dicerent,& ꝙ imò ſit mixti impe.Vñ autem dicatur iuriſdõ, declarat glo. magiſtr.hic,& Bar.in 2.col.& dixi in l.1. ſ. eo.¶† Scdò quæro, quot ſunt gradus iuriſdictionis ſimplicis.Bart. hic facit ſex gradus,quem recitat ad literam Fulg.hic, ſed eſt ſuperfluus, & ſuperfluitas perpenditur, quia in 5. gradu nullum ponit exemplum.Ideo Fulg.illud quod ponit Bar.in 6.gradu iuriſdictionis, ipſe ponit in 5. ſcilicet cãm à cẽtũ aureis. ꝯ. Sextus autem gradus eſt à 25.ducatis.ꝯ.quod puto ridiculum,quia ſic poſſent fie
c ri mille gradus per diminutionem quantitatum. [c] Facias tres gradus,magnum,medium,& minimum, ſecundum eundem Bar.in l.2.C.de ped.iud.& Bal. hic in vlt. col. ¶In 1. gradu ſunt cauſæ ſtatus,perſonæ,libertatis.vel ſeruitutis,vt hic per Bar.Facit quod vult Bal.in c.edoceri,in 3.col. de reſcrip. ꝙ negotium dicitur arduum, in quo quæritur de ſtatu, vel libertate monaſterij,& idem Bal.in c.ex ratione,in 2.colum.de appel. dicit,qđ omnis cauſa famoſa, vbi agitur de infamia hominis dicitur ardua,de quo etiam per Ant.de But.in c.ad hæc.in 2.col.de offic. Archi.aduerte,ꝙ dum Bar.in 2.gradu iuriſdictionis dicit,quod cauſa maioris iuriſdictionis eſt in caſib. ciuilib. in quib. vigore ſententiæ latę ſuper aliqua actione poteſt peruenirì ad cruciatum corporis,quia qui non habet in ære,luat in corpore.l.quicunq;.C.de ſeru.fug.l.diuus.ff.de iniur.l.fi.ff.de in ius voc.Et putat,quod iſta non tranſeat in delegatum,quia coercitio in corpus non cõpętit iure cuiuslibet magiſtratus.Tu dic, ꝙ meliori ratio reddi poteſt, quare iſtud non tranſeat in delegatum,quia iſta eſt quædam executio,quæ non tranſit in delegatũ, quia de iure ciuil.delegatus non exequitur ſnĩam.l.à diuo Pio.in princ. cum ibi no. ff.de re iud. vñ iſta pęnę commutatio,& ſic executio ſnĩæ debet fieri per ordinarium. Tñ puto ꝟ Bar. quod cum modicam coercitionem contineat,quod ẽt magĩratib. municipalib.competat.l.magiſtratib.ꝯ.eo.& iſtud poſſet de per ſe delegare per id,quod vult Bart.ꝟ. in 3. gradu meri impe.& ibi dixi. non dico quod iſtud ſimpl'r tranſiret in delegatum per rõnem quã dixi.¶In 2.gradu ſunt cauſæ pecuniarię à 300.aureis.ſ.quę non competũt magiſtratib.inferiorib.§.& iudicare. in Auth.de defen.ciui.& ſic delegari non poſſunt niſi propter impedimentum multitudinis cauſarum, & iſte eſt caſus in l. 2. C. de ped. iud.

ADDITIONES.

a ¶Iuriſdictio.Adde gl.in verb.iuriſdictione. in Auth.de defenſ.ciuit.in §.nulla & in l.antiqua.& ibi Doct.C.ad velle.

b ¶Concernit.Reſponde,ꝙ ibi partim tenet exercitium vtriuſq;. PVRP.

c ¶Quantitatum.Pro hoc facit.§.illud.in Auth.de appel.collat.4. PVRPV.

iud.vt per gl.mag.hic in fi.Fel.& plenius D.Alex.in vlti.col.Idē tenet Bal.& Sal.in d.l.2. quamuis aliter ibi teneant Bar.& Ang. ¶Contra istud,& contra Doct.moueo difficultatem. Nam leuia crimina,& modica coercitio in corpus competunt magistratib.inferiorib.& pñt delegari.d.§.audient,& Bar. s̃.in 5.gradu meri imperij.ergo fortius debent competere cāæ pecuniariæ.à 300.aureis.s̃.cum regula sit,quòd quælibet pęna corporalis quantuncunq; minima, censeatur maiòr quacunq; pecuniaria.l.in seruorum.ff.de pœ.limitando,vt per Bar.in l.1.in fi.co.ti.f.non procedere in vilib.personis:& idem tenet Bar.in l.leuia.ff.de acc.Nic.de Neap.in §.pęnales,in 2.opp.gl.Inst. de act. & tanto fortius,quia si leuia crimina,quę sunt meri imperij,& sic de alia specie iurisdictionis competunt magistratib. inferioribus,multo facilius debēt competere causæ pecuniarię à 300. aure.s̃.cùm sint de eadē specie iurisdictionis simplicis. Ex hoc colligitur,si velles dicere vt dicit Bar.in l.2. s̃. cō. quòd qui pōt quod est plus,potest quod est minus,qñ est eiusdem speciei,secus si diuersæ,sed respon. ꝙ primum conceditur, quia punitio delictorum fit principaliter ad vtil. publicam, & vbi versatur vtilitas publica, non attenditur interesse priuati. l. si quis in graui. §. vtrum. ff. ad Sill. Ideo ob publicam vtil.qñ non est magnum præiudicium,conceditur omnib.magistratib.quæ ratio cessat in causis pecuniarijs, in quib. non versatur nisi fauor priuatorum.Et hanc sol.vide in simili per D. Alex. in l.iubere
32 cauere.circa.5.aut 6.col. j̃. eo. ¶† In 3. gradu sunt causæ pecuniariæ minimæ,& pondera diligenter Bar.velle,ꝙ causæ minimæ intelligūtur ab aureis 100. j̃. & quod in his debet summariè procedi,per Auth.nisi breuiores.C.de sent.ex breui.re Adde gl.in terminis in §.sit tibi quoque tertium studium.ver breuiores.in Auth.de man.prin.Barto.in l.placet.prima,in 3. col.C.de ped.iud.Imol.fortius tenet gl.in §.illud,in ver. minimis. in Authen.de app.& intra quæ tempora,ꝙ causa dr̃ minima,quæ est à 10.lib.auri.j̃.& sic quæ est à 500.ducatis.j̃.& plus, cum 72.au
a rei[a] olim facerēt lib.auri, hodie[b] 96.f̃m Bar.in l.quoties.C.de
b suscep.& arcar.lib.10.& in rub. C.de vet. numisma pot.lib.11. alibi tamen aliter tenet gl.in c.de app.extra de app.quæ dicit,ꝙ minimæ causæ sunt aliqñ à 2.aureis.j̃.aliquando à 10. aliquando à 50.aliquando quia non sufficiunt ad expensas litis, & Ful. hic intelligit à 25.aureis.j̃.& aliter gl.in c.fi. in ver. vel illustriū, de re iud.in 6.Bar.in l.mediterraneæ.per illum tex. C. de anno. & tribu.lib.10.vbi dicit,ꝙ illæ dicuntur causæ breuiores,quando si procederetur ordinariè,plus expenderetur,quàm valeret cā,quod etiam dixit gl.in vna opi.in d.c.de appel.& aliter Bart. in l.diuus,per illum tex.ff.de bon.dam.vbi dicit,ꝙ sunt à duob. aureis,vel quinq;.j̃.& idem gl.in vna opp.in d. c. fi.in ver.illu-
c strium. [c] Veritas est,*& ita communiter tenetur*, ꝙ istud relinquatur arbitrio iud.f̃m Bar.& alios in d.Auth.nisi breuiores, & gl. in d.c.fi.ex quo non est aliter determinatum à iure, per regulā l.1.in fi.ff.de iur.deli.& l.1.§.effractores ff.de effract.& expil.Facit,quod vult gl.in l.sed & si susceperit.§.1.ff.de iud. & vide qđ vult.Bar.in l.admonendi.in antepe.col.ff.de iureiu.cum multis
33 concor.quas ibi dedi.¶† Penultimò dicit Bar. hic in fi.ꝙ diuisio aliquorum est,ꝙ iurisdictio alia est voluntaria, alia contentiosa.Non facit ad propositum,quia illa est respectu partium, non iudicis,prout loquimur nos,tamen videtur obstare.l.1.s̃. de off.proc.vbi voluntaria,& contentiosa est respectu iudicis, vt etiam dicit Fulg.hic,& Bar.in d.l.1.de offic.procon.ꝙ iurisdictio quæ est voluntaria respectu partium, tamen respectu iud. semper est necessaria,quia iudex semp cogitur, & bene dicit. Dubitat etiam Ful.hic in pen.col.de actio.competen.fisco, an causæ illæ dicantur imperij,vel iurisd.& ꝙ non sint imperij,patet,quia non expediuntur officio nobili,sed iure actionis,& sic officio mercenario. Non etiam possiunt dici simplicis iurisdi. quia non expediuntur ad priuatam vtilitatem, sed ad publicā, & super hoc relinquit cogitandum. Sed credo, ꝙ sint iurisd. in specie,& ꝙ in fisco publica vtilitas aliter capiatur, quàm in ꝓposito nostro,iuxta ea quæ in simili declarant Bart.& alij in l.
34 1.ff.sol.matr.¶† Vltimò pro cōplemento huius,l.adde inquātum dixi.s̃.in prin.gl.magnæ sequendo Ang. ꝙ sn̄ia lata in causa summaria non est merè diffinitiua,adde ꝙ idē sequit̃ Ludo. Rom.in l.1.in 5.col.ff.de arb.& pro ratione,quam ibi dixi,facit quod no.vult Bal.in l.1.§.initio. in vlt.col. ff.de off. præf. vrb.ꝙ qñ sn̄ia fertur in causa ord.& libellus est nullus,sed fertur ex cō fessione partis,talis sententia non est diffinitiua,sed interlocutoria,secundum eum. Adde etiam,quod vult idem Bal.in l.etiā, in 1. opp. de fur. ꝙ sententia lata in criminalib. ex inquisitione iudicis,dicitur interlocutoria,eo ꝙa inquisitio est processus extraordinarius.

ADDITIONES.

a ¶Lxxij aurei.Adde diffusè per Fel.in c.conquerente.de off.ord.

b ¶Dic quod hodie aurei 107. faciant libram auri, licèt alias 72. & alias 96. constituerent librā.Ita no.Rolan.de dote q.53.nu.16.qua da re etiam aliqua scribit cons.39.nu.40.lib.1. MASVER.

c ¶Illustrium.Adde Barto.in d.l.diuus. & Dec. in cap. de appel.extra de appel. PVRPV.

SVMMARIVM.

1 *Consules mercatorum, & massarij artium non possunt concedere tenutam,siue mittere in possessionem.*
2 *Mittere in possessionem sicut est mixti imperij, similiter & reuocare tenutam seu possessionem.*
3 *Prætor additur propter stipulationes prætorias.*
4 *Iudex an possit dare licentiam parti,ꝙ ipsamet capiat tenutam, seu possessionem propria authoritate sine alio executore.*
5 *Vsus licentia iudicis inualida,non priuatur iure suo.*
6 *Cognitio,& pronunciatio,ꝙ quis sit mittendus in possessionem,non possunt delegari.*
7 *Cognitione,& declaratione facta de mittendo in possessionem,ipsa realis executio potest fieri per quemcunque nuncium.*
8 *Missio actualis, quæ postea nullam cognitionem requirit, delegari non potest.*
9 *Missio modicam causæ cognitionem requirens, in qua tractatur de modico præiudicio,potest delegari.*
10 *Missio in poss.an sit mixti imperij,an simplicis iurisdictionis.*
11 *Ad hoc vt aliquid dicatur expediri officio iudicis mercenario,oportet,ꝙ expediatur virtute actionis intentatæ.*
12 *Executio iudicati fit officio iudicis nobili.*
13 *Missio in pos.quia non cauetur de damno infecto, potest fieri per magistratus municipales,ex delegatione prætoris mortui.*
14 *Iubere cauere in causa damni infecti,an sit mixti imperij.*
15 *Magis,aduerbium fiat comparatiuè.*
16 *Natura comparatiui est participare de vtroque, sed de vno magis, quàm de alio.*
17 *Pœna vbi non est expręsse declarata,debet extra ordinem imponi arbitrio iudicis.*
18 *Delegatus inferioris à principe non potest mittere in possessionem ex primo decreto.*
19 *Causæ,quæ non tribuunt ius,& summariam cognitionem requirunt,possunt delegari,etiam quo ad realem possessionem.*
20 *Missio realis in possessionem ex primo, vel secundo decreto est mixti imperij,non autem ipsa cognitio de mittendo.*
21 *Missio in possessionem ex secundo decreto non habet locum, nisi in causa damni infecti.*
22 *Decretum secundum, etiam quo ad cognitionem, non potest delegari.*

LEX IIII.

IVbere. Ista lex secundum Docto. difficilis est maximè in gl. Ego puto, quòd magis videatur difficilis,quàm sit verè. ¶ Præmitte quid sit primum,& secundum decre.& qualiter pueniatur ad primum decretum, & qualiter ad secundum, & quis sit eorum effectus,de quib.omnib. est gl.in l.si finita.§.Iul. de dam infect.vbi Bar.& Docto.¶ Præmitte secundò quæ sint prætoriæ stipulationes,& cautiones,vt enumerat tex.Inst. de diui.stipulatio,& in l.5.in prin.ff.de verb.obl.& in l.1.in prin.ff.de præte.stip.& cuius vtilitatis sit, an cautio sit prætoria vel iudicialis,pungit vnum verbum Bar.in d.l.5.in prin.in fi.col. in 5.q. ibi,quæro de cautionib.quæ introducūtur. Aliter dicit Io.Fab. in §.fi instit.de diui.stipul.vt j̃.dicam. ¶ Præmitte etiam secundum Bar.& alios,quòd ista l.legitur in gl.dupliciter, & primus intelle.secundum Barto.variatur per glo.dupliciter, sed tu dic melius, quòd tribus modis,vt j̃ ostendendam. ¶ Glo. obtuscauit intellectum huius l.Ideo tu pone casum clarum, & nitidū hoc modo.Testator fecit mihi legatum,vel fideicom.in diem, vel sub conditione,vellem, quòd hæres cogeretur mihi ad cauendum cum bonis fideiussoribus,vel pignoribus, quòd eueniente die,vel conditione habebo rem legatam, & si nolit cauere,mittar in possessionem rei legatæ,prout disponitur à prætore in tit.ff.vt leg.nom.caue,vellem scire,nūquid istud sit mixti imperij,an iurisdictionis simplicis. Quia si est mixti imperij, istud spectat ad magistratus superiores, puta ad præsidē, ꝓuinciæ,vel similes,& non posset præses alteri delegare. Si verò est simplicis iurisdictionis,quilibet magistratus poterit istud expedire,similiter poterit delegare.Respondet iurisconsultus, ꝙ iubere,& cogere quem ad cauendum prætoria stipul. & in poss. mittere,est mixti imperij,& patet ratione,quia vtrunque expeditur offic.iudicis nobili ad priuatam vtili. Et ex hoc sequitur, quòd magistratus municipales,& inferiores non possiunt se de hoc impedire, vt patet in l.ea, quæ.§. magistratibus. ff. ad munic.Iste est casus nitidus huius.l. Et quòd ista cautio intelligatur cum fideiussoribus, vel pignoribus,patet ꝙ quando ver-

bum, cautio,profertur à iure prætorio, regulariter intelligitur cum fideiuſſore,vel pignore.l.1.§.caueri.ff.de coll. bon.l.1. & l. prætoriæ,vltima.ff.de præto.ſtipu.glo. & Barto.in l. ſancimus. C.de verbor.ſign Et ſi dicis,quare tex.dicit prætoria ſtipulatione? Reſponde,quòd in hoc conſiſtit intellectus huius.l. q̃ iſtud dixit ad differentiam cautionum iudicialium, de quib.eſt text. in l.5.in princ.ff.de verb. oblig.& ratio diuerſit.quia cautiones prætoriæ ſunt neceſſariæ: & ſemper interponuntur non attenta dignitate,aut ſummis facultatibus eius, à quo petitur caueri,vt eſt tex.ſolennis in l. 1. in princip. in ver.ſemper enim.ff.vt leg.no.caue.ſed cautiones iudiciales non ſunt neceſſariæ, imò præſtantur arbitrio iudicis conſiderata qualitate perſonę, patet l.in omnibus.ff.de iud.& ita in ſpecie declarat Io. Fab.in §. fi.in fi.Inſtit.de din.ſtipu. Fuit ergo neceſſarium in hac l. tractare de præto.ſtipu.ad quas neceſſariò quis ſemper cogitur,& per iſtũ

1 tex.dicit Bald.hic,quòd conſules mercatorum, † & maſſarij artium non poſſunt concedere tenutam,ſiue mittere in poſſeſ. quia cenſentur magiſtratus municipales quo ad ſuos collegiatos.Idem dicit Bal.in l.1.§. initio,in 3.colum.ff.de offi.præf.vrb. & no.in Auth.ei,qui.in 5.colum.C.de bon.auth.iud. poſ. Poſſent tamen ex contumacia priuare ſocietate,& Docto.priuare collegio.ſecundum Bald.in cap.ex literis,per illum tex de conſtit.¶† Item adde,quòd ſicut mittere in poſſeſ.eſt mixti impe.

2 ſimiliter,& reuocare tenutam,ſeu [a] poſſ.l.3.§. ſi fortè in fi.iuncta glo.no quem tex.not.Bal.hic in fi.in lect.antiqua ff.de dam. infect.quam Pau.de Caſt.hic dicit non eſſe alibi, & Barto.in d. l.4.§.1.in vlt.colum. ſimiliter reputat ſingul. limitando, vt per Pau.de Caſt.hic in fi.quem ſequitur Dom.Alex. in d.l.4.§.1.in pen.colum.videlicet,quòd ſi magiſtratus municipalis conceſſit miſſionem in poſſ. ex 1. decre. quod facere poteſt in cauſa damn. infect. propter celeritatem, eodem modo poſſet concedere reuocationem tenutæ,per reg.l.prout. ff. de ſol. Facit reg. l.nihil tã naturale. ff. de reg. iur.Facit regula.l.3.de re iu.

3 & quod vult Bart.in d.l.4.in princ.in 1.q.¶† Limita,& intellige iſtam.l.vt procedat in prætorijs ſtipulationibus, pro quib. principaliter prætor aditur,quia illæ petuntur officio iudicis nobili,vt in exemplo.s̃.tradito,ſecus in cautionibus prætorijs, quæ incidenter petuntur, vt in cautione de iudicio ſiſti,& iudicato ſoluendo. Illæ enim videntur peti officio iudicis mercenario incidenter deſeruienti,& conſequenter ille poſſunt delegari.Ita vult glo.no.in l.5.in princ.ff.de verb. oblig. quam allegant Alb. Pau.de Caſt.& alij Moder.hic pro limitatione huius. l. ¶ Item adde circa rationem,quare hic dicit de prætoria ſtipulatione, quòd ratio Ioan.Fab.ſuperius relata eſt vera,vt prædixi,& melior,quàm ratio aſſignata per Pau.de Caſt. hic, qui dicit,quòd ideo iſta l. loquitur in prætorijs ſtipulationibus, eo quia in illis prætor principaliter aditur, & ſic illæ præſtantur offic. iudicis nobili, ſic ſunt mixti imperij. Sed in cautionibus iudicialibus non poſſet loqui iſta lex:quia illæ petuntur incidenter:& ſic veniunt officio iudicis mercenario,& ſic non ſunt mixti imperij, prout loquitur iſta lex.Iſta ſol.confunditur per dictam. l.in omnibus.ff.de iud.quæ loquitur de cautione iudiciali,& tamen ibi

4 iudex principaliter aditur. ¶† Circa iſtum tex. per eius intellectu quæro de q.neceſſaria,an iudex poſſit dare licentiam parti,quod ipſamet capiat tenutam,ſeu poſſeſſionem propria authoritate,ſine alio executore, adeo quod non incidat in pœnam.l.meminerint. C. vnde vi. vbi dicitur ſecundum tertium intellectum Bar.& Docto. ibi, quòd ſi quis impetrauit reſcriptum à principe, vel à iudice poſt latam ſententiam obtinuit licentiam,q̃ poſſit propria authoritate ingredi poſſeſſionem, tamen ſi talis licentia ſit conceſſa non citato prius ad hoc poſſeſſore,an iſte ingrediens poſſeſſionem cum licentia iudicis priuaretur omni iure ſuo? Iſtam.q.ponunt Pet.& Cy.hic,in 1.q.& Bald.hic in pe.q.circa fi.& decidit,q̃ parti poſſit committi à iudice per l.iuſtè poſſidet.cùm glo.ff.de acquir.poſ.& per d.l.meminerint,& credo q̃ Bald.voluerit allegare glo.2.in verbo vulgatum,in fi.in d.l.meminerint,quæ gl.in terminis format. q.ſed illa gl.ibi per omnes reprobatur. Mar. Lau. hic in 8.char. dicit deci.Bal.eſſe ſanè intelligendam citato prius poſſeſſore:aliàs incideret in pœnam d.l.meminerint, niſi eſſet caſus,in quo pars poſſet propria authoritate ingredi poſſeſſionem, tunc valeret licentia iudicis,non citato poſſeſſore, & dicit q̃ iſta eſt no.opi. Ray.in l.creditores.C.de pig. Iſta ſunt quæ inuenio ſcripta per Docto.Tu dic,q̃ veritas eſt,q̃ quis non debet ingredi tenutã, vel poſſeſſionem fundi authoritate propria, vel ex licentia Iudicis, niſi citato prius poſſeſſore, aliàs cadit à iure ſuo per d.l. meminerint,& ibi Bar.in 2.colum. & glo. in d. l. iuſtè poſſidet. Et ideo Barto.in conſ.incip. miſſius in poſſeſſionem,in 4.dubio principali,dicit.No quòd qui vult authoritate ſententię ingredi poſſeſſ.alicuius rei,debet inquirere diligenter, quis ſit poſſeſſor,& eum facere citari,& ſi hoc neglexerit,priuatur iure ſuo. d.l.meminerint,& ſic negligentia in inueſtigando poſſeſſorem punienda eſt,per d.l.meminerint,nec excuſatur ratione ſenten

* tiæ,vt ibi per eum, & idem dicit Bald. in l.fin.in 3.colum.C.de edic.diui Adri. tol. Pet. & Gemi.in cap.fin.de elect.in 6.vbi refert Petr.de Anch.ſe ita conſuluiſſe, & ita conſuluit in conſil. 270.incip.In primo dubio,quo quæritur,& in conſil. 269.inci. prima facie,& d. Alex in conſi.83.in 2.volum. incip. viſa. facti

5 narratione,in 5.colum.in fi.† Sed aduerte,quia contra d.l. meminerint.fortiter obſt tex.in l.fin.§.fin.in fi.reſpon. ff.quod met. cauſa,vbi dicit text.ſolennis, quòd ſi iudex non habita cauſæ cognitione,& ſic extra cognitionem, & ſic parte non citata facit fieri executionem,& debitor ita coactus ſoluit, ſi debitum erat verum,non poteſt reuocari ſolutio, ergo ille, qui eſt vſus licentia iudicis licèt inualida, quia conceſſa ſit parte non citata,tamen non priuatur iure ſuo.Iſtam difficul.tangit Ang.in l.à diuo Pio. §.in venditione. ff.de re iud. Et reſpondet, quòd ille §.fin.eſt hodie correctus per l.meminerint. quæ ſol. non valet, cùm ſit euitanda legum correctio.Imo. in d.§.in venditione.in pen.colum.ponit tres alias ſol.prima nihil eſt,quod §.fi.loquatur ante latam ſententiam, ſed l. meminerint.poſt, ſed dicendum eſſet potius è contra.Reſpondet ſecundo,quòd d.l. meminerint. loquitur quando quis ingreditur poſſeſſionem rei ab alio poſſeſſæ,ſed in d.§.fin.non ingreditur, licèt cogat debitorem ſoluere,& ſic loquitur in violentia compulſiua. Vel tertiò reſpondet,quòd quamuis in d.§.fi.non incidit in actionem quod met.cauſa,quæ datur ad damnum, non tamen excuſatur à pœna.d.l.meminerint.Et iſtam etiam ſol.ponit glo.in d.§. fi.in glo.fin.in fin.ſed non placet inducendo. d.§.fi. vt dixi. Co-

b gita etiam circa d.l.meminerint.[b] poſtquam lata eſt ſententia, quare non poteſt concedi licentia apprehendendi poſſeſſionem ſine alia citatione poſſeſſoris, cùm non ſit citandus ille, quo inuito poteſt actus expediri.l.4.in princ. in ver.illud. ff. de fideicom.lib.l quod poteſt inuitis.ff.de re.iur.Sed potes dicere; quòd ideo lex requirit citationem,quia multa poſſent opponi poſt ſententiam,quæ tranſiuit in rem iudicatam, quæ ponun-

6 tur per Bar.in l.1.C.de iur.& fac.igno.vbi dixi.¶† Contra iſtum text. moueo tres difficul. neceſſarias, ad intellectum literæ,& materiæ. Prima eſt,nam cognitio,& pronunciatio, quòd quis

c ſit mittendus in poſſeſſionem,poſſunt delegari.l. cognitio.[c] §. vt poſſeſſio bonorum,vbi Barto. & alij.s̃.tit.2.gl. & omnes hic, & Bar.in l.nec quicquam.§.vbi decretum,in vlt. col.s̃.de offic. proconſ. quanto ergo fortius debet poſſe delegari ipſa realis miſſio,quæ expeditur per actum facti,& alia cognitio non requiritur? Pau.de Caſt.in d.l.cognitio §.1.dicit,quod ſemper ſuper hoc dubitauit, & non reperitur à Doctrib. declaratũ. Fortificatur difficultas, quia facta cognitione,& declaratione de mittendo in poſſeſſionem, poſtea ipſa realis executio poteſt

7 †fieri per quemcunque nuncium,imò etiam per partem met, cui iudex poteſt dare licentiam,quòd per ſe abſque alio executore poſſeſſionem accipiat, quia non demandatur iuriſdictio. l.is cui.§.miſſus.ff.vt in poſſ.leg.ſed executio eſt nudi facti.l executorem.C.de exec.rei iud. ſecundum Barto. & alios in l. iuſtè poſſidet. ff. de acquiren. poſſeſſ. cum concord. ibi ſignatis per Moder.Cano.in cap.de cætero.de re iud.Et dicit Barto in l.1.ff. de ſer.fug.probari ex illo tex.quòd quis poteſt eſſe executor in

d cauſa propria.Et quòd quis poſſit eſſe nuncius [d] in cauſa propria ex commiſſione iudicis,dicit etiam Bart in d.l. iuſtè poſſidet,per l.eum qui.§.ſi epiſtola.ff.de fur.Saly.in l.dotis. C. ſolut. matrim.Imò fortius tenet Bald.in Auth. ſed omnino.in 5. col. C. ne vxor pro matr. quòd non ſolùm executio in rebus, ſed etiam captura perſonæ poſſint per iudicem committi ipſi parti,dummodo talis executio ſine violentia, & periculo armorum fieri poſſit. Alibi Ange. in l. miles. §. qui iudicati. ff. de re iud.multum not.ex glo. ibi, quod parti obtinenti ſententiam, poteſt per iudicem committi venditio bonorum condemnati,quod dicit eſſe mirabile verbum propter l. meminerint. C. vnde vi.Dicunt ēt alibi Cy.& Bal.in l.2. C. ſi in cã iud.q̃ iudex pōt dare licētiã creditori,q̃ pignus ſibimet in ſolutũ accipiat, p̃ no.p̃ gl.in d.§.iudicati.imò plus pōt dari licētia actori,vt ipſe

met

ADDITIONES.

a ¶ Poſſeſſionem.Facit quòd dicit Iaſ.in l.imperium, vltim. not. ſupra eodem. PVRPV.

* Licentiæ.

b ¶Meminerint.Secunda eſt oppoſitio contra legem meminerint,& caue,quia ſi executio fiet in re petita,non exigitur alia citatio.Barto. & Alex. in d.§.in vendit.Fel.in ca.veniens,el 2.col.3.de teſt. PVRPV.

c ¶L.cognitio.Oppoſitio Alex.circa.l.cognitio.§.vt bonorum, & hæc omnia de quib.opponit Iaſ.cumulat Alex.in l.iuſtè. col.8. & 9.ff.de acquiren.poſſeſſ. PVRPV.

d ¶Nuncius.Adde Bar.in l.ſæpe.C.vt memin.licet.ſine.

met citet partem, secundum Bart. in extraua.ad reprimen.in verb.per literas.Bal.& Sal. in l.si vt proponis.secunda,per glo. ibi.C.quomodo, & quando iud. d.Ant. & alij plenè in c. 1. de iud.post Spe.tit.de cita.§. sequitur.versi. quandoque committitur patri. & in tit. de act. & pet.§. super verbo. Idem videtur per Ang. in l.2.C. vt nemo priua. est verũ,quod glo.in d.l.iustè possidet.formabat istam opp. quia ista missio in pos. ex 1. vel. 2.decre.cùm expediatur offi.iud.nobili, vt declarat Bar. hic in fin.col.non potest delegari etiam alteri,vt hic per glo. & Doc. multominus potest delegari, & committi parti. & ibi Dy. firmat hanc partem.sed Bar.ibi,vt supra retuli,cum quo alij trãseunt,tenet ꝙ valet talis licentia, dummodo ritè,i.parte citata possidente: eo quia non demandatur iurisdictio, sed executio nudi facti, vt dixi. Et ista fuit sol.gl.in l.1. in verbo possessionẽ. ℣.e.Intelligit tamen Bar. dummodo resistentem non inueniat per reg. l.non est singulis.ff.de regu.iur. & ista decisio est approbata:& idem tenet Bar.in l.1.per illum tex.C.vt ne.li. sine licen. iud.& in repe.l.creditores.in 4.q.prin.C. de pign.& in l.si finita. §.Iuli.in 6.col.ff.de dam.infe. & Dy.hic in 1.quæstio. cum alijs concor.quas addit Alex.in d.l.iustè possidet. vbi refert Bald.&
2 Lud.variare, vt ibi per eum. † Difficultas ergo est videre,quare cognitio, & pronun. de mittendo in pos. possint delegari, vbi requiritur aliqua cognitio:sed ipsa actualis missio, quæ postea nullam cognitionem requirit, delegari non potest? Huic difficultati respondet Bal.hic,& in d.§. vbi decre.in pen.col. & in l.1.§.in initio.in 3.col.ff. de off. præf.vrb. & in c. significasti. de off.deleg.eo quia iurisdictio, quæ exercetur in iurisdictione reali, cohæret territorio. Ideo cùm delegatus nullum habeat territorium,talem missionem facere non potest. Ista ratio reprobatur per.d.Alex. & bene, per 4. fundamenta, de quib.hic
a per eum. [a] Tu responde aliter ex mente Bald. sed plenius in Auth.ei qui.C.de bo.auth.iud.pos.in v.col. in vers.quæro nun quid primum decr.& c.quòd missio in poss.potest considerari multipliciter.Primò nunciatiuè,dum interloquitur mittendũ fore: & ista interlocutoria de mittendo competit iure magistratus,& potest delegari,vt prædixi.Item potest cõsiderari ipsa commissio,quæ fit nuncio, qua mediante succedit actualis missio :& ista est alia interlocutoria l.pe. ff.ne vis fi.ei, & l.si finita.§. illud. ff. de dam. infect. & ista est mixti imperij, & non competit iure cuiuslibet magistratus: sed ab edicto prætoris maiorib.reseruatur.l. Fulcinius.§.1.ff.ex quib.cau. in pos.ea.eo quia continet expulsionem de possessione, propter quam solent scandala generari.Ideo lex statuit, quòd per maiores magistratus fiat, vt ob eorum reuerentiam partes acquiescant.
b Grauior ergo est executio realis quàm verbalis, [b] prout etiã dicit Pau.hic circa fin.Bene verum est, quòd postea executio nudi facti potest committi simplici nuncio, vt inquit gl.in l.1. in ver. possessionem. s̃. eod.& etiam potest committi ipsimet parti,vt prædixi.¶ Secunda,& maior difficul. est contra tex.ꝙ imo missio in poss.ex 1.decr.& actualis,debeat posse delegari.
9 † Nam quando missio modicam causæ cognitionem requirit,& in ea tractatur de modico præiudicio: certè potest delegari: vt in missione in poss.ventris nomine, vel in carboniana bo. poss. quia illæ nullum ius tribuunt, & modicam cognitionem requirunt.l.pe.§.vt possessio bonorum. iuncta glo.s̃.tit.2. & hic firmat Bar.per illum tex. in duob.locis.in 1.col. & in vlt. circa fin.& assignat rationem: quia licèt sint mixti imperij: tñ sunt minoris.Ideo delegari possunt. & idem Bar. in l.imperiũ. in 5.& 6.gradu mixti imperij.s̃.eo.sed sic est,quòd miss.in pos. ex 1.decr.fit sine causæ cognitione.c.quoniam frequenter.§.pe. in ver.summatim.vt lit.non conte. & l.2.in ver.summatim.C. vbi in rem act. Imò ad solum iuramentum partis per regulã. l.thesau. ff.ad exhib. secundum Cy.& Lud. Rom.hic, Spec.in tit.de of.iud. §. postremo. in vers. 6.& nullum ius transfertur: imò nec possessio l.3.§.fin fi.de acq pos.ergo debet posse delegari. Huic difficultati respondet dupliciter: primò ex mente Bar. hic in vlt. col. quòd quamuis missio in possessionem ex 1. decr. fit modici præiudicij in se, & summariè concedatur, vt prædixi: tamen quia est præambulum ad 2. decr. ꝙ aliàs non posset dari nisi primum præcederet secundum,glo. & Doc. in d.l.si finita. §.Iul. quod 2. decr. est maximi præiudicij, cùm sit adiudicatiuum rei, vel perueniatur ad venditionem rei. l.2.ff. si ex nox. cau. aga. & l. p̃toris. ff. de dã. in fe. Ideo hoc respectu prohibetur delegario. Per hoc infert subtiliter Bart. qđ quamuis magistratus inferior non possit facere dictam miss. in poss. ex 1.decre.propter dictum periculũ: quia est preambulum secundi: tamen posset facere aliã execut.in reb.Nam posset accipere pignora, vel similia facere, quæ non sunt præambulum ad 2. decret. quòd bene not. pro limitatione huius. l. Circa quòd vltimum vide tamen ipsummet Bart. in l. 4. §. 1. in vlt. colum. ff. de dam. infe. & clarius ibidem. d. Alexan. in 1. & 2. colum.Secundò respondet,quòd imò etiam ea, quæ requirũt modicam cogni.& inducunt paruum præiudicium,adhuc delegari non possunt quantum ad realem miss. sed solum quan-
c tum ad cognitionem, & [c] pronun.d.l.cognitio. §.vt possessio bonorum. ita expressè tenet ipsemet Bart. sibi contrarius in d. §.vbi decretum. in vlt.col. circa fin. sic intelligens dictum.§.vt possessio bonorum. & plenius Bart. in l.4.§.1.ff. de dã.inf.Ang. in d.§.vt possessio bonorum.& nemo vsque adhuc perpendit de ista contrarietate Bart. quamuis idem in discursu teneat d. Alex.hic,non faciens mentionem de Bart.in locis præall. Not. diligenter ista,ex quib.habes mag.ampliatio.ad istam l.vt procedat etiam quando missio cesset modici præiudicij, nec requireret causæ cognitionem: quia adhuc delegari non posset, quantum ad actualem missionem. Tertia difficultas est con-
10 tra tex. qui vult, † quòd missio in poss. sit mixti imp. Contra, imò est simplicis iurisdictionis: quia quando missio in pos. petitur incidenter propter contumaciam rei,expeditur offi. iud. mercenario deseruienti actioni propositæ, vt tædio affectus veniat responsurus.Propter istud fundaꝫ Io.An. & d.Anto in c.1.de li.ob.fatentur verum esse, quòd missio in pos.expeditur offi.iudicis mercenario, non recordati de isto tex. Bart.hic tenet oppositum,quòd imò expeditur offi.iud.nobili: eo quia primum decre.non expeditur virtute primæ actionis: quia intentata actio non tendebat ad hoc: sed vt fieret condemnatio fortè in x.petitis.Ista condemnatio fit ex edicto.de quo in l.Fulcinius.§.1.ff.ex quib.cau.in pos.ea.ergo officio nobili.Idem tenet Bart.in d.§.Iul.in 11.col.& Cy.in d.auth.ei qui. vbi Bal.in 6. col.& in l.imperium. s̃.eod. cum alijs concor.vt hic per Alex. quamuis Saly.in d.Auth.ei qui.putet,quòd missio in poss.ex 1. decr. sit sequela causæ principalis, vt si causa principalis expediebatur officio nobili, ita & ista, prout retuli. s̃. cum alijs ibi
11 alle. *Sed communiter tenetur decisio* Bar.hic. † ex qua colligo pulchram doctri. ꝙ ad hoc, vt aliquid dicatur expediri offi. iud. mercenario,oportet, quòd expediatur virtute actionis intentatæ, & quòd ad illud tendat, ad quòd tendebat actio principaliter intentata i. ad diffiniendum rem principaliter petitam: secus si tendat ad aliud,& ex alio capite. Et ad hoc intelligendum facit,quòd subdit Bart.hic.vbi dicit se putare,quòd si magistratus municipalis vellet grauare partem contumacem pignorib.captis, vt compareat potest, quia cùm hoc faciat, vt reus compareat, & sic reo comparente potest perueniri ad diffinitiuam, secundum quòd ad hoc principalis actio tendebat, tunc dicitur expediri offi.iu.mercenario. Hinc est,quòd si magistratus pro executione miss.in pos. ex primo decr. quam facere potuit in causa damni infe. propter celeritatem causæ, si aduersarius noluit admittere missum,& resistat,iudex non poterit tunc eum cogere pignorib.captis: quia non fieret tunc ad illum finem,ad quem tendit causa principalis,sed ad alium finem:& sic expediretur officio nobili. Ita dicit Bar. qui videtur contrarius non vltra intelligenti in d. l. 4. §. 1. in fin.col. in ver. quartum est cogere. Et sic videas, quòd grauare contumaciam partis per capturam pignorum, aliquando potest fieri offi. iud. mercenario, & sic per quemcunque magistratum, quando fit ad fi. vt reus compareat, & procedat in causa super actione intentata.Ita loquitur Bart. hic Aliquando captura pignorum fit pro executione missionis in pos.ex 1.decr.quã aduersarius non patitur; & tunc quia fit ad alium finem quam tendat actio principalis, exercetur officio nobili,& non potest exerceri per magistratus inferiores. Ita loquitur Bart. in d.l.4. §. 1. & ibi vide Alexan. in 1. & 2. colum. & ita teneas, quamuis Imo. in d.§. Iul.in 17.col. dubitet, quomodo magistratus municipales possint facere executionem realem capiendo pignora, vel mittendo in poss.cùm sit prohibit.a. d.l.ea quæ.§.1.Sed respondet,vt per.Ale. hic in fi.col. & melius in d.l.
12 4.§.1.in 1. & 2. col. Subdit etiam Bart.ꝙ † executio iudicati fit offi.iud.nobili:idẽ tenet in l.à diuo Pio. §.1.ff.de re iud.& Ang. in l.qui restituere.ff.de rei ven. ꝙ verum est,licèt Imo. in commento.c.fin.in 18.col. & seq. de of.iud.ponderet, ꝙ Bart.tenet contrarium, & sit sibi ipsi contrarius in l.1.in pen.col.in prin.s̃. eo.sed non est verum,vt ibi dixi.Vnde teneas cum Bar. quamuis Bal in plerisque locis hic alleg per Alex,aliter dixerit,& nõ
13 bene. ¶ † Glo. vnica, principaliter facta est timore contrarij. l.4.§.duas. ff. de dam. infe. vbi miss. in pos. quia non cauetur

de

ADDITIONES.

a ¶Per eum.Ista clarius repetit hac eadem.l.1.9.& 10.col. PVRPV.
b ¶Quam verbalis.Facit.l.si pignora.ff.de euictio.iuncta l. cum filius.ff.si cert. pet. PVRPV.
c ¶Et pronunciationem. Ampliatio.legis, sed corruptè imo more, allegat Bar. in §.vbi decretum.qui in pe.col.dicit contra versi.aut exigunt. PVRPV.

a ¶Sequitur Neuiz.consi.98.nu.2. & 5.vbi etiam quòd in dubio iudican. est in risdictionem perpetuatam esse, vt actus sustineatur. de quo plura scribunt Capel.Tholo.q.140.Dec.consi.404.nu.12.& an citatio necessaria sit ad perpetuandam iurisdictionem delegati, no.Por.l.b.4.conclu.11. MASVER.

b ¶Citationis. Adde Barb.in c.relatum.de off.deleg.Neuiz.consi.98.

c ¶Communis est in oppositum, vt testatur Fely.in cap.relatum. col.3.versi.& respondet, de offi.deleg.& li Io.And.pluribus in locis contrarium tenuerit, vt in c.vlt.de off.deleg.& in c.quamuis.eo.tit.in 6.& in addi.ad Spe. titu. de recusa.§.2.ad fi. PANCIR.

d ¶Et an citatio nulla inducat perpetuitatem iurisdictionis, vide Por.li.4.conclu.12.& an perpetuetur per actum nullum, die, vt per Roman. singu.149. MASVER.

e ¶Nullam. Adde Ioã.de Fantu.in 10.q.in maternis.de consec.dist. 4.

f ¶Vide Por.lib.4.concl.12.

chi.in c.nonita. 2. q. 6.& pro ista communi sententia ꝑ Host. est bonus tex.in c.proposuisti.in verbo,legitimè citatus,de fo. compe.facit tex.solennis in l.accusaturus.& ibi Bart.not. ff. de adult.vbi libellus nullus,& citatio nulla non perpetuant accusationem, nec interrumpunt præscriptionem, & idem tenet Bal.in l.nec quicquam.§.1.in 13.col.ff.de offi.proconf. Et no.in l.& post edictum.in prin.ff.de iudi.Facit,ꝙ vult gl.no.in l.si pater,per illum tex.vbi etiam Bal.C.ne de statu defunc quæ vult
61 q' etiam litis contest.nulla non interrumpit ꝑscriptionē. ¶† In 3.parte prin.gl.subdiuide illam in quatuor, prout opponit,& triplic iter soluit.Partes patent. Prima sol.nihil valet: quia etiã mandatum extraiudiciale ad negotia re integra expirat.l.mandatum.C.mand.Tene secundam solu.declaratam,vt per Bart.

* *Quæ communiter tenetur*, ꝙ quando per superiorem committit alicui aliquid,ad quod tenebatur ex officio, iste cēsetur iussus necessitatem importans:& tunc non extinguitur morte committentis:quia censetur potius quædam excitatio:vt in c.licèt vndique.præalle. & in c.cum aliquib.de referi.in 6.sed quando committitur alicui illud,quod non spectabat ad eius officiũ, ista dicitur delegatio,quę bene extinguitur re integra per mortem delegantis,& hoc modo limita,& declara istam l. Idē tenet gl.in d.§.& hoc vero iubemus.& in l.iubere cauere,circa fi. ꝛ̄.eo.& in l.1.in ver.possunt.ꝛ̄.tit.2.Idem tenet Spe.in tit.de iud. deleg.§.restat,in fi.1.col.& in tit.de leg.§.finitur.versi sed pone de facto.D.Abb.in d.c.relatum.in vlt. col. & ibi ponit rationē diuersitatis: quia per dationem præcepti datur noua potestas ad actum:Ita ꝙ in exercitio gerit vicem mandatoris. Vñ eius morte extinguitur commissio:secus in mãdato, quod fit aliàs habenti potestatem:quia tunc non datur noua potestas,sed exciratur antiqua.c.cũ aliquib.de referi. in 6. Vnde tunc non extinguitur per mortem committentis.c. eam te.de referip. vbi bonus tex.& vide quod per hoc infert Bal.in l.cum qui.§. 1. ꝑ. eo.
62 ¶† Ex ista doctr.Bar.inferẽ,ꝙ mandatum factum per iudicem nuncio publico de mittendo aliquem in possessionē, nõ extinguitur per mortem mandantis re integra, imò durat, & potest nuncius post mortem illius iudicis facere illam executionem realem:& ad hoc alleg.tex.in c.si super gratia,de offic. deleg.in 6.vbi mandatum executoris gratia: apostolicæ etiam mortuo Papa re integra durat.Ad idem alleg.tex.l. fundi venditor.ff.de acq.pos.Tu aduerte,ꝙ neuter tex. videtur facere ꝓ Bar.Nam ibi somniauit Bar.ꝙ in d.c.si super gratia,ille cui Papa commisit executionem,haberet prius tale officium, certè hoc est diuinare.Præterea tex.ibi non se fundat, eo quia Papa committeret illi,ad quem aliàs officium spectaret: sed eo ꝙ a gratia principalis erat perfecta: & ideo commissio executoris tanquam accessoria debet durare,ex quo principalis durat, & ita posset dici in casu præsenti, quando commissio nuncij de mittendo in possessionem fieret in executionem actus iam ꝑfecti.Et ideo Lud.Rom.in d.l.fundi venditor, fortè ista considerans aliter inducit d.c.si super gratia.ꝙ licèt regula sit, ꝙ finiatur delegatio morte committentis, verum est nisi delegatus esset articulus dependens, & accessorius illius causæ in se perfectæ & consummatæ, habentis propriam vim de per se, quoniam tunc sicut durat principalis causa,ita & accessoria,& ista est ꝓpria ratio,& casus.d.c.& istud militat in casu nostro, ergo &c.Similiter tex.in d.l.fundi,non videtur,quod loquatur in casu ècontrario. Ibi. n. necessitas non erat in persona illius amici mandatarij,vnde Bar.qui fortè de hoc perpendit in d. l. fundi,aliter inducit illum tex.ꝙ ibi necessitas erat ex parte mãdantis,& hic est ex parte venditoris, qui tenebatur tradere, & sic in possessionem mittere,& hoc modo probat ille tex.quòd quando mandans committit illud, ad quod ipse mandans tenebatur ex necessitate,eo mortuo etiam re integra, non extinguitur illud mandatum:& ita est in casu isto,vbi iudex mandabat illud,ad quod ipse mandans tenebatur ex necessitate officij:& sic Bar. non considerat ibi necessitatem ex parte nuncij, seu mandatarij,prout facit hic,sed considerat necessitatem ex parte mandantis.& hoc modo faciet d. l. fundi. Sed certè nec ista consideratio videtur bona:quia ea attenta nunquam mandatum iudicis re integra extingueretur per eius mortẽ, quod est de directo contra istum tex.quia semper iudex facit ex necessitate officij,vel iurisdictionis: vt patet ex diffinitione iurisdictionis traditæ per gl.in l.1.ꝑ.eo.Tene istud idem quod Bar. hic.Tenet idem Bar.in d.l.fundi & ibi D.Ang.& communiter Mod.Ang.Pau.de Cast.& Lud.Rom.hic,idem Ang.in l.& puto.vbi limitat.ff.de postu. & in l.si per epistolam. vbi etiam limitat,& ibi Lud,Rom.ff.de acq.hærc.no. Bal.d.in l.si de interpretatione.ff.de legi.D.Abb.in d.c.relatum,in vlti. col. alij Cano.in d.c.si super gratia.Pet.de Anch.& Gemin.in d. c. si super
* gratia.Petr.de Ancha.in clem.ne Romani,de elect. *Et ista est communis sententia*,pro qua bene facit, quod not. Barto. in l. vendi-
a tor.§.iudices,per illum tex.ff.de iudic. quòd si nuncius habet a in mandatis à iudice citandi aliquem, eo mortuo potest talis nuncius sine aliquo mandato successoris citare.Sequitur Imo. in d.c.quoniam Abbas.quicquid teneat Pau.de Cast.in d.l.fundi.Ad idem facit,quod no.dicit Bald.in l.edictum.ff.de iudi. in ista ciuitate practicari,& rationabiliter, quòd mortuo primo iudice,vel remoto,successores renouant licẽtias capiendi absque noua citatione partis.& vide etiam Spe.in tit.de iudic.deleg.§.restat,in verbo,item mortuo.Subdit Angel.in d.l.fundi. idem in licentia data nuncio de capiendo debitore:quia durat etiam mortuo iudice, dummodo sit concessa causa cognita, aliàs secus,vt ꝑdicam.Contra decis.principalem Bartol. tenet Bal.hic in 3.colu. dicens in ciuitate Papiæ seruari contrarium: quia faciunt semper renouare licentiam per successorem: & ista practica est melior,secundum eum: quia nuncius est nudum organum iudicis.l.si pater.ff.de manu.vind.& habet formare negotium in persona iudicis.l.qui autem.§.fi.ff. de confti.pec.l.multum interest si quis alteri,vel sibi:ergo mortuo iudice non debet posse nuncius facere executionem: & per hoc apparet non obstare.d.§.& hoc vero iubemus. quia ibi non fit commissio vt nudo officio,sed officiali.Idem tenet Bal. in l.1. C.de postul.& Fulg.hic in pe.col.Sed ad hoc notabiliter respõ de secundum eundem.met Bal.in l. si de interpretatione. ff. de legi.ꝙ nuncius publ.facit tanquam organum, verum est officii,quod nunquam moritur,sed non illius iudicis. Tenetas ergo decis.Bar.quam limita, quando tales licentiæ de capiendo personam,vel de mittendõ in possessionem,essent factæ causa cognita,aliàs secus,secundum Angel.Imo.& Mod.in d.l.fundi. & Ang.in d.l.si per epistolam.Facit,quod vult Bal.hic in 3.col. ꝙ præceptum,quod fit cum causæ cognitione, est perpetuũ, vt dicit notari in l.1.C.de postu.& ad istum artic. vide Angel.
63 aliter diffinguentem in l.puto.ff.de postu. ¶† Quid autem sit ècontra,si commissum sit nuncio, vt aliquem in pos. induceret,& mortuus sit nuncius,an alius nuncius in eius officio succedens poterit talem executionem facere sine noua commissione?Ang.in d.§.& hoc vero iubemus.tenet ꝙ sic.Facit,quod vult Bal.in l.consentaneum.in fi.col.C.quomodo, & quando
64 iud †No.tamen diligenter,quòd licentia intrandi possessionē per executorem concessa per iudicem durat tantum biẽnio. Ita no.Bar.in l.si finita.§.si quis metu.in fi.ff.de dam.infec.& in l.prætor.§.in eum.ff.de bo.auth.iu.pos.Item circa tex.d.c.si super gratia.adde ꝙ illum tex.dupliciter limitat Lud.Rom.in l. 2.§.sed si quis.in 1.col.ff.de dona.Primo, vt procedat in mero executore,qui alio non cognito habet exequi gratiam,non autem in mixto,qui cognito prius an impetrans sit idoneus, vel an dixerit veritatem in rescripto,postea habet exequi. Secundò limita,vt procedat in executore gratiæ iam factæ: non autem gratiæ beneficij concedendi,per c.si cui.de præb.in 6.Sed tamen vide ambas limit.plenius per Gemi.in d.c. si super gratia.in pen.& in fi.col.¶ In ea.glo.ad fi.Ista 3.sol.est vera quo ad
65 principium.d.§.& hoc verò iubemus.non quo ad fi ¶† No.ex gl.ꝙ quando delegatio fit alicui sub nomine dignitatis,nõ extinguitur per mortem illius delegati, sed transit ad eius succes
b sorem. b Sed quando facta est sub nomine proprio:quia censetur facta personæ,eo mortuo extinguitur, & non transit *in* successorem in dignitate,vt iurib.alleg.in gl.in d.§.& hoc vero iubemus.& gl.in l.tale pactum.§.fi.in gl.magna.in fi.ff.de pact. Latè Doct.in d.c.quoniam Abbas.Limita tribus modis, quos collige ex theorica Bar.in pe. col. Primò, quando committeretur aliquod negotium facti: tunc licèt commissio fiat sub nomine dignitatis,non transit ad eius successorem.c. fi de offi. deleg.Ad hoc vide pulchrè,& latè Bart. & alios in l.qui liberis. §.hæc verba.ff.de vulga. & pup.Secundò limita,quando quis habet dignitatem nomine alterius,vt Vicarius Episcopi,argu. l.quod prin.vbi etiam Bar.no.in fi.ff.de leg.2.Bal.Sali.& Fulgo. hic.Bal.in l.hac consultissima.in 1.col.C.de testam. Cyn. Ang. & Fulg.in l.si quis Imperatorem.C.de test. Cano.in d.cap.quo
* niam Abbas.vbi Imo.dicit,*quòd istud communiter tenetur, quamuis contrarium*,& malè teneat glo.in clemen.& si principalis, in glo.2.de rescrip.Tertiò limita secundum Bar.& Fulg. quando commissio fieret expressio vtroq; noïe & proprio, & dignitatis:

ADDITIONES.

a ¶Habet, Adde Barto.in l. fundi,de acquiren.possess.Angel.in l. si per epistolam,de acquir.hæred.Bal.in l.si de interpretatione,ff.de legibus.Barto.in l.1. ff.de postul.

b ¶ Sequitur Euerard. lib. argumen. cap. à vi subrogationis. vbi allegat Doc. in c.quoniam Abbas.de off. deleg.Distingue,vt per eos ibi.Quid si delegatio fiat sub nomine proprio,an successor illius possit cognoscere?& dic, vt per Doc.ad l.placet.ff.de lib.& posth.Euerar.vbi supra. MASVER.

tis:tunc.n.attenditur, quid procedat.l.si seruus cõis Titij. §. fin. vbi plenius Bar.ff.de stipu.seruorum.Quartò limita,quando ille cui facta est delegatio est ꝙiunctus sanguine,aut valde.amicus delegantis:quia tunc quamuis delegatio sit facta sub noīe dignitatis : tamen quia censetur facta principaliter intuitu personæ ꝓp coniunctionem sanguinis,vel amicitiã:ideo tunc non transit ad successorem, vt probatur in c. requisisti. de test. gl.in c.religiosus.in gl.pe.de test.in 6.Bal.Ang.& Fulg.hic.Quintò limita,quando commissio esset extraordinaria, & de causa graui:tunc potius præsumitur facta personæ, quàm dignitati,ideo non transiret ad successorem, quamuis facta esset sub nomine dignitatis,ita singulariter tenet Bal.in l.1.§. ne autẽ. in 1.no.C.de cadu.toll.alleg.Spe.in tit.de instr edi.§.nunc autem. ver.quid si Papa.¶Sextò limita,quod dictum est de delegatione facta nomine proprio delegati, ꝙ censeatur personalis, & non transeat ad successorem,nisi esset incognitus deleganti:qa quamuis delegatio sit ei facta sub nomine proprio, tamen intelligitur facta dignitati si eam habet,& sic transit ad successorem.Ita probat tex.solennis in l.qui habebat.ff.de reb. dub.per quem tex.ita limitant Gul.& Ang.in l.tale pactum.§.pe. ad fin. ff.de pac.& ille tex.non est alibi in iure,secundum Bal. in cap. quoniam Abb.de offic.deleg.Pau. de Cast.in l.si in nomine.in
66 fi.C.de testa.¶†No.tamen perpetuo, ꝙ quoties per mortem
a delegati [a] extinguitur delegatio, non tamen per hoc ordinarius potest se intromittere de illa causa,sed solus Princeps,vel Papa,qui semel delegauit,quia semel delegando dicitur traxisse causam ad se,& exemisse ab ordinario, ita singulariter Bal. in l.si vt proponis.in pe.col.post Arch.per eum allegatum. C. quomodo,& quando iudi.vbi refert,ꝙ causa semel commissa in curia Rom.non exibit de curia,nisi Papa deleget, vel remittat ad ordinarium,& idem tenet Sali.ibi.Idem tenet Imo. in l.si expressim.ff.de app.Pet.de Anch.in cons. 58. incip. circũscriptis regulis Cancellariæ.Facit,ꝙ vult Bal.in c.1.§. ad hoc,in 5.col.de pac.iur.fir.¶Et quia visum est, an & quando per mortem delegantis extinguitur delegatio:Item, an, & quando per
67 mortem delegati:†Restaret videndum,vt nihil omittatur, an & quando per mortem impetrantis delegationem, vel eius ꝺ quem fit impetratio,expiret delegatio,& quando non, de quo habetur in c.significauit.de rescr.& plenius in c.quia V. de iud.
68 ¶†Extra gl.tangit Bar.hic in fi.col.an morte mãdantis [b] extin
b guatur iurisdictio delegati ipso iure,an ope exceptionis.Vtilitas est,quia si ope exceptionis tantum,partes fatentes mortem deleganus,si sponte litigaret,valeret processus ex quo iurisdictionis substantia non est ipso iure extincta. Sed si dicamus,ꝙ ipso iure extingueretur delegatio, secus,quia cùm iurisdictio sit ipso iure extincta,consensus priuatorum nihil facit.l.priuatorum.C.eo.Inn.in c.licèt vndique.de offic.deleg.tenet,ꝙ ope exceptionis tantum delegatio extinguatur. Et idem videt velle in c.cum venissent.de testi.Bar.hic in fi.col.alleg.duas glo. in contrarium,& præsertim in illo c.cum venissent.in verb. egerint.& tenet contra Inn.per istum tex.qui simpliciter dicit,mãdatum solui.Pau.de Cast.hic in fi.col.dicit,ꝙ dictum Inno. est singulare,si est verum,& quamuis non inueniat ab aliquo reprobatum,tamen non est verum,quia mandatum ius dicentis æquiparat mandato procuratoris,vt hic, in fi. sed mandatũ procuratoris morte domini extinguitur.l.4.ff.locati. Miror, ꝙ non viderit Bar.hic reprobantem Inn.Et ego pro ista.opi.contra Inn.pondero tex.in c.fi.§.officium. in verbo, ipso iure. de offi.deleg.lib.6. Iason Papiæ.

ADDITIONES.

a ¶Delegati.Adde Arch.in c.is ita.35.q.8.& per Fely.in c.quoniam Abb. in fin. vlti.col.de off.deleg.

b ¶Mandantis.Adde Spe. tit.de leg.§.videndum.ver.quid si is.Io.Andr.& Ant. de But.post eum in c.ex tua.de filijs presby.

SVMMARIVM.

1 *Etiam in pœnalibus masculinum comprehendit fœminas.*
2 *Lex pœnalis extenditur fauore Reipub.*
3 *Genus masculinum in &, quando comprehendat femininum.*
4 *Masculinum continet femininum in vltimis voluntatibus.*
5 *Sub masculino venit femininum,etiam si testator transeat de singulari,ad pluralem, vel ècontra.*
6 *Masculinum continet femininum etiam in statutis.*
7 *Masculinum continet femininum etiam in rescriptis.*
8 *Masculinum continet femininum etiam in priuilegijs.*
9 *Vbi tractatur de odio irrationabili, masculinum non continet femininum.*
10 *Masculinum continet femininum etiam in materia correctoria.*
11 *Quando ratio statuti est indifferens tam ad masculos, quàm ad fœminas, masculinum non continet femininum.*
12 *In his, quæ possunt adaptari fœminis, masculinum continet fœmininum non in alijs.*
13 *Vbi lex loquitur disiretiuè de per se de masculo, & de per se de femina masculinum non continet femininum,*
14 *In officijs masculinum non continet femininum.*
15 *Quando à lege profertur masculinum, etiam in casu odioso continetur femininum, secus si ab homine.*
16 *Quando lex esset simul pœnalis, & correctoria, masculinum non continet femininum.*
17 *Masculinum nnn continet fœmininum, quando profertur in materia odiosa, & odium est irrationabile.*
18 *Quando statuto prohibetur fœminam succedere existentibus masculis, & pater instituat filios, fœminæ non comprehendentur.*
19 *Masculinum non continet femininum, quando aliud apparet de mente testatoris.*
20 *Quando statutum loquitur per verbum, vir, non continebitur fœmina.*
21 *Masculinum simpliciter prolatum continet femininum, nisi adijciatur dictio masculina.*
22 *Masculinum non continet fœmininum, quando substituta est causa pia.*
23 *In contractibus appel.masculorum non continentur fœminę.*
24 *Appellatione fœminarum non continetur masculus.*
25 *Quando lex vtitur verbo præteriti temporis, non comprehenditur præsens de proprio significatu, & multominus futurum.*
26 *Ablatiui absoluti licèt sint præteriti tempris: tamen verificantur in præsenti.*
27 *Vbi ex delicto imponitur pœna pecuniaria, non habet locum cessio bonorum.*
28 *Qui non habet in bonis, luit in corpore.*
29 *Quando quis non potest soluere pœnam pecuniariam, est in arbitrio iudicis illam commutare.*
30 *Cautela pro debitore carcerato.*
31 *Imperitia excusat à dolo.*
32 *Rusticitas excusat à dolo, & ab igaorantia iuris.*
33 *Iussus magistratus excusat à dolo.*
34 *Iusta causa excusat à pœna legali.*
35 *Causæ, quæ excusant a pœna doli.*
36 *Lex puniens facientem delictum, comprehendit mandantem.*
37 *Mandans non continetur statuto puniente facientem.*
38 *Mandatarius licèt non sit in dolo, tamen mandans tenetur.*
39 *Quando plures delinquunt, quilibet tenetur insolidum ad pœnam.*
40 *Nihil sub sole perpetuum.*
41 *Vbi verba l.non conueniunt, consequens est, quod nec dispositio legis conueniat.*
42 *Pœna à lege imposita, in dubio cui sit applicanda an fisco, vel parti.*

LEX VII.

Si quis id quod. Ista lex non reperit alibi in iure, ſm Bar. in l.si familia.ff.eo.in qua ponitur edictum ptoris ꝺ eos, qui in contemptum iurisdictionis ordinariæ corruperunt edicta,& alia proposita in albo prętoris. Et quid sit album prætoris,declara, vt per Bar.hic,in prin.vt incidant in pœnam 50.aureorum.& pro tali cã quilibet de populo põt agere.Rõ est,quia vbi offenditur iurisdictio iudicis. semper quilibet de populo agere potest,ſm Bal.hic referentem sic Dy.consuluisse per hanc l.& reputat no.& sequuntur simpliciter Pet. de Anch.& Alex.hic,Postea in ver serui quoque.ad fin.cum l. seq.& seq.luris.procedit declarando verba edicti. h.d.Corrũ-
a pens [a] album prætoris punitur pœna quinquaginta aureorũ, siue sit liber,siue seruus,siue masculus,siue fœmina,& qui non potest soluere in ære,luit in corpus,à qua pœna excusatur propter ia.ſ.pp imperitiam,rusticitatem,& iussum ptoris. & mandãs ac mandatarius eadem pœna puniunt. Et si plures fuerint delinquentes,oẽs insolidum tenentur, & vnius solutio non libe-
1 rat alium.h.d.cum l.seq.& erit notabilis in tex.¶†No.primò in ver.sed vtrunq; sexum.ſm Bar.& alios,ꝙ masculinum prola-
b tum à lege, [b] comprehendit etiam fœminas. Tu autem subti
c lius no.& erit prima ampliatio ad hanc regulã.dic esse text. ꝙ
d etiam in materia pœnali, [c] & sic odiosa, [d] masculinum cõprehendit

ADDITIONES.

a ¶Corrumpens.Et de corrumpentibus imaginem Saluatoris, Paris de Puteo in tract.de ludo.cha.fin.col.2. PVRPV.

b ¶A lege.Adde Bar.in l.1.ff.de ver.sig.in l.si ita scriptum.ff.de leg.2.in l. ancillæ.C.de fur.

c ¶Pœnali.Adde l.si quis in tantam.C.vnde vi.l.quicunque.C.de ser.fugi.Barb. consi.16.in 3.col.in primo vol.

d ¶Odiosa.Adde l.quisquis.cum gl.C.ad legem Iul.maiest.Doc.in l.1.in prin.ff. de pœn.Arch.in c.si quis suadente.17.q.4.Alex.consi.95. inci. animaduersis. in 4.volum.

hendit fœmininum:& ita ad hoc no.istum tex. Alber. de Ros. Pan.de Cast.hic,qui dicit ideo esse in hac.l quia materia subiecta vtrique congruit sexui.Et hoc addit Alb. tex. in l.ait diuus. ff.de iure fis.& distinguit,vt hic per eum. Facit l. si quis in tantam.vbi Doc. C. vnde vi. Adde,quod ante eos ita ponderauit istum tex.glo.in c.generali.in gl.2.de elect.in 6. Bar. in l.1. ff. de verbo.sig.vbi dicit,quòd istud procedit in hac l. quia odiū hic est rationabile,& in l. 1.§.Sed & si incertum. ff.de ven. in possi. mit.Pondera etiam pro hoc glo.in l.cum proponas.in glo. fin. C.de transac.quæ iuncto tex. vult, ꝙ l.si quis maior. eod. titu. quæ est pœnalis,& loquitur in masculo, habeat locum in fœmina.Adde etiam gl.in cle.1.in gl.1.de sepult.quam ibi no.Io. de Imo.post antiquos Doc.per eum relatos,& dicit istud solū procedere in l.condita à Iurisconsulto Imperatore,vel Papa: quia tales non præsumuntur aliquid condere nisi iustum,& rationa
2 bile.† Considera tamen,quod ista lex quamuis sit pœnalis: & sic videatur odiosa, tamen debet extendi tanquam fauorabilis,cùm tendat ad fauorem Reipub.ꝙ delicta puniantur,vt dicit Bar.in l.quemad.circa medium.C.de agri.& censi.libro 11. cum concor.quas aliàs dedi,& j.referam,& ibi Bar. Inter cætera ad hoc ponderat istum text. vbi pœna statuti [a] punientis
a facientem maleficium habet locum in fieri faciente.Facit tex.
3 no.in simili in l.si quis in graui.§.vtrum.ff.ad Sylla.† Et ista materia,an,& quando masculinum genus contineat fœminas, & an sit de propria significatione,vel per extensionem,vide glos. magistram in d.c.generali.in glo.2.de elect.in 6.& in c.indemnitatibus.§.postremò.eo.tit.de elec.in 6.Bar.in l.1.ff.de verbor. sig.& melius,quàm alibi Bar.in l.1.in prin.in vlt.col.ff.de pecu. & in l.si quis in tantam.vbi etiam alij.C.vnde vi. Aliquid Bart. in l.Plautius.ff.de aur.& arg.leg.Spec.in titu.de dispu. & alleg. §.post hoc,ver.vel vbi masculinum genus. latè per Imo. in l.si ita scriptum.in prin.ff.de leg.1.per Cy.& plenius Bald.& Salic. in l.quicunque.C.de ser.fug.& plenè Archid.ad quem semper Cano.se remittunt in c.si quis suadente.17.q.4.Cano. in clem.
b 1.de elect. Facit, ꝙ appellatione fratris [b] venit soror.l.tres fratres vbi Barto.& alij no.ff.de pac.vbi in specie dicunt rationē quare masculinum concipit fœmininum, & assignat Petr. de Ancha. in consi.120. pro clariori decisione dubij: quia de iure masculi non differunt à fœminis.l.maximum vitium.C.de li-
c be.præt.Merito appellatione filiorum [c] veniunt masculi,& fœminæ.Item adde,quòd dispositum in monachis, & abbatibus extenditur ad moniales,& abbatissas.tex.est in c.fi.ad finem, & ibi Abb.ad hoc no.de statu regularium. & sic habes regulam,
4 & vnam ampliationem. ¶† Secundo extende dictam regulā, ꝙ masculinum continet fœmininum in vltimis volun.& multo fortius in d.l.si ita scriptum.& l.qui duos ff.de leg.3. ponunt
d Doc.in locis prælleg. [d] Hinc est,ꝙ si testator substituit hoc modo:si hæres moriatur absque filijs legitimis: intelligitur nō solùm de filijs masculis,sed etiam fœminis, secundum Ioann. And.& Can.in c.Ray.de testa.& ibidē D.Ant.de But.in 2.colu. per iura per eos alleg.D.Alex.in consi.55.in 3. vol. inci.ponde-
5 ratis his quæ in themate narrantur.in pen.col.¶† Tertio extende,etiam si testator de numero singulari tranieat ad pluralē, vel ècōtra:vt quia dicat,filio,& filijs,adhuc sub masculino venit fœmininum.tex.est no.in l.seruus.de ver.sig.& vide.l.quisquis.co.tit.De intellectu d.l.seruus.vide per D.Signorolum de Homodeis in consi.17[1].incip.testator in suo solenni testamen
6 to. in 3.in penul.& vlt.col.& consi.seq. ¶† Quartò prædicta re
e gula etiam procedit in statutis. [e] vnde statutum disponens, ꝙ nullus vadat de nocte sine lumine,comprehendit etiam fœminas,secundum Barto.in l.iura.ad fin.ff.de legi. Doctor.in l.quicunque.C.de serui.fug.Imo.in d.l.si ita scriptum.1.col. Petr. de Ancha.in consi.112.incip.superstite domina.& Bal. & Imo. in l.si constante.§.fi.ff.solu. matri. vbi tenent, quòd statutum puniens violentiam cum armis,comprehendit etiam fœminas. Hinc est,quod si statutum dicat,ꝙ coniuncti ex linea paterna vsque ad certum gradum præferantur alijs, sub illo termino coniuncti simpliciter prolata comprehenduntur de proprio significatu tam fœminæ,quàm masculi,secundum D. Alexā. in consi.110.in 2.vol.incip.circa dubitationem. in 4. colu. Per ista puto non esse verum,quod sing.decidit.Nic.de Neap. in l. 5.C.vestibus olober.lib. 11.vbi decidit:si statutum dicat,quòd nullus induatur de tali panno, vel quòd nullus possit portare tales vestes,istud refertur ad homines,non ad mulieres.Credo quòd non sit bene dictum per prædicta.Et caue quia tex. in d. l.1.cum glossf.videtur potius probare oppositum, cum ibi expressè interdicatur masculis tantum,vt patet ibi in verbo.viri-
7 les.¶† Quintò prædicta regula habet locum etiam in rescript. secundum Doct.in locis prælle.maximè Imo.in d.l. si ita scriptum.Ad hoc adde tex.in cap.significauit. vbi not. Doctor.de rescrip.vbi sub illa clausula,& quosdam alios,venit etiam fœmina.Idem tenet Spec.in titu.de rescript.præsentatio.§.fi.vers. sed quæritur vtrum.vbi per illam clausulam, tam clerici, quā laici positam in rescripto, possunt etiam mulieres conueniri.
8 ¶† Sexto dicta regula habet locum etiam in priuilegiis,secundum Bal.in c.ad audientiam.in vlt.col.de rescrip. Per hoc dubito de eo,quod consuluit sing.D.Signo.de Homodeis in cōs. 184.incip.in q.vertente inter Durantem. vbi mirabiliter consuluit,quòd si in priuilegio legitimandi concesso Comiti palatino detur potestas legitimandi spurios,non poterit fœminas spurias legitimare:& sic in tali priuilegio legitimandi, masculinum non comprehendit fœmininum. Mouetur per sex fundamenta præcipuè:quia vbi tractatur de odio, & masculinū profertur ab homine, non continet fœmininum.l. 1.§.1.ff.de
9 ventre in pos.mit.& infra dicam.† Item vbi tractatur de odio irrationabili,prout est hic,masculinum non continet fœmininum.l quisquis.§.ad filias.C.ad l.Iul.maie.& dicam j. Itē, quia fines mandati sunt diligenter custodiendi.c.cum dilecta.de reseri.l.diligenter.ff.man.Item si Imperator voluisset posse legitimari fœminas,istud expressisset.l.1.§.pe.cum sim.C.de cadu.tollen.Mouetur etiam,(& ista est magis colorata ratio.)† Nā maior ratio est,ꝙ plus possint legitimari masculi,quàm fœminę: eo quia masculi legitimati ad publicos honores, & magistratus aspirabunt,qui fœminis omnino sunt interdicti.l.fi.ff.de re iudi.No.quia si vera est ista decisio,esset maximæ importantiæ in contingentia facti.& inuenio ꝙ istam decisio,refert, & simpliciter sequitur Do. Præpositus nunc Eps Alex.& Romæ de collegio Do.de Ro.in c.per venerabilem.ver.videbatur,in 12.
10 col.qui fil.sint leg.¶† Septimò dicta regula locum habet etiā in materia correctoria ita probat glo.iuncto tex.in l. Gallus.in prin.in gl.parua,in ver.neptis.de lib.& posthum. quam ad hoc ibi ponderat solus Raph.Cu.ꝙ in materia correctoria masculinum continet fœmininum.Sed istud reprobat ibi Do.Alex. quia in materia strictè interpretanda, masculinum non comprehendit fœmininum l.1.§.item quæritur.ff.de ven.in possess. mit.Sed certè errat:quia imò in materia strictè interpretanda masculinum concipit fœmininum,vt patet ex his,quæ dixi.§. præsertim in statutis,rescriptis,& priuilegijs.& ad tex.per eum alleg respondē,vt dicam.j.in 5.fall.Ex istis ampliationibus po
tes facere generalem regulam,ꝙ in omni materia semper ma
f sculinum continet fœmininum. † Istam regulam limita pri-
11 mò,qñ rō statuti est indifferens tam ad masculos, quàm ad fœminas:secus qñ rō esset differens,& diuersa sm Bar.in locis prę alleg.& vide no.Bal.in l.1.in vlt.col.& in l.fi.C.qui admi.Quòd si statutum disponat,ꝙ in ꝯctibus mulierum, & minorum debeat interuenire consensus,& auctoritas coniunctorum,licèt tale statutum loquatur de coniunctis in masculino genere,tñ non comprehendit fœminas:quia consilium,& authoritas potiùs est virorum,& non mulierum.l.quidam decedens.§.Papinianus.ff.de admi.tut.& quia si statutum facit mulierem inhabilē in facto suo,non debet quoque auctorari in facto alieno, in l.fi.C.de legi.tuto. Ad idem bene facit,quod volunt Paul.& Mod.in l.sed si hac.§.liberos.ff.de in ius voc. ꝙ licèt appellatione liberorum comprehendantur tā masculi,ꝙ fœminæ, & descendentes ex eis,vt ibi,verum est,qñ sumus in materia indifferenti,ꝙ conueniat vtrique sexui. Secus si conueniat masculis tñ:vt in feudis.Vnde si aliqs acquirat feudum pro se,& liberis suis,non cōprehenduntur filię fœminę,cū rñr fœminæ nō succedant [g] in feudo. c. 1. §. filia.de suc.feu.c.1.§.1.vbi Bald.& alij
g cum

ADDITIONES.

a ¶Statuti. Adde Ludo.Ro.in l.si is,qui pro emp.ff.de vsuc.Ang.& Io.de Imo.in l.si seruus.in §.prætor.ff.de acq.hære. Card.Zab.in c.constitutus. in 14.q. de consuetu.Alb.de Ros.in 3.parte statutorum.q.55.Pet.de Anch.consi. 271.inci.de titulis criminum.

b ¶Fratris. Adde Alex.de Imo.consi.85.inci.animaduersis.in 3.col.

c ¶Filiorum. Adde Cy.in l.quicunque.C.de ser.fug.Bald.in l. si ita scriptum. ff. de leg.1.

d ¶Prælleg. Alex.lib.7.consi.17.inci.circunscriptis verbis test.Sig.consi.172. inci.testamento.& consi.seq.Corn.lib.3.consi.202. PVRPV.

e ¶Sed quid si statuta essent correctoria,Vide Alex.consi.24.col.1.lib.2. Cur. Iun.consi.102.in prin. BELLOT.

f ¶Adde vnum sing.generale ad hanc Regu.quòd masculinum concipit fœmininum in his,quæ possunt adaptari fœminę,Bald.in l.seruus.C.communia de succ.in l.1.in fi.prin.ff.de pec.Qua in materia plura no.Dec.in l.2.nu.95.ff.de reg.iur. BELLOT.

g ¶Fœminæ non succedant. Adde Spe.tit.de feud.in §.quoniam.vers.25.Pe.de Anch.consi.173.incip.D.Lazarius. Cal.consi.3.in tit.de feud.Ang.consi.321. inci.D.Iordanus.Lud.Rom.consi.33.incip.viso inuestiturę tenore.Raph.Cu. consi.137.inci.consultis & infra scrip.Raph.Fulg.consi.220.inci.nobilis de Fortiare.Alex.de Imo.consi.30.inci.omne datum.in 2.col.in 1.vol.Alex.cōs. 1.incip.ponderatis his,quæ.in 8.col.in 5.vol.

cum similib.qui feud.da.poss.Barto.in l.vt iurisdict.§. si liberti.
12 ff.de oper.liberto.Bald.in l.quoties.C.de suis & legi.vbi quinque rationes assignat, quare fœmina non succedat in feudo. Facit,quod dicam infra in quarta limitatione: & quod statim sequitur. Secundò limita in his, quæ possunt adaptari fœminis: non in alijs. Item nec in his quæ ratione carent. Ita dicit
13 Bal.in l.seruus.C.communia de succes. ¶ † Tertiò limita vbicunque lex loquitur discretiuè,ideò de per se de masculo, & de per se de fœmina:tunc masculinum nunquam fœmininum continet,eo quia expressum facit cessare præsumptum. l.si ita. de liberis & posthum.l.Clemens patronus. ff. de hæredit. instit.secundum Bald.in l.in multis.ff.de statu hominum.Confirmo,quia clausula in fin. posita non refertur ad aliam clausulam,quæ habet propriam,& specialem determinationem, secundum Bald.in l.1.in fin.C.de legi.hæred.Et dicit Bald. in capitu.secundò requiris.in vltim.colum.de appel. quòd clausula specialis,& discretiua non refertur ad præcedentia:& de istis habes text.not.in capitu.cum dilecti.de donatio. & ibi ad hoc notat Domin. Cardinal. & Ioannes de Imol. in duobus locis.
14 ¶†Quartò not.limita in officijs, in quibus masculinum non continet fœmininum.Ita singul.Bald. in capit. ad audientiam. circa finem,de rescript.vbi per hoc infert, quòd si testator dixit, Relinquo filios meos, vel fratres meos executores testamenti mei,non intelligitur de sororib. l.cuius bonis. ff.de cur. fur.quia fœmina habet inualidum consilium: sicut nec intelligitur de pupillo,cùm habeat consilium imperfectum.l.fina.
15 C.de legi tu.Facit quod dixi supra in prima limitat. ¶†Quintò limita,quando masculinum profertur à lege, etiam in casu odioso: secus quando profertur ab homine in casu odij: tunc non comprehendit fœminas. Vnde si testator in testato exhæredat filios,non continentur filiæ:l.1.§.sed & si incertum. & ibi Bartol.ff.de vent in poss. mit. & idem Barto. in consilio suo 54.incipien.Angel.Matthiæ habebat vnum filium.& glos.
16 in dicto capitn.generale.¶†Sextò limita, quando profertur in materia odiosa,& odium est irrationabile:puta quod propter delictum patris descendentes puniantur: tunc masculinum non comprehendit fœmininum.l.quisquis.§. ad filias. C. ad l. Iul. maiesta. secundum Barto. in l. 1. ff.de verborum significa. & in alijs locis prælleg.& per hoc egregiè consuluit. Francis. de Aretin.in consilio 39.incipien. In facto dicitur contigisse. quòd si aliquis pro crimine læsæ maiestatis, puta quia tradidit arcem hostibus vel fortilicium,per cõsilium generale populi factus sit rebellis ipse,& sui,sub illo pronomine,& sui, non veniunt filiæ fœminæ natæ ex illo rebelle. Facit, quod vult Bald. in l.quicunque.C.de seru.fugit.si ex forma statuti filij bannitorum non possunt inhabitare in ciuitate, non comprehendun-
17 tur filiæ fœminæ.¶Septimò,quando esset lex pœnalis,& correctoria simul, tunc masculinum non comprehendit fœmininum.Istud patet: quia aliàs fit extensio, quando lex est solùm pœnalis, vel est solùm correctoria, vt est quando ratio est expressa in lege:tamen si simul,& semel sit correctoria, & pœnalis,nunquam fit extensio.glo.est singul.in clem. vt ij, qui. in verb.in eisdem.de ætate,& qualitate.iuncto text. Et dicit ibi Dom.Abba.quòd illa glo.est singu.& quotidie allegatur: eam sequitur Dom.Anto.de But.in cap.fin.in 1.& 12.fallen. de constitu.Gemin.in cap.1.in 5.colum.in 1.fallen.de.tempo.ordi. in 6.Ludo.Rom.hic, & in consilio 129. incip. licèt magna apud me fuerit dubitatio semper.Dom.Alexand.in l.si constante. in
18 princip.ff.soluto matrimon. ¶† Octauò singu.limita,quando per statutum ciuitatis prohiberetur filia fœmina succedere existentibus masculis, & testator instituit filios, non comprehenduntur fœminæ:quia testator videtur disponere secundũ ius municipale.Ita tenet Pet.de Ancha post Bald. in l.tres fratres.ff.de pactis.Sequitur simpliciter Domi. Alexand.in l. Gallus,§ primo,ad fin.ff.de liber.& posthum.& in consilio 127.incipien.viso testamento dicti Ioan.in 1.volum. idem tenet Pau. de Castr.in consi.69.Casus iste frequenter contingit.in 2.colu. Bene facit: quia dispositio testatoris debet regulari secundum statuta loquentia etiam ab intesta secundum Barto.in l. hæredes mei.§.cum ita.ff.ad Trebel.cum concordan.de quibus ibi, quod habet locum etiam in contractibus,secundum Bart. in l.iusiurandi.§.si liberi.ff de ope.liber..Ad idem bene facit,quod tenet Anton.de Butr.in consilio 9.incip.viso puncto, & quæsitis supra dictis.in prima & secunda colum. quòd appellatione descendentium, vel posterorum veniant ita masculi, vt fœminæ.l.cognoscere.§.primo.ff.de verborum significa.l.1.ff.de iure immun.Tamen stante dicto statuto, quòd existentibus masculis filiæ fœminæ non succedant,certè appellatione descen-
a dentium, a vel posterorum non veniunt fœminæ, nec masculi descendentes ex eis.Ad idem bene facit, quod dicit Petr. de Ancha.in consi.120.incip.pro clariori deci. dubij. vbi dicit, quòd quia de iure masculi non differunt à fœminis. l.maximum vitium.C.de lib.præter. Ideo merito appellatione filio-
b rum b veniunt masculi,& fœminæ.l.si ita scriptum. ff.de legat 2.& l.si quis ita.ff.de testa. tu. ergo si per dispositionem statuti masculi differant à fœminis,quia excludant fœminas:certè ap
19 pellatione filiorum non veniunt fœminæ.¶† Nono limita,nisi ex coniecturis verisimilibus probetur testatorem aliud sensisse. puta,testator instituit filium suum hæredem:& si decederet sine filijs maribus, vel nepotibus ex fratre,certè illud,nepotibus ex fratre,intelligitur solùm de masculis, non autem de fœminis,ne plus videatur tribuisse nepotibus ex fratre, quàm ex filio,secundum Raphael. Comensem in consilio 127. incip.in testam.Et quòd masculinum non concipiat fœmininũ, quando aliud appareret de mente testatoris, dicit Barto. in l. fina.ff.ad Trebel.Facit bene.text.in l. si vitia matre. circa med. in ver.vt in hoc casu deteriores esse nepotibus filij non sinantur.C.de bono.mater.Facit text.in l.Publius.§.fina. circa fin. ff. de conditio.& demonstr. Ad istam limitationem adde,quod not.decidit Pau.de Castr.in consilio 357.viso dicto testamento.& notabilius,& pulchrius in consilio 79. casus iste frequenter contingit.& in l.1.in vlt.colum.C.de condi.infer. & ibidem not.Raph.Fulgos.& in istis locis ponitur per Fulgos.& Pau.de Castr. alius notabilis casus in materia,quem vide: & latius per Dom.Andr.Sicu.inter consilia Alexan.in consilio 5 .in 4.volum.circa hanc dubitationem, & in consilio sequen. quod est
20 contrarium.¶†Decimò limita quando lex, vel statutum loqueretur per dictionem, vir: tunc nunquam comprehenditur mulier: quia est vocabulum præcisè masculinæ significationis,secundum Bald.in capitu.licèt vniuersi.de testi. Facit bene quod not.Barto.in l.1.in fine,per illum text.in versic.virorum. de legi.& ibidem Alber. Cyn. & Angel. Ad idem bene facit quod not.Bald.in l.scripturas.ad finem per illum text. in versi. virorum. C. qui pot.in pigno habea. Item limita quando est eadem ratio,vi eiusdem rationis,non vi sexus. Secus quando est diuersa ratio,secundum Cyn.Bald.& Alber.in d.l.si ita scriptum.in princip.ff.de leg. 2.& ibi Alber.allega. bonum text. in l.sicut.in fine.ff.de bon.liber.Facit quod dicit Bald.in l.quicun-
21 que.in 4.colum.C.de seru.fugi.¶† Vndecimò limita, quando masculinum profertur simpliciter, tunc bene comprehendit
c fœmininum. c Secus si adijceretur dictio,masculis:puta,quia testator diceret, Instituo filios masculos, tunc propter adiectionem masculos,nunquam fœminæ continerentur, etiam in materia fauorabili.& etiam ad pias causas, secundum.Do. Abb.in consi.37.incip.videtur primo, q; ex hac ratione. vbi ad hoc adducit sex fundamenta:& præcipuè bonam deci. Bart. quam videas in l.cum auus.in pen.q.ff.de condi. & demonstr. Adducit etiam decis.Host.Io.And.in c.Ray.de test. vbi si testator substituat,si hæres decesserit absq; filijs masculis, propter dictionem,masculis,fœminæ non faciunt deficere substitutionem,prout aliàs facerent.Quod vltimum etiam tenent Ang. & Moder.in l.sed si hac.§.liberos. ff. de in ius vocan. Adde, q; idem quod Abb.tenet Anto.de But.in consi.66.rectè decisum est.Confirmo vltra eum per duo. Primò per regulam vulgarem,In claris non est opus coniecturis.l.continuus. §. cum ita, ff.de verbo.oblig.Secundò & notabilius confirmo optimo si-
d mili. Nam licèt aliàs appellatione liberorum d contineantur etiam nepotes ex fœmina.l.cognoscere.§.liberorum. de verb. significatio.l.1.C.de condi.infer.istud procedit,quando terminus liberorum,profertur simpliciter. Secus si adijceretur dictio, masculorum, vnde si aliquis acquireret emphyteusim pro se,& liberis masculis,non venirent nepotes ex filia, secundum Specu.in titu.de emphyt. §. nunc aliqua.in versicu. 146 Bald.in Authen.si quas ruinas. C. de sacrosanct. ecclesiæ. An-
22 gel. & Moderni in d. l. sed si hac. §.liberos. † Aliàs in contingentia facti dedi aliam nouam limitationem, quòd masculinum non comprehendit fœmininum, quando substituta est

ADDITIONES.

a ¶Appellatione descendentium.Adde Bar.in l.semper.in §.idem scripserunt ff.de iure immu.per Feli.in c. nouit.in 2.col.de iudi.

b ¶Appellatione filiorum.Adde Bar.in l.qui filiab.in §.1.ff. de leg. 1.¶in l. Gallus.§.instituens.ad fi.ff.de lib.& posthu.

c ¶Fœmininum. Vide dicta per Socin. in l. cum auus.& libr. 3. consilio 14. PVRPV.

d ¶Appellatione liberorum.Adde gl.in cle. 1.de bap.Barto.in l.alimenta. ff. de alim.leg.Io.And.in c.statutum.de hære.lib.6.in nouel.Ant.de But. in c.ad extirpandas.de fi.presby.tamẽ si sit nepos,quẽ auus solebat semper tractare & nominare filium,venit appellatione liberorum,secundũ Bar.in d.l.alimenta, & illud dictũ Bar.sequitur,& reputat sing.Ludo.Rom.in l.si vero.§.de viro.in 23.fal.ff.sol.mat.& per eundem Lud.Ro.cons.438.col.fi.incip.in casu præsenti consultationis.

a est ecclesia,vel pia causa: ꝫ puta si testator dicat, ꝙ vult Titiũ, & eius filios habere talem fundum:& eis non existentib. substi tuit monasterium.tunc sub illo termino filios,non veniunt filiæ fœminæ.Motus fum:nam licèt terminus communis,vt est homo,de propria significatione comprehendat tam masculum,quàm fœminam:& tamen terminus singularis vt est filius de propria significatione non comprehendit fœminam, sed per extensionem & præsumptionem legis(tex.est in l.pronunciatio,in prin.in verbo,porrigitur.ff.de ver.sig.gl. & Bar. in l.1.ff.eo.tit.)ergo ista præsumpta dispositio. l. debet cessare,vbi est substituta pia causa:& sic cessat præsumpta dispositio. l. cũ cum auus.cum si.ff.de condi.& demon. quando substituta est pia causa,ſm Pet.de Anch.in consi. 46. prima facie videretur. Sic in simili,licèt aliàs filij filiorum positi in institutione nõ cẽ seantur substituti,vt per gl.& ibi clarius Barto.& Doc.in l.Lucius.ff.de hær. insti. tamen quando filijs deficientibus,qui sunt positi in institutione,vocatur pia causa,secus est,secundũ Pet. de Anch.in consi.74.contra Philip. vbi dicit hoc sibi videri iustissimum & æquum.Ad idem facit:quia vna præsumptio tol lit aliam.l.diuus.& ibi no.Bar.ff.de in integ.restit.l. qui adulterij. C.de adult.l.siue possidetis.& ibi Bald.C.de probat. sed fortior est præsumptio,vbi est substituta pia causa, vbi est alia p̃sumpta dispositio legis.arg.l.sancimus.C.de sacrosc.eccl.& c.præcipimus.in prin.12.q.1.& c.Matthæus.in fi.de sim.Et ita consului
23 Pisis,ego Ias.vbi plenius posui.¶††Tertiodecimò, & vltimò li
b mita [b] no.dictam regulam non habere locum in contractib. vbi appellatione masculorum non continentur fœminæ, nisi
c exprimantur: [c] quia imputandum est ei,quare legem apertius non dixit.Vnde si aliquis acquisiuit emphyteusim pro se, & filijs,non comprehenduntur fœminæ,ex quo non sunt expressæ.Ita originaliter tenet Guid.de Suza.in l.veterib.ff.de pact. & in l.quicunque.C.de ser.fug.quem refert, & sequitur Archi. in d.c.si quis suadente.Io.de Imo.vbi reputat hoc esse valde not. in d.l.si ita scriptum.& in commento.cap.potuit.in vlt. col.de de loc.vbi refert se ita de facto consuluisse.& in l.cum vir. ff.de ꝺdi.& demõ.Lud.Ro.in l.2.in prin.in 7.col.ff.de ver.ob. & in l. sed si hac.§.qui manumittitur.ff.de in ius voc.& in consi.35.incip.visa facti serie mihi proposita.D.Alex.vbi disputat in cõsi. 61.incip.super eo,de quo quæritur, videlicet an si ab ecclesia. in 1.vol.& in consi.201.in 2.vol.inci.consideratio.in 4.col.& in d.l.sed si hac.§.liberos.Raph.Cuma.in cons.183.incip. visa copia testamenti:tamen contrarium tenet Sali.in discursu in l.2. in 17.q.C.de iure emphy.& idem videtur ibi tenere Bald.in 2. col.Et potest confirmari,cùm bonum sit argumentum ab vltimis voluntatib.ad ꝺctus,& ècontra l.seruum filij. §. eum qui chirographum.& l.quæ de legato.ff.de leg.1.Sed in vltimis volun.masculinum continet fœmininum, vt prædixi. Igitur &c. nisi dicas,ꝙ aliud sit in contractib.quia imputandum est contrahenti,quare legem apertius non dixerit.*Tene primam opi. quæ est communis.*pro qua duo bene faciunt.Primò,ꝙ licèt appellatione filiorum contineantur nepotes l.liberorum.ff.de ver.sig. tamen secus est in contract. per d.l.veterib.Ita sing. tenet Bart. in d.l.liberorum.circa 5.col.in ver. quæro quid si appellatio filij profertur à contrahentibus.sequitur Ant.de But.in c.in quibusdam.in pe.col.de pœnis Pet.de Anc.in cle.1.eo. tit. Imo.& Sali.per quatuor fundamenta determinãt in l.2.in 20. q. C. de iure emphy.& emphyteusis acquisita pro se,& filijs non comprehendit nepotes,quod perpetuò not.Idem tenet Imol. in l. quod dicitur.in antepen.col.& ibidem alij Mod.ff.de ver. obl. & in l.cum vir.ff.de condi.& demõ.& in c.potuit.ad fi. de loc. D.Alex.in ꝺsi.91.incip.ponderatis his de quibus in themate.in 16.col.in 1.vol.& in consi.128.incip.consideratis verbis instrumenti.in 11.col.in fi.& prin.seq in eo.vol.Secũdò facit, ꝙ licèt in vltimis volun.monasterium habeatur loco filij.c. in præsentia.de proba.§.sed hoc in præsen.in Auth.de sanc.episc. in Auth.nisi rogati.vbi glo.& Doc.C.ad Treb.tamen secus est in cõtractib.secundum Spe.in tit.de emphy.§.nunc aliqua, ver. 30. quem sequitur Bald.in l.filium eum diffinimus.de ijs qui sunt sui vel alie.iur.D.Anto.in d.c.in præsentia.in 7.col.Faciunt quę habentur in Auth.ingressi.C.de sacrosan.eccl. ¶Conclude ergo,ꝙ in contractib.masculinum non continet fœmininum.Limita quatuor modis.Primò,ꝙ quando quis accepisset emphyteusim ꝙ se,& filijs per istam dictionem filijs,tunc non continentur fœminæ.Secus si accepisset pro se & liberis:quia latior est dictio,liberorum,quàm filiorum.§.fina. Instit.qui da. tuto. pos. Ita tenet Bal.in d.l.sed si hac. §.liberos. Petr.de Ancharan. in consi.125.incip.visis & diligenter ruminatis. D.Alex.in d.§. liberos.per fundamenta de quibus ibi per eum. & in consilio 8.opportunè animaduerso.in penul.colum.in 1. volu. quamuis idem Dom.Alex.de hoc dubitet in consi.61. incipiẽ. super eo,de quo quæritur,videlicet an sit ecclesia.in penul.colum.in eo.vol.Secundò notab.limita, nisi quis accepisset emphyteusim pro se,& filijs,& hæredib.Nam cùm non requiratur vtrũque copulatiuè,secundum Bar.in l.Gallus. §. etiam si parente. cum concor.ff.de lib.& posthu.Certè fœminæ venient pp dictionem hæredib.& ita in specie tenet d.Alexã. in d. §.liberos. Tertiò no.limita,vt procedat in contractib.stricti iuris. Ita voluit Raph.Cum.si eius rõnem consideras in cons.183.inci.visa copia testamenti.vbi dicit,ꝙ ideo in contractu emphyteutico masculinum non continet fœminas: eo quia contractus emphyteuticus est stricti iuris,vt patet ex §.actionum.Insti.de act. Sed ꝺctus stricti iuris non recipiunt interpretationem extensiuam.l.quicquid adstringendæ.in prin.ff.de ver.ob.vnde ex ista ratione vĩ velle,secus esse in contractib. bonæ fidei. Pro certo ista esset maxima limitatio,sed non puto eam esse veram, per duo.Primò quia d.l.veterib.procedit etiam in contractib. bonæ fidei,ſm gl.& Bar.ibi.Secũdò,quia ratio sua est falsa,& cõfunditur ex extensionibus quas ꝺ.dedi.Quarto tu limita in cõtractib.ex liberalitate procedentibus,puta in donatione,duplici fundamento.Primo,quia cessat tunc ratio d.l.veterib. Secũdò,quia in eis fit latior interpretatio quàm in vltimis volun.c. cum dilecti.de dona.¶Ex istis habes plenè examinatam regu-
24 lam,ꝙ masculinum continet fœmininum. †Econtra autem appellatione fœminarum clarum est masculos non contineri.tex.est,qui rationem assignat in d.l.si ita scriptum,in princ.& ibi Imo.in vlt.col.gl.in §.fi.Inst.qui da.tut.pot.& in l.1.ff.de ver. sig.Facit,quod vult gl.in cle.attendentes.de statu mona.quæ dicit,ꝙ appellatione Abbatissę non venit Abb.Quid ergo si statutum disponat,ꝙ quis non teneat capras in villa sub certa pęna,an tenens hircos incidat in illam pœnam? vide per Albe.de Ros.in 1.parte statu.in q.114. incip. sed quid si statutum est in villa.vbi refert Host.dicere, quòd fuit determinatum Mutinæ de consilio Albe.Papiensis,quòd non:tamen Albe.dicit,quòd vidit seruari contrarium,& licèt nihil alleget, pro eo facit, ꝙ valde no.dicit D.Ant.de But.in cõmento.c.fi.in 9.car. de ꝓsue. ꝙ qñ rõ est vtrobiq; indifferens, tunc etiam fœmininum continet masculinum.quod diligenter not. pro limitatione iurũ
25 prælleg.¶††Secundò not.in versic. quod si dum proponitur. secundum Barto.& alios,quòd quando lex vtitur verbo præteriti temporis,non comprehenditur præsens de proprio significatu.& multominus continetur futurum tempus.l.cum lex vbi Bar.& alij.ff.de leg & istud inducitur per Bart.& alios post Iac.But.ad quæstionem statuti,quam plenius vide per Pau. de Cast.cum concor.de quibus per D.Alex.& quia Bar. non perfectè refert disputationem:ideo aduerte.Quærit Iac.But.Statuto cauetur, quòd si capitaneus aliquid proposuerit, quod sit contra vtilitatem public.sit priuatus ipso iure officio.Alio statuto cauetur, quòd non valeant reformationes ciuitatis, nisi sit facta propositio per capitaneum. Pone,capitaneus aliquid proponit contra public.vtilitatem:ciuitas statuit illud, an statutum valeat?dubium facit:an eoipso, quòd capitaneus incepit proponere contra publicam vtilitatem, sit priuatus officio.& si hoc dicimus,statutum ciuitatis non valebit.quia proposita non erit facta à capitaneo;sed à priuato. & est quasi qõ de puncto,vt in simili per glo.in l.sed & partus.§.fina. in verb. amisisse.ff.quod met.cau.Nam determinat Iac.quòd cum statutum vtatur verbo præteriti temporis,proposuerit,denotante perfectionem,fuit priuatus post propositionem:& vltra eũ facit,ꝙ si statuto cauetur, ꝙ quicunque portauerit bladum extra ciuitatem,puniatur certa pœna, non habet locum in eo q captus est in itinere,dum portaret: ex quo statutum vtit verbo præteriti tpis,ſm Bal.in l.si quis nõ dicam rapere.C.de epis. & cle.& in l.si fugitiui.C.de ser.fug.Io.And.in addi.Spe.in ti.de
26 consti.circa prin.† Alibi tñ Barto.in l.2.§.deinde.ff.de ince.rui. nauf.no.ex illo tex.ꝙ ablatiui absoluti, licèt sint præteriti tpis, tamen

ADDITIONES.

a ¶Pia causa.Contra facit Soc.lib.3.consi.55.inci.visis consilijs. PVRPV.

b ¶Limita.Limitatio 13.est,quam tenet Ias.in vt liberis.colum. 3. C. de collatio. PVRPV.

c ¶Adde,quòd secundum aliquos regula est, quòd in materia indifferenti quæ congruit vtrique & fauorabili masculinum concipit fœmininum. l. si quis ita.ff.de test.tut.l.si ita scriptum.de leg.2.cuius contrarium voluit Archi. 17. q.4.c.si quis suadente.quem sequuntur Alex.consi.61.lib.1.Ias.hic,& in l.2. nu.193.C.de iur.emphy.in l.maritus.nu.4.C.de procu.Dec.in ca.in præsentia,nu.46.de proba.consi.171.nu.4.consi.203.in prin.107.nu.4.Rip. in l. ex facto.§. si quis rogatus. nume.59.ff.ad Treb.& hoc in omnibus contract. locum habet. Dec.consi.301. numero 3.Hippol.singul.191. qui respondet ad contraria ꝙ loquuntur in testamentis in quib.plena fit interpretatiò,secus in contract.in quibus verba contra proferentem interpretantur.l.veterib.ff.de pac.l.Labeo.ff.de contrah.emp.ita refert Rom.consi.35.infra allega.qui hoc in art.plura etiam no.consi.98.148. cui adde Dec.d.l.2.de reg.iu. MASVER.

tamen verificantur in præsenti.Idem no.Bar. in l. si quis iacentem.per illum tex.co.ti. vbi reputat hoc esse mirabile.Alibi habes gl.in c.dilectus.secundo.in gl. 1.& ibi Doc. de præb. q̃ si in rescripto Papæ dicatur,si qua præbenda nunc vacat, q̃ comprehenditur ẽt vacatura in futuruu.Idem tenent Imo.& Ludo.Ro.in l.si quis mihi bona.§. iussum.& ibi limitant.ff.de acq. hær.¶ Limita notabile huius tex.vt procedat in pœnis temporalib. secus in pœnis spiritualib. puta in excõmunicatione. Vnde si Epͣs excommunicat eos,qui elegerint Titium,quamuis vtatur verbo præteriti temporis, quamprimum incipiunt eligere,quamuis non perficiant,statim sunt excommunicati, fm Inn.in c.præterea.de appel.Ratio est fm Pau. hic, quia excommunicatio gladius domini est penetrabilior vnguibus ac-
a expensis, potest in talib.expensis [a] condemnari absque alia citatione.glo.est in c.constitutus.in glo.pen.de procu.Docto.in l. sancimus.& ibi dixi.C.de iud.Tamen ad hoc vltimum respon. Imo.in l.quidam consulebant,in vlt.col.ff.de re iud.q̃ aliud est in mulcta,quæ imponitur ratione contumaciæ: quia cùm veniat extrinsecus,noua citatio requiritur,vt hic per Bar.Sed pœna condemnationis expensarum litis,est pœna intrinseca. Ideo aliam citationem non requirit. Tu adde aliam instãtiam, quia
b mulcta non potest imponi [b] nisi pro vera contumacia, secundum Bar.§.fi.in vlt.col.vbi dicetur.ĩ.ead.l.& tamen ad hoc,vt imponatur condemnatio expensarum, sufficit ficta contumacia,secundum Doct. in d.l.sancimus. & ratio quare aliud sit in mulcta, aliud in condemnatione expensarum in prædictis vltra Imo. est, quia mulcta est mera pœna, & applicatur fisco: Ideo in ea requiritur noua citatio. Sed in condemnatione expensarum propter contumaciam, quæ applicatur parti,& eatenus imponitur,quatenus interest parti, ideo non cẽsetur sic odiosa.Tenendo tamen conclu. Bart.q̃ requiratur noua citatio,eam sing.limita, nisi in præcepto pœnali iudex fuerit comminatus,q̃ non comparente,procederet ad impositionẽ mulctæ prout communiter dicitur in præceptis, dum dicitur alioquin,&c.tunc absq; alia citatione potest mulcta imponi.prout colligitur ex doctr.no.Bar.in l.impuberib.§. fi.ff.de excu. tut. & in l.non ignorat.ad fi.C.de fruc.& li.expen. Idem tenet Imo.in l.si finita.§.Iulianus.in 13.col.ff.de dam. infect. & ibi d. Alex.in 24.col.ibi dicit hoc probari in c.2.cum ibi not.per Io. And.& Doct.de testi.cog.quamuis contrarium teneat. Pau.de Cast.in
31 §.1.ĩ.ea.l.& d.Abb.in c.1.in 3.col.de iud.¶†Vlt.inquantum tenet Bart. q̃ mulcta imposita ratione contumaciæ potest pro-
c pter paupertatem [c] diminui: secus est in pœna.Adde, q̃ idem tenet Bar.in l.illicitas.§.fi.ff.de offic.præsid. Bal.in c. at si clerici. in 7.col.de iud.Pau.de Cast.& Lud.Rom.in §.1.ĩ.ea.l.Et rationẽm diuersitatis inter mulctam, & pœnam in hoc assignat notab.Bar.in l.iudex posteaquam.in 1.opp.ff.de re iud.Sed q̃ imò pœna ratione paupertatis possit minui, tenet Bal. in l.certa ratione.C.quando prouo.non est nece.& videtur esse doctr. Bar. Bal.Ang.& aliorum in l.quid ergo.§.pœna grauior.ff.de infam. dum concludunt,q̃ pœna potest ex causa diminui, vel augeri. Facit,qđ vult glo.no.in c.nisi.in glo.1. de offi.leg. quæ dicit arg.
d illius tex.q̃ Episcopus potest [d] ratione amicitiæ remittere pœnam gratis,sed non per pecuniam. Breuiter prædicta loquuntur antequam pœna sit imposita, quæ potest ex causa minui. Sed Bar.hic loquitur postquam pœna iam est imposita à iudice.& istud patet ex ratione,quam assignat Bar.in d.l.iudex posteaquam.Et propterea Bal.& do. Ant.de But.in d.c.nisi.intelligunt illam glos.procedere antequam Episcopus imposuerit pœnam per suam sententiam.

ADDITIONES.

a ¶Expensis. Adde Doct.in c.querelam.de procu.
b ¶Imponi. Adde Bar.in l.1.in prin.ff.si quis ius dicen.non obtemp. Bald.in l.si quando.in 2.col.C.de test.
c ¶Paupertatem.Adde Bal.in l.acceptam.in 24.q.C.de vsu.Spec.tit.de sen.§.6. vers.ergo.Io.An.& Car.in c.auctoritate. de Initi.
d ¶Potest.Adde gl.in c.licèt.de pœ.gl.& Host.in c.in Archiepiscopatu.de rap. Inno.in c.1.de const.

SVMMARIVM.

1 *Punitus vno remedio, potest alio puniri.*
2 *Contumax ad hoc, vt mulctetur, requiritur, quòd pro tali contumacia non sit processum ad aliquem actum punitiuum.*
3 *Pœna inconsueta quando imposita esset in præcepto, excusatur non comparens.*
4 *Inconsueta apposita in literis Papalibus, inualidant rescriptum,etiam si dicatur in eo,quod motu proprio Papæ sint apposita.*
5 *Mulcta ad hoc quòd possit imponi, requiritur, quòd sit vera contumacia.*
6 *Mulcta vt imponatur, requiritur in præcepto comminatio, culpæ, & quod per contumaciam fuerit retardatus processus.nu.7.*
8 *Lite non contestata iudex non potest procedere.*
9 *Inobediens in extremo debet mulctari.*
10 *Laborare in extremis quis dicatur.*
11 *Laborantes in extremis an possint facere aliquem contractum sine præsentia suorum propinquorum.*
12 *Contumax an possit pro quacunque citatione mulctari.*
13 *Principium intelligitur vsque ad medium.*

14 *Iurisdictionis duo sunt extrema.*
15 *Iudex potest mulctare non solùm litigantes, sed etiam aduocatum, & testes.*
16 *Iudex an possit punire penitus extraneos turbãtes suam iurisdictionem, tam in causis criminalibus, quàm in ciuilibus.*
17 *Carceres si quis frangeret,vel aliter faceret aufugere carceratos, incideret in l.Iul.maiest.*
18 *Debitorem alicuius occultans,& non patiens eum capi,an teneatur maximè ad creditum.*
19 *Si duo habent iurisdictionem in vno castro, & alter impediat alterum vti iurisdictione, tamen impeditus non poterit impedientem mulctare.*

§. Is videtur. Iste.§.legitur altero de nouem modis; quinque in gl. & quatuor extra gl.& omnes lecturæ approbantur excepta lectura Bulgari.h.d. Pro quacunque inobedientia in quacunque parte iudicij,& in quacunque specie iurisdictionis commissa,potest quis mulctari.hoc dicit.Et terminus,extremum,secundum vim vocabuli significat quicquid est extra medium,& ita Iurisconsult.ponit
a exemplum de inobedientia in executione.¶In ver.veluti,[a] qui est obscurus. talis est casus. Egi contra te rei vend. puta ad rẽ mobilem, vel ad æquum, vel ad librum,petens in libello me declarari dominum.Tu fuisti contumax in respondendo libello,& consequenter lis non potuit contestari, & sic non es passus rem vendicari,hoc est pronunciari.super rei vendi. diffinitiuè: quia vbi non est lis contesta.non potest perueniri ad aliquam sententiam diffinitiuam.l.fi.§.illud. C.de temp. app.not. in l.prolatam.C.de sent. Tamen propter contumaciam tuam iudex processit contra te ad primum decretum, quo mediante fecit rem petitam à te abduci, si erat animata,vt equus: vel fecit auferri, si erat inanimata: tamen quia magis intererat in ea rem vendicari mediante sententia, & sic pronunciari diffinitiuè me esse dominum illius rei.& istud fieri non potuit propter contumaciam tuam, ideo debes mulctari. ¶In text.ibi,& sequentia.i.medium,& vltimum, quia medium, & finis sunt sequentia ad principium.q.d.siue sit contumax in prin. siue in medio, siue in fine pro quacunque inobedientia potest mulctari,cùm iudicium tres partes habeat.Auth.ad hæc.C.de iud.
1 ¶†No.ex isto tex.in ver. veluti, q̃ licèt reus sit punitus in hoc, quia res petita propter contumaciam suam fuit ab eo ablata, & data parti in tenutam,& cõsequenter passus est miss.in poss. ex primo decreto: tamen adhuc potest mulctari,& consequẽter punitus vno remedio,potest adhuc alio puniri. Tex.est hic no.& ita tenet Bal.hic,& in §.fi.in 4.col.per gl.ibi ĩ.ea.l. & Bar. (si bene inspexeris) in Auth.qui semel.in vlt.col.in ver. q̃ si res est præsens.C.quomodo,& quando iud.Facit tex.in c. quoniã frequenter.§.fin.vt lit.non contest. Istum tex.in verbo,sed duci eam,vel auferri,limitat sing.Paul.de Castr. hic. vt procedat,vt
b iterato [b] citetur,& perseueret in contumacia: alias per missionem in poss.sat is fuit punita prima contumacia.l.satisque.infra.tit.1.& dicit Pau.de Cast.hic,q̃ illud præstat intellectum ad totum tit.Facit tex.in d.c.quoniam frequenter.§.fi. vbi gl. & d. Abb.qui limitat,nisi nimia contumacia deprehenderetur. Istã
c limita.sequitur,& commendat do.Alex.hic,[c] qui dicit ita limitari sing.doctr.Bar.in d.l.consentaneum.in fin.col.cum multis concord.quas dixi in princ.huius.l.q̃ sequitur etiam d. Alex.in
2 §.fi.in pen.col.infra ea.l.† Et ex hoc collige vnum requisitum, q̃ ad hoc,vt contumax mulctetur,requiritur, q̃ pro tali contumacia non sit processum ad aliquem actum punitiuum.vnde si aliquis fuit citatus ad respondendum libello,& fuit contumax,fuitque cõcessa missio in pos.ex primo decreto, & sic isto modo fuit punita eius contumacia, licèt iudex habeat alia remedia,quib. possit procedere contra contumacem.l.1.§.quid ergo.ff.de ven.inspi.l.consentaneum. C.quomodo, & quando iud.tamen iudex non posset vti alijs remedijs nisi de nouo citaret,& esset adhuc contumax: quia præcedens cõtumacia,quę fuit punita non sufficit ad hoc, vt possit procedi ad alia remedia.Satis enim fuit,q̃ fuit punita,vt prædixi.Adde secundò requiri,q̃ præceptum fuerit iustum.Nam si euidenter esset iniustum,posset impunè superni: nec per hoc potest quis mulctari.l.2.& 3.ff.ne quis eum qui.gl.in l.non videtur.§.qui iussu.ff.de reg.iur.Bar.hic in vlt.col.circa.prin.in 2.oppo. vnde dicit idem Bart.in vlti.col. post medium, q̃ ita demum pro contumacia potest

ADDITIONES.

a ¶Veluti.De verbo,veluti,Dec.in c.1.2.lect.vlt.no.de iudi. PVRPV.
b ¶Sed quòd non requiratur noua citatio, no. Dec.in cap. de causis.col.8.de offic.deleg.Bal.hic.3.col.& supra in prin.Item procedit respectu fisci secundum Dec.vbi supra,& vide Bal.hic.2.col.in prin.huius.l. BELLOT.
c ¶Fac.l.Fulcinus.§.fin.quib.ex causis in pos.ea Bal.consi.54.libr.2. Barb. consi. 36.col.3.lib.3.Socin.consi.20.col.3.lib.3. PANCIR.

s potest quis mulctari,qñ est inexcusabilis: aliàs secus. ¶ † Adde fortius, (& nunquam obliuiscaris,) ꝙ quando in præcepto esset apposita pœna inconsueta, excusatur non comparens: & propterea nec potest mulctari: puta cùm in causis ciuilib.in præcepto solitum sit dici,ꝙ compareat sub pœna 10.florenorum.Certè si in p̃cepto diceretur sub pœna æris & personę,excusaretur non comparens. Ita sing.tenent Ang.nec alibi in mũ
a do inuenies in l.fi.ª C.de can.largitio.lib.10.Facit,quia clausulę insolitæ arguunt actum esse suspectum.gl.est trita in l. quæ sub
4 conditione.cum concord.ff.de condi.inst. † in tantum, ꝙ dicit sing.Bar.in l.fidei com.§.si quis decem.ff.de leg.3. ꝙ inconsueta apposita in literis Papalibus inualidant rescriptum,etiam si dicatur,ꝙ in eo motu proprio Papæ sunt apposita,qđ valde no.
5 ¶† Tertiò requiritur ad hoc,vt mulcta possit imponi,ꝙ quis sit in vera contumacia. Nam pro ficta contumacia quis mulctari non potest,ita tenet Bar.in §.fi.vlt.col.vbi dicam.j.ea.l.Pro nũc dr̃ verus contumax,qui personaliter fuit inuentus à nuncio:& dicit,ꝙ non vult comparere,vel non comparuit sine iusta causa,vt est gl.in l.fi.ff.de in integ.resti.Si autem ex iusta causa non compareat,non potest mulctari.gl.in §.fin.j.ea.l.quam multũ.
6 no.Doct.Et istud etiã dicit Bar.hic in discursu in fi.col.¶† Quartò requiritur,ꝙ in præcepto sit apposita comminatio mulctę: aliàs si fieret præceptum alicui simpliciter,& non compareret, non posset mulctari: quia iste potuit credere, ꝙ eo non comparente non deberet procedi ad aliquam mulctam: sed ad alia remedia.Ita tenet Pau.de Cast.hic, dicens ita fuisse de mente.
b Iac.But.hic,& licèt d.Alex.ᵇ reprobet,vt hic per eum: tamen æquiuocauit: quia intellexit Pau.de Cast.velle,ꝙ in præcepto debeat esse expressa certa pœna: sed ipse hoc non dicit,sed solùm de comminatione mulctandi: & pro eo potest addi simile,ꝙ ad hoc, vt præceptum peremptorium teneat,requiritur, ꝙ in eo sit comminatio,vt est gl.in l.si apparitor.quam Bar.ibi multum no.C.de cohor.lib.10.& est tex.in l.in peremptorio,in ver.comminatur.ff.de iud.quem bene alleg.gl. in d.l. si apparitor.¶† Quintò,& vltimo requiritur, ꝙ propter talem contu-
7 c maciam fuerit retardatus,vel impeditus processus: & alia pars damnificata: aliàs non potest mulctari vt contumax: puta si aliquis esset citatus ad videndum iurare testes, vel eos examinari.Nam si fuit contumax,per hoc non potest mulctari, quia eo non comparente proceditur ad examinationem. Ita tenet Pau.de Cast.hic,referens,ꝙ ita limitat istum tit.solus Bal.in lec. antiqua,& ꝙ nullus alius tangit, & ꝙ est singulare dictum. Et monetur per l.non ex omnib.ff.de arbi. Sequitur.d.Alex.hic.3. col.& etiam in vlt.circa fi.sed debuerunt allegare Bald.plenius in lect.ord.s̃.ea.l.in prin. vbi dat regulam generalem, ꝙ omnis contumacia, in quolibet genere, quæ habet impedire iurisdictionem iud.quominus sortiatur effectum, debet mulctari, vt contumacia in non veniendo.l.contumacia.ff.de re iudi. Item in non patiendo.l.si quis missus.ff.ne vis fiat ei. Item in non restituendo.l.qui restituere.ff.de rei vend.non autem potest mulctari contumacia in non probando,quia per eam non offenditur prætor, & satis punitur contumax per exclusionem à iure probandi.d.l.non ex omnib.& c.coram felicis.de in integr.rest. iuncta regula.l.qui accus.C.de eden.Simile in contumacia nõ agendi,vel non accusandi non offenditur p̃tor,sed contumax excluditur.l.Titia.ff.de accus.l.si ea.ff.qui accus.non poss. Et similiter in cõtumacia non appellandi. Subdit tñ ibi mirabiliter Bal.secus esse in cõtumacia in non rñdendo positionib.quia licèt habeatur pro confesso.gl.in l.certum. in princ.ff.de confes. (& sic non interest aduersarij) tamen ſm Bald.quia offenditur prętor, potest contumax mulctari. Sed certè ista ratio parum concludit,quia idem posset dici in casibus proximè præcedentib.vnde considera si dictum Bal.posset saluari per illud, qđ dicunt domini de Rota conclu.19.prout refert Gem. in c.1.§.fi. de elec.in 6.& d.Alex.hic in fi. ꝙ quando ex contumacia citati non impeditur processus,nec interest aduersarij, quamuis tũc iudex non possit eum mulctare ad instantiam partis, tamen si
d iudex perpenderet, ꝙ istud malitiosè faceret, ᵈ & in contemptum iudicis,posset eum mulctare.arg.l. & si prætor.in prin.ff.
8 de iud.¶† Contra prædictum quintum requisitum facit, quia eo attento non posset quis mulctari pro quacunq; contumacia,& inobedientia,vt omnes volunt, sed solũ pro inobedientia commissa ante lit.contest. quia lite non contest. iudex non potest procedere. Si ergo contumacia committeretur post, quia nunquam impeditur processus,non posset pars mulctari, qđ est falsum. Patet ex eo,qđ volunt omnes hic super vlt.q.dũ quærunt, quæ differentia sit inter istum titu.& illum, si quis in ius voc.non ie.& dicunt, ꝙ ille tit.solùm habet locum, quando quis fuit contumax in non veniendo ad iudicium. sed iste tit procedit quotiescunque quis sit contumax in non veniẽdo in omni tempore iudicij: siue etiam sit contumax in non faciendo,puta in non restituendo,vel in non patiendo executionem,prout etiam dicit Alb.in §.fi.in fi.col.j.ea.l.& tñ in istis ex contumacia non impediebatur processus. Cogita circa istud
e quintum requisitum. ¶Capio gl.magnã in ver.extremum. q̃ diuide in 6.partes.in 1.ponit vnum intellectum.In 2 ponit aliũ intellectum Bul.& postea p̃ eum format duas leues opp. In 3. ponit alium intellectum Ioannis,quẽ approbat, & circa illum intellectum format duas q.In 4.ponit alium intellectum. In 5. aliũ. In 6.& vlt.quærit,quid differat iste tit.a ti.j.fi qs in ius voc. non ier.& ponit tres differentias. Secunda ibi, secundo dic ſm Bul.Tertia ibi,tu autem ſm Io. Quarta ibi, vel puto literã hãc. Quinta ibi,vel dic.Sexta,& vlt.est ibi,item qđ differt.sed in hac vlt.dic meliorem dr̃iam,vt s̃.dixi in text. ¶In gl.ibi,trib.modis lege. Ang reprobat, qa imò quinq; modis legit, vt patet in gl. sed salua gl. quia non sunt nisi tres intellectus in effectu: quia quartus, & quintus non diserepant à tertio, quia ſm omnes illos tres,extremum capietur pro principio, & fine, licèt aliter
9 exemplificet,& primus intellectus toleratur.¶† In ea.glo.ibi secũdo dic ſm Bulg.Pro isto intellectu,ꝙ extremum capiatur.i. vltimum.Facit,qđ dicimus.iste laborat in extremis.i.in vltimis vitæ.Facit etiam,qđ dicimus, extrema gaudij luctus occupat, & ſm hunc intel.in hoc tex.sunt duo dicta. vnum expressum, inobediens in extremo.i.in fin. & sic in executione debet mulctari,& de hoc ponitur exemplum in versi.cæterum.in verbo sequentia,hoc capiendo pro executione.Ex hoc sequitur tacitum,ꝙ qui fuit inobediens in prin.vel medio, non mulctatur, dummodo obediat in executione.Et ponitur exemplũ in ver. veluti.& licèt Bart.dicat, ꝙ nullus tenet hunc intel. tñ Alb.refert Gabrielem audiuisse in publica disputatione sustineri hũc intellectum,pro quo multum stringit aduersatiua cæterũ: vbi punitur contumacia. Ergo cũ aduersatiua debeat aduersari in iure,& in facto: ergo in casu præcedenti non punitur. vñ oportet,ꝙ sit copula,& dicatur cæterum, & si, quia aduersatiua cũ copula denotat idem ius, vt infra dicit gl. Ad idem põderatur dictio tunc,quæ denotat extremitatem.l.4. in fin.ff.de condi.& dem.Pro eo. intellectu bene facit tex.in l. sed & hæ.§.fi. cum l. seq.ff.de procu.Iste intellectus Bulg.reprobatur per omnes.Primò,quia facit violentiam literæ.Secundò per tex.in l.2.§.1.ff.si quis in ius voc.non ie.vbi ẽt contumacia in prin.cõmissa mulctatur.Tertiò in p̃rium facit: quia si aliquis fuit citatus,& in 1. & 2.citatione fuerit contumax: licèt postea in tertia cõpareat: tñ pro duab.primis est mulctandus,ſm gl.Bar.& alios in l.sancimus.C.de iud.vbi dixi,& Bar.hic. Ad tex.in d.l. sed & hæ.§.fi. cum l.seq.variæ solutiones dantur per gl.& Doct.ibi. Quãtum ad propositum rñ.ꝙ ille tex.loquitur quantum ad hoc, vt dãs dicatur defendi,non autem quantum ad hoc, vt inobedientia mulctetur,vel non: quia tunc procedit ista,ſm Alb.& Ful.hic.
10 † Quis autem dicatur laborare in extremis, dic, ꝙ ille, qui ex aliqua infirmitate decessit absque hoc,ꝙ aliqđ interuallum sanitatis habuerit,daro,ꝙ multis dieb.superuixisset.Tex.est no.in l.alumnę.ff.de alimen.lega.quem tex. dicit esse vnicum in iure
11 Bal.in c.1.in vlt.col.de pac. † & infert ad statutum disponens, ꝙ in extremis laborantes non possint aliquem p̃dictum facere sine præsentia suorum propinquorum. Facit p̃ illud,qđ tenet Bar.in repe.l.1.in 3.col.vbi dixi.C.de sac.san.eccl. vbi in simili re
f net Bar.ꝙ ille dicatur in articulo mortis constitutus,qñ instat periculum mortis.Tertius intellectus Ioan. approbatur à gl.& Doct.ꝙ extremum capiatur pro primo, & vlt. & hoc denotat vis vocabuli,qđ componitur ex integro,& corrupto.Nam extremum dr̃ omne, qđ est extra medium, & sic principium, & finis.Et ad idem tendunt duo alij intellectus seq. licèt aliter, & aliter exemplificent.¶In ea.gl.ibi,nam omnis vocatus non ve-
12 niens,vel inobediens puniendus est. Habes † ex hac glo.ꝙ pro quacunque citatione potest contumax mulctari,prout dixi in parte præcedenti gl.& sic ex ista gl.infertur,ꝙ ad hoc,vt contumax possit mulctari,non requiritur,quòd ter fuerit citatus,vel
* peremptoriè, & istud tenet Bar. *& alij omnes hic.* Sed tu pondera,ꝙ gl.inferius ibi dum dicit,cum & citari pluries debeat.sen-
g tit contrarium.ᵍ Et ꝙ trina citatio requiratur,tenet Bal.in l.qui crimen.

ADDITIONES.

a ¶Sequitur Fely.in c.2.ver.stylus.de Rescr. & vide Ias. in l.testium. C.de testib.
b ¶Pro Alex.est tex.in simili in l.si quis domum.§.fi.ff.loc. BELLOT.
c ¶Sexto requiritur,quòd constet iudici de vera contumacia.Dec.post Abb.in c.Quoniam contra.col.11.de prob.
d ¶Requiritur tamen, ꝙ constet iudici de vera contumacia,secundum Dec.in c.Quoniam contra falsam.col.1.post Abb.de proba. PANCIR.
e ¶Requisitum. Adde l.vxor.ff.de vsufr.leg.gl.in cle.1.de iure pa.Raph.in cons. 50.incip.quidam Raymundinus.
f ¶Mortis. Adde glo.& Doct.in c.pastora.de offi.ord. Inno.& Host. in c.de his. de sent.excommun.
g ¶Vide Ias. in l.sancimus.col.5.q.6. C. de iud. BELLAC.

crimen.in 8.q.C.qui acc.non poſſ.vbi tenet, ꝙ ad hoc vt pars conſtituatur in contumacia, requiritur trina citatio. Ad idem facit, quia ēt ad miſſionem in poſſ. ex primo decreto requiritur trina citatio.l.pñt.§.2.C.de his,qui ad eccl. confu. l.cōſentaneum,vbi Doct. C.quomodo, & qñ iud.& plenè per Bar.& alios in l.ſi finita.g.Iulianus,in 1.car. ff.de dam.infect. Ad idem facit,quia non poteſt quis priuari officio, niſi ter citatus,l.impuperib.§.fi.ff.de ſuſpect.tu.Bald.& alij Canoniſtæ in c.ex literis,de conſt.Facit gl.in cle.1.de vi.& hon.cle.& voluiuit Ang.in §.ſi quis verò non implens.in Auth.de hęr.& Fal.cum concor. quas aliàs dedi.¶In ea.gl.ibi, vel extremitatem quamlibet vſq;
13 ad medium procedere. ſigna multū † iſtam gl.quę inducit per Bar.& alios ad ſtatutum faciens mētionem de principio tpis, vel de principio loci, puta ꝙ Poteſtas teneatur tale quid facere in principio ſui officij, vel qđ delictum cōmiſſum in princi.
a platea grauius puniatur.Nam principium intelligitur [a] vſq; ad mediū, ſic in gl. prima extremitas intelligit̄ à principio vſq; ad medium,de quo dic,vt plenius per Bar.in l.per hanc.in prin.C. de temp.appel.& in l.2. vbi etiam Ange. ff.de fur.Bald.in l.1.in prin.p illū tex.ff.de ori.iu.& in rub.ff.de rer.diui.in antep.col.p Ang.in Auth.de menſura.ordinandorum, & in l. diuortio.ff. de neg.geſt.¶In ea.gl.ibi,vel dic quinto.adde ſextum, & ſeptimum intellectum,vt hic per Bar.Octauum intellectum poſuit quidam D.Benedictus Doctor antiquus,quem refert Albe. de Roſ.hic in vlt.col.fidelis conſeruator antiquitatis, q intelligebat extremum.i.peremptorium,vt ſit ſenſus,ꝙ qñ aliquis citat̄ peremptoriè,& ſit contumax, tunc bñ poteſt mulctari. Si autem ſimpliciter citetur,ſecus eſt. ſed iſte non eſt bonus intellectus:quia exemplum poſitum in ver.veluti.non bñ adaptatur. Item quia cōtumax in 1.& 2.citatione,ante peremptorium tñ mulctari debet,ſm gl.& Docto.in l.ſancimus.C.de iud.& Bart. & alios hic,licet Spe.in plurib. locis relatis per me in d.l. ſancimus.teneat ꝫrium.¶Nonus, & vlt. fuit intellectus Bald.hic,ꝙ iſte tex.non loquatur de extremitatib.iudicij,prout gl. & Doct. intellexerunt:ſed loquatur de extremitatib iuriſdōnis, vt clarè
14 patet in tex.qui dicit, quod extremum in iuriſdōne.† Vñ dr̄, ꝙ duo ſunt extrema iuriſdōnis, vnum conſiſtit in iubēdo partes coram ſe comparere.aliud quod cōſiſtit in iubendo partib.aliquid dari,vel fieri,vel pati,poſtq̄ comparuerunt.Vñ vult tex.dicere,ꝙ ſi in quacunq; extremitate iuriſdōnis aliqs ſit cōtumax poteſt mulctari.Et de primo ponit exēplum in ver.veluti. de ſcdò in ver. cæterum. Et dicit Bal.ꝙ iſtud voluit dicere Io. in ſuo intellectu,dum dicit extremum.i.primum,& vltimum iuriſdōnis,q̄uis gl.non intellexerit,& dicit Pau. de Caſt. ꝙ iſte in-
15 tellectus Bal.eſt pulcher,& ſubtilis.¶† Ex gl.format Bar. tres q. Adde in prima dum concludit,ꝙ iudex pōt etiam mulctare non ſolum litigantes ſed ēt aduocatos,& teſtes. Adde, imò pp contumaciam pōt imponere teſti pęnam confiſcationis bon. ſm Bal.in c.2.per illum tex.de teſt.cog. quod reputat no.dignū. ¶Limita iſtam concl.Bart.duob.modis.Primo vt procedat in iudice ordinario,ſecus eſt in hñte iuriſdōnem prorogatam, q non poteſt teſtes contumaces mulctare,ſm Lud.Rom.hic allegantem gl.in c.Romana.in verbo ſuſcipere,iunctam cum tex. de foro compe.in 6.¶Scdò limita vt procedat in iudice,de cuius iuriſdictione non dubitatur,aliàs ſi eſſet iudex, de cuius iuriſdōne dubitatur,q̄uis ipſi litigantes citati teneantur compare re,aliàs pūt mulctari.l.2.ſ.ſi quis in ius vocat.non iere. & in l.ſi quis ex aliena.ff.de re iud.Tñ ſecus eſt quo ad aduocatos,& teſtes.Ita ſing.limitat Inn.in c.cū ꝓtingat, de reſcr.in 1.col.in fin. in gl.ſua in ver.innoteſcat.in ver.Item no.ꝙ licet partes.Refert
16 & ſequit̄ Ang.in l.2.in 1.col.ff.ſi quis in ius voc.non ier.¶† Circa ſecundam q.Bart.in quantum quærit,an iudex poſſit punire penitus extraneos turbātes iuriſdōnem ſuam, tam in cauſis criminalib.q̄ in ciuilib.& ſe remittit. Adde,ꝙ ſi aliqui eximerēt ex manib.familiæ Poteſtatis captum pro aliquo delicto,p quo eſſet condemnatus, certè eximentes incidunt in crimen læſæ maieſta.ſm Bar.in l.cuiuſque.per illum tex. ff. ad l.Iul.maieſta. & in l.legis Iuliæ.ff ad l.Iulia.de vi priu.Ponit not.Bal.in l.addictos.C.de epi.aud.vbi etiam per eum. Quid ſi eſſet captus pro debito priuato,dic vt p Bar.in extrauag.ad repr.in gl.ſua in ver. tangat. Prædictam conclu.limitat ſing.Io. Fab.in §.pœnales,in pen.colum.Inſti.de act. quando damnatus pro delicto eſſet captus ab Imperatore,vel eius officiali, tunc bene incideret in l. Iul.maieſta.& idem in alio principe non recognoſcente ſuperiorem.Si autem eſſet captus ad inſtantiam inferioris puta,Ducis,vel Marchionis,vel ſuorum officialium,tunc eximens non incideret in l.Iul. maieſta. ſed aliter deberet extra ordinem pu-
17 niri. ¶† Not. quia eſt magna limitatio ad prædicta iura, & ad
b dec.Bar.adde ꝙ eodem modo ſi quis frangeret carceres, [b] vel aliter faceret aufugere incarceratos, ſimiliter incidit in l. Iulia. maieſt.ſm Bal.in d.l.addictos,ſed de hoc aliter dicā in l.ſed exi

mendi.§.1.poſt Bar.& alios ibi.ff.ne quis eum qui.Si autem eſſent incarcerati pro debitis priuatorum, faciens eos aufugere
c de carcerib.tenetur [c] ſatisfacere omnib.creditorib.tex.eſt ſolēnis in l.quoties.C.de exac.trib.lib.10. vbi tex.iuncto vno intellectu glo. adhuc probat illud, quod eſt ſing. ꝙ etiam ſi illi denuo reducantur ad carceres,hoc non obſt. qui fecit eos primò fugere,tenetur creditorib.ſoluere. Et ita per illum tex. tenet in ſpecie Sali.in l.in bonæ fidei.in 10.col. C.de reb.cred.& in l admonendi.ff.de iureiur.& ibid.Lud.Rom. in 25.col. refert,& ſe-
18 quitur.¶† Si aūt aliquis occultat debitorem alicuius,& nō patitur eum capi,an teneatur maximè ad creditum? Bal.in l.fi. C. de oper.li.tenet,ꝙ nō teneatur.Sed Sali.ibi tenet ꝫrium, & for-
19 tè melius.¶† Circa vltimam qōnem Bar.inquātum tenet ꝙ ſi
d duo [d] habent iuriſditionē in vno caſtro,& vnus impediat aliū iuriſditione vti,ꝙ non poteſt eum mulctare, quia par in parē non habet imperium. Limita niſi eſſemus in caſu, quo mora eſſet periculum allatura, donec interim adiretur ſuperior, put no.dixi in l.1.in prin.ſ.de off.eius cui mād.eſt iuriſd.vbi ad hoc allegaui in terminis Bal. & quoſdā alios cōcor. Iaſon Paduæ.

ADDITIONES.

a ¶Intelligitur. Adde Bar.in l.2.ff.de fur.Bal.in rubr.ff.de rer.diui. Et ex principio regulatur medium, & finis, & ea omnia concordare neceſſe eſt ad hoc, vt actus valeat.no.in l.4.§.ſi ab ignoto.ff.de manumiſſ. MASVER.

b ¶Carceres. Adde Spe.in tit.de præſe.in §.2.Hoſt.in c.à nobis,de apoch.Hippol.ſing.273.

c ¶Tenetur. Adde,ꝙ hoc ſequitur Euerard.lib.Argu.loco à fiſco ad Eccl.& no. Anch.conſ.340.Barba.conſi.76.lib.4.Hippol.ſing. 137. 237.Alex. conſi.35. lib.2. MASVER.

d ¶Si Duo. Adde Cy.in c.prudentiam,de offi. deleg.& quod qñ ſubditus offendit dñm,alius condominus poſſit cognoſcere, tenet Nat. conſ.87.poſt Bar.& Iaſ.in l.qui iuriſdictioni.de iur.omn.iud.& ꝙ vnus collega non puniat alium turbantem ſuam iuriſdictionem,ſcribit idem Nat.d.conſ.87.Bart.in l. ſi quis violauerit.ff.de rer.diui.quæ omnia declara vt per Catel.ver. par.in parem. MASVER.

SVMMARIVM.

1 *Ex contumacia procur. non poteſt dominus mulctari.*
2 *An in his,quæ ſunt gravis præiudicij, contumacia procuratoris noceat domino.*
3 *Contumacia eſt delictum.*
4 *Ex contumacia procuratoris excommunicatur dominus.*
5 *Si cuſtodia eſt diuiſa per deputatos, vt medietas ipſorum dormiat vſq ad mediam noctem, & alia vigilet, ſi interim occupetur caſtrum, medietas, quæ dormiebat, non tenebitur.*
6 *Si caſus eueniat procuratori, per quem de iure communi excuſatur, ita excuſabitur dominus.*
7 *Quando procurator eſt factus dominus litis per litē conteſt. procurator & dominus cenſetur vna perſona.*
8 *Si procurator citetur, & eſt contumax, an eius contumacia noceat domino.*
9 *Contumacia procuratoris non nocet domino, vt poſſit mulctari.*
10 *Ex contumacia procuratoris non poteſt veniri ad ſecundum decretum contra dominum.*
11 *Contumacia procuratoris in non reſpondendo poſitionibus præiudicat domino.*
12 *Ex contumacia procuratoris præiudicatur domino in non appellando.*
13 *Sententia lata in cauſa vſuraria, nunquam tranſit in rem iudicatā. Ideo ſemper poteſt appellari.*
14 *Ex vera contumacia procuratoris non perdit dominus beneficium appellationis.*
15 *Si procurator generalis eſt contumax in vno articulo, (quo caſu non debet audiri, niſi refectis expenſis) quis debeat condemnari in talibus expenſis.*
16 *Procurator quando præiudicat domino in faciendo.*
17 *An, & quando factum, vel delictum procuratoris noceat domino.*
18 *Notarius præſumitur rogatus, vt ponat clauſulas conſuetas, quando fuit rogatus, vt faceret inſtrumentum ad conſilium ſapientis, vel quando eſt ita ſapiens, ꝙ non eget dicto conſilio.*
19 *Procurator conſtitutus ad contrahendum, vel aliud faciendum, poteſt in contractu ponere pacta, & pœnas, quæ ſolitæ ſunt apponi.*
20 *Vbi in mandato ſunt talia verba, ꝙ procurator poſſit facere omnia, quæ dominus principalis, an per hæc verba poſſit donare, vel alienare.*
21 *Ex contumacia tutoris, vel curatoris non mulctatur minor.*
22 *Si tutor egerit litem calumnioſam, ipſe poteſt in expenſis condemnari.*
23 *Ita mulctatur inobedientia actoris, ſicut rei.*

§. Si procurator.

Iſte §. in text. & glo. parum habet, ſed continet materiā multum vtilem,& Barto. nullibi plenius attingit. Qui eſt in iudicio nomine alieno per ſuam inobedientiam mulctatur, & non dominus. Item hoc edictum habet locum tam in actore
1 quàm in reo.hoc dicit, vſque ad §.fi.¶† No.primò, ꝙ ex contu-

macia,vel inobedientia procuratoris non potest mulctari dominus,sed procurator.Concor. tex.in l.neque infantes. ff de fideicom.liber.quem Bar.ibi ad hoc no. & ad multa bona inducit, & dicit q̃ illum tex.non allegauit in ista l.quia non fuit memor.Ante omnia inuestiganda est ratio huius tex.Bar.in 1.col. ante fi.assignat rationem,quia impositio mulctę est magni pręiudicij. Ideo non præiudicat domino,sicut nec in missione in poss.ex 2.decreto,quæ similiter est magni pręiudicij.Istam rõnẽ reprehendunt D.Ant.& Imo.in c.1.vt lit,non contest.Saly, in l.3.C.de procu.cum iste tex. loquatur non solum in grauib, multis,sed ẽt in leuib.Patet, quia principium loquitur ẽt de leuib,& in hoc §.nostro ponitur quædam limitatio, seu fallentia:quod confirmo,quia per quacunque minima inobedientia potest quis mulctari,vt probat gl.mag.in prin.in §.1.ſ.ea.l.quã
2 Ange.ibi ad hoc no.† Item non est verum prętsuppositum Bar,
a q̃ in his,quæ sunt grauis præiudicij contumacia procu. non noccat dño,Nam sententia diffinitiua est grauis præiudicij, & tñ contumacia procur.facit, vt possit deueniri ad sententiam diffinitiuam contra dñm.c.1.in fi.c.cum causam.de dolo,& cõtum.c.suborta.de re iud.l.3.C.quomodo & qñ iu.cum fi.Item contumacia procu.in non appellando præiudicat dño. l.1.§.fi. ff.quando appel.& ĩ.dicẽt.Item contumacia procu.in non rñdendo positionibus facit eas haberi pro confessatis in præiudicium dñi.cap.si post præstitum.de confes. in 6. quicquid dicat Bar hic in 2.col.& tamen ista sunt grauis præiudicij,ergo ratio
b Bar.non est vera. Item propter contumaciam procu. potest excõmunicari dñs.c.1.in fi.vt lit.non contest. & tñ est magni
3 præiudicij,ergo ratio Bar,non est vera.¶† Secunda ratio est,
c quia contumacia est delictum. gl.in §.fi.& ibi Bar.in fi.vbi di
d cetur.ĩ.ea.l.ergo nunquam procurator censetur habere mandatum,vt sit contumax,imo totum ẽcontra,vt compareat,ergo si diligenter non obseruat formam mandati,non præiudicat domino,l.diligenter.in prin.ff.man.c. cum dilecta.de referi. c.porro,& ibi glo. de priuileg. Istam rationem voluit assignare gl.hic dum dicit, q̃ erat procurator non ad hoc, sed ad alia. Istam rationem sed in alio proposito tenuit.Bart.hic.in 2.col. & in l.1 §.fi quando appel sit.Bal.in Auth.hodie in 1.colum.C. de appel.Istam rationem impugnat ipsemet Bal. in c.1. in fi.in vlt.colum.vt lit.contest. Nam vult, q̃ prædicta regula,q̃ fines mandati sunt diligenter custodiendi,procedat committendo, & sic in faciendo,non autem in omittendo,quia ratione omissionis præiudicat ille,qui non præiudicaret committendo. l.iubemus nullam.in prin.C.de sacrosan.eccl. l.fi. §.si quis professus.ff de pub.Et ad hoc multa adduxi in l. 2. in §.si filius.s̃.tit.1, ¶Not. quia magna, & solennis limitatio est ad regulam prædictam,sed non pono eam pro constanti. Huic rationi magis obstat,quia attenta contumacia procu.cùm sit delictum, non deberet præiudicare etiam quo ad miss.in poss.ex primo decreto, contra ea,quæ inferius dicam.¶ Tertio est vera ratio, & fundamentalis,& hanc tenẽt Canonistas in c.1. vt lite non contest.Saly.in l.3.C.de procu.Nam ad hoc vt quis possit mulctari,requiritur vt sit in vera contumacia,& ficta nunquam sufficit,vt no.Bar.in §.fi.in vlt.col. post gl.vbi dicetur, ĩ.ea.l.sed contumacia procur.non habet verum contemptum domini, sed fictum.Tex.est in d.c.1.& ibi Bal.multum no.& tex.in d.l.neq; infantes,& ibi Bar.no.Et q̃ ex ꝯtumacia procu,dominus dicatur fictè contumax,& non verè,ponit Bart.in l.sed si vnius.§.si seruus.ff.de iniur.per l.1.§.deiecisse.cum glo.ff.de vi,& vi arm. Potes quarto aliam rationem adducere, quia cùm ista pœna mulctæ quando est pecuniaria æque possit cadere in procuratorem,sicut in dñm, & delictum immediatè committatur à procuratore,æquius est mulctari procuratorem, quam dñm. Istam rationem voluit Bar.alleg.istum tex.in l.si procurator.in 2.col.in prin.ff.de condi. inde. Tu ista ratio non est gñalis,cùm possint contumaci imponi aliæ mulctæ,quàm pecuniariæ, vt dixi in prin.huius l.¶ Limita istum tex.nisi dñs fuerit sciens l.fi. & ibi Bar.ad hoc no.C.de excoct. & transla. lib.12.& Bart.hic. in 1.col.in fi.Faciunt quæ dixi in l.3.§.si procurator. s̃.tit.1. Facit quod no.Bar.in l.2.per illum tex.ff de nox.vbi not. q̃ procurator delinquendo facit dominum incidere in pœnam,licèt nõ haberet speciale mandatum ad hoc,quando dñs est sciens, qa talis scientia,& patientia domini habetur pro mandato.Alleg. Inn.in c.ex parte decani de rescrip.& tex.in l. qui potest prohibere.ff.de reg.iur. Istam rationem comprobo pulchra ratione. Nam ideo contumacia procura. non facit, vt dominus possit mulctari,eo quia requiritur vera contumacia, vt prædixi, sed ego habeo,q̃ illa,quæ erat ficta contumacia,efficitur vera domino sciente,& non purgante.tex.est in d.c.1. in fi. & ibi Bal.in 3 colum.ad hoc no.& dicit, q̃ est melior tex. qui sit in iure ad
4 hoc.¶† Pro clara intelligentia text.opponitur, q̃ imò contumacia procur. noceat domino, vt hic per Barto. qui tripliciter opponit,quia & vltra Barto.comprobatur, q̃ ex contumacia procur.excommunicatur dominus.Item peruenitur ad diffinitiuam contra dominum. Item positiones habentur pro confessatis contra dominum,vt prædixi.& sic patet, quòd contumacia procur.in multis nocet domino.Innoc.in c.1.vt lit.non contest.Respon q̃ contumacia procur. nocet domino in his, quæ respiciunt processum iudicij. Ita loquuntur cõtraria.aliàs secus.Et istam doctri refert simpliciter Bart.hic, sequitur Sal.in l.3.C.de procu.Sed Inn.in d.c.1.reprobat,quia ista distinctio iure non probatur.Ego reprobo ex alio. Nam secũdum decretũ est de processu iudicij,& tamen contumacia procu.non nocet domino,de quo tamen.ĩ.dicam.Barto.hic plenius,quàm alibi examinat,an,& quando contumacia procur. noceat domino. Facit duos casus.Aut dñs tenetur facere,quod est à principio, quia tunc debet ipse citari, & tunc si dñs sit citatus, & mittat procuratorem,qui sit contumax, censetur contumacia dñi,& non procuratoris.Ideo dñs tenetur sicut in plurib. tutorib. per
5 tex.in l.si procuratorem.§.si tutores. ff.man. ¶† Limita ex eo, quod not.decidit Albe.de Rosa.in 2.parte statu.q.159.quæ incipit,si ex forma statuti,eligantur custodes, vbi ponit, q̃ si aliqui deputati ad custodiam castri,vel arcis diuiserũt inter se custodiam nocturnam,hoc modo, q̃ medietas dormiat vsq; ad mediam noctem,& postmodum alia medietas, si interim occupetur, illi non teneantur, & hoc dicit de facto contigisse in custodibus communis Bononiæ, qui sic custodiebant Imolã, & propter eorum malam custodiam noctis tẽpore Marchio Astensis eam intuasit.Refert, q̃ ista quæstio fuit multum ruminata Bononiæ,& finaliter fuit determinatum, q̃ illi qui fm di uisionem noctis poterant dormire,non tenerentur, vt ibi ple-
6 nius per eum.¶† Limitat ẽt Bar.nisi casus euenerit in personã procuratoris,quia sicut excusat̃ procurator, ita dñs.c.significante,de pig.vbi exemplum notab.& l. cum à matribus.C.qui petu. Tu adde pro hac limitatione tex.in l.præses,& ibi no.Bar.C. de appel. dummodo de iure communi succurratur procuratori.Secus si priuilegio personæ.l.cum mandato.in princi ff.de min,Ita limitat Bar.in l.cũ filius.§.in hac.circa fi. ff.de verb.obl. Trib.alijs modis limitat Barth.Vero. in cautela. 57. vbi prosequitur materiam Bar.hic. ¶† Secundus casus principalis Bart.
7 est,qñ procurator tenetur facere,quia litem est contest.quo casu efficitur dñs litis.l.procuratorib & l.nihil.C.de procur.Nam lite cõtest procurator,& dñs censentur vna persona. est gl.not. in l.si procurator.2.in glo. pe.in fi.ff.de excep.doli, q̃ de cætero debet citari procurator,& non dñs.gl.in l.1.cum sin. C.de sent.
8 † ista est propriè materia nostra,si procurator citetur,& sit contumax,an eius contumacia noceat dño.Bar.largè distinguit,vt hic per eum. Tu colige ex eius doctri.quinq; concl.Prima est, qd̃ ex contumacia procu. põt peruenire ad primum decretum ꝯ res dñi,quia est magni pręiudicij.Adde q̃ ꝯrium tenent Pet. & Cy. in l.3.C.de procur.& ibidem Raph.Fulg.& Pau. de Cast. D. Barth. Veronen. vbi reassumit totam istam materiam in d. cautela 57.Nam fundamentum Barto. non est verum,quia ea missio in poss.ex primo decreto sit parui præiudicij, ideo possit præiudicari domino. Nam etiam iste titulus loquitur in leui mulcta,vt s̃.dixi, & tamen in ea procurator non præiudicat domino.Sed respon.q̃ aliud est in mulcta, quæ cùm requirat veram contumaciam,vt dixi,ideo contumacia procu.nõ nocet dño,& aliud est in missione in poss. ex primo decreto, vbi ficta contumacia sufficit,vt declarat Barto.in l.si finita.§.Iulianus.in 6.col.ff.de dam.infect. Item militat ratio diuersitatis, q̃ vltimo loco assignaui in tex.super quo tamen cogita,quia ista pœna missionis in poss.ex primo decre. quæ dicitur tædialis.potest fieri in bonis procuratoris.Mouentur etiam, quia l.3.C.de procu.alleg.per Bar.potius probat ꝯrium in ver.deliberauit autem prætor.Pondera,non dicit tex.q̃ semper mittat,sed debet deliberare,ergo cautæ cognitionem adhibere.l.3.§.causa cognita. ff.de bono.poss.ergo dominus debet citari,& eo absente debent citari consanguinei,vel vicini.l.2.cum glo.fi. ex qui.cau in poss.ea.Non obst.l.quoties.C.de dig. vbi vult text. q̃ ex contumacia procur.fiat missio in reb domini,& non dicit tex.deliberabit.Respon.Ful.Pau.de Cast & d.Ale.in d.l.cum qui. q̃ illud est,quia in d.l.quoties. dñs fuit sciens contumaciæ procura. qd̃ est somniare.Vnde potes respon. q̃ ibi est pp periurium.super quo text.se fundare videtur,& isto modo ille text.potest retorqueri contra Bartol. arguendo à speciali, quòd ibi sit speciale concurren-

ADDITIONES.

a ¶Procuratoris. Adde Bar.in l.fi.in vlt.co .ff.de in integ.restitut.

b ¶Contumaciam.Adde an quælibet contumacia sit digna excommunicatione,vide gl.in c.duo sunt.96.dist.Abb.in c.1.de sent.excom.

c ¶Secunda ratio.Pro hac facit Cum.cons.12. id interim promitto.in 2.dubio vbi limitat. PVRPV.

d ¶Delictum.Adde l.omne delictum,& ibi Bar.ff.de re iud.

concurrente periurio principalis. Istud tamen non firmo. Tene sententiam Bartol. hic, quòd ex contumacia procu. indistinctè fit miſ. in poſ. bonorum domini ex 1. decreto. Et ita tenent Fulg. Paul. de Caſt. hic, qui ſunt contrarij. & Alex. in d. l. 3. & vltra reg. Bartol. probant nonnulla, quæ ſtatim adducam. ¶ Non obſt. quòd etiam in mulcta leui procuratoris non præiudicaret domino, quia reſponde, vt ſtatim dixi. ¶ Non obſt. glo. in d. l. 2. quia dic, quòd illa gloſſ. non procedit generaliter, licèt in certis caſibus, quos ponit Barto. in l. hæc autem. §. 1. cum concor. ff. ex quib. cau. in poſ. ea. & Imol. in l. ſi finita. §. ſi plures. in 13. col. ff. de damn. infec. cùm multis concor. vt habes per Alexan. in d. l. eum qui res. Et illud cum deliberatione, procederet, vbi plena cauſæ cognitio requiritur, quod non eſt hic. Vnde tene iſtam primam concluſionem Barto. pro qua facit. l. quamuis, cum glo. & ibi Bartol. not. & l. hoc amplius. §. de his. & §. quæſitum, vbi etiam Bart. not. ff. de damn. infect. Accedit etiam ratio, quia per interuentum procuratoris nō debet fieri deterior conditio aduerſarij. l. 2. §. defendi. & ibi Bartol. ff. ex quib. cauſ.
9 in poſ. ea. ¶†Secunda cōcluſio Bart. eſt, quòd contumacia procuratoris non nocet domino, vt poſſit mulctari, vt hoc text. eo quia mulcta eſt magni præiudicij. Iſta ratio Bartol. non eſt bo-
10 na, vt ſuperius dixi. ¶†Tertia concluſio eſt, quòd ex contumacia procuratoris non poteſt perueniri ad ſecundum decretum contra dominum, eo quia eſt magni præiudicij. Adde quòd idem tenet Bartol. in l. quamuis, in vltim. colum. & in l. ſi cùm vſufructuario, per illum text. vbi etiam Bartol. idem tenet. ff. ſi ex noxa. cau. agatur. Bald. in d. l. 3. d. Anto. & Imol. in d. capit. 1. contrarium tenet Innocen. in d. cap. 1. Bald. & Angel. hic. & retorquent fundamentum Bartol. contra eum, quia imò etiam in his, quæ ſunt magni præiudicij, contumacia procuratoris nocet domino, per ea, quæ ſuperius dixi. Secundo alleg. l. ſed & hæ. §. fin. cum. l. ſequen. ff. de procu. Nec dicas, quòd ibi loquitur in primo decreto, quia cùm loquatur in ſeruo, & ſic in re mobili, vt patet etiā in text. in ver. duci. in re mobili non eſt dare primum decretum, vt declarat Bartol. in d. l. ſi finita. §. Iul. Et ad fundamentum Barto. de fructuario, qui dicitur procurator domini. l. 1. §. fin. ff. de oper. nou. nunc & tamen non præiudicat domino quo ad miſſionem in poſſeſſionem ex ſecundo decreto; reſpondet, quia eſt fictus procurator conſtitutus a lege, & in rem ſuam, quo ad vſumfru. non quo ad proprietatē. Ideo propter contumaciam non fit miſſio ex ſecundo decreto, quia fieret in proprietatem. Breuiter tene cum Bartol. quia ad hoc, vt perueniatur ad ſecundum decretum, requiritur vera cōtumacia. l. Fulcinius. §. 1. & 2. ff. ex quib. cauſ. in poſ. eatur. declarat Bartol. in d. §. Iulianus. in 9. colum. ergo contumacia procuratoris non ſufficit. Secus eſt in alijs adductis contra Bartol. puta in ſententia diffinitiua, ibi enim ficta contumacia ſufficit. l. ab eo. C. quomodo & quando iu. not. in l. 1. §. item cum ex edicto. ff. quæ ſenſine ap. reſcin. Fulg. hic habuit pulchram conſiderationem. Aut loquimur in actionibus realibus, & tunc quia ad hoc vt fiat miſſio in poſſeſſionem ex ſecundo decreto, & ſic adiudicatio rei petitę, non requiritur vera contumacia, ſed ſufficit ficta, vt declarat Bartol. in d. §. Iul. & tunc vera ſit ſententia Bald. & Angel. hic contra Bartol. quòd ex contumacia procuratoris poteſt fieri miſſio in poſ. ex ſecundo decreto ſuper re petita, & ſic in actionibus realibus. Simile in ſententia diffinitiua, vt prædixi. Aut loquimur actionibus perſonalibus quādo agitur pro aliquo debito, & tunc ad hoc vt poſſit fieri miſſio in poſ. ex ſecundo decreto pro aliquo debito perſonali, requiritur vera contumacia. Rationem diuerſitatis ponit Bartol. in d. §. Iul. & tunc ex contumacia procuratoris non fiet miſſio ex ſecundo decreto in alijs bonis domini, & ita procedat ſententia Bartol. & do. Anto. in d. capitu. 1. & ſic generaliter in omnibus alijs rebus quo ad ſecundum decretum videtur ſemper conſi-
11 derandum, an requiratur vera contumacia, vel non. ¶†Quarta concluſio Bartol. eſt, contumacia procuratoris in non re-
* ſpondendo poſitionibus præiudicat * domino, niſi dominus fuerit ſciens, in hoc Bartol. malè dicit, & contra text. in capit. 2. de cōſt. in 6. per quem text. eum reprobat d. Anto. in d. capit. 1. in 13. colum. & nimium eſſet diuinare & reſtringere illum tex. quòd loquatur quando dominus fuit ſciens, & de eius intellectu vide per Imol. in l. 4. §. ait prætor. ff. de re iudica. per Sal. & latius d. Alex. in d. l. 3. C. de procu. Nam conſidera, quòd ille tex. fortiter obſtaret contra præſentem materiam. Ibi enim in his, quæ ſunt grauis præiudicij, contumacia procuratoris nocet domino. Barto. hic ſentit, quòd ideo præiudicat, quia dominus fuit ſciens. Truffa eſt ad illum text. Sali. in d. l. eum, qui. C. de procu. aliter reſpondet, quòd non eſt mirum ſi in caſu. d. cap. 2. cōtumacia procuratoris nocet domino, quia ibi ſumus in his, quæ ſunt de proceſſu. Ratio huius ſolutionis eſſe poteſt, quia cùm procurator lit. conteſt. ſit effectus dominus litis, ideo circa ea, quæ reſpiciunt litem, & ſic proceſſum poteſt præiudicare tanquam dominus litis, & ſic Sal. videtur ſtare cum Inno. in d. cap. 1. quem. s̄. reprobaui. Imol. in l. 4. §. ait prætor. ff. de re iudi. aliter reſpondet, q̄ ideo in d. capit. 2. contumacia procuratoris nocet domino, quia illa pœna non poterat æquè cadere in procuratorem, ſicut in domino. Ideo ne illa contumacia ſit impunita, nocet domino. argu. l. Polla. C. de his qui. vt indi. Iſtam ſolutionem reprobat d. Alex. in d. l. eum qui. vbi aliter reſpondet ex mente d. Anto. in d. cap. 1. q̄ ideo in d. c. 2. contumacia procuratoris noceat domino, quia ius fingit procuratorem contumacem in reſpondendo fuiſſe confeſſum, & ſic ſumus in caſu in quo ficta confeſſio ſufficit, & non vera. Puto vltra alios ſic poſſe reſponderi ex doctr. Bald. quando id, quod facit procurator, conſtat eſſe delictum, nunquam præiudicat domino, quia in mandato quantumcunque generali non venit, vt procurator delinquat, vt hic per Bar. ſed quando illud quod facit procurator poteſt eſſe, & non eſſe delictum, tunc ſemper præiudicat, ſed non reſpondere poſitionibus, & ſic non negare, poteſt eſſe delictum & non eſſe. Fortè enim procurator non reſpondet, quia videt, q̄ poſitiones non ſunt negandæ. Ideo præiudicat domino, & q̄ reſpondere, vel non reſpondere poſitionib. poſſit eſſe, & non eſſe delictum, ideoque præiudicet domino,
12 dicit Bart. hic in fin. col. poſt prin. ¶†Quinta concluſio eſt, q̄d ex contumacia procuratoris præiudicatur dominø in non appellando, de hoc eſt tex. clarus. in l. 1. §. fin. ff. quando appel. ſit. quem tex. extende, vt procedat, quādo procurator appellauit, ſed poſteà non petijt Apoſtolos intra terminū iuris, adhuc pręiudicat domino, quia Apoſtoli ſunt appendices appellationis, ita tenet Bal. in c. 1. in 6. col. vt lit. non conteſt. & dicit q̄ eſt no-
a uus paſſus, & non tactus ab aliis. [a] non tamen poſſet procurator expreſsè renunciare appellationi, ſecundum Bald. in l. fin. §. fin. C. de temp. appel. ¶ Limita iſtam concluſionem, vt procedat, quando procurator fuit negligens in appellando, tunc bene præiudicat domino. d. l. 1. §. fi. Secus quando fuiſſet verè cōtumax, vt per Bart. hic, & in d. l. 1. §. fi. qui aſſignat rationem diuerſitatis & clariorem aſſignat idem Bar. in l. fin. in vlt. col. ff. de
b in integ. reſtit. Et aduerte [b] incidenter ad vnum, q̄ illa regula, in qua habetur, q̄ vetus contumax de iure non appellat. l. ex conſenſu. §. fin. vbi gl. Bar. & Moder. plenius ff. de appel. latè d. Alex. in l. properandum. §. finautem reus. C. de iud. iſta regula procedit etiam in caſib. in quib. ſententia non tranſit in rem iudica-
13 tam, de quib. tetigi in l. admonendi. ff. de iureiu. † Et vltra illos adde hoc etiam procedere in cauſa vſuraria, quia ſententia lata in cauſa vſuraria nunquam tranſit in rem iudicatam, quin ſemper poſſit appellari. Ita ſingulariter Albe. in rub. C. de vſu. certè in illis etiam caſib. verus contumax perdit beneficiū appellandi. Ita ſingulariter d. Ant. & Imol. in c. tenor. de re iudi. Et
c facit glo. ſing. [c] in c. ad reprimēdū. in ver. ſuſpēdatur. de off. ord.
d Et quis dicatur verus cōtumax, [d] ponit gl. & ibi Bart. in l. ſi. ff. de in integ. reſt. gl in l. tres denuntiationes. vbi Bar. & plenius Bal. C. quomodo & q̄n iud. Ponunt alij in alijs locis præalleg. Secūdò limita ſm Fulg. hic, q̄n procurator non eſt ſoluendo, tunc negligēria procuratoris in non appellando non p̄iudicat dño. gl. eſt ſm eum in d. l. 1. §. fi. in gl. fi. & ibi Bar. & alij. Bald. & Sal. in Auth. hodiè. C. de appel. & Bald. not. in l. ab eo. in 2. col. C. qūo & quando iud. d. Alex. in conſi. 95. in 2. vol. quod inci. viſis proceſſib. circa lites. in 5. col. & Bart. Veron. in d. cautela. 57. Sed caue, quia illa gloſſ. in d. l. 1. §. fin. mouetur per text. in l. properandum. in fin. C. de iudi. qui propriè loquitur in minore, ergo in procur. maioris text. ſuper quo ſe fundat gloſſ. non probat, & ita ponderat Cuma. in d. l. 1. §. fin. tamen tenet iſtam limitationem. Intellige tamen ſanè petita prius reſtitutione in integrū, & obtenta, non autem ipſo iure. Ita ſingulariter limitat Bald. in cap. ſignificante. in vlt. colum. de appel. & dicit no. iſtum intellectum. Bene facit tex. in l. diuus. in verſ. deceptis ſine culpa ſua. ff. de in integ. reſtitut. ¶ Tertiò limita, quando procurator fraudu-

ADDITIONES.

a ¶Ab alijs. Idem dicit in col. ſeq. ver. item addo. PVRPV.
b ¶Et aduerte. Limita illam legem quando fuit nullibi repertus contumax. Alex. poſt Barto. in l. 4. §. condemnatum. 2. not. ff. de re iud. PVRPV.
c ¶Glo. ſing. Adde Abb. in c. ab excommunicato. de reſcrip.
d ¶Contumax. Adde gloſſ. in cle. 1. de dolo & contu. gloſſ. in capit. venerabilibus. de ſenten. excommu. libr. 6. Bartol. in l. ex conſenſu. in §. vltim. ff. de appel. Bald. in l. properandum. C. de iud. Et vide Rob. de ordi. iudi. capit. 53. numero 274. Roland. conſil. 47. libr. 2. Fol. pract. crim. verſ. & ſi confitebuntur. 4. part. 3. par. & ſicut verus contumax appellare non poteſt, ita nec ſupplicare. l. ex conſenſu. §. fin. ff. de appel. not. Roland. conſil. 38. nume. 15. libr. 2. Dec. conſil. 34. idem Roland. conſil. 94. libr. 3. Afflic. Deciſ. 29. nume. 3. niſi compareat poſt ſententiam iudice adhuc ſedēte, quia audietur appellans. l. Diuus. ff. de in integ. reſtitu. MASVER.

* Non præiudicat, legendum videtur.

fraudulenter omiſiſſet appellare intra decem dies,vel niſi ex actis appareat euidenter, quod procurator debuerit appellare, quia non præiudicat domino,iſtud eſt,ꝙ vult dicere tex.in d.l. 1.§.fi.in ver.non facile,& ibi Bar.& alij,& Bal.in d.Auth.hodie, & in l.ab eo.& D.Ant.in d.c.1.clarius ponit D.Ale.in d.q̃ſt.95.in eo.vol.in 4.& 5.col.Et not.ꝙ procurator in dubio non tenetur appellare à ſententia, niſi euidenter de iniuſtitia appareat, quia in dubio præſumimus pro ſententia l.Herennius. §. Caia. ff.de euict.c.in præſentia,de renun.c.cum inter.& c.ſicut, de re iudi. Ita in ſpecie Cy.in l.inuitus.C.de proc.in 6.q.quem ſequuntur Bal.& alij ibi.Et ideo Bar.in l.1.§.fi. dicit, niſi ex actis euidenter appareat,quod debuit appellare.An autem confeſſio procuratoris tollat dño beneficium appellandi.D.Ant.in d.c.concludit ꝙ non,& ibi ſequitur ſimpliciter Imo.Pro nunc non examino. Item adde,ꝙ licet dñs prin.poſſet renunciare appellationi, tñ non poteſt procurator,quia eſſet ſpecies donationis, ſm Bald. in l.fi.§.fi.circa me.C.de temp. appell. vbi dicit idem eſſe in re-
c in 2.colu.& in 6.& duab.ſeq.¶Limita ſm c Barto. & alios, qñ illa cauſa vniuerſitas non concerneret commodum ſingulorum in particulari,aliàs ſecus, puta quando communitas haberet nemora,vel paſcua,in quibus quilibet poteſt mittere animalia ad paſcendum,tunc quia quilibet in ſingulari poteſt percipere vtilitatem, nemo de vniuerſitate admitteretur in teſtẽ. Pro iſta limitatione adde text. optimum, qui prædicta declarat in l.ciuitatib.in prin.ff.de leg.1.quem alleg.Bar.in d.ſ.vniuerſitatis.Idem tenet Bal.in c.inſuper,& in c.cum nuncius.de teſt. & in c.cum acceſſiſſent.in 7.col.& ſeq.de conſtit.& in ca.tertio loco.in 2.colum.de prob.& in c.bonæ.1. in 3. col.de elect.& in addi.Spec.in tit.de teſt.in ver.in cauſa vniuerſitatis, & in rub.ff. de rer.diui.in 9.colum.lac.de Bel.in d. ſ. cogitãdum,in 8.q.vbi ponit de communitate habente molendina.¶Secundò not.limita,q̃ licèt illi qui ſunt de vniuerſitate,poſſint eſſe teſtes in cã vniuerſitatis:non tamen eis plenè creditur.Ita tenet Arch.12.q. 2.in ſum.& 14.q.2.in c.ſuper prudentiam.Bal.& Alb.in d.ſ.vni
d uerſitatis. d Do.Anto.& Imo.in d.c.cum nuncius. Do.Alex.in conſ.42.in 3.volum.quod inci.viſis,& ponderatis his, quæ continentur in inſtrumento,in 2.colum.Plus refert Io. And. in addi.Spec.in tit. de teſt.in verſ.ſed nunquid in cauſa vniuerſitatis. tenere Vbertum de Bon.q̃ non creditur plenè teſtibus de vniuerſitate ſine aliis adiunctis.Ita teneas, quamuis contra iſtam limitationem teneat.Dom.Abb.in c.inſuper, & ſequitur Dom. Alex ſibi contrarius in d.conſ.68.in 7. colum. ¶Tertiò limita, quando eſſet talis cauſa,in qua ſi vniuerſitas ſuccũberet oporteret ꝓ ſolutione talis debiti imponere collectam ſingulis de vniuerſitate,cùm aliunde ſatisfieri nõ poſſet,ſm Bal.in d.cap. inſuper.& in d.c.tertio loco,& no.Ang in l.omnibus. C.de teſti.¶Quartò limita, quãdo veritas aliter ſciri nõ poſſet,quàm per iſtos de vniuerſitate, tunc indiſtinctè ſinguli admittuntur, iuxta c.veniens.ſ.de teſti.& l.ex conſenſu.ſ.1.C. de repub. aliàs procedit diſtinctio Barto. & Docto. hic, ſecundum Bald. in d. c.cum acceſſiſſent.in 7.col.de conſti.& Bar.in d.ſ. vniuerſitatis. ¶ Quintò, litima quando cauſa ſuper qua litigatur eſt criminalis,vel multum ardua,ſecundum Bar.in rub.ff.de rer. diui. 9. colum.& in d.ſ.vniuerſitatis,per Do.Ant. in d. c. cum nuncius de teſti. Iaſon Paduæ.

ADDITIONES.

a ¶Statuto.Adde Card.Alex.in c.per venerab.qui fil.ſint.legi.
b ¶Vniuerſitatis.Quando autem cauſa eſſet vniuerſitatis & ſingulorum, dicitur mixta.Vide Bal.conſ.377.lib.3.Deciſ.conſ.72.col.fi. PVRPV.
c ¶Limita ſecundum.Declarat hoc Alex.lib.2.conſil.63.colum.5.& lib.5.conſ. 16.col.7.ver.poſſet. PVRPV.
d ¶Vniuerſitatis.Et in argu.teſtium dicit eſſe arbitrarium Bal.lib.5.conſil.420. incip.verba principis.col.fi.Vide & in repe.in verſ.teſtis. PVRPV.

SVMMARIVM.

1 *Appellatione liberorum veniunt maſculi,& fœminæ.*
2 *In emphiteuſi eccle.non veniunt filij naturales, imò nec legitimati.*
3 *Deportatus perdit honorem ſibi debitum ex iure patronatus.*
4 *Deportatus reſtitutus recuperat id,quod erat alteri quæſitum.*
5 *Duo poſſunt eſſe vaſalli diuerſis temporibus.*

§.Liberos.

¶Iuriſconſultus hic exponit verbum liberos, & verbum parentes, patroni, &
1 verbum,ſine permiſſu,vſq; ad §.ſemper.¶† No. q̃ appellatio-
a ne liberorum a veniunt maſculi,& fœminæ, & ſic maſculinũ
b genus b concipit fœmininum. Ex quo infert.Bald.q̃ ſi aliquis acquiſiuit emphyteuſim pro ſe & liberis, veniunt etiam filiæ fęminæ.Iſtam materiam plenè examinaui in l.ſi quis id,quod. ſ. de iur. omn. iud. & ibi dictis adde nouam litimationem ad id,quod ibi tenui, q̃ in contractibus maſculinum non concipit fœmininum.Et ideo ſi aliquis acquiſiuit emphyteuſim pro ſe,& filijs,non veniunt filiæ fœminæ.Limita vltra ibi dicta niſi conceſſio fieret à fœmina,quæ veriſimiliter æquè fœmininum ſexum,ſicut maſculinum diligit, cùm verba debeant intelligi ex conditione,& qualitate perſonæ.ca.ſi de beneficio,de præb. in 6.l.plenũ.ſ.equitij. ff.de vſu & hab. & ita in ſimili tenet ſing. Pet.de Anch.in conſ.356.inc.pro maiori intelligentia dicendorum.in 10.col.vbi ita limitat.l.1.ſ.fi.ff.de iure immu.Sic èc̃tra
2 dicimus conſiderata perſona acquirentis. ¶† Hinc eſt, q̃ licèt in emphyteuſi eccleſiaſtica non veniant filij naturales tantùm, imò nec legitimati, prout tenet Bal.in l. generaliter. ſ.cum autem,vbi dicam.ff.de inſti.& ſubſti.tamẽ ſi à principio talis emphyteuſis eccleſiaſtica fuiſſet conceſſa naturali, certè tranſiret ad alios filios naturales,inſpecta origine,& radice.c.1.ſ. ex eadem,de leg.Conrad.l.qui id,quod. ff.de don.Ita ſing. tenet Bal. in c.quæ in eccleſiarum.in vlt.col.in prin.de conſti. ¶Not.quia ſic poſſes egregiè limitare tex.in c.naturales,ſi de feu. fuc.ꝓtro. inter dom.& agna.ſed tu pondera in contrarium tex. in d.l.generaliter.ſ.cum autem, vbi ſubſtitutio erat facta filio naturali tantum, & tamen ibi filij naturales tantum nõ excludunt ſubſtitutum,vt ibi eſt tex.in ver.iuſta ſobole, & ibi Ang.& Pau.de
3 Caſt.¶† Secundò no.in ver.ſi per pœnam.q̃ deportatus perdit honorem,qui ſibi debetur ex iure patronatus.Reatus enim honorem excludit.l.1.C.vbi ſena.vel cla.Imò plus,tenet glo.hic in verbo,honorem. q̃ deportatus etiã cum impetratione veniæ non poteſt conueniri,quia cùm exulet nudus.liberatur ab omnibus obligationib.l.tutelas.ſ.fi.ff.de capi. di.alleg.in gl.Bart.re-
c probat,cùm deportatus æquiparetur c excommunicato.glo.in
d ſ.minor,ſiue media.Inſti.de ca.dim. & excommunicatus d poteſt conueniri,& debet ſe defendere per procuratorem.c.intelleximus.de iud.ſed intelligebat, quo ad obligationes poſtea ꝛctas.l.ſi tibi mandauero.ſ.is cuius.ff.man.quia pro illis bene poteſt conueniri,prout etiam tenet Io.And.in addi.Spec.in tit.de accuſ.ſ.ſequitur.in addi.mag.in 1.col.Bal.in c.cum contingat. in 9.colum.de dolo, & contum.& in l.fin.ff.de in integ.reſt.Fa-
4 cit l.Papinianus exuli.ff.de mino.¶† Tertio no.in ver.ſed ſi fuerit reſtitutus,q̃ deportatus,& reſtitutus recuperat id,q̃d erat alteri quæſitum,quia libertus per deportationem patroni acquiſiuerat liberationem à iure patronatus. Neċ obſt. ſi dicatur,q̃ reſtitutio non extenditur ad iura tertio quæſita. l.ſi. vbi Docto. C.de ſent.paſ.c.quamuis.de reſcrip.in 6.Bart. & alij in l.Gallus. ſ.& quid ſi tantum.ff de lib.& poſthu. vnde dicit Bart. in l.qui ad tempus,in princ.per illum text.ff.de decu.& in l.1. C.de his, qui in exi.da.ſunt lib.10. q̃ Doct. collegiati expulſi de Bononia tempore domini Romei de Pepulis, reſtituti non recuperauerunt locum ſuum in collegio,cùm eſſet alij aſſignatus.Quia reſponde, q̃ obiectum procedit, quando tale ius fuit quæſitum aliter,quàm ex ipſa deportatione.Secus quando ex ſola deportatione abſque alio facto extrinſeco.text.eſt hic,& in l.ſiue patronus.ff.de iur.pat.& in l.intercidit.ff. de condi. & demon.ſm Bal.& Ludo.Rom.hic,& Bal.Imo.& alios in d.ſ. & quid ſi tantum.Bal.in c.domino guerram.in prin.in rit. hic ſi.lex.& Bald. & Ang.in l.ſi pater filium.ff.de adop.Petr.de Anch.in c. quamuis.in 2.col.de reſcr.in 6.& in conſ.275.quod incip.filio ſuo,& in conſ.408.quod inci. probata tanti viri ſæuitia. in vlt.colum. ¶Quartò no.in ver.ſi liberta ex patrono fuerit enixa.Primò caſum pulchrum,q̃ duo ad inuicem diuerſis reſpectibus debent
5 ſibi reuerentiam.† Vnde facit ſm Bal. Ang.& Mod.q̃ duo poſſunt eſſe adinuicem vaſalli diuerſis reſpectibus.Facit bene tex. in l.eius qui in prouincia.ad fi.vbi gl.& Bar.ff.ſi cert.pet.Secundò habes,q̃ licèt patronus concubuerit cum liberta, non per hoc remittitur ius patronatus, tamen de hoc vide quod tecidit ſing.tex.in l.fi. C.communia de manumiſ. Iaſon Paduæ.

ADDITIONES.

a ¶Liberorum.Adde Bal.in l.id,q̃ pauperibus.Cy.in l.publico.C. de adult. Fed. de Sen.conſ.29.incip.quidam volens.
b ¶Genus.Adde Bar.in l.1.ff.de verb.ſign.in l.ſi ita ſcriptum.ff.de leg.2.Bald.in l.ancillæ.C.de fur.glo.in c.2.de reſcrip.lib.6.Spec.in tit. de alleg. & diſpu.in §.poſt hic.Arch.in c.ſi quis ſuadente.17.q.4.
c ¶Aequiparetur.Adde Bal.in addit.Spec.in tit.de ſpon. verſ.pari ratione.in c. licet vndiq;.in vlt.col.de offic.delega. Abb.in c.paſtoralis.de appel.& in rub. de teſta.
d ¶Excommunicatus. Adde Docto.in c.cum inter. de exceptio. Card. Zab.in c. ex parte decani. in 2.no.de reſcrip. Doct. in c.poſt ceſſionem.de prob.Abb. in c.conſulunt.de procu.

SVMMARIVM.

1 *Non valet decretum iudicis super alienatione rerum immobilium minoris, quando eodem momento temporis fuit interpositum, quo tutor creatus fuerat.*
2 *Grauissima iniuria dicitur, quem flagellis cedere.*
3 *Atrocissima iniuria dicitur, quando sequitur mutilatio membri.*
4 *Patrono debetur reuerentia etiam si alieno nomine conueniatur.*
5 *Priuilegium concessum per se, quod respicit actum conueniendi, non habet locum, quando per alium conuenitur.*
6 *Honor, qui debetur domino, non debetur eius officiali seu ministro.*

§. Prætor ait. ¶Liberto, vel filio non conceditur actio famosa, nisi ex grauissima iniuria. Item patrono ēt alieno nomine conuento debetur reuerētia. Secus, si alius pro eo tutorio, vel curatorio nomine conueniatur. h. d. vsq; ad fi. legis. No. 1. fm Bar. Ang. & Mod. q vbicunq; lex vult aliquid fieri cum authoritate, vel cōsensu iudicis, debet intelligi causa cognita. Idem not. Bart. in l. cum hi. §. vult igitur, in 1. no. per illum tex. ff. de transa. Io. And in addi. Spec. in tit. de arbi. §. constat. in addi. inc. fortè intendit. Pau. de Cast. in consi. 177. quod inci. ꝫ superius consulta facere videtur aliqua.
1 Habetur plenius in l. sciendum. ff. de verb. obl. † Et ideo no. consuluit Pet. de Anch. in cons. 83. quod inc. visis diligenter actis, & actitatis, q non valet decretum iudicis interpositum super alienatione rerum immobilium minoris, qñ eodem momento tpis fuit interpositum, quo fuerat creatus tutor, quia ex breuiate tpis apparet non potuisse interuenire cautæ cognitionem. c. ex literis. de in integ. rest. iuncto eo quod vult Bart. in l. prolatā. in fi. C. de sent. Sequitur D. Alex. in cons. 208. in 2. vol. quod inci. visis verbis. circa fi. ¶Idem tenet Raph. Cum in cons. 170. quod inci. vī prima frōte. in pen. col. quod enim subito fit, dī sine cautæ cognitione factum, fm d. Ant. de Butr. in c. auditis. 2. de elec.
2 ¶† Scdò not. q grauissima iniuria a dī, quem flagellis cædere. quod multo magis procedit, vbi cruor effunditur, vel oculus euellitur. l. vulneris magnitudo. ff. de iniur. fm Bal. Ang. Alb. & Pau. de Cast. hic, & dicit Bal. in l. si magis. C. qui accus. non pos.
3 q vulnus est grauis offensa. ¶† Limita quantum ad hoc, vt qs
b possit absolui ab inferiori à Papa, b quia non dī atrocissima iniuria, si quis fregerit caput clerico, vel aliud membrum, quin legatus de latere possit talem excommunicatum absoluere, quia non dī atrocissima iniuria, nisi qñ sequitur mutilatio membri. Ita declarat Spec. in ti. de leg. §. nunc dicamus, ver. quod ēt dixi. Sic intellige tex. in c. peruenit, & ibi Doct. de sent. excom. & adde, quæ ponit Bar. in l. non solum. §. si mandato. in 2. col. ff.
c de iniur. dicunt etiam Gul. de Cu. & Bal. hic, q percussio c cum manu vacua, vel cum pugno non dī atrox iniuria. Idem tenet Ang. in l. leuia. ff. de accus. Facit quod no. vult idem Ang. in l. itē apud Labeonem. § si cōem. ff. de iniur. q statutū puniens verberantem, non intelligitur in eo, qui verberat cum pugnis. dicit tñ Bal. in c. 1. §. iniuria in vlt. col. de pace iur. fir. q occidens aliquem manu vacua, tenetur, ac si gladio occidisset, dummodo dolo fecerit, per l. qua actione. §. 1. & ibi Iaco. But. ff. ad l. Aquil.
4 ¶† Tertiò no. in ver. semper. casum mirabilem, in quo patrono debetur reuerentia, ēt si alieno nomine conueniatur, secus si alius pro eo, & tñ videretur dicendum oppositum, quia qñ patronus conuenitur pro facto alieno, nō potest ipsum sequi infamia. secus si alius pro eo conueniatur. Difficile est assignare concludentem rōnem diuersitatis, tñ potest dici, q quando patronus est personaliter in iudicio, eius præsentia exigit reuerētiam. l. liberto. ff. de obseq. & vox liberti funesta est patrono, nisi veniam impetrauerit. l. si quis ex familiarib. C. qui accus. nō poss. Non sic est, qñ alius, puta, tutor, vel curator pro patrono comparent, fm But. Alb Ang. Sal & Pau. de Cast. hic. Et adde tex. in l. apud Celsum. §. si aduersus. ff. de exce. dol. & in l. licet, cū
5 gl. ff. de obseq. ¶† Quartò no. ex eo. ver. semper quod priuilegium concessum per se, quod respicit actum conueniendi, nō habet locum, qñ per alium conuenitur. secus si priuilegium respiciat merita causæ, quia durat etiam si per alium conueniatur. Vnde priuilegium concessum marito, ne teneatur vltra, q̄ facere possit, habet locum ēt si per alium conueniatur. l. si cum procuratore. ff. de re iud. l. si minor. & fin. cum l. seq. ff. de procu.
6 ¶† Vltimò no. ex fi. tex. fm Bal. q honor, qui debetur dño, non debetur eius officiali, vel ministro. Ex quo infert Bald q maior honor debetur Epō, quam vicario, vel nuncio suo. Et sic facit, q honor, qui debetur dño rectori, non debetur vicerectori ab eo cōstituto, de quo per Bar. in l. si filius. ff. de leg. Bar. in l. aliqñ. ff. de offi. procon. Do. Card. in cle. 1. in 7. oppo. per illum tex. de offi. vica. Et q maior honor debeatur Episcopo, quàm eius vicario, patet, quia Episcopus confert beneficia. cle. 2. de offi. ord. sed non eius vicarius. ca. generali, de offic. vica. in 6. Item Epus existens extra diœcesim potest confirmare præsentatum à patrono, sed nō eius vicarius, fm Bal. in l. 2. ff. de offi. procon. Item licet Episcopus esset priuilegiatus, q ab eius sententia non appelletur, tamen à sententia vicarij appellabitur, fm Barto. in l. à proconsule lib. C. de appel. Item si recusetur delegatus ab Epo, cognoscit Episcopus, sed non eius vicarius. c. si ꝫ vnum. de off. deleg. in 6. Item licèt Episcopus exerceat iurisdictionem in illustres personas, non tñ eius vicarius. c. 1. in fi. de off. ord. in 6. Lud. Rom. in l. si verò. §. de viro. in 4. fallen. ff. solu. mat. Item si in aliquo actu de cōsuetudine requiritur Episcopus, eo absente nō requiretur eius vicarius, fm Ang. in l. adoptio non iure fac. ff. de adop. vide tamen Arch. qui ꝫrium tenet 63. dist. in c. Reatina ecclesia. dixi in l. cum filius fam. ff. si cer. pet. Item relictum Episcopo sub nomine dignitatis transit ad eius successorem: secus si relinquatur vicario, tunc nō transit ad eius successorem, fm Bar. in l. quod prin. in fi. per illum tex. ff. de leg. 2. Subdit tñ Bal. hic, q qui offendit vicarium, vel nuncium Episcopi, videtur ipsum Episcopum offendisse, ita dicit esse bonum tex. in l. ossa, in fi. ff. de relig. & sump. fu. Adde Bal. in c. ex literis. in fi. per illum tex. de off. deleg. Similiter notarius deputatus ad scribendas sententias Epi, dēt etiam scribere sententias eius vicarij, secundum Bal. in l. fi. C. vbi, & apud quos. Iason Paduæ.

ADDITIONES.

a ¶Grauissima iniuria. Adde Bal. in l. leuia. ff. de accus. Spe. in ti. de leg. 1. §. tractemus.
b ¶Ab inferiori à Papa. Adde glo. in vers. sanguis. in c. cum illorum. de sent. excommunic. Arch. in c. si quis laudente. 17. quæst. 4. Imo. in c. de cætero. de sent. excommunic.
c ¶In contrarium videtur facere text. in l. non solum. in prin. iuncta l. prætor. §. atrocem. ff. de iniur. & in l. Item appel. §. 1. eo. titu. BELLAC.

SVMMARIVM.

1 *Lex quando indistinctè loquitur, non est licitum distinguere, nisi per aliā legem distinguatur.*
2 *Statuta non possunt interpretari, vel glossari glossis hominis, sed legis.*
3 *Verba licèt sint præcisa, tamen recipiunt interpretationem.*
4 *Iuramentum habet vim præcisam.*
5 *Verba generalia restringuntur ad id, quod rationis est.*
6 *Statuta recipiunt interpretationem per punctum rationis.*
7 *Rationem allegare sufficit, quando legem non habemus.*
8 *Rationale dictum ita debet mouere iudicem, sicut lex scripta.*
9 *Pœnitentia, quæ reducit ad pristinum statum, habet locum in extraordinarijs criminibus.*
10 *Iniuria non fit volenti.*

LEX XI.

QVamuis. Pœnitenti, & remittenti actio nē, venia conceditur. h. d. Secūdum Bar. & Ang. istud summarium est defectiuū, q a non tāgit nisi primū casum tex. ideo aliter summa. Liberto, qui vocauit in ius patronum sine venia, in trib. ca
1 sib hic positis de benignitate succurritur. h. d. ¶† Not. q qñ lex indistinctè loquitur, non est licitum distinguere, nisi per aliam legem distinguatur, vt hic, & l. de precio. ff. de pub. & l. 1. §. gñaliter. ff. de leg. præstan. gl. in l. 3. ff. de offi. præsi. Vnde dicunt Bar. Ang. & Mod. q nisi facta fuisset ista lex, non fuisset nobis licitū per magistralem interpretationem sic limitare edictum prætoris. Et per hoc inferunt, q si ex forma statuti producenti aliquā exceptionem imponitur certa pœna, non erit locus pœnitentiæ, ex quo statutum non distinguit. Idem latius tenet Bart. in l. ea mente. ff. de fur. Adde, quod no. Bal. in l. in fraudem. §. fi. per illum text. & glo. ff. & de testa. mili. q vbi statutum nullum casum excipit, nō debet iudex excipere, & idem Bal. in l. cum ancillis. in vlt. col. C. de incest. nup. no. arg. glo. ibi, q vbi statutum non determinat, nec ego determino, & sic statutum seruandū est, prout iacet. Et idem Bal. in l. si furiosi, per illum text. in ver. non loquitur. C. de nup. & in l. testiū non ideo. in fi. C. de test Facit. l. si seruum §. non dixit prætor. ff. de acq. hær. Item dum Bar. per istum tex. no. post gl. q lex. gñaliter, vel indistinctè loquens
2 recipit distinctionem per aliam legem, † Adde bñ facere illud, quod no. vult Bal. in l. omnes populi. in 17. col. ff. de iust. & iu. q si statuto caueatur, q statuta non possint interpretari, vel glossari, sed præcisè seruentur, debet intelligi de glossis hominis, & non legis. Et rō est, quia interpretatio legis est necessaria, ergo non potest per statutum tolli, fm Bal. in l. fin. ff. de orig. iur. Adde etiam, quod no. Bal. in c. post translation. in 1. not. per illum tex. de renun. q sacra concilia, licèt sint tanquam Euangelia cu
3 stodienda, tamen ipsa recipiunt etiam interpretationem. † Dicit etiam Bal. hic per istum tex. q licèt verba sint præcisa, tamē recipiunt interpretationem. Adde Bald. in l. 1. in pe. char. C. qui accu. non poss. vbi per istum tex. no. q verbum præcisum recipit interpretationem probabilem, & necessariam. Et q verbū

præci-

prȩciſum recipiat limitationem,no.Bar.in l.ſtipulatus ſum damam.ff.de verb.oblig.glo.in l.filiusfam. §.fi.in ver.cogan.& ibi Bar.& Bal.& Ang.ff.de procu.Bald.in l.ſuper reb. in 1.col.C.de ℨhen.emp.& in c.2.ad fi.vbi alij Can.de reſcri. Facit,quod not. idem Bal. in c.cum M.Ferrarien.in 8.col.de conſti.ꝙ verba Papę etiam prȩciſa recipiunt tñ interpretationem,& tacitam cõditionem.Facit glo.no.in c.licet de vitanda,in ver.exceptionis, de elect.quæ vult,ꝙ ſi Papa præcisè ſcribat , tñ legitimæ exce-
4 ptiones ſunt admittendæ.† Tñ prædicta optimè cõfirmantur: nam iuramentum habet vim prȩciſam,vt eſt gl.ſing.in l.ſi pecuniam,in prin.in gl.parua in verſ.neceſſe habes.ff.de cond.ob cau.& tñ recipit interpretationem,& modificationem.c.quẽadmodum.de iureiu.l.fi.ff.qui ſatiſd.cog.Bal.& Sal.in l.fi.per illum tex.C.de non num.pec.Adde etiam, ꝙ vbi lex non diſtinguit,nec per aliam legem diſtinguitur,tñ poſſumus eam diſtin-
5 guere per vrgentem cãm,ſm Raph.Fulg. hic.† Adde tu Bal.in Auth.ingreſſi.in 1.col.C.de ſacroſ.eccl. vbi per iſtum text. dicit ꝙ verba gñalia reſtringũtur ad id,quod rationis eſt.Et per hoc
6 infert,vt ibi per eum.† Dicit etiam Bal.in c.1. in 6.col.de conſti.ꝙ ſtatuta recipiunt interpretationem per pũctum rationis.
7 † Item ſufficit allegare rõnem, [a] vbi legem non habemus. Ita
a dicit gl.in c.ex eo.in ver.rationis, de elect. in 6. Facit quod vult D.Ant.de But.in c.3.de præben.D.Abb.in c. propoſuit, & in c. ſuggeſtum.de appel.ꝙ lex ſiue ſtatutum gñaliter loquens, poteſt reſtringi per rõnem naturalem,quæ habet vim legis.l.ſcire oportet.§.ſufficit,& ibi Bal.ad hoc nota. ff.de excuſatio. tutor.
8 † Item rationale dictum ita debet mouere iudicem , ſicut lex
9 ſcripta.ita dicit And.de Iſer. in prooem.feu.in vlt.col. ¶† Scdò pondera tex.ibi pœniteat libertũ , & actionem remittat. Et ad-
10 de,† ꝙ in extraordinarijs crimib.habet locum pȩnitentia, quæ reducit rem ad priſtinum ſtatum.tex.eſt no.in l. ex hoc edicto. §.pe.ff.de alie.iud.quem ſic alleg.Bald.in c. 1. in princ.de prohi. feu.alie.per Fede.limitat iſtũ tex.Sal.in l. ſi quis maior. in 5. col. C.de tranſ.vt procedat in pȩna legali.ſecus autem in pȩna conuentionali. Vñ ſi promiſi non vocare te in ius ſub certa pœna, eo ipſo,ꝙ vocaui te in ius,nõ poſſum amplius pȩnitere,vt euitem pȩnam,ẽt ſi remittam actionem.Mitius.n. agitur cum l.q̃ cum homine.l.Celſus,in fi.ff.de arbi.declarat Bart.in l.amplius non peti.ff.rem ra.ha.Tertiò pondera tex.ibi ſi patronus vocatus non veniat,& dic rõnem eſſe, quia iſta pœna committitur ratione citationis, ergo ſi citatus non comparuit , quia citatio non habuit effectum,debet remitti pȩna.l.1. §. Offilius. cum l. ſeq.ff.ne quis eum,qui.Item alia ratio eſt ſm Bal.in Auth.habita in pe.col.C.ne fil.pro pat. quia hæc citatio eſt iure circundu cta,& ſic habetur pro nõ facta.Amplia iſtum text.vt procedat etiam ſi patronus citatus non comparuit , eo quia fuit ab alio detentus, adhuc remittitur pȩna per gñalitatem huius text.Ita ampliat Bal.in l.1.§.1.ff.ne quis eum,qui.¶ Vlt.pondera tex.ibi,
11 aut non inuitus.ex quo habes illud vulgatum,† ꝙ volenti non fit iniuria.Facit l. cũ donationis.C.de dona.l.1.§.non vſq; adeo, & ibi no.Bar.ff.de iniu.& tex.in l.non putauit. §. ſi quis ſua manu,vbi gl.no.ff.de ℨtabu.Item adde,ꝙ iſte tex.procedit ſiue patronus expreſsè conſenſerit citationi, ſiue & tacitè , puta,quia comparuit , & nihi oppoſuit de venia non impetrata. Secus ſi non comparuiſſet,quia abſens,vel comparuit,& oppoſuit ante litem conteſt ſm Bar.& alios hic,& in l.fi.ℨ.eo.d. Alex.in ℨſ. 317.quod incip.viſo puncto mihi tranſmiſſo,&c.

ADDITIONES.

a ¶Rationem. Adde Io.de Imo.in cle.conſtitutionem.in 1.not.de elec. Doct.in c.ſuper eo.in 1.no.de hȩre.lib.6.& in c. degradatio in 5.not. de pȩ.eo.li.Do. in c.fi.in 3.no.de pȩ.& remiſ.eo.lib.Card.Zab.in c.venerabilem.in §.vbi electioni.in 6.no.de elect.Benedi,Capr. in cle.1. de iureiur, Abb.in cap. veſtra. in 1.no.de cohab.cle.& mul.

LEX XII.

Si libertus.

¶Filius in poteſtate abſente patre poteſt agere actione pœnali ex hoc edicto.hoc dicit. De quo dic, vt per gl.& Doct.in l.ſi longius.§.fi. ff.de iud.dixi in l.cum filiusfam.ff.ſi cert.pet.

SVMMARIVM.

1 *Pater ſpiritualis non poteſt vocari in ius ſine venia.*
2 *Pater ſpiritualis non poteſt eſſe teſtis in cauſis filioli ſui.*
3 *Defenſor ciuitatis non poteſt vocari in ius ſine venia , quia loco patris habetur.*
4 *Vaſallus feudatarius an poſſit dominum vocare in ius ſine venia.*
5 *Clericus poteſt vocari in ius ſine venia.*
6 *Sacerdos parochialis poteſt vocari in ius ſine venia.*
7 *Clerici veniunt appellatione aſinorum.*
8 *Scholaris poteſt vocare magiſtrum in ius ſine venia.*
9 *Scholaris tenetur defendere opi.ſui magiſtri.*
10 *Si iudex ſequutus opi.magiſtri ſui iudicauit contra communem,excuſatur in ſyndicatu à condemnatione expenſarum.*
11 *Priuignus poteſt vocare in ius ſine venia nouercam.*

LEX XIII.

Generaliter.

¶Iſta lex breuius ſummari non põt. † Exemplifica iſtã legem in patre ſpirituali, & ſic in eo, qui de ſacro fonte baptiſmatis aliquem leuauit, qui non poteſt vocari in ius ſine venia, ſm Gul. de Cun.Bald.& Ange.Pau.de Caſt.Lud.Rom.& D.Ale.hic.Adde Ang.& Raph.Ful.in l.adoptiuum.in prin.per illum tex.ſ.eo.Bal.in c.1.§.fi.in 3.col.de ꝑhi. feu.alie.per Fed.quicquid teneat ipſe Lud. in l.ſed ſi hac.§.prætor.ſ. eo.Et ex hoc infert Bal.† ꝙ pater ſpiritualis,& ſic compa
2 a ter [a] non põt eſſe teſtis in cã filioli ſui,nec ècontra,qđ eſt menti tenendum ſm eum , & de hoc ſæpè ſolet in practica dubitari.Adde,ꝙ idem tenet Sal.in l. teſtis idoneus.ff.de teſti.per l.ſi quis alumnam.in fi. C. de nup.Idem tenet Raph. Fulg.in l.4.§. prętor ait.ſ. eo.facit tex.in c.ita diligenter. 30. q. 3. qui dicit talem patrem ſpũalem diligendum eſſe tanq̃ patrem carnalem, quia maior eſt talis cognatio ſpiritualis , q̃ vinculum adoptionis.Et idem dicit gl.27.q.2.in c. qui dormierit. plus tenet gio.in
b c.pythacium.in gl.2.30.q. 3. qui dicit ꝙ pater ſpũalis [b] eſt magis diligẽdus q̃ carnalis,licet poſtea gl.in fi. videatur variare, Facit ẽt quod vult Bal.in l.1. in pe.char.C.vñ vi.ꝙ quemadmodũ mulier non repelliẽ ab accuſando ꝑ iniuria illata perſonis ſibi coniunctis,ita põt accuſare pro iniuria illata cõpatri ſuo. Breuiter tene ℨrium,ꝙ compater non repellitur à teſtimonio, eo quia edictum de teſtib. eſt prohibitorium certarum ꝑſonarũ, vnde omnis ꝑſona,quę non reperitur expreſſe prohibita , põt teſtificari.l.1.cum gl.ff de teſti.gl.in l.qñ.in fi.C.de hære.& iura prælegata in oppoſitum loquuntur quo ad impedimentum mſimonij ℨhendi,& quantum ad reuerentiã, & ita tenet Bar. in conſ.ſuo.92.quod inci.in qõne vertente inter dñm Simonẽ. Bal.& Sal.in l.parentes.C.de teſt Flo.in l.teſtis idoneus.ff.eo.Ludo.Rom.& Alex.& hic.idem D.Ale. in conſ.42. in 3. vol.quod incipit in cã,& lite vertente inter Chriſtoph. in pen. col.in fi.& in conſ.115. in 3.volum. quod incipit vito themate præmiſſo.
3 ¶† Scdò exemplifica iſtum tex.in defenſore Ciuitatis.vel in ℨſtituto in ſimili magiſtratu,cùm loco parentis habeatur.§.fi. in Auth.vt iud.ſine quoquo ſuff.ſm Ange. & Pau. de Caſt.hic. Facit bene tex.in d.l.non dẽt.ff.de dolo.¶ Tertiò exemplifica in presbytero parochiali , qui ẽt non poteſt vocari in ius ſine venia,cùm ſacerdos ẽt pater appelletur.96 diſt.c. quis dubitet,& 6.q.1.in c.ſacerdotes.ſm Do.Alex.hic,qui dicit, ꝙ non inuenit tactum ab aliquo,q̃ à Io.Fab.in §.& in eum.Inſti de act. vbi Io. Fab.dicit,ꝙ licèt ſatis videreẽ æquum , ꝙ debeat peti venia,ñ putat de iure ℨrium,cùm nõ reperiat iure expreſſum . Tu dic, ꝙ imò iſtud in terminis examinat Alb.de Roſ.hic,& ipſe ẽt tenet,ꝙ ſacerdos parochialis non poteſt vocari in ius ſine venia. Idem eſt de mente Bal.in c.1.§.fi.in 4.col.de prohi.feu.alie. per Fede.dum æquiparat ſacerdotem parochialẽ, & eum q̃ de ſacro fonte leuauit,vt ℨ neutrum corũ poſſit actio famoſa intentari, l.non debet.ff. de dolo.Facit, q̃a ſacerdotes dicũtur *Dij*,& Deorum noĩe veniunt.tex.eſt in c.cum ex iniuncto.circa med. de hȩreti.& 6.q.1.c.ſacerdotib.Facit c.duo ſunt genera.12.q.2.
4 Facit ẽt ꝙ ſtatim dicetur in gl. de clericis. † Sed pulcherhũ dubiũ ſuccedit,q̃d in vaſallo feudatario , an poſſit vocare in ius dñm ſine venia?gl.in c.1.in ver.reuerentia.de mil. vaſal.qui contu.eſt tenuit,ꝙ ſic,& idem tenet ibi Bal. circa fi. Io.de Pla.in l.1.C.de eo.thracen. lib. 11.Io.Fab.in §.& in eum.Inſti.de act.& D.Ale. hic,pro iſta parte Bal.in d.c.1.ad fi.adducit rõnem, q̃a vaſallus nõ eſt de perſonis nominatis in edicto prętoris, vt patet ex no. in §.pȩnales.Inſti.de act.vñ iſtæ prohibitiones pȩnales non hñt locum niſi in caſib.expreſſis per iſtam.l.in l.quęſitum.ſ.eo.Ego teneo intrepidè ℨrium , ꝙ imò vaſallus non põt vocare in ius dñm ſine venia,prout tenet Spe.in ti.de feu.§ qñ.in ver.17.moueor.Primò per gñalitatem huius legis , quæ multum ſtringit. Scdò , & fortius , ꝙ vaſalli æquiparantur libertis. Ita ęquiparat Bal.in l.liberti.in vlt.col.in prin.de li.& eorum lib.gl.in l.ſolo C. de li.cau.gl.in c.1.in ver.ſalua reuerentia.de mil.vaſal.qui contum. eſt.ſed libertus non põt vocare in ius patronum ſine venia , vt toto iſto tit. ergo nec debet poſſe vaſallus. Tertiò moueor , quia ẽt in materia pȩnali vbi agitur de priuatione totius feudi,gl.arguunt à libertis ad vaſallos,ita glo. in l.1. §.cum patronus

ADDITIONES.

a ¶Compater.Adde Io.And.in ſum.in tit.de teſt.Arch.in c.regulæ.29.diſt.Ange conſ.1.Ale.de Imo.cõſ.143.inci.Redẽptoris noſtri inuocato ſuffrag.in 3.vo
b ¶Spiritualis.Adde Barba.in c.coram.in 9.col.de offi.deleg.

tronus.ff. de of. præfe. vrb. & glo.in d.l.ſolo. Quartò, quia libertus non poteſt intentare actionem famoſam : puta furti contra dominum.Ita tenet Bald.in c.1.§.fin.in 4.col. de prohi. feud.alie.per Fede.Facit bene text. in l.non debet. ff. de don.ergo requiritur impetratio veniæ, per l.ſed ſi hac.§. prætor ait.s. eo.Et propter hoc dubitauit Bal.in c.1.§.fin in 4.col.an requiratur impetratio veniæ,quando vaſallus vult vocare in ius dominum.Nec obſtat fundamentum Bal.ſuperius relatum, dum dicit,q̃ iſtę probationes ſunt pœnales:ergo extendi non debent: quia iſtud fundamentum probat contrarium, quia imò iſta materia ex parte perſonarum, quæ debent vocari in ius,eſt favorabilis, & extendenda. Ita tenet gloſſ. in l.ſed ſi hac. §.prætor.s.cod.& gl.& Doc.in l.venia.C.eo.gl.in l.qui bona. §.ſi alie no.in gl.fin.ff.de dam.infe.& glo. in l.apud Celſum.§.ſi aduerſus.ff. de exce.do. & de iſto articulo tangit etiam Alb. hic, ſed nihil clarè decidit.& idem Alb. in l. ſed ſi hac.§. qui manumittitur.s.eo.¶ † In glo.ibi,& nullum clericum. Habes ex gl.q̃ clericus poteſt vocari in ius ſine venia.Idem tenet Spé.& Io.Antit.de actore.§.j.ver.ſed nunquid edictũ.vbi in omnib.approbant iſtam glo.¶ † Secus eſt in ſacerdote parochiali, vt dixi in text.*Et cum iſta glo.omnes tranſeunt* : licèt clericatus ſit maior honor quocunque honore temporali.ſm Bart.in conſ.ſuo,quod incipit.quæritur ſi aliqua poſſeſſio.Alibi tamen do.Ant.de But.& pro certo minus modeſtè, quàm eum decebat in c.2. de treug. & pa.no.ex illo tex.in 1.no.q̃† clerici veniunt appellatione aſinorum.¶ † In ea gl.ibi,& nullum magiſtrum.habes,q̃ ſcholaris poteſt vocare in ius magiſtrum ſuum ſine venia. Sequuntur Spec.& Io.And.in loco præalleg & Io.de Pla.in §.pœnales. Inſti.de act.idem vult Bart.hic & Alb.poſt Gul.de Cun. *& communiter* Mod. dum limitant iſtam glo. procedere in vocatione verbali, non autem reali:& ſic in captura : quia tunc diſcipulus puniretur arbitrio iudicis.l.mèdicus, & ibi Bart. C. de profeſ.& medi.li. 10.do. Mathe. in no.59.& ſeq. Sed aduerte : quia contrarium vult gl.in l.liberto.ff.de obſeq. per quam glo. Nic. de Neap.ibi in fin.expreſsè tenet, q̃ ſcholaris non poteſt vocare in ius magiſtrum ſine venia. † Et per illam glo.vide, q̃ vult Bart.in l.omnes populi.in 6.q.1.q.prin.ff.de iuſt.& iu.Accedat, q̃ ſcholaris tenetur defendere opinionem magiſtri ſui.l.dicere.& ibi Bar. no. ff. de arbi.in tantum, q̃ alibi dicit egregiè do. Abb.in c.1.in 6.col.de poſtu.præl.† Quod iudex,qui iudicauit ſm opi. magiſtri ſui, quamuis ſit contra communem ſententiam, excuſatur in ſyndicatu à condemnatione expenſarum, quia vt diſcipulus probabiliter ſequutus eſt opi. Doct.ſui. & refert fuiſſe not.dictum Old.Lau.in l.quęſitum.§.1.ff.de fun.inſtr. ¶ † In ea gl.ibi,& nouerca. habes, quod priuignus non poteſt vocare in ius nouercam ſine venia. Tene contrarium,cũ actio famoſa poſſet contra eam intentari.l.ſi nondum, & l.de his.ff. de fur.ergo non requiritur impetratio veniæ.l ſed ſi hac.§.prętor ait.s.eo.Et ita latè tenent Raph. Ful.& do.Alex. hic. quicquid teneat idem Raph.in 1.col.C.eo.

SVMMARIVM.

1 *Prohibitus agere, non intelligitur excluſus ab excipiendo, & ſe defendendo.Vide limitationes nu.eo.& 2.*
3 *Princeps licèt concedat alicui iudicem delegatum contra aliquem, non propterea videtur eum habilitare ad agendum.*
4 *Libertus non dicitur vocaſſe in ius patronum per libellum ſupplicatorium porrectum principi, vel per libellum conuentionalem iudici porrectum.*

LEX XIIII.

Libertus. ¶ Libertus, qui ſe defendit in crimine, non videtur vocare in ius, licèt iudicẽ interpellet, vt cauſam terminet. Item per ſupplicationẽ reſcripti non incidit libertus in pœnam huius dicti,niſi ſequatur citatio patroni.h.d.¶ Not.primo regulam ſecundum Gul.Bar.& alios hic, † quod prohibitus agere ſicut eſt excommunicatus.c.1.de excep.in 6.vel bannitus ex forma ſtatutorum, non intelligitur excluſus ab excipiendo,& ſe defendendo. & eſt text. in c. cum inter. de excep. in Auth. credentes.C.de hær. no.in l. cum mulier. ff.ſol.mat.& in c.intelleximus.de iud. Adde gl. in l.ad cognitionem. in gl.ſi. ff.ex quib.cau.maior.dum gl. ibi dicit not.pro bannitis. Ex qua colligitur,q̃ bannito, [a] & excommunicato redditur ius in excipiendo,& ſe defendendo. quam gl. dicit eſſe ad hoc vnicam in iure Bal.in c.accedens.2.vt lit.non cõteſt.& in c.intelleximus. de iud. Limita iſtam regulã trib.modis.Primò ſm Ange.q̃n defenſio conſiſteret in reconuentione.tex.eſt in d.c.inter.q̃ intelligе verum q̃n bannitus, vel excommunicatus reconueniunt ex alia cauſa, quam ex ea qua ipſi conueniuntur: ſecus q̃n ex eadem cauſa,ſm Inn.in c.ſi vero. de ſent.excom. ¶ Secundò limita in mera exceptione tendente ad excluſionem actionis,ſecus quando exceptio habet vim actionis, vel accuſationis. l. 2 quoniam Alex.& ibi Doct.de adul. ¶ † Tertiò limita in defenſione neceſſaria, quæ eſt,q̃n quis ſimpliciter citatur : quo caſu tenet̃ comparere:& eo ipſo cenſetur eius perſona habilitata,ſecundum Bar.& alios in l.de pupillo.§.1.cum concor.ff.de ope. nou.nun.& no.do. Bartho. Vero. in cautela 97. ſecus ſi citatur ſub conditione,ſi ſua putauerit intereſſe, vt eſt glo. in l.ea quidem.C.qui accu.non poſ.quo caſu non cogitur comparere, ſi non vult, ſecundum Paul. de Caſt.hic, & Bald.in l.fin.in 5.q.C. de edic.diui.Adri.tol.& in l.2.C.de pac.Lud. & Mod. in d.l.qđ pupillo.§.1.cum aliis cõcor.ibi traditis. Facit,q̃ vult Bal. in c.1. in 5.col.de mil.vaſal.qui contu.eſt, q̃ quando quis citatur ſub conditione,ſi ſua putauerit intereſſe, citatio non ligat eum. ¶ Et 3 ita limitat.s.tit.ſi quis ius dicen.non obtẽ. ¶ † Secundò no.ex l. libertus, quòd licèt princeps concedat alicui iudicem delegatum contra aliquem, non videtur eum habilitare ad agendũ. Imò non obſtan. delegatione poſſunt opponi contra eum omnes exceptiones,quæ poterant opponi coram ordinario.Et fa- b cit iſte text. [b] ſecundum Ang.Paul.de Caſt.Lud.Ro.& do.Ale. c hic, quòd Papa dando iudicem [c] delegatum excommunicato,non videtur per hoc excommunicatum abſoluere, vel diſpenſare, quòd agere poſſit. Facit c.1.de reſcr.in 6.cle.ſi ſumus Pontifex.de ſen.excom.per Anch.in c.ſi eo tempore.de reſc.in 4 6. ¶ † Tertiò not. quòd per libellum ſupplicatorium porrectum principi, vel per libellum conuentionalem porrectum iudici,non dicitur libertus vocaſſe in ius patronum: & ſic non incidit in pœnam huius edicti Limita ſingulariter, niſi talis libellus offerretur parte præſente,cùm præſentia habeat vim citationis.ita tenet Baldus c. plerunque. in 2.col. de reſcri.dixi. in l.1. ſupra eo.

ADDITIONES.

a ¶Bannito. Adde Alb.de Ro.in 4.par.ſtatu.q.59.incip.ſed ſtatuto.
b ¶Iſte text.Limita iſtum text.niſi venia petita eſſet à ſuperiore.Are.conſ.114. inc.vera videtur. PVRPV.
c ¶Iudicem. Adde Card.Zab.in prooe.Grego.in 6.col.ver.3.quæro.Abb.in cap. propoſuiſti.de cle.excom.

SVMMARIVM.

1 *Libertus tutorio nomine poteſt in ius vocare patronum ſine venia.*
2 *Exceptio aliqua obſtat agenti nomine proprio, quæ non obſtat agenti nomine alieno.*
3 *Auctoritas, ſeu conſenſus an requiratur in filio agente nomine alieno.*

LEX XVI.

1 **Quæſitum.** ¶ † Libertus tutorio nomine poteſt in ius vocare patronum ſine venia.h.d.Limita,quando libertus ageret procuratorio nomine, cùm officium procuratoris ſit voluntarium.l.ſi filiusfa.§.ſi inuitus.ff.de procu.ergo imputatur liberto, qui ſponte ſuſcepit officium procurationis contra dominum,ſed officium tutoris, & curatoris eſt neceſſarium. l.1.in prin.& ibi gl. ff.de tute. Ideo neceſſitas eum magis excuſat l.tutorem.in prin.ff.de his.quib.vt ind.iuncta l. ſi fideiuſſ.§.neceſſaria.ff.qui ſatiſd.cog. & ita dicit gl. in l.ſed ſi hac. §.fin.s.eo & ita tenet Gul.Ray. & Sal.Pau.de Caſt. & do. Alex. 2 hic. ¶ † Secundo not. quòd aliqua exceptio obſtat agenti nomine proprio, quæ obſtat agenti nomine alieno. Fact l.iubemus.§.ſanè.C.de ſacroſan.eccle.l cum quædam. ff.de admini. tutor.l.1.§.item eorum.ff. quod cuiuſque vniuer. l. ſocium.in prin.ff.de pro ſoc.& l.filius.poſt prin.ff.de admin.tutor. ¶ † Ter- 3 tiò facit iſta l.ſecundũ Bald. quòd in filio nomine alieno agenti non requiritur auctoritas, ſeu conſenſus patris, & eſt text. in cap.qui generaliter.§.1. de procu. in 6. licèt glo. teneat contrarium,& malè.reprobatur per Bart.& omnes in l.fin.§.neceſſitate.C. de bo. quæ lib. ¶ Quarto per iſtum text. tenet. Alb.de Ro.in 3.par.ſtatutorum.in q. 61.incip. Item quæro ſi bannitus agit,&c. quòd licèt per ſtatutum bannitus repellatur ab agendo : tamen ſi bannitus agat nomine alterius, non repelletur. ¶ Quinto per iſtum text.dicunt Lud.Ro.& do.Alex.hic,quòd ſtatutum diſponens, quòd mulier, vel minor non poſſit contrahere ſine conſenſu propinquorum, tale ſtatutum non habet locum, quando contrahunt nomine alieno. Facit l. cum mandato. ff. de minor. Idem tenet Paul. de Caſt. vbi limitat. in l. quicunque.§.ſi ab alio.ff.de inſtor.& facit, quod proximè ſequitur. ¶ Sexto per iſtum text.decidit Angel.in l. quamuis.in prin.ff.de acqui.poſ. ſtante ſtatuto, quòd minores non poſſint

se obligare fine consensu duorum propinquorum: tñ sine isto consensu poterunt constitui procuratores ad negocia alterius: quia tale statutum debet intelligi quando se obligant nomine proprio: non quando ad damnum & vtilitatem alterius.Facit glo.in l.lis nulla.ff. de iud.dum dicit, secus si nomine alieno.¶Septimò per istum tex.dicit Io.Fab.in §.pęnales.in 5.col.Insti. de acti.quod filius beneficiatus potest patrem conuenire nomine beneficij sui sine venia: quamuis ȩcontra si pater esset beneficiatus non posset eum filius conuenire nomine beneficij sine venia,per l.sed si hac.§.fin.ɜ.eo. ¶Vltimò ad intelectum huius tex.considera, quòd propter contraria, quæ formantur in glo.text. iste potest intelligi de patrona pupilli, non autem tutoris:prout glo. & Doct. intelligunt. Et sic dum text. dicit patronam suam.intelligitur.s.pupilli.per id,quod in simili dicit Bart. in l.cum in testamento. ff.de auro, & arg. leg. Sed aduerte, quia isto modo tex.esset de indubitabili propter l.sed si hac. §. fin.ɜ.eo. cùm istud edictum ex parte patroni sit fauorabile,& extendum,vt ibi dicit glo.magistra.& tamen non habet locum, quando conuenitur tutor patroni, ergo non esset dubium in tutore liberti pupilli, cùm ex eius parte sit odiosum:& sic strictè intelligendum. Iason Paduæ.

SVMMARIVM.

1 *Fideiußores,qui dantur de præsentando aliquem,lata sententia liberantur.*
2 *Præsentare promitteus aliquem in iudicio toties quoties fuerit à iudice requisitus,intelligitur secundum dispositionem iuris.*

LEX XVII.

EVm, pro quo. ¶Qui ꝓmittit aliquem exhibere in iudicio, siue officiali curiali, siue parti apud acta, cogitur adimplere.h.d.Et secundum Bar.ista
1 lex est notanda: quia quotidiè dantur fideiussores † de præsentando aliquem. Adde, quòd lata sententia liberantur.l. græcè. §.& post litem.ff.de fideiuss.etiam si promisissent aliquem præsentare,& parere mandatis curiæ:adhuc lata sententia liberantur,secundum Bald.in addi. Spec. in titu.de reo.in 1.col.Sequitur do.Alex.in l.2. §.fin. qui satisf.cog. quamuis Bald. hic dubitet,quasi videatur promittere iudicatum solui.& remittit se ad no.per Dy.in l.cõtinuus.§.c ũquis.ff.de verb.ob. Sed ad hoc respondet ipsemet Bal.in tit.de reo.in 1.col.quòd illud de parendo mandatis curiæ venit accessoriè: & sic intelligitur promittere, quòd parebit mandatis curiæ quantum ad ipsam exhibitionem,non autem,quod intelligatur promittere soluere iudi-
2 catum Facit, † quòd no. vult Ang. in l.quod si nolit.§.si quid ita.ff. de ædil.edi. quod si aliquis promisit præsentare aliquem in iudicio toties, quoties fuerit à iudice requisitus, intelligitur secundum dispositionem iuris. s. vsque ad sententiam, & non plus.d.§.post litem.dicam plenius in d.l.2.§.fin.ff.qui satisd.cog. Iason Paduæ.

SVMMARIVM.

1 *Citatio verbalis semper potest ad domum fieri,etiam si ianua sit clausa.Vide extensiones.nu.1.& 6.7.8.9.10.11.& 12.*
2 *Contumax verus non potest appellare à sententia contra eum lata, non sic in ficto.*
3 *Nemo inuitus potest personaliter capi in domo propria.& nu.14.*
9 *Nauis æquiparatur prædio vrbano.*
13 *Familia Potestatis volens aliquem capere, & eum fugientem insequatur,& in alieno territorio eum capiat,an talis captura valeat.*
15 *Causæ ciuiles magnæ æquiparantur criminalib.*
16 *Domus propria sicut liberat quem ab extractione,& captura,ita etiam ecclesia.*
17 *Personaliter quis potest capi in apotheca.*
18 *Viator potest capi in hospitio.*
19 *Porticus domus an liberet quem à captura.*
20 *Capi potest inuitus existens in ostio extra clausurum domus. Vide alias limitationes.nu.21.22.23.24.25.26.27.28.& 29.*
30 *Vim patitur,qui de domo inuitus extrahitur.*
31 *Nuncius, quando citat aliquem, non potest per vim intrare domum, etiam si inueniat ostium apertum domino probibente:& si intrat tenetur de vi.*
32 *Dominus existens in vinea potest re, & verbo ibi citari, & personaliter capi.*
33 *Citatio nedum verbalis,sed etiam realis est permissa.*
34 *Mulier pro debito ciuili non potest capi,nec in domo,nec extra domum. Quid in muliere meretrice? Vide nu.35.*
36 *Adulterium an committatur cum meretrice nupta.*

LEX XVIII.

PLerique. ¶Nemo inuitus potest de domo suæ habitationis extrahi: sed contra talem latitantem conceditur parti aduersæ missio in possessionem bonorum eius. verba liter autem in domo potest citari,si aditum præstat, vel ex publico conspiciatur. In alio autem loco, puta vinea,balneo,vel theatro potest non solùm verbaliter, sed etiam realiter citari, & inuitus extrahi.h.d.cum ll.seq.vsque ad l.neque. ¶Et pro intellectu tex.aduerte, inquantum vult, quòd existens in domo potest verbaliter citari in duobus casibus Primus est, quando ad se aditum præstat:puta, quia dimittit ianuam apertam,& nuncius potest ingredi domum.Secundò, quando ex publico
1 conspicitur:puta,quia stat ad fenestram.Nam debes scire, † ꝙ citatio verbalis semper potest ad domum fieri, etiam si ianua sit clausula,& ipse latitet: quia citabitur per nuncium affigendo schedulã in ostio,vel proijciendo schedulam citatoriam in
2 domum, prout tota die fit. † Sed certè non dicetur verus contumax,nisi duobus casib.positis in text.sed erit fictus, seu præsumptus contumax.Ita declarant istũ tex.Ang. & Pau.de Cast. hic,& ante eos Io.And. in c. Romana. §. contrahentes.de for. compe. in 6. in nouella. vbi tractat materiam istius legis. Effectus est magnus: quia verus contumax non potest appellare à sententia contra eum lata:fictus contumax sic l.pe. vbi glo.& Doct.ff.de in integ.rest.glo.& Doct. in l.ex consensu.§. fin.ff.de appel. cum sim. Itẽ si est verus contumax potest mulctari per iudicem:sed non,quando est fictus contumax, vt dixi in l.vnica.§.fin.ɜ.tit.1.¶ † Not.ex isto text.regulam, quòd nemo inui-
3 tus potest personaliter capi in domo propria, vt hic,& in l.ne-
4 mo de domo.ff.de reg.iur.¶ † Extende istam regulam. Primò, vt procedat non solùm in domo sua propria, vt dicit text.sed etiam in domo aliena conducta, vel etiam si in ea gratis habitat.l.lex Cornelia.§. domum. ff.de iniur.l.1.§. 1.ff de lib.agn. l.1.§.habitare.ff de his,qui deie. vel effud. secundum Bart.Alb. Bald.& reliquos hic.Bart.in l.qui domum.per illum tex.& in l. nec in ea.ff de adul.Pau.de Cast.in cons.43.quod inc.viso puncto suprascripto. vbi plura scribit ad intellectum huius legis.
5 ¶ † Secundò extende, vt procedat etiam si quis esset in domo sibi data per iudicem ex 1.decre. & in ea habitaret, secundum
6 Bald.in Auth.ei qui.C.de bon.auctoritate iud.pos. ¶ † Tertiò extende,etiam si quis habitaret in cassina,vel in capana:quia nõ posset ibi capi,cùm talis capana,vel cassina veniat appellatione domus. Secus si esset capana, vel cassina bestiarum, secundum Bald.in c.2.de duo. fra. de nouo benefi. inuesti.vbi alleg. gl.ficientem mentionem de tali capana.in §.cum in suo.in ver.appellatione.Insti.de rerũ diui.Sequitur Lud.Ro.hic, & alij post eum,& idem Lud. in l.1.§. domini.2.ff. ad Syl.& in l.eum qui ædes.ff.de vsuca.Imo & alij Mo.in l.Senatus.§.Marcellus. ff.de leg.1.Adde,ꝙ tenet Alb.de Ros.in 4.parte statutorum,in q.98. quæ incip.quod si statuto cauetur, quòd bannitus non debet recipi,&c. vbi determinat,quòd stante statuto, quòd bannitus non possit receptari in castris, vel villis sub tanta pœna, quòd si receptetur in cassina quæ non sit in castro,vel in villa:tamen receptans tenetur ex identitate rationis, & fauore *Reip. l.2.*
7 §.1. C. de fal. mo. vt ibi plenius per eum. ¶ † Quartò amplia istam l. vt procedat etiam in domuncula, vel tenui casa, per id, quod vult Bald. in l.1.§.1.ff. nau. cau.sta. & per id, quod vult Angel.in §.hinc nobis.in Authen.de hæred.& fal.& Mod. in l.Senatus.§.Marcellus.ff.de legat.1.dicam plenius in l.scien-
8 dum.in princip.ff.qui satisd.cog.¶ † Quintò procedit etiam in stabulo iuncto domui.secus si sit separatum. l. hoc iure.§ stabula. cum gloss. ff. in quib.cau. pig.tac. contraha. per Bald.&
9 Pau.de Cast.in l.fin. in princip. ff.de seru. vrb præd. ¶ † Sextò procedit in naui, secundum Alber. de Ro. in l. pen.§. fin. per illum text. ff. de his, qui deie. vel effud. & in 2. parte statutorum.q.35.quæ inc.item quæritꝫ si ex statuto maior pœna.in fin. Facit, quod vult Bald. in l.certi iuris. in 2. colum. in fin. C.loc. vbi vult, quòd nauis æquiparetur prædio vrbano, & non rustico.Contrarium tenet Lud.Ro.in d.l.1.§. domini appellatione.ff.ad Syl.per text.optimum in l.1.§.si quis de naui.ff.de vi,& vi arma. quem text. etiam alleg. Bald. sed ei non respondet in
10 d.l.certi iuris. ¶ † Septimò procedit in molendinario, qui esset in molendino,qñ illa est sua habitatio,sm Alb. de Ro.in d. q.35.licet in ɔrium faciat,ꝙ vult Bal. in d.l.certi iuris. in 2.col. in fi.vbi dicit, ꝙ molendinum est potius prædium rusticũ quã
11 vrbanum. ¶ † Octauò procedit ista lex, quando quis esset in horto iuncto domui, ad quem esset aditus ex domo.l.fin.vbi Bald.& alij.ff.de seru.vrb.præd.l.prędij.§.qui domum.ff.de leg. 3.glo.in l.statuæ.ff.de verb.sign. & in cap. religiosum.12 quæst. 2. not. Docto. in cap. Raynutius. per illum text. de test. do.

Abb.in c.1.in 3.not.per illum text. de cenſi.& in c.1.de decimis
12 ¶ † Nonò procedit iſta lex, etiam ſi aliquis ſit repertus extra
domum,& familia eum inſequente,vt caperet,in domum fu-
a gat. ª arg.l.quis ſit fugitius.§.idem Celius.cum glo. de ædil.edi.
13 ſecundum Bald. & Lud. Ro.hic. † Et idem in eo, qui aufugiſ-
ſet in eccleſiam,ſecundum Bal. ita teneas,quicquid teneat Bal.
in repe. mag. l. cunctos populos.circa medium. C.de ſum. tri.
vbi vult contrarium,conſiderato initio per doctrinam Bart.in
l.quod ait lex.§.1.ff.de adul.Pro 1.parte,quæ eſt vera.adde, qđ
in ſimili habetur, quòd ſi familia Poteſtatis volens aliquem ca
pere,cum fugientem inſequatur, & in alieno territorio capiat,
b talis captura non valet, ᵇ & debet relaxari, ſecundum Bal.in l.
ſicuti.§.Ariſto.ff.ſi ſer.vend.& in c.cum olim.in fin.de dolo, &
14 contu.Ang.in l.nemo carcerem C.de exac.trib.lib.10.¶ † De-
cimò extende iſtam legem, vt procedat etiam pro cauſa cri-
minali, quando venit imponenda pœna pecuniaria applican-
da parti,quamuis impropriè dicatur cauſa criminalis:quia pro
executione talis pœnæ nõn poteſt quis in domo propria capi.
Ita ſentit Bart. ſi rationes ſuæ ponderentur in conſilio ſuo, qđ
15 incip.ſtatuto ciuitatis Tuderti.¶ † Vndecimò extende iſtam l.
vt procedat, etiam ſi eſſet dubium magnum per generalitatẽ
* huius. l. ſecundum Alb.de Roſ. hic referentem Doctores, *ita communiter tenere.* Pondera, quia ex hoc limitatur regula, quæ
habet, quòd cauſæ ciuiles magnæ æquiparantur criminalibus.
l.propter litem.ff.de exc. tut.in c.frequens.§. illud. de reſti. ſpo.
in 6.& ita æquiparat Bart. Ang. & Doct. in l.admonendi.circa
10. col.vbi dixi.ff.de iureiu.Bart. in l.Athletæ. in prin.per illum
text.ff.de excu.tuto.Hinc eſt, quòd ſicut habens litem mecum
in cauſa criminali, dicitur inimicus capitalis: ita etiam ſi ha-
beat litem mecum in cauſa pecuniaria magna, dicitur inimi-
cus capitalis,ſecundum Bart.in l.3.in prin.ff.de teſti.¶ Iſta ęqui
paratio fallit hic: nam pro cauſa criminali poteſt quis in do-
mo capi,vt dicam.j̃.in 10.fallen.ſed non pro debito ciuili, licèt
maximo. Ratio diuerſitatis eſt: quia cauſa criminalis propriè
dicitur,quæ ſpectat ad fiſcum.glo.& Bart.in l.3. in prin.cum ſi-
mili.ff.de ſepul.vio. Cano. in rub. de iud. ſed pro debito fiſcali
16 quis poteſt in domo capi,vt dicam. j̃.in 12.fall. ¶ † Duodeci-
mò extẽde iſtam l. vt quemadmodum in domo propria quis
c capi non poteſt,ita nec in eccleſia,ᶜ ſecundum Gul.Bart.Bal.&
alios hic.Bart.in l.2.C.de ſacroſ.eccl. & in l.etiam.in 4. colu.C.
de execu.rei iudi.& in l.ſi quis ad declinandam. in 14.col. C.de
Epiſc. & cle. Habetur in cap. decet domum. per illum text.de
imm.eccl.in 6.do.Ant.de Butr. & alij in c. inter alia.in antiquis.
imo nec in circunſtantijs eccleſiæ poteſt quis capi,ſm Bar.in d.
l.præſenti.imò nec in porticib.circa eccleſiam, ſm d.Ant.in d.
c.inter alia.Imò ſi ſit maior eccleſia,nec per 40. paſſus circa ec
cleſiam,in alijs eccleſijs per 30.paſſus. text. eſt in c. ſi quid anti-
quitus.& ibi glo.17.q.4.Ioan.And.in addi.Spec. in tit.de im.ec-
cl.ſuper rub.Bar.in l.Item apud Labeonem.§.conuicium.ff.de
iniu.Old.in conſ.55.incip.conſueuit dubitari. Lud.Ro.in conſ.
227.quod incip.Spectabilis domine collaterális.Ange.de Are.
in tract.maleſi.in ver.in ſcalis ſancti Petronij. Et quod dictum
eſt in eccleſia, quem capi non poſſe,procedit etiam in hoſpi-
d tali, ᵈ ſm Bald. in d.l. ſi quis ad declinandam. in 14.col. vbi re-
fert ita tenere Arch.in cap. diffiniuit.17.q.4. & reputat not. di-
17 gnum. ¶ † Limita nunc iſtam l. primo non habere locum in
apotheca, in qua bene poteſt quis perſonaliter capi.l.lex Cor-
nelia.§.ſit tamen.in ver.meritoria.cum gl.ff.de iniur.l.1.in prin.
& ibi Bar.ff.de lib.agno. Idem Bart.in l.4.§. prætor ait. in 2.col.
ff.de dam.infe.& in conſ.ſuo.7.quod incip. ſtatuto cauetur, ꝙ
pro maleficio.Alb.de Ro.in d.q.35.Pau.de Caſt.& alij Mo.hic,
& plenius idem Pau.de Caſt.in conſ.43.quod inc.viſo puncto
ſupraſcripto. vbi no. extendit etiam ſi apotheca eſſet connexa
18 domui,vt per apothecam haberetur aditus in domum. ¶ † Se
cundò limita, quando quis eſſet in hoſpitio tanquam viator:
quia ibi poteſt perſonaliter capi. Secus ſi ibi conduxiſſet came
ram ad habitandum per annum,vel ſex menſes,vel ſimile tem
pus.l.1.§.habitare.ff.de his,qui deie.vel effu.l.pe.§.in factum.ff.
nau.cau.ſtab.& per d.§. habitare.dicunt Bald.& Flor.ibi, quòd
ſi ſtatutum puniat offendentem aliquem in domo, non com-
prehendit offendentem in hoſpitio.Idem tenet Bal.in l.ea quæ.
12 Posset aliter diuidi,sed pro nunc sufficiat ista diuisio.¶†In ea. glo.ibi,non vt noceat,vt hic.Pro clara intelligentia gl. assumo primum casum tex qui est, q̃ quando tempore præcepti erat iam mortuus sistendus,liberatur fideiussor:nec tenetur hæredem sistere.Contra istud fortiter opponit glos.de l.cum quasi. hic in ea alleg.vbi hæres grauatus in testamento manumittere seruum,si eum manumittat,habet ius patronatus: si verò non manumittat tempore debito,seruus ipso iure efficitur liber p̃ Senatusconsultum Rubricanum, de quo loquitur ille titulus: & hæres perdit ius patronatus, nisi absens ex iusta causa non manumisit in tempore debito.dicitur ibi in tex.q̃ si iudex per decretum suum declarat istum,qui debet manumittere,abesse ex iusta causa, ita q̃ non dicatur negligens nec perdere ius patronatus,si tempore decreti iudicis iam erat mortuus,prodest eius hæredi.Quæritur ergo in textu nostro effectus fideiussionis, quæ non transfertur in hæredem mortuo principali,vt fideiussor cogatur hæredem sistere.Glo.respondet, q̃ ibi trãsfertur ad p̃ficuũ hæredis. s.vt hæres ius patron.retineat, nõ vt noceat,vt hic.Adde q̃ ita etiam respondet gl.in l. Neratius. ff. de regu.iur.& glo.in l.pe.ff.quæ sen.sine app.rescin. Ista solutio gl.non videtur esse bona:quia iudicium non debet claudicare. l.fi.C.de fru.& lit.expen.c.cum inter R.de exce.Hinc est, quod quemadmodum non valet sententia lata contra absentẽ non citatum,eodem modo non valet,si in eius fauorem sit lata.vt no.in l.furioso.ff.de re iud.& in l.ea quæ.C.quomodo,& quando iudex.Considera etiam si contra istam solutionem põt adduci,q̃ videtur inepta:quia etiam hoc est proficuum hæredis transire obligationem fideiussoriam ad hæredem,cùm non teneatur aliam præstare.Alio modo respondet glo.in d.l.pen.ff. quæ sen.sine app.rescin.Bar.in l.in summa.§.fi.ff.de re iudic.& Pau.de Cast.hic,q̃ ibi speciale sit fauore libertatis,& in consequentiam resultat commodum iuris patronatus quo ad hæredem mortui.Istam solutionem etiã sequitur D.Alexã.hic, sed non valet,& eam reprobant Albe.& Salic.hic:quia in hoc nullus est ibi fauor libertatis,cùm omnino seruus ad libertatem perueniat:& sic solùm ibi consistit in iure patro.¶ Alio,& tertio modo respondet Alb.hic,& Raph.Cum.in d.l.pen.q̃ contrarium loquitur in decreto iudicis,quod potius respicit rem, quàm personam:ideo cùm sit reale transit etiam ad hæredẽ. Quarto modo respondet Raph.Fulg.hic,q̃ illa sententia poterat cadere & in defunctum,& in hæredem.nam etiam defunctus dicitur abesse.¶ Quintò modo respondent Bar.& Ang.& alij Moder.hic,q̃ in ista l.promissio de sistendo Titium in iudicio cohæret personæ,ideo non transit ad hæredem, per regu-

13 lam.l.vnicæ.§.ne autem,& ibi Bal.C.de cadu.tol.† Per hoc infert no.Bar.hic,q̃ si debitor in instrumento expressè cõuenit, q̃ si non soluerit in termino possit incarcerari,præsupposito q̃ tale pactum valeat,de quo per Bar.in l.Titio centum §.2.ff.de condi.& demon.& in l.alia.§.eleganter.ff.solu.matr. quòd hæres debitoris,quamuis non soluat, non tamen poterit vigore talis pacti incarcerari.Adde secus esse in statuto:quia si statutũ disponat,q̃ debitor non soluens possit incarcerari,eo mortuo similiter eius hæres poterit incarcerari:& sic statutum de incarcerando loquens in debitore habet locum etiam in eius hæredẽ.Ita tenet Bal.& alij in l.postulante.in princ.ff.ad Trebel. vbi Dom.Alex.limitat tribus modis post Bald. in l. per diuersas.in 10.q.C.mandati.& post Salic.in l.fi. §. in computatione. C. de iure delib.Idem tenet Ang.in l.1.C.qui bo.ced.pot.Ludo.in d. lalia.§.eleganter.Pau.de Cast.& Dom.Alexã.hic,quicquid teneat Ang.sibi contrarius in repe.l.nemo carcerem. in vlti. car.

14 C.de exac.tri.lib.10.†Et puto,q̃ triplex sit ratio diuersitatis inter pactum,& statutum. Primò,q̃ statutum semper loquitur, & semper est in viridi obseruantia.l.Arriani.in fi.C.de hære. & sic loquitur in hærede,sicut in debitore,cùm tunc hæres sit debitor.Et ad hoc bene faciunt quę dixi in l.pe.§.fi. ff. ne quis eũ qui. vbi feci differentiam, an facultas iurandi inducatur à lege,vel à statuto:& tunc transeat ad hæredes: secus si ex voluntate,vel ex conuentione partium.Secunda ratio est: quia plus potest statutum quàm pactum,vt declarat Bar.in l. omnes populi.in 3.q.3.q.prin.ff.de iust.& iur.Tertia ratio est: quia in pacto,qñ verba pacti sunt dubia,debẽt interpretari ꝯ eũ,q̃ ex pacto se fundat,cùm debuerit legem apertius dicere: & sic facere de hærede mentionem.l.veteribus.ff.de pact.¶ In ead.gl.ibi,

15 & conditionem,s.si tunc viuat.†Pro clara intentia reassumo qõ.glos.quid si fideiussor promisit sistere Titium infra decem dies,& intra illum terminum non fuit in aliqua mora, sed in aliqua culpa: puta,quia nimium se angustauit, an si interim moriatur Titius,fideiussor liberetur? Et subijcio exemplum. Fideiussor promisit sistere in iudicio infra decem dies Titium distantem per decem dietas à iudicio, & passus est labi octo dies, ita quòd non supersunt nisi duo,infra quos impossibile est,eum sistere,si Titius moriatur infra illos duos dies, an fideiussor teneatur?Dubium facit:quia licèt fideiussor nondum sit in mora:quia non est lapsus totus terminus ad sistendum: tamen fuit in culpa:quia se angustauit ad tam breue tempus, infra quod est impossibile,etiam si Titius viueret, quòd sisteretur.Glo.obscurè respondet,sed vult, quòd fideiussor teneatur.

16 †Sed dubium est, an stipulatio statim sit commissa, quando cœpit esse certum,quod non poterit impleri,an verò tunc cõmittatur,quando erit lapsus totus terminus?glo. dicit considerandum esse,quod promissio de sistendo habet in se diem, & hoc est clarum. Item habet in se conditionem.s.si Titius viuet.gl.in hoc inaduertenter est locuta,secundum Bal. & Pau. de Cast.quia cum ista conditio tacita insit ex natura actus, nõ reddit dispositionem conditionalem: nec attenditur. l. conditiones extrinsecus.ff.de conditio.& demonst. vnde debuit melius dicere gl.quod inest tacita conditio.s.si non sistatur:& quo ad conditionem quamprimum certum est, quod non potest sisti,statim clarum est commissam esse stipulationem.Verùm supereſt adhuc dies,& ista præualet,secundum glo. Ista sol. gl. potest dupliciter intelligi.Primò,quod dies quæ supereſt,facit vt si contingat Titium interim mori, stipulatio nullo modo committatur,& fideiussor nullo modo teneatur.Secundò potest intelligi, quòd dies quæ supereſt non impediat stipulationem committi:quia bene committitur, sed impediat executionem:quia donec terminus venerit, non potest fieri executio.Ad hoc gl.alleg.tres leges ad idem,quę tamen sunt de directo contrariæ.nam.l.insulam intra biennium.dicit, q̃ dies quæ supereſt impedit,ne stipulatio vllo modo committatur. l. cũ stipulatus sim mihi à Proculo.dicit,quòd stipulatio mero iure committitur,sed non in effectu,quia non potest fieri executio,donec dies supereſt.l in illa.dicit,quod non obstante termino qui supereſt,stipulatio statim committitur, & potest fieri

17 executio,& sic mero iure,& in effectu.†Pro concordia *communiter* dicitur secundum Bartol.& alios hic,& plenius in l. cum stipulatus, quòd quando quis promittit facere aliquid intra certum terminum:puta sistere,& tunc aut eo casu, quo non faciat,puta quia non sistit,promittit interesse, & tunc quia interesse est quædam pœna legis, & semper mitius agitur cum l. quam cum homine,ideo dies qui supereſt,impedit stipulationem committi,quo ad interesse:& sic fideiussor in totum excusatur. Ita propriè loquitur d.l.insulam.Aut verò quis promisit facere,seu sistere:eo casu quo non faceret,promisit certam pœnam:& in hac durius agitur: quia stipulatio ipso iure committitur, quamprimum certum est in termino facere nõ

18 posse.Ita loquitur d. l. cum stipulatus. † An autem terminus, qui supereſt,impediat saltem executionem, Bartol. hic concludit, quòd sic, sed per hoc non solueretur. d.l.cum stipulatus.& d.l.in illa. Ideo pro concordia debet distingui: aut conuentio incipit à promissione pura:aut à conditione,vt dicam in 2.quæstio.glos.declarat Barto.in d.l.cum stipulatus. Breuiter quo ad quæstio.glo.nostræ concludunt antiqui. & Bartol. cum quo alij tenent,quòd in quæstio.glo.fideiussor non tenetur ad pœnam,nec ad interesse:quia culpa sua, quæ præcessit in se nimium angustando, non erat angustata ad casum mortis. Ideo ille casus non attenditur,per casum. l.si vehenda. §. idem iuris.cum seq.ff.ad legem Rho. de iact. & licèt Paul. de Castr. dicat se non intelligere, quid in hoc velint Doctor. tamen melius declarando solutionem Doctor. hic ex mente eiusdem Paul.de Castr. dic, quòd ideo in quæstio. glos.culpa fideiussoris, quæ præcessit patiendo labi octo dies, ita quod non supererant nisi duo, intra quos absens sisti non poterat, ista culpa, ideo attendi non debet: quia etiam si fuisset diligens, & intra octo dies eum adduxisset ad ciuitatem:

tamen ante terminum non potuiſſet ſiſtere: & ſic omnino intra illos duos dies fuiſſet mortuus: & ſic diligentia non plus feciſſet,quàm negligentia.Ideo attendi non debet. nam ſi fuiſſet culpa,quæ dedit cauſam mortis,ſecus eſſet l.ſi vt certo, §.ſed interdum.ff.commo. Hinc eſt, ꝙ ſi mors non fuiſſet ſequuta,tunc culpa faceret eum teneri.l.2. §. ſi quis tamen, vbi tex.no.ff.ſi quis cau.quem ad goc alleg.Pau.de Caſtr. hic, licèt aliter ſoluat Bal.vt hic per Alexan.Et ad concordiam illorum trium iurium,quæ videntur contraria,& ſupra declaraui,vide bonam glo.in c.vbi periculum. in prin.de elec.in 6.& eſt tex.in
19 c.commiſſa.eo.tit.¶†In ſeq. [a] q.gl.ibi, item quid ſi promiſiſti,
a gl. malè dicit conſtituendo differentiam inter promiſſionem iudicialem,& promiſſionem factam extra iudicium: imò idē in vtraque,prout tenuit,& melius glo. in l.ſi homo mortuus. ff.de verb. ob. Vnde diſtingue melius:aut conuentio incipit à promiſſione,aut à conditione. Primò caſu pone exemplum. Promitto purè dare tibi Titium intrē 10.dies, & ſi non dedero,promitto decem.Pone,ꝙ interim moriatur Titius ſine culpa mea:ego ſum liberatus à Titio,& à pœna: quia ego non teneor ad pœnam, niſi ſim in mora dandi Titium: & ſic pœna committitur ex mora non dandi Titiū: ſed ego non fui in mora,nec in culpa,ꝙ mortuus ſit Titius ante tempus: ergo ſum liberatus à pœna.d.l.ſi homo mortuus. Aut conuentio incipit à conditione.puta,ſi non dedero tibi Stichum intra 10.dies, promitto decem nomine pęnæ.Pone,ꝙ Stichus inita iſtos 10.dies ſine culpa mea moriatur:ego tamen teneor ad pœnam.l.in illa ſtipulatione ſi calendis.ff.de ver.ob.ratio eſt:quia iſto ſecundo caſu pœna non committitur ex mora. Ratio rationis eſt: quia Stichus erat ſolùm in conditione,non in obligatione,nec petitione.l.ſi quis ſub conditione dandorum. ff. ſi quis omiſſa cauſa teſt.Stichus ergo peti non poterat: & vbi non poteſt eſſe petitio,ibi nec mora.l.pupillus.in princ.ff.de noua. iuncta l. lecta.ver.pe.ff.ſi cer.pet. ergo cùm hic non poſſit cadere petitio,per conſequens nec mora,ergo pœna non poteſt dici cōmiſſa ex mora,quia hic mora cadere non poteſt: ergo pœna dicitur ſolùm promiſſa in defectum conditionis:ergo quomodocunque conditio deficiat,pœna committitur, & debetur.d. l.in illa ſtipulatione ſi calendis. Et adde quæ habentur in l. ad diem ff.de ver.ob. Iaſon Paduæ.

ADDITIO.

a ¶In ſequenti.q.Adde ad iſta quæ dicit,Pau.de Caſt.conſi.146.inci.videtur, ꝙ c,Pau.& Dec.conſi.45.col.9. PVRPV.

SVMMARIVM.

1 *Fideiubens in certa quantitate pro eo,qui tunc erat condemnatus, non liberatur illo naturaliter,vel ciuiliter mortuo.*
2 *Sententia lata,& ſic ſequuta condemnatione,tollitur fideiuſſio de iudicio ſiſti.*
3 *Fideiuſſio de iudicato ſoluendo, non extinguitur morte naturali, vel ciuili,ſicut extinguitur fideiuſſio de iudicio ſiſti.*
4 *Sententia condemnatoria ſi eſſet lata ſuper eo ſuper quo reus erat conuentus,licèt fideiuſſor prius fuiſſet in mora ſiſtēdi reum principalem, tamen adhuc lata ſententia liberatur.*
5 *Fideiuſſio de iudicio ſiſti non requiritur in caſibus,in quibus poteſt perueniri ad diffinitiuam abſque litis conteſtatio. vide etiam cautelam. num.6.*
7 *Cauſa affectata,& procurata non prodeſt quantum ad beneficium reſtitutionis in integrum.quod eſt de iure ſingulari.*
8 *Delinquens ſi procurauit ſe conueniri coram officiali minoris curiæ, vbi minor pœna imponitur de delicto,an iſta præuētio patrocinet ſibi,quin proceſſus contra eum factus poſtea coram officiali maioris curiæ valeat, & teneat.*
5 *Actus licèt deuoluatur ad Epiſcopum propter negligentiam capituli, tamen ſi Epiſcopus hoc procurauerit,ad eum non deuoluitur.*

LEX V.



I verò Legitur altero de tribus modis. Vno modo ſm gl.in prin.ꝙ iſte tex.loquatur in fideiuſſore de iudicio ſiſti, & iſte variat in gl. altero de trib modis. Scdo modo legitur ſm gl. in fin.ꝙ iſte tex.loquat in fideiuſſore de iudicato ſoluēdo.Tertiò modo legitur extra gl.per Bart.& Doct.hic,ꝙ tex. loquatur in fideiuſſore,qui poſt condemnationem fideiuſſit in certa quantitate.puta,in quantitate contenta in condemnatione, & iſte intellectus eſt planus ſine violatione literæ, ſm quam ponitur caſus diuerſus,& in iure,& in facto à l.præcedenti.& ſecūdum
1 iſtum intellectum h.d.†Fideiubens in certa quantitate pro eo, qui tunc erat condemnatus,non liberatur illo naturaliter, vel ciuiliter mortuo.h.d.¶Capio gl.magnā, quam diuide in duas partes princi. prout duos principales ponit intellectus ad text. ſed primus variatur in tres ſecundum diuerſitatem literæ. Se-
2 cundus eſt prope fin.glo.ibi,vel dic,quòd hic fatildedit.¶†Pro introitu glo.opp.dupliciter.Et primo ſic.nam lata ſententia,& ſic ſequuta condemnatione tollitur fideiuſſio de iudicio ſiſti. l.Græcè.§.& poſt litem.ff.de fideiuſ.dixi in l.2.§.fi.ſupra eo.quā to magis debet à princ.impediri per regulam. l. patre furioſo. ff.de his.qui ſunt ſui vel alie.iur.ergo ſi quis fideiubeat pro condemnato:& ſic lata ſententia non debet valere fideiuſſio:& tamen tex.noſter vult contrarium. Secundò deportatus cenſeē
a ſeruus,& non poteſt eſſe in iudicio, [a] vt dixi in l. præcedenti, ſed ſi quis fideiubeat pro ſuo ſeruo,vel alio,qui non poteſt eſſe in iudicio,fideiuſſio eſt nulla.l.2.§.1. ſupra eod. l. de die. §. ſi ſeruus.s̄.eod.Propter iſta glo. ponit duos intellectus principales,ſecundum primum intellectum iſte tex.loquitur in fideiuſſore de iudicio ſiſti,qui non liberatur per mortem naturalem, vel ciuilem principalis:eo quia fideiuſſor iam fuit in mora,antequam reus moreretur:& ſic propter moram præcedentem mors non liberat ipſum fideiuſſorem,& iſtud idem erat deciſum in l.præceden.in fi.Ideo iſte intellectus reprobaē per Bart. & Doc.propter aduerſatiuam,ſi verò,quæ denotat diuerſitatem in iure,& in facto,prout dixi in l.pe.s̄.titu.1. Tu ex alio reproba:quia quòd in hoc tex.fideiuſſor prius fuerit in mora,nō dicitur in tex.& ſic eſt diuinare.Imò fortius mora dicitur dolus.l.dolus.ff.mandati.l.non poteſt dolo carere.ff.de regu.iuris. Imo.& Dom.Alex.in l.ſi mora.ff.ſolu.matr. ſed in dubio non præſumitur dolus.l.quoties.§.qui dolo.ff.de proba. Et facit ratio:quia dolus dicitur delictum,vt no.Bar.in l.1.in fi.per illum tex.ff.de fideiuſ.tut. & eſt melior tex.in l. 1. §. nunc tractemus in ver.planè.ff.de tute.& rā.diſtra. ſed in dubio nunquam debet preſumi delictum.l.merito.ff.pro ſoc.& in l.moueor.& ibi ad hoc no.Bal.C.de ſer.expor.Item dum gl.intelligit iſtum tex. in verſ.pro condemnato. de condemnato per relegationem, malè intelligit:quia text.eſſet ſuperfluus, dum poſtea ſubdit, aut amiſit ciuitatem.¶Secunda principalis lectu.eſt, quòd iſte
3 tex.loquatur in fideiuſſore de iudicato ſoluendo. † Ex hoc intellectu habes, quod fideiuſſio de iudicato ſoluendo non extinguitur morte naturali, vel ciuili rei principalis, ſicut extinguitur fideiuſſio de iudicio ſiſti,vt in l.præcedenti. Rationem diuerſitatis dic,vt hic per Bart. ſed iſte intellectus, licèt in ſe ſit verus,non conuenit literæ, quæ dicit, quòd fideiuſſit pro condemnato:ſed fideiuſſor de iudicato ſoluendo dicitur propriè,
* qui fideiubet in lite pro futura condemnatione: ſed ſic eſt, ꝙ qualitas adiecta verbo,debet intelligi ſecundum tempus verbi,cui adijcitur.l.in delictis.§.ſi extraneus.ff.de noxa. ergo ten.
4 debet intelligi, quando reus iam erat condemnatus tempore fideiuſſionis.Ideo tene intellectum Barto. & *communem*, vt ſupra dixi.†Item aduerte circa glo.ibi.non in eadem, qua conuenitur.Iſta gl.innuit ſecundum Fulgoſ.& bene,quicquid dicant Ang.& Alex.hic,ꝙ ſi eſſet lata ſententia condemnatoria ſuper eo,ſuper quo reus erat conuentus,licèt fideiuſſor prius fuiſſet in mora ſiſtendi reum principalem:tamen adhuc lata ſententia liberatur:& iſto modo multum extenditur regula d.l. Græcè.§.& poſt litem.Confirmat Fulgo.in lec.antiq.quia ſententia ſubſequuta declarat nihil interfuiſſe actoris,ꝙ reus prius ſiſteretur.ideo mora præcedens non attenditur.arg.l.ſi vehenda.§.
5 pen.ff.ad leg.Rhod.de iac.¶†Confirmo per id,quod ſingulariter tenet Ang.in l.Iul.in fi.j̄.eo.vbi tenet,ꝙ in caſib.in quib.pōt perueniri ad diffinitiuam abſque lit.conteſt. non requiritur fideiuſſio de iudicio ſiſti:quæ ideo præſtatur,vt poſſit ad diffinitiuam perueniri.Breuiter teneo ꝯ gl.& Fulg.hic,per auctoritates,& rōnes,quas dixi in l.2.§.j.s̄.eo.& ipſemet Ful.in lec.nova tenet oppoſitum.Nec eſt verum fundamentum Fulg. ꝙ ſufficiat fuiſſe deuentum ad ſinīam: quia ſatiſdatio de iudicio ſiſti datur pro omni actu,vt celerius expediatur: nec ēt eſt verum dictum Ang.in d.l.Iul.vt dixi.s̄.in rub.quia aliàs ſequereē,ꝙ fideiuſſio de iudicio ſiſti,non duraret niſi vſq; ad lit.conteſ.quia
6 lite cōtę.pōt ſemper deueniri ad diffinitiuā, & tn̄ eſt falſum ꝙ d.l.Greçè.§.& poſt litē.¶†Extra gl.inquantū Bar. reprobat cau-
b telā,[b] qua vſus eſt Doc.Bon ꝙ ꝓmiſerat ſcholarē repn̄tare Pīti,& ſcholaris fugā arripuit, vn̄ Doctor accuſauit ſcholarē de alio delicto,& fecit eū bāniri ex ꝓtumacia, credens ſe liberari à ſi-

ADDITIONES.

a ¶Iudicio.Adde Bar.in l.ſed ſi hac.in §.liberos.ff.de in ius voc.gl. Inſti.de cap. dim.in §.media.Doc.in c.intelleximus. de iud.
b ¶Reprobat cautelā.Cautela eſt Bar.circa actum procuratū. Adde c. paſtoralis.§.fi.de off.deleg.dicta Iaſ.in l.ſi ſeruus plurium.§.ſi quis ante. ff.de leg.2. late Marſi.in l.1. §.cum quis.col.2.ff.de quæſt. PVRPV.

à fideiussione propter bannum,& sic mortem ciuilem principaliter,vt in l.præced.concludit Bar. ꝙ cautela non est bona: ex quo bannum processit ipso procurãte,& sic existẽte in culpa l.si eum.§.homo.ff.si quis cau.l.Stichum aut Pamphilum. in fi.prin.ff.de sol.Idem tenet Alb.Ang.& Sal.in l.præce. Pau. de Cast.in l.sed & si quis,in prin.ff.si quis cau.& D. Alexã.hic. Raph.Fulg.reprehendit Bar.quia tex.alleg. per Bart. loquit,qñ fideiussor iniustè occidit reum,quem promisit sistere, sed in q. ista Doctor licitè accusauit,& fecit condemnari:ergo debet excusari.l.si seruum merentem.in prin.ff.de verb.ob.l.quid ergo. §.si hæres.ff.de leg.1.tamen quia pro Bart.videtur facere regula.l.& qui data.ff.ex qui.cau.ma. † respondet Fulg.verum esse, ꝙ cã affectata,& procurata non prodest quantum ad beneficium restitutionis in integr.quod est de iure singulari. secus in ea,quæ competit de iure communi:cùm facilius tollatur ius singulare,quàm ius commune.l.eius militis.§.militia missus.ff. de testa.mil.Tu tenendo Bar.facies regulam generalem, q̃ seruit ad multa,ꝙ cã affectata,& malitiosè procurata, quæ aliàs prodesset,nunc non prodest,ẽt quo ad remedium de iure cõmuni competens.Pro ista regula primò facit tex.in l.si spadonem.§.fi.ff.de excu.tut.& in §.tria onera.in versi.non affectatæ. Insti.eo. ¶ Secundò facit text.in l. vniuersi.fin vnam lec.& ibi Bar.no.C.de leg.lib.10.vbi officia publica,vel dignitates publicæ,quæ aliàs præstant immunitatem ab onerib. tamen si sint procuratæ,vt tota die fit,nullam immunitatem præstant:tñ ad omnia ista iura,& ad d.l.& qui data.potes respondere,ꝙ loquũtur, qñ immunitas, vel exemptio conceditur ꝓp aliqd onus. Vnde qui procurauit tale onus,non eximitur:rõ quia non cenſetur onus,ex quo illud affectauit, & procurauit. Ita propriè loquuntur iura præal.quæ ratio cessat in propolito. Vt generaliter regula procedat,allegat tertio bo.tex.in l. si seruus pluriũ. §.si quis ante.ff.de leg.1 vbi factum,quod aliàs prodesset de iure cõi,& liberaret,si sit procuratum,nihil prodest. † Vnde per illum tex.decidunt Bal.Ang.& Mod.ꝙ si delinquens procurauit se conueniri coram officiali minoris curiæ,vbi minor pœna imponitur pro delicto,ista præuentio non patrocinaꝫ sibi, quin processus contra eum factus.postea coram officiali maioris curiæ valeat,& teneat.Facit quod vult Io.And.in c.fin.de testi.de eo,qui accus.aliquem criminaliter, vt postea cum repelleret à testimonio,ꝙ istud nihil sibi prodest:sicut nec ei,qui dedit alapam alicui, vt postea à testimonio eũ repelleret tanq̃ inimicum, fm Bar.in l.1.§.cum quis.ff.de qõ.Bal.in Auth. si dicatur.in pe.col.C.de test.Sicut nec prodest ei,qui expulit famulum de domo,vt possit pro eo testificari,secundum Bar.in l.1. §.si seruus.2.ff.de q õ.¶ Quartò facit tex.in l.2.§.fi.in ver.nam si ipse hoc affectauit,vel causam præbuit,& ibi Bar.& alij. no. ff. si quis cau.¶ Quintò facit: quia titulus procuratus nihil prodest ad repellendum agentem contra eum,fm Bar. in l.sive autem,§.si duob.ff.de pub.dixi in §.sed istæ.Insti.de act.¶ Sextò facit tex.no.in c.qñ frequenter.§.põrrò vt lite non contes.ꝙ quẽ no.Inn.in c.ad petitionem.ad fi.de accus. ꝙ qui malitiosè procurat ne ad eum citatio perueniat, non est amplius citandus, 9 ẽt ad diffinitiuam sententiam.¶ † Vltimò facit, ꝙ licèt propter a negligentiam [a] capituli actus deuoluatur ad Episcopum. c.irretragibili.§.excetius.de off.ordi.tamen si Eps hoc procurauit, ad eum non deuoluitur,fm Inn.& alios in d.§.excetius.facit c. pastoralis.in fi.de concess.præb.Per ista media defenditur opin. Bar.tamen pro opi.Fulg.ℨ Bar.posset induci tex.in l.capitis.fm intellectum gl.ibi. ff. de fideius. vbi creditor procurauit reum condemnari:& tamen durat obligatio fideiussoris: si ergo ibi factum procuratum non nocet creditori ad obligandum, minus debet nocere factum procuratum ipsi fideiussori ad liberãdum.per regulam.l.fauorabiliores.cum simi.ff.de regu.iur.Sed respondeꝫ,quòd ibi factum procuratum non tangebat obligationem:nec eam alterabat,prout facit in terminis nostris, vbi bannum procuratum agebat liberare fideiussorem. Iason Paduæ legens.

ADDITIO.

a ¶Propter negligentiam.Adde Doc.in c.2.de concess.præbẽ. Doc.in c.cum in cunctis.de elec.Card.Zab.in clem.1.in primo no.de celeb.mis.

SVMMARIVM.

1 *Dictio locuples,quid importat.*
2 *Notorium,& sententia æquiparantur.*
3 *Officialis,qui inuentum cum armis, & dantem idoneum fideiussorem non relaxat,tenetur actione iniuriarum.*
4 *An in criminalibus deponens tantam pecuniam,in quantam poterit cõdemnari,debeat pro illo crimine relaxari.*
5 *Iniuria est diffamare aliquem de paupertate,cùm sit diues.*
6 *Ista nomina sunt synonyma,euidens,manifestum,& notorium.*
7 *Triplex est notorium.*
8 *Quæ differentia sit inter notorium,& manifestum.*
9 *Quæ differentia sit inter euidens, & manifestitum.*
10 *Notoria probatione non egent.*
11 *Licèt notorium non debeat probari,tamen debet opponi.*
12 *Licèt notorium non egeat probatione veritatis ipsius facti,tamen oportet quod constet iudici,vt iudici ex actis esse notorium.*
13 *Testes deponentes de notorio non probant, nisi reddant rationem, seu causam etiam non interrogati.*
14 *Qui fundat se in paupertate,seu diuitijs tenetur istud probare.*
15 *Quilibet tenetur probare,quod est fundamentum suæ intentionis.*
16 *Paupertas quomodo probetur.*

§.Qui pro rei. Habet materiam vtilem, & amenam.Qui recusat accipere fideiussorem euidenter idoneum,tenetur actione iniuriarum principali,& ipẽ fideiussori.h.d.†Et exemplica tex.in eo,qui vult dare vnum camsorem communiter reputatum locupletẽ pro fideiussore,vt no.gl.in l.3.§.fi.ff.de in diem addi. Pondera etiã, quòd iste tex.cum ministerio dixit locupletem.i. locis plenũ: & consequenter quòd possidet immobilia, prout requiritur ad hoc,vt quis sit idoneus fideiussor,vt est gloss.in §.susceptor. aliàs est in §.sancimus.in Auth.de exhi.reis.dixi in l.2.in prin.ℨ. eo.& ita declarat Alber.hic,& Ludo.Roman.in l.si ab arbitro. ℨ.eo.tamen rectius dicitur locuples,qui habet loculos plenos. ¶ In tex.in approbatum fideiussorem.tex. potest dupliciter intelligi. Primò, ꝙ illi fideiussores fuerint approbati per sententiam interlocutoriam iudicis,secundum Bal.hic.Secundò potest loqui in illis,qui approbant fideiussores. de qb.est text. in l. arbi.& in l.si ab arbitro.ℨ.eo.Et si sint ad hoc deputati,& postea fideiussores non reperiantur idonei, ipsi tenentur, secundum Ang.& Pau.de Cas.per l.cum ostendimus.§.fi.ff.de fideius. tut. aliàs secus,nisi sint in dolo.l.& eleganter.§.fi.cum l.seq.ff.de do
2 lo.secundum Fulg & Alex.hic.¶ ¶No.ex tex. ibi euidentissimè. iuncto tex.in ver.approbatum,secundum primum intellectũ.
a ℨ.relatum,ꝙ notorium,& sententia [a] æquiparantur.Facit.l.emptorem.in prin.& ibi gloss.ff.de actio.empti.cap.fina.cum sim. de cohabi.cleric.& mulie.Et pondera plus,quòd notorium,& sententia hic æquiparantur, non solùm quo ad probandum: sed etiam quo ad producendum effectum actionis iniuriarũ: quicquid hic dicat Bald per l.palam.in princip.ff. de ritu nupt. quod not.pro limitatione eius, quod vult gloss. & ibi plenius dixi in l.sed & si possessori.§.fina.in glo.1.ff.de iureiuran.Limita nisi requiratur ministerium iudicis in priuando: tunc notorium & sententia non æquiparantur. capitulo primo, versicu.
3 apertam.& ibi no.Bal.qualiter dom.proprie.priue. ¶ †Secun-
b do no. [b] ex text.ibi,non est sine qualibet iniuria. contra officiales,qui inuentum cum armis nolunt relaxare præstito idoneo fideiussores,nam tenentur actione iniuriarum,secundum Angel.& Fulgos.hic,Barto. & Angel. in l. 1. supra si quis in ius voca.Bald.in l.sed & is.ff. de in ius vocan. Facit etiam iste text. secundum Barto.& Doctor hic contra iudices, qui renent eũ in carceribus,qui vult idoneè satisdare.Nam tenentur in syndicatu pro iniuria,quod intellige non solùm in causis ciuilibus, sed etiam in criminalibus, vbi pœna pecuniaria venit imponẽ
4 da.l.1.2.& 3.ff.de custo.reorum.† An autem in causis criminalibus volens deponere tantam pecuniam, in quanta poterit condemnari,debeat pro illo crimine relaxari? tangit Bartol. in l.nemo dubitat.ff.de regu. iu.& in l.statulib.§.si quis acceperit. ff.de statulib.& nihil decidit,sed in l.1.ff.de custo.reor.determinat quòd non.de quo vide Barto.in l.item liberatur.§.1.ff.quibus mod.pign.vel hypothec. solu.& text.not.in l. 4. §. ait prætor.ff.de re iudica.¶ Vltimò not.secundum Angel.& Paul. de
5 c Castr.quòd iniuria est, [c] diffamare aliquem de paupertate, cũ sit diues, & potest agere actione iniuriarum. Facit text. in l. si creditores.in fine.ff.de priuileg.creditorum.& l.quisquis. C. ad
6 legem Iul.maiesta.¶ †In eadem glos.in versicu. euidentissimè. habes tres conclusiones.Prima, quod ista tria sunt synonyma, euidens, manifestum, & notorium. Secunda, quòd aduerbium euidentissimè idem importat,quod notoriè. Tertia conclusio, quòd notoria probatione non indigent. ¶ Circa primam adde,quòd contrarium tenet glo.in l.ciues.& ibi Bartol. ponit.C.de app.quæ dicit,quòd notorium non debet probari,

sed

ADDITIONES.

a ¶Sententia. Adde Bar.in l.is cui bonis.ff.de verbo.ob.Bal.in l.1.C. de cur.fur. Bal.in l.ea quidem.C.de accus.
b ¶Secundo no.Adde Ias.in l.1.col.2.in ius voc.vt eant. PVRPV.
c ¶Iniuria est.Adde Cy.in l.si non conuicij.in 7.q.C.de iniu. Bar.in l.iniuriarũ. in §.si quis.ff.de iniu.Host.in sum.tit.de iniu.Doc.in rub.de iniu.

Ias.super j.ff.Vet.

a ſed manifeſtum ſic,& de iſta materia [a] traditur per gl.& plenè Doc.in c.veſtra.de cohab.cle.& mulie. cum concor.vt hic per Alex.& omnino vide gl.2.q.1.c.manifeſta. vbi etiam dicit circa prin.gl.q̃ multi de notorio loquuntur:tamen quid ſit ignob rant.quæ autem ſint crimina [b] notoria ponit Bar.in l. ab accuſatione.§.nunciatores.ff.ad Turp.Bal.in l.cum fratrẽ,in 3.colu. C.de his quibus vt indi.Tu autem pro intelligentia præmitte
7 c †q̃ triplex [c] eſt notorium. Præſumptum , quando ius aliquid c præſumit,taliter q̃ in notorium tranſeat,vt quòd natus in domo vicinis ſcientibus præſumatur filius. l. filium eum diffinimus.ff.de his,qui ſunt ſui vel alie.iur.l.ſi vicinis.C.de nup.no.in c.tertio loco.de proba.& tex.ſolennis in l.miles.§. defuncto.ff. de adul.¶Secundò eſt notorium iuris,& iſtud reſultat ex confeſſione partis facta in iudicio.declarat Imo.in c.1.de coha.cle. & mulie.eo modo acta iudicis faciunt notorium.l.geſta.cum ibi no.C.de re iudic.c.cum olim.de ver.ſig. quod intellige,quãdo concluſum eſt in cauſa,vt eſt gl.no.in c. ſignificauerunt.in ver.liberè.& ibi Doc.de teſti. & de iſto duplici notorio non loquuntur hic.¶Tertiò eſt notorium facti,quod factum ipſum durat,& de iſto notorio facti propriè loquuntur gl. & Docto. hic.¶Item notorium facti eſt triplex. Quoddam eſt notoriũ facti permanentis,quod durat de prẽſenti:puta q̃ palatiũ potè ſtatis ſit in platea.Iſtud eſt notorium facti permanentis , & de iſto intellexit Bal.in Auth.quod locum.in 6.q.C.de colla.dum dicit,q̃ notorium eſt illud,quod omnes continuò videre poſſunt.& idẽ Bal.vbi multa dicit in l.cum fratrem. C.de his, q̃b. vt indi.& ibi dicit,q̃ notorium eſt,quod omnes de ſui natura ſciunt, vel ſcire veriſimile eſt.Et ideo notorium eſſe nõ poteſt de eo,quod de nocte fit.Et dicit tex.in c.fi.de cohab.cle.& mulie. q̃ notorium eſt illud , quod negari ſine rubore non poteſt. Quoddam eſt notorium facti tranſeuntis,quod eſt de præteri to:puta q̃ Chriſtus fuerit crucifixus.& dicit gl.& Bar. in l. 1. C. qui & aduer.quos,q̃ eſſe decurionem,ſeu de priorib. ciuitatis dicitur notorium Quoddam eſt notorium facti interpellati: vt qñ aliquis publicè mutuat quibuſcunque ſub vſuris. Iſtud dicitur notorium facti interpellati,eo quia non cõtinuò,& de prædictis habes gl.magiſtram in c.veſtra.de coha.cle. & muli. & gl.in c.manifeſta. 2 q. 1. ponunt Doc.in l.ea quidem. C.q̃ ac-
8 cuſ.non poſ.C.m in c.fi.de coha.cler.& mulie.¶ †His præmiſd ſis,ſi quæras,quæ differentia ſit inter notorium,& manifeſtũ, [d] aduerte q̃ manifeſtum póteſt capi largè:& tunc idem importat quod notorium.Ita loquitur glo.hic.Si autẽ ſtrictè capias, dic q̃ manifeſtum ſe habet in minus quàm notorium: nã notorium dicitur illud,quod omnibus vel maiori parti patet:manifeſtum autem quod publicè factum eſt.c.tertio loco.de præſum.No.etiam multum illud,quod vult Cy.in d.l. ea quidem, q̃ illud,quod probatur per 10.teſtes,dr notorium. ſequit Bal.
9 hic,& in rep.l.de quib.in 10 col.ff.de legi. ¶ † Quæ autem dria ſit inter euidens,& manifeſtum,dic vt per gl.in c.2.in princi. in ver.manifeſtum.de verbo.ſig.in 6.Gemi.in c.forte.de elec.in 6. ¶Circa ſecundã q̃clu.gl.dic,vt no.q̃ Bar.in l.ſi q̃ſtante.in prin. in 1.q.1.par.prin.ff.fol.ma.quem refert,& ſequitur D. Anto.de But.in c.veſtra.in 11.car.de cohab.cle.& mulie. & ponit Alex.
10 hic in 1.no.¶ †Circa tertiã q̃clu.q̃ notoria probationẽ nõ indigent,adde tex.in c.manifeſta.2.q.1.& in c.euidentia.de accu.& in l.1.ff.de in integ.reſt. Et iſta. 2. eſt bona intelligendo notoriũ propriè,vt ſupra declaraui,quãdo eſt notum populo,vel maiori parti.nam illud non eſt probandum,iuxta glo.& Bar.in l.1. C.qui & aduer.quos habetur in c.ad noſtram el 3.de iureiu. & in d.ca. veſtra. Si autem ſit notorium in tota vicinia,vel parochia:aut in maiori parte: tunc illud probari debet , & iſto caſu ſufficit,q̃ teſtes deponant ſuper notorio abſque eo,q̃ ſuper facto deponant.ita colligitur ex gl.& ibi Bal.& plenius Salic.in l. ea quidem.C.de accuſ.Bar.in l.ciues.C.de app. Et ad hoc vide Bal.in rub.C.de proba.in 4.col.Manifeſtum autem bene ꝓbari debet:& tunc teſtes debent deponere ſuper facto,ſm Barto.& alios in d.l.ciues.& iſta eſt veritas,licèt circa hanc concluſionẽ
11 Alb.hic multa verba effundat . † Et circa iſtam regulam tria no.Primo,q̃ licèt notorium non debeat probari, vt hic, tamẽ debet proponi, & allegari.gl.eſt reputata ſing.in clemẽ. appellanti.de app.Bal.in l.1.in vlt.col.ff.de excep.Bald.in l.1.in 2.col. C.qũo.& qñ iud.¶Contrarium tenent gl.in c 2 in gl.1.vt li. nõ
* conteſta.ſed illa glo.*communiter* reprobatur per Doc.ibi.Et prima tu alleg.tex.optimum in l.ſi quis ex alie.in fi.ff. de iud.iũcta.l.2.§.omnes.eo.it.Accedat quod no.pulchrè Barto.& quæ ibi dixi in l.cum quid.in fi.colum.in princ.ff.ſi cer. pet. Limita tamen ſingulariter non habere locum in notorio,locum non eſſe tutum ad comparendum:quia illud notorium etiam allegari non debet,ita no.Inn.in c.præterea.de dil.& ibi Do.Anto,
12 Imo.& Panor.Secundò aduerte,†q̃ licèt notoriũ non egeat e e probatione veritatis ipſius facti:tamen oportet , quòd conſtet iudici vt iudici,ex actis eſſe notorium:nec ſufficit, q̃ fuit allegatum eſſe notorium.Ita tenet Cy.in d.l.ea quidem,in 2. q. & ibi Bal.in pen.car.in verſi.item quæro,an ſit neceſſe notorium probari,& clarè Bal.in Auth.qui ſemel,in 2.& 4.col.C.quomodo,& quando iud.Ang.in l.1.C.qui & aduerſus quos. D.Alex. in conſi.109.in 4.vol.incip. viſo proceſſu cauſæ vertentis inter
* Dominam Luciam.vbi dicit,quod ita ſe habet *communis opin.*
13 ¶ †Tertiò aduerte , quod teſtes deponentes [f] ſuper notorio, f non probant,niſi reddant rationem,ſeu cauſam,etiam non interrogati,ſecundum doctr.Abb.in c.contuluit. el 1. de app. ſicut etiam quando deponunt ſuper fama,ſecundum Angel.in repe.d.l.ea quidem.in 4.colum.Dom.Abb.in c.cum cauſa inter Archiepiſcopum.in 2.col.de teſti.Lud.in l.1.in priuci.ff.de ope.no.nunc.D.Alex.in conſi.25.in 4.vol.incip. in cauſa verten.inter Ant.in 2.col.& in d.conſi.109 ¶ Capio gl.in ver.dubitetur.quam diuide in quatuor partes. prout timore contrarij
14 gl.ponit quatuor ſolutiones.Tene vltimam,quæ vera eſt.† Ex g tertia diligenter [g] no.q̃ ille,qui fundat ſe in paupertate, vel in
15 diuitijs,tenetur illud probare. Et facit, † quia quilibet tenetur probare quod eſt fundamentum ſuæ intentionis,per regulam. l.eum qui.ff.de proba.& dato, q̃ in dubio quis præſumat̃ idoneus.l.cum quidam.ff.de leg.. iſtud eſt verum ſm hanc gloſſ. quo ad mores,ſecus quo ad facultates,vt hac gl.not.circa quã Albe.hic multa ſcribit,& ad hoc iſta glo.non reperitur melior alibi,ſecundum Angel.Pau.de Caſt.& alios hic.& ad hoc iſta gl.eſt ſing.& melior de corpore iuris,ſecundum Bal. in l. 4. C. quando fiſc.vel priua.eam etiam reputat ſingularem Bal. in c. fi.in 1.col.de præſump.Facit,quia ei , qui dicit beneficium eſſe tenue,vel reditus eſſe diminutos,incumbit onus probãdi. tex. eſt formalis.in §. ſinautem fortuita.in Auth.de æqua. do.ibi.& probetur apertè fortuita diminutio,quem ad hoc alleg.Angelus in conſi.274.incip.Bonifacius,in vlt.col.Idem tenet Card.in tr.
16 de prob.conſi.10.D.Card.in c.fi.in 2.col.de præſump.† Sed aduerte,quia contra iſtam glo.videtur refragari illud, quod vult Bar.in fin.quòd paupertas probetur per modum, quem tradit gl.in l.cum de lege.ff.de proba.Dico Titium habere 10.in bonis,& non plus:& ſic eſſe pauperem.qui vult dicere contrariũ offendat.Nam ſi conſideras,iſte , qui fundat ſe in paupertate effectualiter eam non probaret,ſed transferret onus probandi in aduerſarium:vnde de veritate illius gloſſ dic vt dixi poſt Bar.in l.fi.§.licentia.C.de iure delib.vbi Bar.no. eſſe ibi tex. pro
h illa glo.Et qualiter probetur paupertas, [h] gl. multum vãtant, vt per Barto.hic,& pleniusin repe.l.ſi conſtante.in 2.q.1. parte prin.ff.ſolu.matri.Canoniſtæ in c.fi.de ſolu. dicam in Auth. præterea.C.vnde vir,& vxor.

ADDITIONES.

a ¶De iſta materia.Adde Do,in l.hæredes palàm.ff.de teſta. Doc.in Auth. qui ſemel.C.quomodo,& quando iud.

b ¶Crimina.Adde Doc.in c.at ſi cle,de iud.in c.tuę.de pœ.in c. qualiter & quando. e 2.de accuſ.

c ¶Triplex.Adde Io.And.in c.dudum.de elec. Arch.in c.manifeſta.2.q. 1. Doct. in c.Ro.in §.ſinautem.de app.lib.6.Abb.in c.veſtra.de cohab.cle.& mul.

d ¶Et manifeſtum.Adde Spe.in tit.de voto cri.in §.ſequitur de manife.Doc.in c.tertio loco.de proba.Doc.in c.veſtra,de cohab.cle.& mu.

e ¶Non egeat.Adde gl.in ver.receperit.in c.bonæ.el 1.de elect.gl.1.c.ſuper eo, de teſti.Cog.gl.& Doc.in c.ad noſtrã,de iureiu.Arch.in c. Quæ Lotha.2.q.1.

f ¶Deponentes.Adde Domin. de S.Gemin.c.1.in 7.col.de offi.deleg.

g ¶Diligenter.Alex.lib.5.conſi.41.col.1.& ſingulariter Bal.in l. non prius.C. quando fiſcus.

* Affli.deciſ.377.nu.4.& 6.Alex.conſi.37.lib.7.Alcia.de præſump. reg.2.præſumpt.27.

h ¶Paupertas.Qualiter probetur paupertas , adde gl.in l. paupertas. ff.de excuſ.tut.Doc.in Auth.præterea.C.vnde vir.& vxo.Bar.in l.ſi conſtante.in 1.q. prin.ff.ſol.mat.Doc.in c.Odoardus.de ſolutio.

SVMMARIVM.

1 *Non intelligitur cautum, vel ſatiſdatum,quando vitiosè cautum eſt.*
2 *Quando ſatiſdatio non eſt idonea ſolùm propter defectum facultatum, tunc ſi ſcienter ſit recepta,ſibi præiudicat,ſecus ſi ignoranter .*
3 *Paria ſunt aliquid non eſſe factum,vel non idoneè.*
4 *Paria ſunt,vxorem non habere maritum,vel habere inutilem .*

LEX VI.

1 QVoties. †Non intelligitur cautum , vel ſatiſdatum,qñ vitiosè cautũ eſt , vt hic,& l.1.vbi dixi.ff.ſi quis in ius voc. non ie.& intelligitur vitiosè cautum, ſiue ex defectu facultatum,vt l.proxim.& l.2.in princip.ſ.eod.ſiue quia fideiuſſor habeat

beat priuilegium fori, vt in l. seq. & in l. 1. ff. si quis in ius voc. nõ ier. Siue quia sit in loco munitissimo, ad quem non sit facilis accessus. iuxta gl. in l. 2. in prin. ℨ. eo. Et istis omnibus casibus est ex integro satisdandum, vt dicit gl. secus tamen est in satisdatione, quæ præstatur ex conuentione partium: quia si non sit idonea, non potest peti vt denuò satisdetur, sed agitur ad interesse, tex. est in l. si quis stipulatus sit Stichum. §. fi. secundum verum intellectum. ff. de ver. ob. secundum Bart. in l. 3. ff. de fideiuss. & Ang. & Pau. de Cas. hic. † Item scias, q̃ quando satisdatio
2 non est idonea solùm propter defectum facultatum: tunc si scienter sit recepta, recipiens sibi præiudicat: secus si ignoranter: sed quando non est idonea propter defectum oblationis: quia iste erat talis, qui non poterat se obligare: tunc non facta differentia scientiæ, vel ignorantiæ denuò est satisdandum. l. 4. ff. de fideiuss. quia tunc non dicitur satisdatum, ex quo noua p̃sona effectualiter obligationi non accessit, secundum Ang. & Pau. de Cast. hic. & vide circa hoc Bal. hic, latè opponẽtem, &
3 distinguentem. ¶ †No. q̃ paria sunt aliquid nõ esse factum, vel non idoneè. Facit tex. no. in l. nulla. ff. de auth. tut. & in l. quamuis. §. si conuenerit. vbi Bar. no. ff. ad Vell. & in l. nõ putauit. §. nõ q̃uis. ff. de cõtrata. Item nihil, & inualidum æquiparantur. l. si aũt nullũ. & ibi Bal. no. C. de legi. hær. Similiter paria sunt nolle comparere, vel minus legitimè comparere. c. Nicolao. & ibi no. Bal. de app. Similiter paria sunt non esse, vel esse inutilem. l.
4 1. §. quib. vbi concor. alle. ff. quod cuiusque vniuer. † sicut paria sunt vxorẽ non habere maritum, vel habere inutilem. gl. in l. fi. C. ad leg. Fla. de plagia. Quemadmodum paria sunt ecclesiam non habere Prælatum, vel habere inutilem. c. inter corporalia. de transla. episc. Item paria sunt nõ adire, vel nulliter adire, seu via incompetenti. l. 2. & ibi Saly. Fulgo & alij ad hoc notant. C. de suc. ed. l. fi. ff. de libe. & posthu. & l. filius emancipatus. ff. de colla. dotis. Item paria sunt, vel quòd nulla causa exprimatur, vel friuola, q̃ habetur pro nulla, gl. in l. 1. in prin. in gl. magna. in ver. hactenus, circa princ. & ibi Bald. ad hoc no. ff. de ope. no. nuncia. Iason Paduæ.

SVMMARIVM.

1 *Qui habet priuilegium fori, non est idoneus fideiussor, nisi in subsidium, & cum renunciatione priuilegij.*
2 *Vbi requiritur renunciatio specialis, protestatio facta præsenti, & tacenti habet vim specialis renunciationis. vide cautelam ad excludendum declinatoriam. nu. 3.*
4 *Is, qui debet præstare fideiussorem, debet eum personaliter exhibere, & nisi opponatur ei de inhabilitate fideiussoris, nihil debet vltra facere.*

LEX VII.

1 **I**fideiussor. †Qui habet priuilegium fori, non est idoneus fideiussor, nisi in subsidium, & cum renunciatione priuilegij. h. d. Et per istam l. sic necessariò limitatur. l. 1. ff. si quis in ius vocat. non ie. in fi. quæ aliàs à contrario sensu ineuitabiliter obstaret, & ita declarat Spec. vbi practicam istius l. ponit no. in tit. de satisd. §. dicto. ver. sed pone, q̃ scholaris. di-
2 xi in l. 1. ℨ. si quis in ius voc. non ie. ¶ †No. ex ista l. iuncta d. l. 1. q̃ vbi requiritur specialis renunciatio, protestatio facta præsenti, & tacenti habet vim specialis renunciationis. quod procedit quantum ad tollendum priuilegium. ita loquitur iste text. quia priuilegium de facili perditur. l. eius militis. §. militiæ. ff. de testa. mili. alias protestatio facta præsenti, & tacenti non sufficit quo ad inducendam obligationem, vel ad tollendum ius cõmune. gl. in l. fi. §. item si prædixerit, & ibi Barto. ff. nau. cau. stab. Bar. in l. non solum. §. morte. in 6. col. ff. de ope. no. nunc. quem simpliciter refert Alex. hic. Cano. præcipuè Imo. in c. cum M.
3 Ferra. de consti. † Item per istum tex. cum glo. D. Barth. Veron. in cautela 171. tradit cautelam ad excludendum declinatoriã fori, quòd interrogetur aduersarius, si vult litigare, vel soluere: & si respondeat, q̃ vult litigare, perdit declinatoriam fori: sed iste tex. parum facit, quia expressè fuit dictum, q̃ non vtatur declinatoria fori, vnde melius facit tex. in c. 1. cum glo. de iud. & ibi Domi. Anto. in 6. no. & alij Can. dixi in l. si conuenerit. ℨ.
4 de iurisd. omn. iud. ¶ †Vltimò circa id, quod dicit Barto. de eo qui debet fideiussorem præstare, quòd debet eum personaliter exhibere: & nisi ei opponatur de inhabilitate fideiussoris, nihil debet vltra facere. Adde plenius Barto. in l. de pupillo, §. si quis paratus, & ibi no. Ang. & Imo. ff. de oper. no. nunc. Bar. in l. creditor. ff. de distr. pign. Iason Paduæ.

SVMMARIVM.

1 *Fideiussorem promittens, intelligitur de illa ciuitate, & de hominibus illius ciuitatis. & nu. 2. 3. & 8.*

4 *Testis deponens super fama, si dicat, quòd audiuit à maiori parte populi, probat.*
5 *Testium dicta sunt interpretanda ad bonum intellectum, & non calumnianda.*
6 *Posse illud dicimur, quod facilè, & commodè possumus.*
7 *Ciuitas illa, in qua datur fideiussor, si sit eiusdem prouinciæ, sed sub diuerso principe, an admittatur fideiussor.*
9 *Subuenitur magis ei, qui ex necessitate facit, quàm ei, qui ex voluntate facit.*
10 *Seruus, & bannitus æquiparantur ad se defendendum.*

§. Si necessaria. Qui de iure arctatur ad satisdandum, si non potest satisdare, remittitur ad alium locum eiusdem prouinciæ: secus
1 quando voluntariè se ipsum arctauit. h. d. ¶ †No. ex isto tex. secundum Bar. Ang. & omnes Mod. quod qui promittit fideiussorem, intelligitur de illa a ciuitate, & de hominibus illius ciuitatis, quod Barto. reputat tenendum menti. Sed caue, quia de hominibus eiusdem ciuitatis non probatur in hoc tex. & propterea Bar. cum misterio alternatiuè locutus est: & Bal. expressè intelligit de ciue, vel forensi, qui sit idoneus. non. n. quia fo-
2 rensis repellitur si sit idoneus: & ita dicit velle Bartol. hic. † Et per ista dicit Alex. se aliàs respondisse. Cum aliquis vendidisset domum sitam Bono. & promisisset pretium conuertere in emp. prædiorum pro securitate euictionis domus: postea volebat emere prædia in alio territorio non Bon. dixit, quòd non poterat: quia ita actum intelligebatur, per istam not. Bart. do-
3 ctri. & vide quod infra dicam. ¶ †Circa illud, quod dicit Bart. de hominibus eiusdem ciuitatis, adde quod vult Bald. in cap. ex parte Adæ. in 2. colum. per glo. ibi. de testi. Stante statuto, q̃ quilibet possit accusare: intelligitur quilibet de illo populo sta-
4 tuentium, non autem de populo extraneo. † Item adde, quod vult Bald. in cap. præterea. de testi. per illum tex. in verſic. fama viciniæ. quòd si testis deponens super fama, dicat quòd audiuit à maiori parte populi, probat: quamuis non dicat, cuius populi, nam intelligitur de populo illius ciuitatis, per illum text. præsertim secundum eum: quia dicta testium non sunt cauillanda, vel calumnianda. Contrarium tenet Bart. in l. de minore. §. tormenta. in 4. col. ff. de quæstioni. quia dictum talis testis est ambiguum. & de necessitate non concludit. & propterea
5 sis cautus, secundum Bar. quòd dicatur à maiori parte populi illius ciuitatis. † Mihi plus placet opi. Bald. contra Bar. quia verba talis testis debent intelligi secundum subiectam materiam. l. si vno. §. 1. ff. locati. Item dicta testium sunt interpretanda ad bonum intellectum, & non calumnianda, secundum Bald. in c. causam quæ. in vlt. col. de referi. Item dicta testium non recipiunt interpretationem extraneam, nec ceruotinam, nec trãsgredientem terminos suos, secundum Bal. in c. 1. in 7. colu. de consti. Item quia vt dixi dicta testium nõ sunt calumnianda,
6 sed adiuuanda, prout etiam dicit Bal. in l. de quibus. in vlt. col. ff. de leg. & in c. cum dilectus. in pe. col. in fi. de consue. ¶ †Secũdo not. ex tex. ibi, & non facilè possit. illud vulgatum, q̃ illud
b dicimur posse, b quod facilè, & cõmodè possumus. Facit text. in l. nepos Proculo. & ibi Barto. ad hoc no. ff. de verbo. signific.
7 ¶ †Tertio pondera tex. ibi, si in alia eiusdem prouinciæ ciuitate. super quo cadit nouum dubium, quid si illa ciuitas sit eiusdem prouinciæ, sed sub diuerso principe, an procedat iste tex? dubium facit: quia tunc quælibet ciuitas censetur prouincia de per se. gl. est. & ibi Docto. in l. fi. in princip. C. de præscri. lon. temp. & illam gl. no. Bar. in l. fi. C. de metro. berito. lib. 11. & in extrauaganti, qui sint rebelles. in ver. Lombardiæ. Contrarium consuluit D. Alex. in consi. 57. in 3. volu. quod incip. ponderatis verbis testamenti D. Io. in 2. col. ad fi. & seq. vbi ad hoc optimè ponderat verba Bar. in l. sciendum. §. 1. infra eo. vbi Bart. vult expressè, q̃ sufficiat præstari fideiussorem in prouincia propinqua, in qua tamen possit faciliter conueniri: quia ibi non sit multum potens. Ad idem ponderat Bartol. l. de die. §. tutor. infra eodem. vbi Bartol. intelligit istum text. ibi, si in alia eiusdem prouinciæ ciuitate, pro loco non multum distanti. Facit optimè, quod vult gloss. nota. in capitu. coram. de electio. quam not. sequitur Bart. in extrauag. qui sint rebelles. in verbo
8 Lombardiæ. circa fin. † & si est vera ista consultatio Dom. Alexan. considera si potes elicere pulchram limitationem ad illud, quod dicit Alexand. se respondisse de venditore domus, qui

ADDITIONES.

a ¶ De illa ciuitate. Adde no. per Marsil. in l. de minore. §. plurium. colum. 5. ff. de quæstio.
b ¶ Illud dicimur posse. Adde glo. in c. faciat homo. 25. q. 2. glo. in c. scisitatus. de rescrip.

qui pretium debet conuertere in emptionem prædiorum, ꝙ illa prædia debent emi in territorio domus. Nam ſecundum hanc conſultationem videtur, ꝙ ſufficiat in alia ciuitate, dummodo non remota, etiam ſi ſub diuerſo principe. Niſi dicas, ꝙ aliud ſit in fideiuſſione, in qua permittitur remiſſio ad alium locum, quando in loco iudicij non inuenitur, quod non cadit in emptione prædiorum, niſi argueretur magna difficultas emptionis in illo loco. Puto contrarium per iſtum tex. requirentem, ꝙ illa alia ciuitas ſit eiuſdem prouinciæ: prout etiam eſt tex. in l. de die. §. tutor. cum ſeq. ĵ. eod. Sed ex quo iſtæ ciuitates ſub diuerſis principib. cenſentur diuerſæ prouinciæ, vt dixi: ergo iſte tex. locum non habet. Item conſidero, quæ potuerit eſſe ratio huius tex. conditionaliter requirentis, quòd illa alia ciuitas ſit ſub eadem prouincia: ꝙa tota prouincia erat ſub vno præſide. l. illicitas. §. qui vniuerſas. ff. de offi. præſi. Adde notandum, ꝙ ille qui non eſt ſub iuriſdictione illius iudicis, vbi eſt dandus fideiuſſor, non eſt idoneus fideiuſſor, maximè quando ſaltem, nec ſub illo iudice nec ſub magiſtratu illius territorij conueniri non poteſt. arg. d. l. 1. ff. ſi quis in ius voc. non ier. Sed iſta ratio militat, quando ſunt ciuitates ſitæ ſub diuerſis principibus licèt proprinquæ: quia nec mediatè, nec immediatè iuriſdictio vnius habet vim in alia ciuitate, & pro hoc apparet non obſtare gl. in d. l. coram. quia non loquitur in actu contentioſæ iuriſdictionis. & ita in terminis tenet Ang. & Raph. Fulg. in d. l. de die. §. tutor. & ibidem expreſsè Do. Alexã. ſibi contrarius. Nec obſtant allegata in contrarium: quia pondera, quòd Bar. in dictis locis non loquitur, quando ſunt ſub diuerſis principibus. ¶ †Quartò no. regulam, ꝙ magis ſubuenitur ei, qui ex neceſſitate facit actum, quam ei, qui ex voluntate facit. l. quod ſi minor. §. reſtitutio. ff. de mino. & l. cum poſtulaſſem. in fin. ff. de dam. infec. ‡Et ideo facit ſecundum Bar. ad declarationem regulæ, ꝙ ſeruus, & bannitus æquiparantur ad ſe defendendũ. l. ſeruus. C. de accuſ. & idem in excommunicato. c. cum inter. & c. cum venerabilis. de excep. Nam iſta iura intelliguntur in defenſione neceſſaria, vt hic per eum, & per Doc. in l. libertus à patrono. per illum tex. ff. de in ius voc. & in l. de pupillo. §. 1. ff. de ope. no. nunc. Fulgo. in l. ſed & ſi hac. §. libertus. ff. de in ius voc. facit quod no. Barto. in extrauag. qui ſint rebelles. in verb. mille librarum. ¶ Vltimò not. ex hoc text. limitationem ad glo. in l. 1. in glo. magna in fin. ſupra eod. vt ibi dixi. & no. Paul. de Caſt. hic. Iaſon Paduæ.

SVMMARIVM.

1 *Tranſeuntes cum equis alienis, vel alijs rebus, domini recognoſcentes poſſunt per officium iudicis facere ſequeſtrari tales res penes hoſpitatorem.*
2 *Sequeſter quid ſit, vnde dicatur, & quid differat à depoſitario.*
3 *Sequeſtrum recipere quis inuitus cogitur.*
4 *Sequeſtrum autem qui voluntariè accepit, non poteſt propria auctoritate relaxare, niſi ex iuſta cauſa.*
5 *Sequeſtrum ſi quis ex mandato iudicis reſtituat, ſtatim eſt liberatus.*
6 *Sequeſtrum ſi fiat penes perſonam eccleſiaſticam, iudex ſecularis poteſt ei præcipere, quod illud reſtituat.*
7 *Sequeſtrum cadit pro re mobili.*
8 *Sequeſtrum quamuis non cadat in rebus immobilibus, tamen poteſt interdici alienatio.*
9 *Sequeſtrum ad hoc vt fiat, requiritur cauſæ cognitio, per quam appareat de ſuſpicione fugæ.*
10 *In omnibus caſibus in quibus requiritur citatio, vel partis præſentia, poteſt ſemper procedi abſque citatione, ſi periculum ſit de fuga.*
11 *Qualiter probabitur reum eſſe ſuſpectum de fuga, ad hoc vt poſſit ſequeſtrum concedi.*
12 *Sequeſtrum non valet, nec poteſt fieri, niſi de debito principali conſtet per publicum inſtrumentum.*
13 *Salarium publicum, quod datur militibus vel Doctoribus legentibus, an poſſit ſequeſtrari.*
14 *Sequeſtrum ad hoc vt fieri poſſit, quæ probatio requiratur. Vide etiam de lectura quæ falsò Bartolo attribuitur. nu. 15.*
16 *Pecunia vel aliæ res depoſitæ non poſſunt ſequeſtrari, neque penſiones domorum, neque ſalaria publica.*
17 *Satiſdatione præſtita tollitur ſequeſtrum.*
18 *Satiſdare ſi pars non poteſt ad reuocandum ſequeſtrum, an ſufficiat iuratoria cautio.*
19 *Sequeſtrum ſicut poteſt fieri die feriata in honorem Dei, quando ſuſpicio eſt fugæ prout etiam captura perſonæ, & ita ſequeſtrum factum poteſt die feriata reuocari. & nu. 20.*
20 *Satiſdatio de re ſequeſtrata reſtituenda, non durat niſi triennio.*
21 *Sequeſtrum finitur, quando lis eſt finita.*
22 *Inſtantia an ſit perpetua de iure canonico.*
23 *Sequeſtrum non durat in cauſa appellationis.*
24 *Lis finem accipit quando res datur ei, qui vicerit.*
25 *Suſpectus quis redditur propter quatuor.*
26 *Conuentus ad rem mobilem per hoc ſolùm, quòd non poſſideat immobilia, an reddatur ſuſpectus.*
27 *Sequeſtratio regulariter eſt prohibita, niſi in ſex caſibus in glo. enumeratis.*
28 *Deſcriptio, & inuentarium bonorum ſemper admittitur in omnibus caſibus, in quibus eſt prohibita ſequeſtratio.*
29 *Iudex poteſt præcipere ratione contumaciæ, vel alterius iuſtæ cauſæ, quòd oſtia domus alicuius claudantur, & ſigillentur.*
30 *Res licèt poſſit ſequeſtrari, tamen reus debet habere fructus rei ſequeſtratæ pro expenſis fiendis in lite.*
31 *Sequeſtratio, deſcriptio, & inhibitio de alienando, quomodo differunt.*
32 *Tertius an, & quando admittatur ad faciendum reuocari ſequeſtrum, remiſſiuè.*

§. Si ſatiſdatum.

Iſte. §. erit no. propter materiam ſequeſtri, quæ eſt vtilis, & quotidiana. hoc dicit. Quando conuentus pro re mobili eſt ſuſpectus, debet illa res ſequeſtrari quouſque ſatiſdetur, vel
1 lis finem accipiat. h. d. †Et facit iſte. §. ſecundum Angel. & Pau. de Caſt. contra tranſeuntes, puta per hanc ciuitatem cũ equis alienis, vel alijs rebus: nam domini recognoſcentes poſſunt p officium iudicis facere ſequeſtrari tales res penes hoſpitatorẽ: quia ſunt ſuſpecti, quaſi ſemper habeant pedem in ſtaphio, arg. not. in l. hæres abſens. ff. de iudi. & tunc ſi tales perſonę volunt releuare ſequeſtrum, debent ſatiſdare de iudicio ſiſti, & de re non barattanda, vt dicit glo. fi. ĵ. eod. §. Non credas tamen, ꝙ ibidem poſſint conueniri, niſi ſortiantur ibi forum ratione contractus, vel aliter. glo. eſt in l. fi. & ibi Bart. C. vbi in rẽ actio.
2 Can. in c. fi. de foro compe. ¶ †In tex. ibi, apud officium. glo. exponit. i. apud officiales: & talis officialis appellatur ſequeſter. & quid ſit ſequeſter, vnde dicatur, & quid differat à depoſitario, habes tex. in l. licèt, in prin. & in l. propriè, & in l. ei apud quem. §. fi. ff. depoſi. & in l. ſequeſter. ff. de verbo. ſig. gl. in l. vnica. & ibi Bal. C. de prohi. ſequeſt. pec. Aliter inielligit Raph. Fulg. iſtum tex. apud officium. ſ. ſuum, & ſic penes ipſummet iudicem, coram quo litigatur. Et refert, quòd non multis retro temporib. fuit de facto conſultus ex ciuitate Feltrenſi, an valeret ſequeſtrum, quod iudex fecit fieri penes ipſummet, & dicit, ꝙ non fuit auſus conſulere: quia pro illa parte, quòd depoſitum non valeat, dicit videri tex. in l. ſi tibi mandauero. §. ſi tibi dedero. ff. mandati. & arg. l. planè. ff. quod cuiuſque vniuer. Pro alia parte dicit ſe ponderaſſe tex. hic, intelligendo verbum apud officium, ideſt apud ipſum iudicem: tamen dicit Fulgoſ. quòd gl. & Docto. exponunt apud tertium, qui ſequeſter appellatur, & propter hoc noluit reſpondere. Tu dic, quòd de hoc eſt glo. ordin. in l. Senatuſcon. §. fina. in glo. fi. in verſi. deponatur. ff. de offic. præt. quòd poteſt fieri vel penes iudicem, vel penes alium. Facit tex. in l. acceptam. C. de vſucap. & ita tenent Bald. Ludo.
3 Rom. & Dom. Alex. hic. ¶ †Not. ex iſto tex. in verſic. apud officium. retenta expoſitione glo. i. apud officiales. hic videri text. quòd ſequeſter dicatur officialis publicus: & ad mandatum iudicis cogitur quis inuitus recipere ſequeſtrum. quia iſta eſt natura officij publici. l. munerum. §. iudicandi. ff. de mune. & honor. Contrarium & melius tenet Angel. & Pau. de Caſtr. per tex. in l. fi. circa med. C. de bon. auth. iud. poſſ. eo quia largè dicitur & impropriè officium. Idem tenet Barto. in l. litib. in vlti. colum. C. de agri. & cenſit. lib. 11. Patet, quia ſequeſter obligatur ex quaſi contractu. vnde tenetur actione præſcriptis verbis. l. ſi oleum. in princ. & ibi Bar. not. ff. de dolo. ſed nemo inuitus cogitur contrahere, vel quaſi contrahere. l. nec emere. C.
4 de iure delib. †Poſtquam aũt voluntariè accepit, non põt propria auctoritate relaxare, niſi ex iuſta cauſa, tex. eſt not. in l. ei apud quem. §. fi. ff. depoſi. Circa quem tex. vide Bar. in rubr. C.
5 quod cum eo. ad fi. † Si tñ ſequeſtrũ qs mandato iudicis reſtituat, ſtatim eſt liberatus. tex. eſt in d. l. fin. §. pen. in ver. per ſuam
6 aũt interlocutionem C. de bo. auth. iud. poſſ. & ibidem †eſt tex. not. ad aliud, quòd ſi ſequeſtrum fiat penes perſonam eccleſiaſticam, quòd iudex ſecularis poteſt illi præcipere, quòd illud reſtituat. Vnde per illum text. dicit Bald. hic in lectu. antiq. quòd ſi iudex fecit fieri ſequeſtrum, ſeu deponi apud ſacriſtã fratrum, quòd licet ſit iudex ſecularis: tamen mandabit ſequeſtrum reddi ei, ad quem ſpectat. Adde quod no. Bald. in d. l. acceptam. in 1. colum. in fi. C. de vſu. per illum tex. in verſi. ſacratiſſima ſedes. quòd ſi clericus ſit depoſitarius, poteſt cogi ad reſtitutionem depoſiti officio iudicis ſecularis: quia non proceditur propriè contra eum per modum iudicij: ſed executiuè in conſequentiam officij ſuſcepti. ¶ No. prædicta, per quæ datur magna limitatio ad iura can. ſ. ad cap. nullus. & ad cap. ſi diligenti. de foro comp. & ad Auth. ſtatuimus. C. de epiſc. & cl.

¶ Secun-

¶† Secundò no. ibi pro re mobili, & ꝙ pro re mobili cadit se-
7 a questrum: secus est in re immobili. Bene tamen possunt seque-
strari fructus etiam pendentes, licèt dicantur pars soli. l. 1. §. fin.
& ibi Bar. ff. de requi. reis. & quod vult Bar. in l. Imperatores. §.
8 fi. ff. de app. † Item in rebus immobilib. quamuis non cadat se-
questrum: tamen potest interdici alienatio. tex. est in l. de pollici-
ta. & ibi Bar. ad hoc no. ff. de pollic. & illum tex. ad hoc repu-
tat sing. Bal. in l. per diuersas. in 9. q. cum sim. C. mandati. Facit
l. diuus. in prin. ff. de peri. hære. & l. si creditores, circa fi. prin. ff. de
9 priui. cred. & tenent Alb. & Bal. hic. ¶† Tertiò not. ex tex. ibi: &
persona suspecta sit. iuncto tex. ibi. si hoc iudici sederit, secun-
dum Bal. ꝙ ad hoc vt fiat sequestrum, requiritur vt præcedat
causæ cognitio, per quam appareat de suspicione fugæ. Dicit
tamen no. Bal. hic. ꝙ in tali causæ cognitione non est pars citā
da, si timeatur de fuga, ne fuga instruatur: eo quia contra fugi-
tiuos, vel suspectos de fuga procedit de facto iuris ordine non
seruato. Patet, quia proceditur etiam die feriata in honorem
Dei, vt est gl. sing. in l. fi. cum sim. C. de ferijs. Et in istis terminis,
q̃n timetur de fuga, Bal. bene dicit. & idem tenet D. Abb. in c.
3. ad fi. de sequest. pos. & fruc. D. Alex. hic, & in simi. Bal. in l. con
sentaneum. in 4. col. C. qūo, & quando iud. & in l. creditor. 2. ff.
10 si cer. pet. † Et facit, quia in omnib. casibus, b in quib. requiritur
citatio, vel præsentia partis, potest semper procedi absq; cita-
tione, si periculum sit de fuga, fm Inn. in c. significauit. de testi.
vbi autem non esset timor fugæ, non valet sequestrum factū
absque c citatione partis: quia est species cuiusdam executio-
nis. & quia pars potest lædi, ideo debet citari. l. de vno quoque.
ff. de re iudi. & l. nam ita diuus. ff. de adop. & ita tenet Angel. de
Are. in d. l. Imperatores. §. fi. in 3. col. D. Card. in cle. 1. in prin. in
22. & 25. q. de sequest. pos. & fru. D. Alex. in consi. 6. in 4. vol. qđ
incip. ponderatis his, quæ in s. scripto them. narrantur. in vlti.
col. Idem voluit Arch. 11. q. 1. in c. qui res. circa pen. col. dum al
leg. l. fi. C. si per vim. cuius verba reassumit Io. And. in regula Io
cupletari. in merc. in antepen. col. ¶† Qualiter autem probabi-
tur reum esse de fuga suspectum, ad hoc vt possit sequestrum
concedi? vr ꝙ per solum iuramentum, cùm tractetur de mo-
dico præiudicio. l. thesaurus. ff. ad exhib. ita tenet Salic. in l. vni-
ca. C. de prohi. sequest. pec. & Lud. Rom. hic, sicut q̃n agitur de
captura personæ, suspicio fugæ per solum iuramentum pro-
batur, fm Imo. in l. 2. §. fi. ff. sol. mat. Angel. in l. nemo carcerē. C.
de exac. trib. lib. 10. Breuiter veritas est, quod iuramentum non
sufficit, sed debet aliter fides fieri iudici: & etiam q̃n procedit
ad capturam, fm Bal. Ang. & Mod. in l. apertissimi. vbi dixi. C.
de iudi. Ang. Imo. & Mod. in l. qui bona. §. qui damni. ff. de dam
no infec. Bal. ēt vbi latè Mod. in l. 2. §. fi. vbi videas. ff. solu. matr.
Bal. in l. creditor. 2. ff. si cer. pe. Ang. in l. ab arb. ī. eo. Pau. de Cas.
in consi. 10 quod inci. pro pleniori. cum alijs concor. quæ tra-
12 duntur in d. l. 2. §. fi & Alex. hic in pe. & fi. col. ¶† Aduerte tñ di
ligenter, ꝙ non valet sequestrum, nec potest fieri, nisi de debito
principali constet per publicum instrumentum. l. per hanc. in
ver. super his vero. & ibi Bar. ad hoc. no. C. de erog. mi. ann. lib.
11. Idem Bar in d. l. litib in fi. Bal. in c. olim ex literis. in princ. 3.
col. de reser. D. Matheſi. in tract. de carcere. vbi per hoc not. in-
fert, ꝙ si non potest fieri sequestrum in reb. nisi de debito ꝓstet
per publicum instrumentum: multominus poterit cōcedi cā-
ptura personæ, nisi de debito principali constet per publicum
instrumentum. Breuiter tene, ꝙ illa decis. Bar. non est vera. eā
reprobat Io. de Pla. in d. l. per hanc. D. Abb in d. c. 2. ad fi. de se-
quest. pos. & fru. Io. de Imo. & Ang de Are. in d. l. Imperatores.
d §. fi. & D. Alex. hic, quia imò sufficit semiplena probatio, d ꝓ-
ut q̃n agitur de captura personæ, vbi tractatur de maiori præ-
iudicio, per notata per Ange. in l. nemo carcerem. C. de exact.
13 trib. lib. 10. † Tu pondera ꝺ Bar. ꝙ tex. in d. l. per hanc. in quo se
fundat Bar. probat ꝺrium, cùm ibi sit speciale in salario publi-
co, quod præstatur militib. vt illud sequestrari non possit, nisi
de debito constet per publicum instrumentum. & idem po-
tes dicere in salario, quod præstatur de pubi. Doctoribus legen
tibus. arg. l. aduocati. & l. fori. C. de aduo. di. iud. ¶ Secundò, quia
in d. l. per hanc in versic. super his verò. tria concurrunt. Primo
erat salarium, quod præstabatur de publico militib. Item erāt
de nu. 30. Item erant absentes. ergo cū ille tex. non procedat ēt
in omnibus milit. sed in his, qui erant de nu. 30. & erant absen-
tes, ergo in aljs ēt militib. ille tex. non procedit: ergo cū ius spe
ciale præsupponat ius cōe esse in ꝺrium. l. 1. in fi. ff. ad muni. cer
tè ille tex probabit de directo ꝺ Bar. Considerabis tamen dili-
gentius illum tex. & aduerte, qa ex illo tex. non possumus ar-
guere, vt idem sit in salario Doctorum legentium: quia in eo
14 non concurrunt illa tria. ¶† Tertiò facit, quod vult Bal. in l. vni
ca. ante fi. C. de prohi. sequest. pec. vbi quærit, quæ probatio re-
quiratur ad hoc, vt fierit possit sequestrum. & tenet, ꝙ summa
ria, vel semiplena, prout in missione in possessionem ex primo
decre. pp similitudinem, quam habent inter se. ¶ Quartò facit:
quia tex. noster ad hoc, vt fiat sequestrum, requirit suspicionē
fugæ, nec vllam probationem instrumentalem requirit. & ita
15 teneas. Nec ob. auctoritas Bar. in locis præal. † quia illa non est
lec. Bar. quia Bar. non legit nisi vsq; ad titulum. C. de peric. eo-
c rum, c qui pro magi. interue. lib. 11. & ibi Ang. in rub. illius tit.
ita expressè dicit. sequit D. Alex. in l. 1. ī. eo. & in rub. de acq. hæ.
in prin. & in rub. ff. sol. mat. in vlt. col. & in l. diuortio. §. interdū.
in pe. col. & in l. si filio. §. si vir in quinquennium. ff. sol. mat. & in
16 consi. 50. in 2. vol. qđ incipit, visis actis causæ. in vlt. col. ¶† Circa prædicta moueo nouum, & pulchrum dubium, cū habeamus, ꝙ pecunia, vel aliæ res depositæ non possunt sequestrari, nec pensiones domorum, nec salaria publica. Auth. sed iā cautum. C. depositi. an si debitor sit suspectus, possint prædicta ex præcepto iudicis sequestrari? gl. in d. Auth. sed iam cautum, & clarius in corpore vnde sumitur, tenet ꝙ sic, per generalitatē tex. nostri, & ita tenent Alb. & Sali. in d. Auth. & ibi dicit Albe. ꝙ ita practicatur: & ad iura alleg. respondeo, ꝙ procedunt, q̃n sequestrum fit sine iudicis auctoritate: nec in hoc inuenio ꝺdi centem. Puto, ꝙ de iure ꝺrium sit verius, per tex. apertos in d. Auth. sed iam cautum. & melius in corpore iuncta rōne text. ibi. Et dicere, ꝙ illa iura procedunt, q̃n fierēt sine auctoritate iu dicis, est debilis solutio, quia sine iudice in nullo casu potest se questrari, vt hic. ¶ Secundo, nam regula est, ꝙ vbi in aliqua. l. speciali ponuntur aliqui casus speciales: tunc etiam si superue niret lex noua, quæ aliquid generaliter disponeret, non intelli gitur disponere in illis casibus, nisi de illis fiat mentio, vt vidē bitis in l. sciendum. in prin. ī. eo, Facit. l. de creationib. C. de silē. lib. 10. Quomodo ergo in casibus specialib. positis in d. Auth. sed iam cautum. intelligitur derogatum per generalitatē text. nostri? Imò generatitati potius istius. tex. debet intelligi deroga tum per d. Auth. quia generi per speciem, &c. vt plenè per Bar. in l. quæsitum. §. fi. ff. de fun. instr. Facit. l. dōli cla. ff. de ver. ob. Co
17 gita. ¶† Quintò no. ex tex. ibi, donec vel satisdatio detur. vnū modum releuandi sequestrum: quia præstita satisdatione, & sic dato fideiussore tollitur sequestrū, vt hic, & c. 2. de sequestr. pos. & fru. Et ista satisdatio secundum gloss. & Doct. hic debet duo continere, vt in gl. Adde tertium no. quia debet continere promissionem de illa restituenda absque vlla procrastinatio-ne in casu victoriæ, adeo ꝙ non sufficeret simplex satisdatio, nisi hæc verba præcisè apponerentur. tex. est in d. l. litib. & ibi Bar. in vlt. col. expressè ad hoc no. illum tex. sequuntur Ang. & Io. de Pla. ibi. D. Abba. in d. c. 2. Ang. de Are. in d. l. Imperatores. §. fi in vlti. verbis, Lud. & D. Alex. hic. & dicit D. Alexā. ꝙ istud est in pract. diligenter notandum, quia multum erratur. Fiat ergo regula, quod sequestrum tollitur per satisdationem. ¶ Li mita primò verum esse, quando sequestrum fuit factum ob litem agitandam. ita loquitur tex. hic. secus si sit factum ad fi-nem, vt debitor solueret, puta in executione sententiæ: tunc ꝓ satisdationem non tollitur. tex. est in l. si pecuniæ. §. finia. ff. vt in pos. leg. quod alibi ita expressè non reperitur, secundum Pau. de Cast. hic, & ille tex. est ad hoc sing secundum Bar in l. cōsen taneum. in vlt. col. C. qūo, & quando iud. ¶ † Secundò limita, q̃n sequestrum fuisset factum propter scandalum euitādum; tunc ꝓ satisdationem non tollitur, cùm per illam non remo ueatur periculum scandali, fm D. Abb. in d. c. 2. ¶ Tertiò limita, q̃n essemus inter personas, inter quas non cadit satisdatio. iuxta l. Imperator. ff. ad Treb. fm Bal. in d. l. vnica. ¶ Quarto q̃n tale præceptum fuisset factum ex præcepto principis, vel alte rius superioris, fm Io. And. in addi. Spe. in tit. de sequest. poss. & fru. super rub. Et no. sing. fm Pau. de Cast. hic, ꝙ ad reuocationem talis sequestri quilibet admittitur, siue habeat mandatū, siue non: quia ista est quædam species defensionis. alleg. Iaco. de Are. in l. de pupillo. §. qui remissione. ff. de oper. nou. nunci.
18 † An autem ad reuocandum sequestrum, si pars non potest
f satisdare, sufficiat iuratoria cautio? tenui in l. 1. s. eod. ꝙ non. f
Et ibi dictis adde Albe. hic, qui licèt multum dubitet: tñ istud
tenet:

ADDITIONES.

a ¶ Pro re mobili. Adde Doct. in l. fi. C. vbi in rem act. Doct. in c. quoniam con-tra, de proba.

b ¶ Casibus. Adde Doc. in c. inter quatuor. de maio. & obed.

c ¶ Ang. consi. 107. Dec. consi. 366. col. fi. nam tunc fieri debet citatio, & adhi-beri causæ cognitio super sequestratione. BELLOT.

d ¶ Idem tenet Dec. in l. pactum quod bona fide. col. fi. C. de pac. Fel. in c. exami nata. col. 6. de iud. & in c. sicut. col. 1. & seq. de re iud. BELLOT.

e ¶ Adde eundem Ias. in Rep. l. omnes populi. in princ. col. 1. supra de iusti. & iu-re. PANCIR.

f ¶ Contrarium tenet Lanf. Balb. concl. 6. sed dicit hoc procedere, si persona, contra quam factum fuit sequestrum, sit honesta, & non suspecta: alias secus. vt in simili distinguit Bar. in l. vsufructu. C. de vsufruct. not. Mising. Cent. 2. obser. 11. BELLAC.

19 tenet:& dicit semper ita obseruari vidisse.† Adde ēt, quòd si-
a cut sequestrum [a] potest fieri die feriata in honorem Dei,quā-
do est suspicio fugæ,secundum Bal.hic,& Bal.& Sali.in d.l.vni
ca.Ang de Are.in d.l.Imperator.§.fin.prout etiam captura p-
sonæ,vt est gl.in l.fi.C.de ferijs.quam sequitur ibi Bar.& in l.ait
prætor.§.si debitorem.ff.de his,quæ in frau.cred. & illa glo. est
singularis,secundum Ang.& Fulg.in l.2.ff.de ferijs,& Ange. in
l.qui restituere.in fi.ff.de rei vend.& dicit Albe. in l.si feriatis.ff.
20 de ferijs.quod consuetudo illam glo.obseruat.Ita eod. modo
sequestrum factum potest die feriata reuocari.glo. est in l.mi-
nor.in prin.ff.de euic.Bal.& Sali.in d.l.vnica.& in l.fin.C.de fe-
rijs.Similiter relaxatio incarcerati potest fieri die feriata, secun
dum Bal.in l.lecta.ff.si cer.peta. Intellige quaudo sequestratio
fuit concessa die feriata:tunc similiter potest die feriata reuo-
cari:aliàs secus.Ita propriè loquitur glo.in d.l.minor.Barto. &
alij in l.1.§.nunciatio.ff.de oper.no.nunc. Et propterea dicit
Bar.in d.l.minor.quòd malitiosi aduocati faciunt fieri seque-
strationes vltima die iuridica,vt reuocatio postea peti nō pos-
sit durantibus ferijs. Tu autem considera, quòd non videtur
eadem ratio in reuocando sequestrum prout in concedendo.
ideo enim conceditur die feriato in honorem Dei,propter su
spicionem fugæ:& sic quia periculum esset in mora. Sed ista
ratio periculi cessat in reuocatione.Facit simile. nam licèt su-
spectus de fuga possit capi, & carcerari die feriata in honorē
Dei,gl.in d.l.fi.C.de ferijs.tamen tali die non potest fieri recom
mendatio seu sequestratio personæ,iam incarceratæ, cùm ces
set ratio fugæ.Ita tenet Bal.in Auth.ei qui.3.col.in ver.Quæro
dictat statutum.C.de auth.iud. post.sequitur Do.Alex.in consi.
159.in 1.volum.quod incipit.Circa primum dubium,omissō
verborum apparatu.nihilominus glo.& Doct.tenent,vt supra
ratione correlationis.¶Sextò not. ex fin. ibi,vel lis finem acci-
piat.alium modum, per quem releuatur sequestrum.s.finita li
te.Quod intellige vt per Bar.hic in fin.per Bar.in l.fin.circa fin.
21 C.de ordi.cog.¶†Septimò pondera eundem tex. in fi. qui vi-
detur facere pro eo,quod no.Bar.in d.l.litibus, in vlt.col.per il
lum tex.vbi not.quòd satisdatio de re sequestrata restituenda,
non durat nisi triennio: quia tanto tempore durat instantia.
Istud probatur etiam in hoc tex.nam sequestrum finitur,quā-
do lis est finita,vt hic.sed lis per triennium finitur. l. properan-
dum.in princ.C.de iudic.quicquid dicat Imo.in d.l.Imperato
res.§.fin.Limita nisi esset appellatum,vt dicam in seq.not.¶Se
cundò limita,quando sequestrum fit propter litem: tunc non
durat nisi triennio.Ita loquuntur prædicta. secus si esset factū
ex alia causa: tunc duraret perpetuò secundum Bal.in c. olim
ex literis.in 3.col.de rescri.Per hoc infert,quòd si instantia cau
sæ esset abbreuiata per statutum disponens,quod instantia nō
duret nisi per 50.dies,vt no.in d.l.properandum. in prin. quòd
etiam sequestrum,vel eius satisdatio tanto tempore duraret,
22 & non plus.†Et ideo cogita,quòd cùm de iure canonico in-
* stantia sit perpetua *secundum magis communem opi.* [b] vt dixi in
b d.l.properandum. in princ. quid iuris esset tunc de sequestro,
vel eius satisdatione:an tunc deberet esse perpetua quousque
23 lis finiretur?& iste tex.in fin.probat quòd sic. ¶†Octauò pon-
c dera ex eod.tex.in fi.probari,quòd sequestrum [c] non durat in
causa appellationis:quia instantia causæ prin.non durat in cau
sa appellationis:ergo non debet durare sequestrum,vel eius sa
tisdatio.Item,quia si sequestrum duraret etiam in causa ap-
pellationis post finitam primam causam, duraret vltra trien-
nium:& tamen Bar.in d.l.litib.vult quòd non duret vltra triē-
nium:quia vltra triennium non durat instantia causæ. Quod
confirmatur,quia sequestrum quod fit propter litem succe-
dit in locum satisdationis de iudicio sisti, quæ satisdatio lata
sententia expirat.l.græcè.§.& post litem ff.de fideiuss.& non du
rat in causa appellationis,gl.est in Auth.de his qui ingre. ad ap
pel.in prin.Ang.& Pau.de Cast.in l.2.§.fin.vbi dixi. supra eod.
Bal.tamen hic tenet contrarium, quòd imò sequestrum factū
in causa principali,durat etiam in causa appellationis. ita di-
cit esse tex.in d.l.litib.& credo quòd voluit ponderare in versi.
plenissimam diffinitionem. Idem tenet Bal.in addi. Spe. in tit.
de sequest.pos.& fru.in vers.1.Spec.in eod.tit.in ver.sed pone.
latè Ange.de Aret.in d.l.Imperator.§.fi. Ego idem sequor per
tria.Primò per tex.in l.fi.circa med.C.de ord.cog.in ver.seque
strari in eum diem, quo controuersia sopiatur. & per istum
tex.in ver.lis finem accipiat. nam si est appellatum,non dici-
tur lis finita.quod patet,quia potest transigi, quod non posset
si lis esset finita.l.& post rem.in princ.& l.post rem. ff. de tran-
sac.l.eleganter in prin.ff.de condi.indebi. ¶ Secundò moueor,
quia sequestrum posset de nouo fieri in causa appellationis. l.
ab executione.C.quorum app. non reci. ergo fortius factum
debet durare,cùm facilius aliquid extendatur quàm de nouo
concedatur. l. sed si manentis.ff.de preca. ¶ Tertiò pondera
24 verba Bart.hic in fi.dum intelligit istum tex.quòd †lis finē ac-
cipiat,quando res datur ei,qui vicerit, secundum illud non fit
pendente appellatione.Idem dicit no.Bal.in l.fin. circa fi. C.de
ord.cog.¶Capio gl.in ver.apud officium.quam diuide in tres
par.In 1.declarat tex.In 2.colligit no.In 3.format q. Partes pa-
25 tent in glo.Et ex 3.parte not.†quòd propter quatuor redditur
quis suspectus.dicunt tamen Bar.Alber. & alij,quòd ista qua-
tuor non semper copulatiuè requiruntur, sed aliquando vnū
sufficit arbitrio iudicis.Et dum glo.dicit ex malis morib. quē
reddi suspectum. Limita nisi mutauerit malos mores, & ad
bonam frugem peruenerit,& triennio perseuerauerit. tex. est
in l.hinc etiam nobis.& ibi Ant.no.in Auth.de mona. qui tex.
est ad hoc sing.secundum Sali.hic,& in l.si minorem in 3. col.
26 C.de in integr. restitu. minor.†Sed an conuentus ad rem mo-
bilem per hoc solum, quòd non possideat immobilia reddā-
tur suspectus,adeo quod res possit sequestrari,glo.Bar.& An-
gel.tenent quòd sic Spec.& Ioan.And.in titu.de sequest.pos.&
fru.§.1.vers.Sed pone.Dom.Anto.in d.c.2.Sali.in d.l.vnica. C.
c de prohib.seque.pecu.sed Bal.hic tenet contrarium per hunc
tex.vt hic per eum,cuius inductioni respondet Alex.hic.& idē
tenet Iacob.But.refert Albe.hic.Idem tenet Bal.in l.sciendum.
in princ.infra eod.& Pau.de Cast. in consi.38.quod incipit pro
pleniori.& Alexan.hic latè examinat,sed nihil firmat.Pro ista
opi.pondero etiam tex.hic vltra inductionem Bal.nam in isto
tex.oportet præsupponere,quòd iste reus non possidebat im-
mobilia,quia si possedisset,non posset dici suspectus, nec te-
netur satisdare per regulam.l.sciendum.in princ.ff.eo.& tamē
potest sequestrari.Nisi dicas,& bene, quòd vltra hoc, tex. spe-
cialiter requirit,quòd persona sit suspecta. ergo istud solū nō
possidere immobilia,non facit personam suspectam,alias tex.
in specie frustra requireret,quòd persona suspecta sit. Intelli-
ge tamen, si illa res, quam peto,fuit sequestrata, secus si alia
res.¶Capio glo.fi.in ver. satisdatio. quā diuide in duas partes.
In 1.ad declarationē tex.format opp. In 2.opponit. Secūda ibi
27 sed nonne. † Ex secunda habes, quòd sequestratio regulariter
est prohibita,nisi in sex casibus enumeratis per glo.hic,& glo.
in d.l.vnica et in d.l.Imperatores.§ fi.et glo.pleniorem in d.c.
2.per Archi.in c.quia res.11.q.1.Io.And.in regula locupletari.
in mercurialib.¶Vltra glo.adde aliam fallentiam,quādo sub-
d est verisimilis timor,ne partes deueniant ad arma, [d] tunc fru
ctus possunt sequestrari,secundum Specu.in titu. de sequest.
pos.& fru.in prin.& in titu.de expen.§.postremo. circa princ.
Bal.in l.fin.C.de ord.cog. D.Abb.in d.c.2.& in simili Barto.in l.
sed si vsusfructus.§.sed si inter duos. per illum text. ff.de vsufr.
¶Secundo in odium contumacis.tex.est in c. ex literis. de do-
lo & contu.& in c.olim ex literis.vbi Doct.præcipuè Bald.de
rescr.glo.in d.c.2.in glo.magna in fi.Bal.in l. consentaneum.in
9.no.C.quomodo,& quando iudi.Ang.in d. l.Imperatores.§.
fin.in pe.colum.Tertiò lata sententia in iudicio vniuersali, in
qua declaratus est aliquis hæres,certè omnes res,de quibus est
dubium an sint hæreditariæ, debēt sequestrari,ita singulariter
tenet Bal.in l.fin.C.quib.ad lib.procl.non licet.¶Quartò,quan
do iura partium sunt obscura,secundum Bal.in l.fi.in 4. colu.
C.de edic.diui Adr.toll. ¶ Quintò etiam aliquando vxor po-
test sequestrari.c.ex transmissa.& c.literas.in fi.de testi.ipo.Bal.
in addi.Spec.in titu.de sequest. pos.& fru.in ver.1. Not. etiam
28 †quòd in omnibus casibus,in quibus prohibita est sequestra-
tio,semper admittitur descriptio,& inuentarium bonorum,
secundum Barto.& Docto.in d.l.vnica. & in l. defensionis fa-
cultas.C.de iur.fis.lib.10.& in l.fi.in prin per illum tex.ff.de re-
quirendis reis,& in l.1.§.pen.per illum tex. ff. de ventre in pos
mitt.& in l.Imperatores.§.fi.ff.de appel.& in l.post contractū
ad fi.ff.de don.Canonistæ in d.c.2.& limita,vt per Bar.& Sali.
in d.l.vnica.Contra tamen istud facere videtur:quia nostra in-
teresst,ne patrimonij nostri secreta pandantur.l.2.C.quando &
29 quib.quarta pars debetur.lib.11.†Alibi no.Ang.in l.1. C.vt ne
lic.sine iudi.auth.sig.imprimere,aliàs imponere,per illū text.à
contrario sensu,quòd ratione contumaciæ, vel alterius iustæ
causæ potest iudex p̄cipere, quòd ostia domus alicuius clau-
dan-

ADDITIONES.

a ¶Sequestrum.Adde Doc.in c.fi.de feri.& Pet.de Anch.in repe.c.1.de sequest.
pos.& fruc.

b ¶Sequitur Abb.in c.venerabilis.de iudi.Fely.in c.de causis.in princ.de offic.
deleg.licèt contrarium videatur sustinere Rom.consi.220.num.12. priorem
tamen approbat Seb.de nul.cap.9.nu.126.Rob.de ord.iud.c.26.num. 14.&
21. MASVER.

c ¶Sequestrum.Adde Doc.in c.app.2.q.6.Doc.in c.vlt.de sequest.possess.& fru.
Abb.in c.quod ad consultationem.de re iud.

d ¶Ad arma.Adde Bal.in l.si discept.ff.vbi pup.edu.deb.Inn. in c. in præsentia
de proba.

dantur,& sigillentur.Et dicitur, quòd istud multum practicāt officiales Ecclesiæ Romanæ, facit. l. si iniuriæ. ff. de iniurijs.
30 ¶† Vltimo attende,quod licèt res possint sequestrari, vt hic: reus debet habere fructus rei sequestratæ pro expensis fiēdis in lite.tex.est in l.fin.C.de ord.cog.& ibi Sali. post alios ad hoc notat,& dicit alibi non reperiri in iure. Et vide quod ibi dicit gl.in ver.litis. Et cogita de quo sequestro intelligatur hoc dictum.nam in re immobili nō cadit sequestrum,vt dixi in tex. rei autem mobilis sequestratæ cogita qui fructus percipi pos-
31 sunt pro expen litis.† Aduerte etiam,quia reperiuntur tria inter se differentia sequestratio,quæ propriè cadit in re mobili, vt hoc tex.in verbo mobili. & s̄.dixi. Item descriptio: quia in omnibus casibus,in quibus prohibetur sequestratio, potest fieri descriptio,vt s̄.dixi.Item reperitur inhibitio de alienando: nam licèt res immobiles sequestrari non possint: tamen in eis potest fieri præceptum à iudice ne alienentur:& talis inhibitio tantum importat,quantum sequestratio in rebus mobilibus, secundum Bar.in l.de pollici.in fi.ff. de pollici.& dixi in tex.in
32 verbo mobili.† Quo autem remedio teneatur sequestrum restituere,& cui,est tex.in l.si oleum. & ibi Bar.ff.de dolo.Angel. in Interesse.ff.de acquir.possess.Ang.de Are. in d.l. Imperatores.§.fin.in fin.col.& an, & quando tertius admittatur ad faciendum reuocari sequestrum,vide per Raph.Fulgos.in cons. 18.incipien. Factum tic sic habet.secundum ordinem meum. Iason Paduæ.

SVMMARIVM.

Lex cum quid.ff.si cert.pet.solùm procedit in contractibus,qui re contrahuntur.

Reo,an actori,cui magis fauendum sit.

Probationes quando essent pares inter fiscum,& priuatum, quamuis fiscus sit actor,debet ferri sententia in fauorem fisci.

LEX VIII.

De die ponenda.

Istud principium est multum difficile,secundum Bar.Præmitte,quòd legitur altero de duobus modis,secundum glo.& clarius Bar. & Docto.Vno modo in stipulatione nondum formata,sed formanda:& tunc procedit sine scrupulo, & cessant contraria, secundum Ang.& Fulgos.& Dom.Alex.Iste intellectus probatur in tex.in ver.ponenda quod certè nihil facit,cùm referatur ad dictionem die,non ad dictionem stipulationē. Istum intellectū sentit glo.magna in fi.quæst.quam ibi format secundum Bar. in 3.col.¶ Secundo modo legitur in stipulatione iam formata à partibus,& tunc obstant multæ oppositiones formatæ in gl. q̄a hoc modo tex.vult duo.Primò,q̄d omissio diei in stipulatione nō vitiat stipulationē. Sc̄dò,q̄ declaretur ex voluntate actoris,& non rei. Tertiū intellectū posuit Nic de Muti.& refert Bar.hic in fi.sed litera non patit illū intellectū iō omitto. ¶ Secundò præmitte quòd iste text. secundum glo. primam,
* *communiter approbatam*, loquitur in fideiussore, qui volebat per stipulationem promittere præsentare reum in iudicio: & inter talem fideiussorem,& actorem orta est controuersia de tēpore.Iste intellectus non placet vulgo,nec mihi, quia litera dicit inter litigatores,sed fideiussor non est litigator. Nisi dicas, q̄ fideiussor non est litigator quo ad causam principalem,sed quo ad diem,in quo contendebant Melius tamen est intellige re,quòd controuersia erat inter actorem & reum:quia reus,q̄ habebat se absentare,volebat maius spatium temporis ad sistēdum.¶ Tertiò præmitte,quòd ista lex secundum Raph. Fulg. non loquitur de stipulatione de iudi.sisti vniuersaliter interponenda in tota causa,prout est natura istius tituli: quia ibi posset dubitari de die:quia tempus est determinatū à iure à principio causæ vsque ad sententiam.l.græcè.§.& post lit. contest. ff.de fideiuss.dixi in l.2.§ fi.s. eo.vnde iste tex.secundum eum necessariò debet intelligi de promissione sistendi in iudicio ad aliquem certum actum,vel articulum. Vel potest intelligi, vt in glo.1.in stipulatione de præsentando aliquem iudici,iuxta tit. supra in ius vocan.vt eant.vbi tempus non est à iure determinatum. Tu aduerte,quòd in satisdatione de iudicio sisti, duplex est tempus.vsque ad quod,& illud bene est determinatū à iure à principio causæ vsque ad fi. Quoddam est tempus à quo incipiat:& istud non est determinatum. & de isto loquitur iste tex.Ita declarat Bar.in l.ita stipul.in prin.in 3.op.1.par. ff.de ver.obl.Istis sic præmissis.hoc dicit. In stipulationibus iudicialibus formatis,vel formandis,si de die non conueniat inter partes,terminanda est arbitrio iudicis,qui in hoc debet fauere actori.hoc dicit secundum vtranque lec.¶ Istum tex.Bar. circa fi.inducit ad aliquas quæst.quando partes discordant, q̄ fietur arbitrio,& decisioni iudicis.De istis qō. & alijs simi. dixi in l.iusiurandum.& ad pecunias.§.si de qualitate.post Bar.per illum tex.ff.de iureiu.ideo hic non repeto.¶ Capio glo.magnā quam diuide in quinque partes princ.In 1.opponit cōtra text. & tripliciter soluit.1.& 3.sol.procedunt tenendo primum intellectum. Secunda tenendo secundum.In 2.quæ est ibi. Item adhuc videtur.gl.opp.de d.l.ita stipulatus.quæ vt declarat Bar. ob.duobus modis,& prout obstat primo modo dupliciter respondet:postea ad vtrunque modum dat aliam sol.Et ista secunda pars princ.post subdiuidi in quatuor,inhærendo declarationi Bar.in 1.opp.de l.ita stipulatus.Et ista lex obstat in duobus,vt hic per Bar.In 2.soluit prout obstat primo modo,& bene.In 3.soluit,prout obstat secundo modo,& istæ solu. procedunt intelligendo tex.in stipulatione iam perfecta. In quarta respondet ad vtrunque contrarium simul tenendo alium intellectum,q̄ loquatur in stipulatione non perfecta. & dū obstat secundo modo,soluit Bar.q̄ tex.iste loquitur ni stipulatione iudiciali,seu prætoria de iudicio sisti:in qua cùm sit iudicialis,iudex habet auctoritatem declarandi.l. 1 in fi. ff.de prætor. stip.& l.in conuentionalibus ff.de verb.ob. sed contrarium loquitur in stipulatione extraiudiciali. Et isto modo declarat Bar.solutionem glo.sed huic solutioni multum refragatur lex contraria,quæ generaliter procedit, etiam in stipulationibus prætorijs iudicialibus,prout ibi firmat glo.in versi.certo loco, & ibi Bar.& alij.Et pondera quòd Alexan. videtur in hoc sibi contrarius:nam in pen. col. reprobat istam solutionem per id, quod dixi.deinde in vlti.col.vt respondeat difficultati Ang.tenet istam solu.In 3.ibi,item adhuc non stipulatoris dicto. glo. opponit,& dupliciter respōdet. Prima sol. reprehenditur per oēs:quia non assignat rationem specialitatis. Secunda solutio procedit secundum vnum intellectum tex.Tu dic clarius, q̄ illa lex non contrariatur isti,sed eam limitat, nisi adsit consuetudo,quia stipulatio debet intelligi, & moderari secundum consuetudinem.l si quis reum.ff.de custo.reo.§.fina.Institu.de satisd.& l.3.§.fin.ff.de testi.cum simi.In quarta quæ est ibi, sed in quo moderabitur.glo.videt formare qō.sed in veritate sunt duo contraria,quæ inducas,& eis respondeas,vt hic per Bar. In quinta & vlt.glo.format q̄ quæ secundum Barto.procedit tenendo illum intellectum, quòd ista lex loquatur in stipulatione formanda,& non formata. ¶ Redeo ad primam partē
* gl. *Bar.& communiter Docto.* approbant primam solu. quòd iste tex.procedat in his quæ respiciunt ordinem.litis,in quibus magis fauetur actori,quàm reo.Secunda solu.glo.etiam est vera.
1 † Tertiam solutionem impugnat Bar.quia dicit,q̄ l.cū quid.ff. si cer.pet.solùm procedit in contractibus,qui re contrahūtur. secus in contractib.qui celebrantur verbis.In hoc Bar.malè dicit:quia illa l.procedit etiam in contractibus, qui verbis celebrantur,per l.triticum.ff.de ver.ob.per quam idem tenuit ipsemet Bar.sibi contrarius in d.l.cum quid.in 2. colum.& in l.
2 ita stipulatus.magna,in 1.opp.ad fi.ff.de ver.ob.† Pro clara intelligentia glo & tex.videndum est,cui magis sit fauendum, an actori,an reo.D.Azo in tit.de reb dub.tradit nor.doctrinā,
* *quam omnes indifferenter sequuntur* præcipuè Ang.& Pau.de Cast. post Bar.hic,& est gl.ordi.in c.cum ad sedem de resti.spo.glo. in c.cum sint partium iura.& in c.contra reum.de reg.iur.in 6. & gl.in c.ex literis.de spon.Bar.in l.inter stipulantem.§. 1. ff. de ver.obl.Bal.in l.qui accusare.in pen.col.C.de eden.& in l.si ita
a tus.in fi.C.de ord.cog.[a] Nam fieri debent tres casus,in princip. causæ.& sic in his quæ respiciunt ordinationem litis magis fauetur actori,quàm reo.tex.est hic. Et ex hoc secundum Bald. hic post Odoff.colligitur notabilis limitatio ad l.fi.ff. de feriis. vbi dicitur,q̄ in causis ciuilibus circa dandas dilationes æquè fauetur reo,sicut actori:nisi simus in respicientibus ordinem processus,vt hic.Secundus casus est circa media causæ, & sic
b circa processum:& tunc pariter vtrique fauetur. [b] Tertius casus est in fi.causæ:& sic tempore ferendæ sententiæ,& tunc fauorabiliores sumus reo quàm actori. nam fauorabiliores sumus ad liberandum,quàm ad condemnandum. ita loquitur regula fauorabiliores.ff.de reg.iu.l.Arrianus.ff.de act.& obl. c. ex literis.de proba.Ad istam doctr. Azo. adde,quod dicit Bal. in l.edita.in 23.colu. C.de eden.q̄ libelli sunt fauorabiliores in litis ingressu,pares in progressu,& odiosi in egressu,& sic in fi. litis.Adde etiam quod dicit Bal.in addi.Specu.in tit.de appel. in 11.col.in ver.dubio.q̄ appellatio est fauorabilior,quàm sententia in principio litis:sed in medio est par.In fine autem fauendum

ADDITIONES.

a ¶De ordi.cogn.Et in electione iudicum.Soc.in lib.3.consi.94. incip. in causa.col. 4. PVRPV.

b ¶Fauetur.Adde Alex.vbi loquitur in prorog.in l. 4. §. si quis condemnatus. col.2.ff.de re iudi. PVRPV.

uendum est sententiæ,si actor appeilauit.l.Herennius.ff.de eui ctio.¶Nunc assume vnumquodque membrum de per se.Primum est,q̃ in princ.litis in respicientibus ordinationem,magis fauetur actori quàm reo.Contra istud membrum moueo duas difficultates.Prima est,nam sicut reus tenetur satisdare de iudicio sisti,vt hoc tit.& Auth.ofiератur.C.de lit. cõtest. Ita actor tenetur satisdare de lite prosequenda.Auth. generaliter. C.de epis.& cler.& tamen ego habeo ,q̃ quod si reus possideat immobilia,releuatur ab onere satisdandi.l.sciendum.in princ. j̃.cod.& tamen actor quamuis possideat immobilia,non releuatur ab onere satisdandi.Ita vult Bar.in §.quidam.in fi.j̃.ea.l. & ibi ponderant Raph.Fulg.& D.Alex.Idem tenet D.Alex. in l.sciendum. in prin.in 2. col. j̃.cod.ergo ibi est casus contra istã doc. quia in istis satisdationibus magis fauetur reo,quã actori. dicam de hoc,& plenè examinabo in d.l.sciendum. in princi. ¶ Secundò contra istud primum membrum moueo aliam difficul.nam ad defendendum reum quilibet etiã extraneus admittitur,etiam si constet clarè eum non habere mãdatum: dummodo satisdet de iudicato soluendo.l.vnica.C.de satisdãdo.& l.exigendi.C.de procu.& tamen ex parte actoris nõ admittitur procurator,quem constat non habere mandatũ, dato q̃ velit satisdare de rato.l.1.cum gl.& ibi Doc.C.de procur. gl.& Doct.in l.non solùm.§.qui alieno.ff.eo.ergo ibi in præparatorijs magis fauetur reo,quàm actori.Nisi dixeris,q̃ plus ꝓuideat satisdatio de iudicato soluendo , quam præstat defensor,quàm satisdatio de rato.Super quo tamen cogita.Item cõtra istud membrũ facit tertiò, quia actor tenetur edere actionem suam in scrip.l.edita.C.de eden.Auth. offeratur. C. de lit. contest.no.per glo.& Doc.in l.1.in princi.ff.de eden. & tamen reus non tenetur regulariter suam exceptionem in scriptis ꝓponere.l.scire oportet.§.scire autem oportet.ff.de excus. tuto. c.quoniam contra falsam.in ver.excep.& ibi D.Anto. de proba.Bar.in l.1.in 2.col.ff.de excep.& in Auth. hanc autem querelam.C.de non num.pec.& ibidem etiam Bal. & in l. ne causas.C.de app.Ang.in d l.1.in prin.ff.de eden.Ang.de Are. Insti. de exce.in prin.in 14.colu. Quartò in contrarium facit:quia libellus actoris debet continere conclusionem,vt est gl.in d. l. 1. in prin.& ibi Bar.& alij.j̃. de eden. secus est in exceptionibus, & sic in libello exceptionum rei.Ita Bar.ad hoc multa iura allegans in d.l.1.in 2.col.ff.de excep.Bald.& Ang. in l.emptor.C. de præscrip.long temp.Bal.in l.edita in 12.colum.C.de eden.D. Ant.in c.1.in 5.col.de lit.conte. ¶ Capio secundum membrũ princ.q̃ circa media causæ pariter fauetur actori & reo.Contra istum casum arguo:nam reus non tenetur edere actori instrumentum ad fundandam eius intentionem.l.1.& l.qui accusare.C.de eden.& tamen actor bene cogitur edere reo ad fundandam eius intentionem.l.iustum & l.fi.C.de eden. ergo circa media causæ magis fauetur reo,quàm actori,vnde siue velis dicere,q̃ ibi sumus in præparatorijs,prout dicit glo.in rubr. C.de eden.tunc obstabit circa primum membrum distinctionis. Aut vis dicere,q̃ ibi sumus circa media causæ,& tunc obstabit circa secundum membrum. Huic difficultati Mod. vario modo respondent,quorum solutiones impugnaui in d. l. non est nouum.& ibi posui veram solutionẽ. ibi videas. Istud secundum membrum limita tribus modis.Primò fallit in causis criminalib.in quibus accusatori non dantur nisi duæ dilationes:reo autem dantur tres.l.fin.ff.de ferijs.no. glo. in c.cum ad sedem.de resti spol.& q̃ in criminalibus circa media causæ magis faueatur reo,quàm actori,ostenditur alio medio.Nam etiam lite non contest.pro reo possunt examinari testes ad perpetuam rei memoriam , quando sunt de proximo recessuri: vel quando sunt in mortis articu. constituti,ne reo fortuitis casibus subtrahatur defensionis facultas.l.defensionis facultas.C. de iu.fis.lib.10.& tamen secus est ex parte accusatoris. text. est in c.quoniam frequenter.in prin.in ver.ciuiliter.vt lit.non contest.& ibi Bal.in 4.col.(sub dubio tamen forrè)ponit istam differentiam.¶ Secundò fallit,q̃ licèt in causis ciuilibus non dentur plures dilationes reo quàm actori.l.fi.ff.de ferijs.tamen nõ possunt dari maiores,& longiores.glos.est no.in l. sicuti. §.& si quæratur.ff.si fer.ven.in gl.1. quam Bal.ibi reputat ad hoc esse sing.no.Bar.in l.si prius in 7.opp.1.par.ff.de ope.no.nunc.& ibi Imo.expressè no.q̃ in hoc est casus,in quo circa media causæ magis fauetur reo,quàm actori.sequitur Dom.Alex.in l.fin. in 1.col.ad fin.ff.de ferijs.¶ Tertiò fallit,quia in causis ciuilibus ex parte rei lit.non conest.possunt examinari testes ad perpetuã rei memoriam,& publicari,quod est fortius. l. in lege Aquilia si deletum.& ibi Bar.ff.ad legem Aquil.secus est ex parte actoris.d.c.quoniam frequenter,in princ.& ibi Bal.in 4. col. ad hoc expressè no. istum casum,in quo in ciuilibus circa media magis fauetur reo,quàm actori.¶Capio vltimum membrum, q̃ in fine causæ,& sic in sententiando magis fauetur reo , quàm actori.Ista regula fortius procedit in causis criminalib. l.inter-
a pretatione.l.præses.& l.sanctio legum.ff.de pœn. [a] Ad istam regulam adde no.quod si vulneratus etiam existens in articulo mortis inculpauerit aliquem,q̃ eum vulnerauerit, non statur eius imputationi.l.si quis in graui.§.1.ad Syllan.adeo q̃ etiam non facit indicium sufficiens ad torturam.ita inducit glos.in l. mater.in glo.penul. C.de calum.& ibi expressè Ange.istud firmat,& sequitur no.Dom.Alex.in consi.14.in 3. volum. quod incip.ponderatis narratis in themate. quamuis contrarium teneat ipsemet Ang.in d.l.si quis in graui. §. 1. tamen è contra si aliquis sit accusatus de vulnere, & captus & vulneratus eum exculpauerit,statur exculpationi vulnerati quantum ad istum effectum, q̃ licèt sint indicia contra accusatum, quæ aliàs essent sufficientia ad torturam : tamen isto casu ex talibus indicijs torqueri non potest:quia habet testimonium innocentiæ pro se l.Paulus.§. 1.ff.de bon.lib.Ita ad literam,& sing. Bald. in l.1.in vlti.colu. C. communia de leg.& nunquam obliuiscaris pro defensione amici.Item ad istam regulam adde, q̃ legatũ propter incertitudinem vitiatur,sed non ademptio & liberatio.l.si fuerit.ff.de reb. dub.† Istud membrum limita trib. modis. Primò limita in fisco actore: quia vbi probationes essent pares inter fiscum,& priuatum:quamuis fiscus sit actor,debet ferri sententia in fauorem fisci,& non rei,sicut in fauorem ecclesiæ.c.fi.de re iudic.Ita in fisco tenet Spe.& Io.And.in titu.de teste.§. 1.ver.quid si.Io.And.& Do.Anto.de But.in c.in nostra. de test. Sed in contrarium fortiter videtur facere.l.non puto. ff.de iure fisc.per quem text.contrarium tenet Dom. Mathæs. reprobando Ioan.And.in no.72.Pro quo facit,quia nunquam præsumitur aliquid speciale in fisco magis, quàm in priuato, nisi in lege expressè caueatur.l.item veniunt.§.in priuatorum. & ibi glo.no.ff.de pet.hæred gl.in l. 1. C. eod.Tenetas tamen limitationem præcedentem, quam etiam tenet Dom. Alexã.in l.1.in 1.col.& sequen.ff.solu.matr.Et ad l.non puto.respond.q̃ loquitur,quando fiscus agebat ex causa lucratiua descendente ex delicto,vel incapacitate hæredis indigni:tunc iudicandũ est contra fiscum,& q̃ ita loquitur illa lex, patet ex natura tituli,sub quo situata est. l. Imperatores. ff. de in diem adi. aliàs quando fiscus ageret ex contractu, vel aliter,procederent prædicta.arg.l.vnicæ.§.fi C.de cadu.tol.ita limitat Raph.Cuma.in d.l.non puto.& in d.l.1.vbi etiam Moder.ff.solu.matri.refert, & sequitur Ang.de Are.in l.sciendum.ff.de app.reci.& in §.fin. Insti.quib.mod.test.infir. ¶ Secundò principaliter limita istud membrum in causis pijs,& fauorabilibus, puta libertatis, & similibus causis.tex.est no.in l.lege Iulia.ff.de manumiss.Facit ex literis.de proba.& c.fin.de re iudi.& tex. in l. sunt personæ. ff.de relig.& sum.fun.& in omnibus causis,in quibus præfertur quis in sententia,similiter præfertur in probationibus, text. est in d.l.lege Iulia.quem ad hoc reputat sing.Bal.in cap.dominò guerram.§.ad hæc.in tit.hic fini.lex Corradi.deinde consuetudines regni incipiunt.¶ Tertiò prædicta regula procedit, quando fundata iurisdictione iudicis insurgit dubietas super probationibus:secus antequam sit fundata iurisdictio iudicis. gl. est no.in c.cum contingat.in glo. 3.magna ad fin.& ibi Docto. not. de rescrip. & Domin. Alexan. hic. Iason de Mayno Paduæ legens.

ADDITIO.

a ¶De pœn. Amplia,vt etiam si probationes actoris excedant in aliquo probationes rei,non tamen pro eo fertur sententia. Gl.in c.clerici. 81.dist. Dec. consi.303.col.pen. PVRPV.

SVMMARIVM.

1 *Mulier,miles, & minor 25. annis non sunt idonei fideiussores nisi in rem suam.*
2 *Minor habens curatorem,licèt non possit se obligare sine curatore,tamẽ obligatur sine eo fideiubendo pro suo procuratore.*
3 *Mulier an possit fideiubere pro marito.*
4 *Dominium rei dotalis constante matrimonio licèt sit mariti,tamen commoditas,& incommoditas spectant ad ipsam mulierem.*
5 *Dolus non præsumitur nisi probetur.*

1 **§.Qui mulierem.** †Mulier,miles, & minor 25. ann. non sunt idonei fideiussores,nisi in rem suam: & mulier dicitur fideiubere in rem suam,quando est quæstio super fundo dotali. hoc di-
2 cit.vsque ad §. si seruus.¶†No.hic esse tex.no.secundum Ang. q̃ licèt minor habens curatorem non possit se obligare sine curatore.l.si curatorem habens.C.de in integr.resti.mi.tamen hic obligat̃ sine eo fideiubendo ꝓ suo procuratore,& ad hoc no.istum tex.Spec.in tit.de defen.ciui.in ver. sed pone fideiussor.

sor.Istum tex.ad hoc reputant sing.Fulg.& Pau.de Cast.hic.& sequitur Ludo.Rom.hic. Ratio huius l. est, quia tunc minor facit illud,quod quilibet maior facere debet: quia releuat suũ procuratorẽ.§.si verò aliquis.Insti.de satisd. & iõ huic minori isto casu non competeret restitutio.Tu aduerte,prout etiam perpendit Alexan.hic,quòd iste tex. necessariò hoc non probat:quia in eo non apparet ꝙ iste minor haberet curatorem. nam iste tex. bene loquitur de minore 25.annis. sed non decidit,ꝙ haberet curatorem.cùm ergo habere curatorem sit facti,facta non præsumuntur,nisi probentur.l. in bello. §. factæ. ff.de cap.¶Secundò pondera tex.in ver.quidam.ibi,si à marito fundus dotalis petatur.nam sensus huius litéræ propriè est in passiua significatione,s.ꝙ iste fundus petebatur per alium à marito:& sic maritus erat reus.tamen Bar.hic in fin.in vna solutione intelligit istum tex.quòd loquatur actiuè,quãdo maritus petebat ab alio.prior sensus plus placet.¶†Tertiò not.ex
3 isto tex.limitationem ad iura,quæ volunt, ꝙ mulier[a] non po
a test fideiubere,etiam pro marito,quia iuuatur Velleiano. Authen.si qua mulier.C.ad Velleia.& in l.1.& fi. C. ne vxor pro marito.nam illa iura limitantur per hunc tex.nisi vxor fideiuberet pro marito in causa fundi dotalis: quia tunc bene posset,casus est hic notabilis.¶Capio glo.in ver. in rem suam . q̃ diuide in duas partes.In prima declarando tex. remouet vnũ contrarium.In secunda contra text. opponit,& tripliciter soluit.Secunda ibi,sed quare prestatur.¶Ex prima parte habes cõ
4 clusionem,†ꝙ licèt dominium rei dotalis constãte matrimonio sit mariti.Instit.u.quib.ali.licet uel non. in princ. l.doce ancillam.C.de rei vendica. & in l. in rebus. in princi. C.de iu.dot. tamen commoditas,& incommoditas spectant ad ipsam mulierem.¶Ex ista conclusione no.Bar.quod sententia lata contra maritum super re dotali cõstante matrimonio nocet vxori postea solu.matrimon. quod intelligit verum,si mulier fuit sciens:aliàs secus,vt hic per eum, cum quo alij tenent. Adde Cyn.& Albe.in d.l.doce.Imo.post Ray.in l.Titio centum §.fi. in vlt.no.per illum tex.ff.de condi.& demon.Et ex hoc posset dari cautela ad alienandum fundum dotalem constante matrimonio,vt per Gul.Ang.& Fulg.hic,& etiam per Alexan.& hic adde Aret.in l.Iulianus.§.qui fundus circa fi.ff.de verb.obl. ¶In secunda parte glo.dic,quòd licèt Bar.teneat primam solu
5 tionem gl.& in se sit vera,tamen diuinat,& non placet ad istũ tex.†quia dolus non præsumitur nisi probetur.l.quoties. §.qui dolo.ff.de proba.dixi in l.si verò.supra eod. Similiter secunda solutio,quam gl.approbat,diuinat,& non est verisimile,quod quis præstaret fideiussorem,si non teneretur. vnde teneas tertiam solu.glo.quam etiam sequuntur Mode. hic,quòd res immobilis,ad quam quis conuenitur,non releuat ab onere satisdandi quantum ad aduersarium,vt hic,licèt quantum ad tertium secus.l.sciendum.§.pen.ĩ.eod. & ita declarat Barto. in l. vnica.in 3.colum.C.vti pos.& in d.l.sciendum.in principio. Iason Paduæ.

ADDITIO.

2 ¶Quod mulier.Adde glo.in versi.& vxorem.in cap.ex relcripto.de iureiur. Doct.in c.non solent. 2.quæst.6.

SVMMARIVM.

1 *Lite contestata non potest amplius peti satisdatio de iudicio sisti.*
2 *Lite nondum contestatã non potest peti cautio rati .*
3 *Exceptio cautionis rati,sicut debet opponi ante litem contestatam , ita etiam exceptio pendentiæ litis.*
4 *Minori vel mulieri si detur fideiussor non idoneus,eis succurritur,etiam post litem contestatam.*

§. Si seruus. Pro eius intellectu aduerte,quòd iste tex.legitur in glo.transportando tex. hoc modo,quòd si seruus interueniat,qui fideiusserit iudicatum
1 solui,succurritur actori , antequam iudicium accipiatur. †Ita transportat glo.tex.mota:quia si lis esset contestata,non posset amplius peti ista satisdatio de iudicio sisti,per regulam l.Pomponius.§.rati.ff.de procu.& l.ita demum.C.eodẽ.nec amplius posset opponi,quòd seruus non sit idoneus fideiussor. Sequitur Bal.Ang.& Pau.de Cast.& Dom.Alex. hic. Mihi non placet ista transportatio:quia facit violentiam literæ.vnde intelligo literam planè prout iacet,secundum Iaco.de Aret.Albe.& Fulg.hic,ꝙ si seruus interueniat:quia antequam iudicium accipiatur fideiussit:quòd tamen postea succurrendum est actori& sic tunc etiam post lit.contest.potest petere, quòd de nouo satisdetur,quando per errorem facti prius omisit,ignorans eum esse seruum.tex.est in c.pastoralis.& ibi Do.Abba.reprobata glo.ibi.de except.Bar.in l.error.in vlt.col.cum concordan. quas ibi dedi.C.de iu.& facti igno. & ita intelligendo cogita quid importet , quòd seruus fideiusserit antequam iudicium accipiatur. sed dicas: quia sic est natura istarum satisdationũ,
2 vt nunc dicam.†Tenendo tamen intellectum præcedẽtem gl. no.ex hoc tex.ꝙ lite nondum contestata non potest peti cautio rati,iuribus præalleg.ita etiam non potest peti satisdatio de iudicio sisti,nec de iudicato soluendo,nec aliæ similes. Et ista est magna extensio ad regulam.d.§.rati. & dicit Pau. de Castr. se nescire alibi tex.de hoc ita bene.sed tu allega tex.meliorẽ,& expressum in l.vnica. C.de satisda.in duobus locis in medio,& in fin.& ibi ad hoc no.Bar.illum tex.Idem tenet glo.in rubr.ff. iudi.solu.quamuis Albe.de Ros.hic inaduertenter dicat contrarium.Et per hoc reprobo rationem,quam ad d.§. rati.assignat Bar.in l.eleganter.§.si quid post.ff.de condi.indebi. vbi dicit,ꝙ ratio est,quia lit.contesta. procurator efficitur dominus litis:sed dominus non tenetur cauere de rato. nam confunditur per prædicta:quia non est generalis.nam cùm ille tex. procedat non solùm in cautione rati, sed etiam in satisdatione de iudicio sisti,& de iudicato soluendo, ratio Bart. non est bona: quia etiam dominus litis tenetur satisdare de iudicato soluendo,vt hoc tit.†Adde aliam extẽsionem ad d.§.rati. quòd sicut
3 exceptio cautionis rati debet opponi ante lit.contes. ita etiam exceptio pendentiæ litis,quæ debet opponi ante lit. contesta. postea opponi non potest.Ita Bald.in l.peremptorias.in fin. C. sent.rescin.non pos.& in disputatione incipiente,accusatus de vi turbatiua.in 11.colum.in Auth.sed nouo iure. in versic.sed pone in ciuitate.C.de serui.fugi.& in l.2.C.de peti.hæred.Imo. in l.cum procurator.§.dominus.ff.de oper.nou.nunc.Alexan. in consi.116.3.volum.incip.magnifice prætor.in 10. colum. & ita consuluit.¶In vers.minor quoque.Aduerte pro eius intellectu,quòd legitur secundum glo.& Barto.vt sit sensus, quòd minor,& mulier non sunt idonei fideiussores de iudicio sisti , sed repelli possunt sicut seruus.& istum sensum videtur innuere tex.ibi,minori quoq;.Iste intellectus mihi nullo modo placet:quia istud erat clarè decisum in §.proximè præcedenti : & sic isto modo iste § sequens in hoc esset superfluus . contra §. quib.in 1.constitutione.C. ¶Secundo & fortius littera non patitur istum sensum,dum dicit succurrendum est minori , & mulieri:nam secundum istum intellectum succurretur actori,qui accepit in fideiussorem minorem,vel mulierem, nõ autem succurretur ipsi minori,vel mulieri,vt dicit tex.†Intellige
4 ergo secundum Ioan.ꝙ si minori,vel mulieri detur fideiussor non idoneus,quod eis succurritur etiam post lit.contest. & licèt glo.hic non teneat istum intellectum:tamen glo.in l.in eo. §.fin.ff.de reg.iu.eum approbat.Et si dicis,si succurritur maiori,vt supra proximè,quod dubium est, quod debet etiam succurri minori,vel mulieri? Respond.ꝙ maiori succurritur,quãdo errauit in facto:minori autem,& mulieri etiam si errant in iure.vt hoc tex.ver.propter imperitiam.¶In ver.si fideiuss. dic rationem dubitandi fuisset secundum Ang.& Moder. quia cũ fideiussio sit extincta facto stipulatoris, qui adiuit hæreditatẽ fideiussoris,videbatur , ꝙ de nouo reus non esset grauatus ad satisdandum:tamen quia istud procedit sine culpa stipulatoris,procedit iste tex.

SVMMARIVM.

1 *Concessionem tenutæ quicquid impedit à principio , illud etiam postea oblatum eam reuocat.*

§. Tutor. Pro satisdatione necessaria,quæ ex l.necessitate præstatur,fit remissio ad alium locũ, præstato prius iuramento calumniæ. Fallit in duobus casibus. Primus est in hærede volente reuocare tenutam ex eius contumacia concessam:vel quando in loco, ad quem petit aliqs se remitti,potuit prius satisdare, & non voluit.h.d.vsque ad fi. l.¶Omissis no.quæ literaliter colliguntur per Pau.de Castr. &
1 alios hic,maximè Alex.post Ang.¶No.in ver.planè.ꝙ licèt regula sit,quòd quicquid impedit à principio concessionem tenutæ,illud etiam postea oblatum eam reuocat,tex. est not. in l.si pecuniæ,§.fi.vt in pos.leg.hic allegata in glo.quæ respõdet ; sed malè.Illa regula procedit,quando illud impediuisset tenutam de iure communi.secus,quando ex priuilegio, vel aliquo modo speciali: quia debilius est ius speciale , quam commune.l.eius militis.§.militia militis.ff.de testam.mili. Facit l.si seruum.§.prætor.iuncta l.si extraneus.in princip. ff. de acquiren. hæredita.text.est hic notabilis,qui est ad hoc singu.secundum Angel.& Modern.hic.Angel.& Imol.& alios in l.si finita. §.videamus. ff.de damno infect.¶In tex.ibi,in municipio.an istud hodie procedat,cùm quælibet ciuitas habeat vim prouinciæ, ponunt Angel. Fulgos.& Alexan. hic. dixi in l.si fideiussor.§.1. supra eodem.

SVM-

Ias. super Prima. ff. Vet.

SVMMARIVM.

1 *Iudex si pronunciat tales testes esse, vel non esse admittendos, ab ista interlocutoria potest appellari.*
2 *Appellari non potest à sententia interlocutoria circa legitimationem personarum.*
3 *Appellari non potest à sententia arbitri. & nu. 6.*
4 *Appellari potest ab illa sententia, ex qua oritur actio, vel exceptio iudicati.*
5 *Non solùm potest fieri compromissum in arbitrum de tota causa principali, sed etiam de aliquo articulo incidenti, vel emergenti.*
7 *Appellari licèt non possit à sententia aliqua, potest tamen implorari iudicis officium querelando.*
8 *Appellatio est officium iudicis.*
9 *Arbiter an habeat aliquam iurisdictionem, an notionem tantum.*
10 *Medici si malè referant de vulnere, potest implorari officium iudicis cõtra eorum relationem, & sententiam.*
11 *Actio quamuis hodie oriatur ex sententia arbitri, tamen hodie ab ea nõ appellatur.*
12 *Causæ, quæ requirunt causæ cognitionem, & expediuntur officio nobili, & sunt meri vel mixti imperij, non possunt delegari.*

LEX IX.

ARbitro. Ista lex est no. & subtilis, & Bar. dicit se alibi nescire. Et præmitte, q̃ timore contrarij l. 1. C. de arbi. ista l. legitur in glos. tribus modis, & quarto modo, & melius extra glo. hoc dicit in effectu. A sententia electi ad probandum, vel improbandum fideiussores, potest appellari, sicut à sententia iudi
1 cis. h. d. † Per istum tex. dicit Spec. an titu. de teste. §. 1. versi. recepta autem probatione, quòd si iudex pronunciat tales testes esse, vel non esse admittendos, q̃ ab interlocutoria potest appellari. Sequuntur Bald. in lect. antiq Angel & Ludo. Rom. hic. Ex
2 hoc refert Ang † q̃ à sententia interlocutoria circa legitimationem personarum potest appellari. l. ait prætor. §. permittitur. ff. de mino. & ita no. limitatur regula, quæ habet, quòd regulariter de iure ciuili à sententia interlocutoria appellari non põt. l. ante sententiæ tempus. C. quorum app. non reci. & l. 2. ff. de appel. rec. Tu teneas in prædictis contrarium: quia quando interlocutoria affert grauamen, quod potest postea reparari per appellationem à diffinitiua, nũquam à tali interlocutoria potest appellari. l. 2. vbi Bar. & Imo. ff. de appel. reci. & ita etiam tenet Fulg. hic. Et ideo Spec. in loco prælleg. non videtur se firmare, ex quo in contrarium adducit regulam d. l. 2. ¶ Capio glos. mag. quam diuide in 4. partes. In 1. glo. fortiter opponit de l. 1. C. de arbi. & eius timore ponit tres sol. & sic tres intellectus ad tex. & approbat tertium intellectum. In secunda, quæ est ibi, sed an hodie. glo. format. q. In tertia, quæ est ibi. Sed quomodo potuit gl. opponit contra tertium intellectum, quem approbauit supra, & respon. quadrupliciter. In quarta, quæ est ibi, posito casu. glo. addit tres alias fallen. ad regulam d. l. 1. C. de arbi.
3 ¶ † Redeo ad primã partem. Difficultas huius text. est propter contrarium l. 1. C. de arbi. vbi ponitur regula, quòd à sententia arbitri appellari non potest, & ratio assignatur ibi in text. quia ex ea non oritur actio iudicati. Ratio rationis est, quia arbitri compromissarij eliguntur à partibus, & consensus priuatorũ non potest tribuere iurisdictionem non habenti l. priuatorũ. C. de iurn. omn. iudi. Ideo arbitri non habent iurisdictionem, sed solùm notionem: id est possunt cognoscere. l. ait prætor. in princ. vbi glo. & Bal. ff. de re iudi. prout declarant Bald. & Ang.
4 in d. l. 1. & Fulgos. hic dicit totum contrarium. † Imò generaliter dicit glo. in d. l. 1. quòd ab illa demum sententia potest appellari, ex qua oritur actio vel exceptio iudicati, quam glo. dicit esse valde singularem Bal. in c. præsentata. in vlti. col. de testi. & in c. pastoralis. in 5. col. de appel. Primus intellectus gl. est, q̃ sit speciale in hac l. Ratio specialitatis est secundum Barto. quia in hac l. non fuit compromissum in arbitrum de causa principali, sed de isto articulo incidenti, an fideiussores essent idonei: ideo potest appellari. Ratio specialitatis est, vt hic per Bar. Istum primum intellectum tenet Bar. hic, secundum quẽ dicit se nescire alibi istum tex. Istum etiam intellectum sequitur Ang. hic, & latius Ang. de Are. in l. ex consensu, in princ. in
5 3. colum. ff. de appel. † Ex isto intellectu no. duas conclusiones. Prima est, quod non solùm potest fieri compromissum in arbitrum de tota causa principali: sed etiam de aliquo articulo incidenti, vel emergenti. Et idem tenent Ang. & Imo. in l. fi. ff. à qui appel. non licet. & in l. 1. ff. quis, & quo. Facit text. in l. si qs in conscribendo. C. de pact. secundum vnam lect. gl. & ibi Bar. circa finem notat, & reputat ad hoc sing. & infert ad no. decisionem, vt ibi per eum. Facit tex. in l. seq. & istum text. aliegat et
6 Bald. hic in 1. no. ¶ † Secundò no. magnam limitationem ad regulam d. l. 1. q̃ à sententia arbitri non potest appellari. Illa regula procedit, quando compromissum est in arbitrum de tota causa principaliter quando solùm est compromissum de aliquo articulo incidenti quia tunc potest appellari. Istum intel-
* lectum reprobant *alij omnes*, & antiqui. & Mod. Ioan. de Imol. in l. 1. §. fi. ff. quis, & à quo app. & in l. fin. in prin. ff. à qui. app. non licet. Bal. in §. 1. Institu. de iustitia. Contrarium intellectum duo stringunt omissis ceteris. Prima ratio, quia, de iure ciuili à sententia arbitri appellari non potest, quæ ponitur in d. l. 1. C. de arbi. s. quia non habet auctoritatem iudicati: eo quia arbiter eligitur à partibus, quæ non possunt aliquam iurisdictionem tribuere huic priuato. l. priuatorum consensus. C. de iurisdict. omn. iud. Ideo sententia ab eo lata, qui nullam habet iurisdictionem, non habet aliquem effectum sententiæ. Ideo ex ea non oritur actio iudicati: & ideo ab ea appellari non potest. Istamet ratio militat, quando arbiter assumit à partibus super aliquo articulo incidenti. ergo cùm sit eadem ratio, idem iudicamus de parte quo ad partem, quod de toto quo ad totũ. l. quæ ad tota. ff. de rei vendi. & l. qui scit. in princ. vbi glo. infinitas leges alleg. ff. de vsur. ¶ Secundò stringit, & fortius: quia de iure ciuili difficilius appellatur à sententia interlocutoria quã à diffinitiua: patet, quia à sententia diffinitiua regulariter potest appellari, sed à sententia interlocutoria regulariter de iure ciuili appellari non potest, vt in iuribus supra allega. si ergo à sententia diffinitiua arbitri appellari non potest, multominus debet posse appellari à sententia arbitri interlocutoria lata super articulo incidenti. Considera tamen si iste primus intellectus posset alia subtiliori ratione defendi: nam iste tex. procul dubio loquitur, quando iste arbiter fuit assumptus super isto articulo incidenti, an fideiussores essent idonei. vnde considera, q̃ iste arbiter assumitur super eo, quod propriè pertinet ad ipsum iudicem, s. super ista prætoria stipulatione de iudicio sisti. l. 1. in prin. ff. de præt. stipu. vnde itur ad talem arbitrum, nõ vt à iudicio recedatur. ideo ab illo, quod per istum arbitrum decidetur respiciens id, quod erat agitandum per iudicem, tãquam assumat naturam iudicialium, potest appellari: sed q̃n fit compromissum in arbitrum de tota causa, tunc in totum à iudicio receditur, nec partes volunt esse amplius in iudicio super hoc. Ideo tunc appellari non potest. & per hunc modi patet subtilior ratio, quia non potest appellari à sententia arbitri, quando assumptus est super tota causa: quia tunc ex toto receditur à iudice, secus quando incidenter assumitur super articulo incidenti: quia ex quo non recedit à iudice, ille actus, qui veniebat per iudicem expediendus, si expediatur per arbitrum ad hoc assumptum, potest appellari, quando censeatur iudicialis, & grauamen illius interlocutoriæ non sit reparabile per sententiam à diffinitiua, vt prædixi. Secundus principalis intellectus glo. est, q̃ in hoc tex. non habet locum appellatio, sed officium iudicis. Istum intellectum tenet Bart. & dicit sibi plus placere quàm præcedens, per l. fin. ff. à qui. app. non li. & p
7 rationem, de qua hic per eum sequuntur Ang. Sali. & Paul. de Cast. hic. ¶ † Pro isto intellectu bene facit tex. in l. seq. in versicu. querela. Facit, quod dicit Bald. in l. edicto. C. de edi. diui Adria. tollen. vbi dicit, quòd licèt à sententia aliqua non possit appellari: potest tamen implorari officium iudicis querelando. Istũ intellectum reprobant Bald. Fulgos. & Alex. hic. Imo. in l. fin. ff. à quib. app. non li. Ang. de Are. in l. ex consensu. in prin. in 2. co-
a lum. ff. de app. Moti, quia licèt reperiatur, quòd laudum a arbitratoris possit per officium iudicis rescindi, petendo reduci ad arbitrium boni viri l. si societatem. §. arbitrorum. cum seq. ff. pro soc. tamen nullibi reperitur, q̃ sententia arbitri per officium iudicis possit rescindi, ergo stabimus regulæ. l. 1. C. de arbi. & l. diem proferre. §. stari. ff. eod. Nec obst. tex. in d. l. fin. ff. à quib. appel. non li. quia non loquitur in arbitro compromissario electo de consensu partium, sed in arbitro dato ab ipso iudice, vt
8 patet ibi in tex. in versic. datos. & in vers. qui eos dedi. ¶ † Vltra alios contra istum intellectum secundum, quatuor faciũt. Primò stringit tex. in ver. appellare licèt. qui tex. loquitur de appellatione propriè. vnde dicere quòd tex. non loquitur de appellatione, sed de officio iudicis, est facere violentiam literæ. ¶ Secundò obstat similitudo tex. ibi, vt à iudicib. nam à sententia iudicum propriè appellatur. ¶ Tertiò considera, quòd Barto. est sibimet contrarius. Bar. approbat primum intellectum glo. & eum sequuntur Ang. & Pau. de Cast. deinde etiam approbat istum secundum intellectum. sed videtur, quòd isti intellectus ambo stare non possunt: quia secundum primum intellectum

ADDITIO.

a ¶ Laudum. Adde Doc. in c. Quintauallis. de iureiu.

cum hic appellatur propriè: secundum alium intellectū non appellatur,sed officium iudicis imploratur.ideo Bar.met.fortè istud sentiens in d.l.fi.tenuit,quòd ista duo remedia copulatiuè competant,s. ꝙ possit appellari propriè.Item officium iudicis implorari.Quartò contidera,dum glo.& Barto.volunt,ꝙ non potest appellari, sed officium iudicis per viam supplicationis implorari.Nam ista non videntur posse stare,cùm appellatio sit officium iudicis,& sic qui appellat,implorat officium iudicis.gl.est in l.1.in prin.ff.quæ sent.sine appel.rescind.quam ad hoc reputat singu.Bal.in c.in præsentia.in 2.col.de remun.licèt Bar.in l.1.in prin.in vlt.col.ff.de app.teneat contrarium, ꝙ appellatio non sit actio, nec etiam sit officium iudicis: quia absque aliquo officio iudicis appellatio producit effectū suū extinguendi sententiam,& deuoluendi ad superiorem, & tenet,quòd appellatio sit quoddam ius de per se, quod vocatur appellatio.Tamē veritas est,ꝙ appellatio est officium iudicis: quod probatur clara ratione.nam appellatio est mixti imperij,vt tenet Bar.in l.1.§.solent.ff.quando app.sit.cum multis cōcor.quas dedi in l.imperium.s.de iurisd.omn.iud.cùm ergo appellatio sit mixti imperij,ergo expeditur per officium iudicis. quia mixtum imper.est,quod expeditur officio iudicis nobili ad priuatam vtilitatem,sm Bar.& alios in d.l.imperium.vbi dixi:& sic appellare,& implorare officium iudicis,videntur idē. Et quotiescunque implorat officium iudicis, semper misericorditer imploratur,& per viam supplicationis.gl.est in rubr. ff.de interrog act.declarat Bal.in l.1.in antepe.col.s.de iurisdic. omn.iud.Item in appellatione aditur superior, vt corrigat' qđ improbè factum est.in l.1.in prin.ff.de app.Nec differentia,quā facit Bar.de tempore probatur iure.tamen pro gl.& Bar. multum facit tex.in l.fi.ff.à quib.app.non li.quæ vult aliud esse appellare,aliud implorare officium iudicis. ¶Tertius intellectus gl.est,ꝙ iste tex.loquatur in arbitro.i.in delegato,& hoc modo nihil obst.contrarium.Istum intellectum approbat glos.hic,& gl.j.l.proxi.& gl.in l.pe.C.quo.app.non reci.& in l. fi. ff. à quib. appel.non li.Bal.& communiter Moder.& iste intellectus *communiter tenetur*,sm Pau.de Cast.Lud.Rom.& D.Alex.hic.Et si dicatur,quæ potuit esse ratio dubitandi in hoc tex.tenendo,ꝙ loquatur de arbitro.i.delegato,ex quo indubitatū est,ꝙ à sententia delegati potest appellari,quicunque delegatus sit. l. 1.§. fi.vbi glo.& Bar.ff.quis,& à quo app.& l.vnica. C. qui pro sua iurisdictio?Respondē,ꝙ dubium faciebat: quia licèt à sentētia delegati diffinitiua possit appellari: tamen cùm hic delegatur super isto articulo incidenti eius sententia est interlocutoria, ideo videbatur,ꝙ à tali interlocutoria appellari non posset:attento,ꝙ de iure ciuili à sententia interlocutoria [a] regulariter appellari non potest, vt dixi. Contrarium tñ hic deciditur, ꝙ ab ista suā delegati quamuis interlocutoria potest appellari: eo quia affert grauamen irreparabile appellando à diffinitiua, vt j. dicit gl.in 3.parte,& ibi Bart. ¶Contra istum intellectū vr̄ fortiter obstare,quia litera impropriatur exponendo arbitro.i. delegato.nisi dicerēs,vt statim dicam in seq.intellectu, reiectis
9 illis tol.glo.¶Teneas quartum intellectum clarum, & apertū, ꝙ l.contraria.s.d.l.1.C.de arbi.loquitur in arbitris compromissarijs elect.extra iudicium de solo cōsensu ipsarum partium. vnde ex quo consensus priuatorum non potest tribuere iurisdictionem.l.priuatorum.C.de iurisd.omn.iud. & sic talis arbiter nullam habet iurisdictionem,sed notionem tantum. l. ait prætor.in prin.ff.de iud.per consequens sententia ab eo lata dicitur lata à persona priuata:& sic non habet effectum sententiæ,nec ex ea oritur actio iudicati.In istis terminis propriè loquitur tex.& ratio ibi assignata in d.l.1.C.de arbi. Sed iste text. & similes loquuntur in arbitris datis ab ipso iudice,vel à partibus cum auctoritate iudicis.& cùm isti habeant iurisdictionē, ab eis potest appellari,vt hic,vel officium implorari,vt l.fi ff.à quib.app.non li.Et ꝙ iste tex.loquatur in arbi datis à iudice,patet per tex.similem isti in d.l.fi.ver.qui eos dedit. & isti arbitri dati à iudice sunt in effectu delegati.Et hoc modo procederet tertius intellectus gl.dum intelligit de arbitro,i.delegato. Pro isto intellectu,& ista differentia pondero esse text. expressum in l.cum antea.circa prin.in ver.neque iudex dederat.C.de arbi.iuncta l.1.eod.tit. Ad cuius declarationem venit illa l. cum antea.Istum intellectum in effectu, licèt non sic declarent, tenent Iac. But.& Albe.de Ros.hic,& dicunt, ꝙ ita practicatur in palatijs.tenet Ang.hic in prin.& Ang.de Are.& Io. de Imo.
10 in l.ex consensu.in 1.col.de app.† Ex isto intellectu bene sequitur illatio Bar.quando iudex eligit notarium, qui faciat comparationem literarum,vel medicum,qui videat, an vulnus sit mortale,& in simi.ꝙ si malè referant, potest implorari officiū iudicis contra eorum relationem,& sententiam. Idem tenet Alb.& alij hic.Do.Ant.& Imo.in c.Quintauallis.in 24. differē tia.de iureiu.Io.de Imo.in d.l.fi.ff.à quib.app.non li.Tu autem

pro intelligentia prædictorum aduerte,dum tex.in d.l. 1.C. de arbi.assignat rationem,quare à sententia arbitri non appellat̄, quia non parit actionem iudicati:& glo.ibi vult,ꝙ à nulla sententia,quæ non parit actionem vel exceptionem iudicati, pōt appellari.In contrarium facit tex.in l.à sententia. §.idem rescripserunt.ff.de app.qui videtur velle,ꝙ à transactione,& ab actu extraiudiciali,qui non lædit,potest appellari:& tamen ibi non oritur actio iudicati.per quem tex.ita tenet Lud.Rom. hic. & in consi.261.tamen Bart.in d.§.item rescripserunt.vr̄ velle cōtrarium,remittendo tamen se ad ea,quæ dixit in l.fi.de app.rec.¶Secundo & fortius,ꝙ ab actu extraiudiciali appelletur,est tex.in c.cum sit Romana.§.si vero.in ver.extra iudicium.& ibi gl.de app.& in c.concertatione.eo.tit.in 6.& tamen non oritur actio iudicati.Nisi dicas aliud esse de iure cano.quo iure ab oī grauamine appellatur.Tertiò in contrarium facit: quia ex sententia lata super legitimatione personarum non oritur actio iudicati:& tamen potest appellari.tex.est in l.ait prætor.§.'permittitur.ff.de mino.& dixi supra in tex. & per hoc fundamentum Bal.in c.pastoralis in 5.col.de app.tenet,quòd glo.in d.l.1. sit falsa.¶Quartò in contrarium facit:quia ex sententia absolutoria lata pro reo,nulla oritur actio iudicati,nec alia, vt habetur in l.Iulianus verum debitorem.ff.de condi. indebi. & tamen potest appellari.¶Quintò,& vlti.in contrariū facit: quia si iudex,de cuius iurisdictione dubitatur,pronunciat se esse iudicem competentem,potest à tali sententia appellari. glo. est in Auth.habita in gl.fi.& ibi Bal.in 3. col. & alij sequuntur. C. ne fil.pro pa.Sequitur Bar.in l.2.in vlti.col.vbi dixi. supra si qs
11 in ius voc.non ierit.& tamen non oritur actio iudicati. † Venio ad secundam partem principalem glibi, sed an hodie. ex
b qua habes, ꝙ etiam hodie à sententia arbitri [b] non appellatur,quamnis ex ea hodie oriatur actio, l. in casu. l.cum antea. C.de arbi.quando est compromissum pacto nudo,& sine pœna concurrentibus illis,de quibus ibi in tex. nam quando compromissum fuit factum per solennem stipulationem,vel quādo pœna fuit solemniter promissa, ex compromisso non orit̄ actio:quia alio remedio agenti subuenitur mediante stipulatione,vel ad pœnam.idem tenet glo.in l.2.C.eo. reprobat Bar. hic.& in l.1.C.de arbi.& in l.2.ff.eo.& in l.nemo potest.ff.de lega.1.per rationem fundatam in l.3.§.falsus. ff. rem ra. hab. Et refert Alb.ꝙ ista fuit opin.Iac.de Are.Idem tenet Pau.de Cast. hic alia ratione, quam ponit Albe.hic in 1.colum. quam reserua,vt hic per Alex.sed opi.Bar.damnatur per Angel.& omnes Moder.hic,& Albe.post And.de Pisis.& contra Bart.tenet Do. Ant.& Imo.in d.c.Quintauallis.Imo.in l.fi.à quib. app. non li. vt hic plenius habes per Do.Alex.¶Sunt in 3.parte glo.ibi. sed quomodo potuit.in qua glo.tenendo tertium intellectum, ꝙ iste text. loquatur in delegato, opponit, ꝙ ista causa delegari non potuerit,& erat in fundamēto:quia dicit ꝙ requirit causæ cognitionem:ergo delegari non potest.Nam falsum est:qa
12 omnes causæ regulariter requirunt plenam causæ cognitionem.l.iudices.C.de iud.ergo nulla causa posset delegari.†veritas est,ꝙ causæ,quæ requirunt plenam cognitionem, & expediuntur officio nobili,& sunt meri,vel mixti imperij,nō possunt delegari,ita loquitur §. vbi decretum. secundum tertium intellectum glo.ibi.sed causæ,quæ expediuntur officio iudicis mercenario,vt causæ simplicis iurisdict. istæ possunt delegari,licèt requirant plenam causæ cognitionem.sed ita est in proposito, quia ista causa super hoc incidenti expeditur officio mercenario,ergo delegari potest. & ista est vera solutio, licèt gl. nostra,quæ decepta est,vt dixi,ponat quatuor alias solutiones, quæ nihil valent.primam reprobant Ang & Fulg.hic. Primò quia diminat,ꝙ delegata sit causa principalis. Secundò,& fortius licèt ita esset ratio gl. ꝙ ab interlocutoria ideo potuerit appellari,quia facit præiudicium circa executiones, est falsa: nam procederet si tractaretur de satisdatione de iudic. solu̇ē.

illa

ADDITIONES.

[a] ¶A sententia interlocutoria.Adde Doct.in c.vt debitus.de app.in cap.cordi. eod.tit.lib.6.clem.appellanti.eod.tit.

† Adde,quòd licèt iure ciuili non appelletur ab interlocutoria. l. ante sentētiā. C.quor.app.non recip.appellatur tamen vbi grauamen infertur irreparabile post diffinitiuam,puta quia pronunciat se competen.cùm sit incompetens,vel reijcit aliquam exceptionem, vel dat dilationes nimis breues, vel longas.l.1.§.quæsitum. ff.de app.ita scribit Nat.consi.172.col.1.circa med.& ibi,quid de Decreto prohiben. appellari ab interlocutoria, quale est in hac subalpina patria Ducal.Decretorum lib.3.c.28.& an prohibita appel. supplicatio quoque prohibita intelligatur,vide eundem Nat.d.consi.Dec.cons. 533.vbi concludit,quòd non,sequitur Rol.cōs.38.nu.7.& 8.lib.2. MASVER.

[b] ¶A sententia arbitri.Adde Bal.in l.cum quidam.ff.de lega.2.in l.fi seruus plurium.ff.de leg.1.Doc.in c.ab arbitris.de offi.deleg.lib.6.Doc.in c. quintauallis.de iureiuran.

illa bene respicit executionem:sed intelligendo de satisdatione de iudicio sisti,ratio gl.non est bona. Item non est vera ratio seq. gloss.quia aliter in negotio principali procedi non potest.Ista ratio procederet,si negatiuè pronunciaretur fideiussores non esse idoneos:sed si affirmatiuè,quòd sint idonei, non impediretur processus:& sic ratio glo.non est bona: quia non generalis.Aliæ solutiones nihil valent: quia secunda non reddit rationem specialitatis,alia diuinat. ¶ In vltima parte gloss. tene secundam solutionem ad illam Authen. si quis litigantium.

SVMMARIVM.

1 *Præiudicat sibi non appellans à sententia cum possit.*
2 *Querela contra sententiam arbitri an possit fieri perpetuò.*
3 *Creditor,si iuret,quòd habeat debitorem suspectum de fuga, & iudex concedat familiam pro eo capiendo,talis captura nihil valet.*
4 *Debitor si in instrumento promisit de damnis,& interesse stare iuramẽto creditoris,potest istam conuentionem reuocare, antequam creditor iuret.*
5 *Creditor non potest facere capi debitorem propter suspicionẽ fugæ, nisi à tempore contractus citra superueniat noua caus. suspicionis.*
6 *Lite pendente contra debitorem,si incipiat debitor essici non soluendo, an pendente lite poterit tanquam contra suspectum impetrari captura personæ à iudice.*
7 *Debitor in diem,vel sub conditione,an si superueniat suspicio fugæ,possit capi pendente die,vel conditione.Vide etiam nu.8.*
9 *Quoties periculum est in mora,ne debitor fugiat,donec probationes inquiruntur,sufficit quæcunque probatio,quæ aliàs non sufficeret.*
10 *Reprobare denuò non potest,qui idem recessit à reprobatione.*
11 *Fideiussores,qui à principio erant idonei, si postea efficiantur non idonei,denuò est satisdandum.*
12 *Vsurarius manifestus, si præstitit idoneos fideiussores de restituendis vsuris, & ita facit testamentum validum,postea illi fideiussores effecti sunt non soluendo,& sic non idonei,tamen ille vsurarius manifestus non dedit alios fideiussores idoneos,& ita mortuus est, an vitietur testamentum.*
13 *Qui voluit religionem intrare, si intrat, & exit,an dicatur impleuisse votum.*
14 *Inopia,& paupertas differunt.*
15 *Querela,& appellatio ponuntur pro eodem.*

LEX X.

SI ab arbitro. Ista lex habet tres partes prima & tertia sunt claræ. Secda vr valdè obscura.In ver. qui ex cã improbat. nam iste ver.intelligendo prout iacet,videtur dicere vnum,quod est absurdum,quòd si arbiter aliquos fideiussores approbauit, & aliquos improbauit, ꝙ actor ex causa improbando fideiussorem ab arbitro approbatos,videtur approbare alios,quos arbiter improbauerat.qui sensus proculdubio esset absurdus.Quidam putant,quod non sit verum, sed relatiuum,qui referatur ad superiora,dum dicitur, poterit querela apud competentem iudicem deferri, qui iudex ex causa postea improbat.vt habes in tex.Ego puto, quòd alius sit sensus, & quod hoc sit verum de per se.Imo.Alb Bal.& Ang. faciunt hic.§.vnde non intelligo,ꝙ oratio sit perfecta ibi, alios improbatos probat:quia resultaret absurdus intellectus, quem prædixi:vnde intelligo,ꝙ constructio sumitur,ibi, contentus his esse debet,& sic tex.in vers. qui ex causa,loquatur totus simul,& decisio sit ibi,contentus esse debet,& sensus literæ sit iste,quod si arbiter aliquos fideiussores approbauerit tãquam idoneos, aliquos verò reprobauerit,deinde actor ex iusta causa improbauit fideiussores, qui erant ab arbitro approbati, deinde approbauit illos,quos arbiter improbauerat, debet esse contẽtus his,quos approbauit,non obst.quòd arbiter eos reprobasset.& multo magis si eos sua voluntate acceperit,dubium faciebat: quia ex quo illi fideiussores fuerant per arbitrum reprobati,videbatur,quòd approbatio actoris nihil faceret.Et si dicas, secundum istum intellectum superfluò diceretur in text. quòd improbauit probatos ab arbitro.Sed dic,quòd non est superfluum, imò necessarium: quia nisi tex.poneret,quòd improbasset fideiussores ab arbitro probatos,videretur tacitè eis acquieuisse.Frustra ergo de alijs quæreretur. & nisi text. isto modo intelligatur,non video,quomodo aliter apertè possit intel
1 ligi.†Not.1. ex text. ibi,pro locupletibus habendi sunt. iuncto tex.ibi,cum potuerit querela,quòd qui non appellat à sententia cùm possit,sibi præiudicat.nam censetur cõsentire. Facit l. j.C.de postul.l.ab eo.C.quomodo,& quando iud.l.fi.C.de sen. quæ sine cer.quan.l hi qui ad ciuilia.C.de app.& l. 1.C.si sæpius in integ.resti.ibi. appellare debuisti,si tibi sententia displicebat.
2 ¶†Secundò pondera eundem tex. in versic.cum potuerit,qui vult,ꝙ querela contra sententiam istius arbitri non possit fieri perpetuo.Ex quo.n.tex.dicit potuerit:ergo patet, ꝙ hodie non potest.l.cum lex.ff.de legi. Et sic pondera subtiliter, ꝙ hic est tex.contra illud,quod tenet Bar.& Doc.s.in l.præcedenti. sup 2.lect.gl.vbi dicunt,ꝙ ista querela potest perpetuò fieri, & nõ est limitata aliquo tempore. Istud est contra istum tex. quia si posset perpetuò fieri,tex. non bene diceret, cùm potuerit, ex quo etiam de præsenti posset.Facit quod no.Bar.per istum tex. ꝙ qui non appellat ab interlocutoria,censetur consentire,& interlocutoria post 10.dies transit in rem iudicatam.c. cum cessante.de app.c.cum dilecti.de elec nec dicatur,ꝙ Barto. ibi loquatur quo ad iudicem,sed iste tex. procedit quo ad partem: quia ex quo hic sumus in his,quæ respiciunt priuatam vtili. iudex non potest officium impartiri,nisi parte petente.l.3.§. hoc
3 autem iudicium.ff.de dam.infec.¶†Tertiò no. ex tex. ibi contentus his esse debet.iuncto tex.ibi insignis, vel magna inopia, secũdum Ang.qui dicit se pluries practicasse:& sic fecisse plures à carceribus relaxari:quia iudices vt plurimum imperiti sequuntur consilia aduocatorum imperitorum, vt ostenso instrumento debiti,si creditor iurat, ꝙ habet debitorem suspectum de fuga,concedunt familiam pro eo capiendo. talis.n.captura sic facta nihil valet. & debet ille sic carceratus relaxari.
a Ad hoc enim,[a] vt captura debitoris propter suspicionem fugæ valeat,plura requiruntur.Primò,ꝙ debitor tempore contracti debiti esset idoneus,& soluendo:aliàs imputandũ est ei, qui contraxit cum eo,quem sciebat non idoneum.l. cum mãdato.in prin.ff.de mino.Secundò requiritur, ꝙ debitor postea mutauerit conditionem suam in peius,vt statim dicam. Tertiò,ꝙ ei supuenit magna calamitas,vt hoc tex. Quartò,ꝙ creditor nesciuerit. Si.n.sciuisset istam nouam calamitatem supueniss debitori,& diu tacuisset, sibi ꝑiudicaret. l.si creditores, in ver.planè.ff.de priuil.cred.Quinto,debet de prædictis facere fidem saltem summariam.Sexto,& vltim.debet postea iurare debitorem suspectum de fuga:quando periculum est in mora,nisi ista omnia copulatiuè interueniant captura nihil valet, & debet carceratus relaxari.& ita dicit Ang.se infinitis vicibus practicasse.istam doctr.sequuntur,& commendant Mode.hic. & Ang.Insti.de act.in prin.in 11.col. vbi aliquando dixi. idem tenet Ang.in repe.l.nemo carcerem.C.de exac.trib.li.10.Imol. in l.2.in prin.in vlt.col.ff.fol.mat.Et ꝙ requiratur causam suspicionis de nouo superuenisse, facit tex.in l.si is à quo.§.fin.& ibi Bar.ff.vt in pos.leg.& tex.in l.qui bona.§.de illo.& ibi Bar.ff.de dam.infec.& tex.in l.fi.& ibi Bar.C.de spon.tenet Bar.in Laiꝑtor.§.debitorem.ff.de his,quæ in frau.cred.& in l.quæsitum.ff. de pigno.& in l.fi.vbi etiam Bal.C.de fer.Do.Abb.in c. quemadmodum.de iureiur.& in c.2.de sequest.pos. & fru. Idem tenet Bal.& Pau.de Ca.in l.apertissimi.C.de iudi.& dicit ibi Pau. de Cast.ꝙ istæ causæ debent summariè probari:nec sufficit iuramentum.Et dicit Bal.in l.quod euitandi.in fi.C.de condi. ob tur.cau.ꝙ quis non debet personaliter capi ante summariam fidem,& probabilem suspicionem de recessu.alleg.Archi.in c. si clericus.de sent.excom.in 6.& ibi Io.And.in nouel.Imò plus tenet no.Ang.in d.l.apertissimi.ꝙ ẽt si statutum diceret, ꝙ creditori putanti debitorem suum esse suspectum teneatur iudex familiam concedere, intelligitur dummodo alleget,& probet
4 causas suspicionis,quare ita putet.† Ad ista adde simile,nam Bar.in l.fi.ff.de præt.ssip.vult,ꝙ si debitor in instrumento promisit de damnis,& interesse stare iuramento creditoris,ꝙ pôt istam conuentionem reuocare, antequam creditor iuret. Sequitur D.Ant.de But.in c.2.in 6.col.de fid.instr.& in c. finem litib.in vlt.col.de dolo & contu. ¶ Limita decisionem Bart.(ita sæpè vidi in practica obtineri)quando creditor mutasset conditionem suam in deterius, tunc licèt debitori reuocare illam facultatem iurandi,alias secus.ita not.limitant Angel. Imo.&
5 Raph.Comen.in d.l.fi.†Stat ergo ex prædictis conclusio,quòd creditor non potest facere capi debitorem propter suspicionẽ fugæ,nisi à tempore ꝯctus citra superueniat noua cã suspicionis.¶ Limita quatuor no. modis. Primò qũ debitor à principio non erat idoneus:sed dolo persuasit creditori se esse idoneum,tunc licèt postea non mutet statum in deterius, poterit tamen capi.ita limitat sing.Pau.de Cast.in l.etiam, §.1. ff.solu. matrimon.per tex.sing.in l.pen.§.fina. ff.de iure do.quem text. multum no.Bal.in c.quæ in ecclesiarum.de constit. & c. sedes.
b de rescrip. [b] Et vide quod per illum tex.dicit Bal.in l.alia.§. eleganter.in fi.ff.soluto matrimo.vbi dicit, quòd licèt incarceratus

ADDITIONES.

a ¶Quando capi possit debitor propter suspicionem fugæ, Adde alios casus, quo ponit Bar in l.fi.ff.ad l.Iul.pecul. BELLAC.
b De rescr.Adde Pau.de Cast.2.vol,consi.36.in fi. PVRPV.

tus cedendo bonis,debeat à carcerib.liberari.l.1. & per totum. C.qui bon.ced.poss.tamen si debitor dolosè asseruisset se esse soluendo tempore ꝺcti debiti,perdit,beneficiū cessionis.¶Secundò limita,nisi creditor à principio tempore contracti debiti ignorasset,si postea superueniat sibi scientia, quamuis debitor nō mutauerit conditionem in peius, tñ potest eum facere capi,ſm Bar.in l.quæsitum.ff.de pig.Bal.in l.fi.C.de spon.An autem creditor præsumatur in dubio sciuisse,vel ignorasse?dic vt per Alex.hic,& in l.2.in prin.ff.sol.matr.¶Tertio limita,quādo debitor tempore contractus bene cœperat dilapidare bona,non tamen in tantum,quin adhuc esset idoneus: si postea fortius dilapidet,potest creditor eum vt suspectum facere capi,ſm Bal.in l.si pro ea.in prin.per illum tex. C. man. quia ſm eum non omnis dilapidatio facit quem suspectum. ¶†Quartò limita,quando quis contraheret cum aduena, & sic cū eo, quem verisimiliter scire debuit recessurum:quia licèt nulla noua causa superueniat post debitum contractum:tamen cū volentem recedere absq; satisfactione potest facere personaliter capi.Ita limitat Bal.vbi latius videas in rub.C.de reuo.his, quæ fiunt in frau.cred.in 2.col.in ver.sed vlterius quæritur incidenter.Sicut nec pro modico debito potest qs iudicari suspectus, ſm Bal.post Cy.in Auth.sed iam necesse.C.de dona. ante nup.
6 per id, quod ibi in gl.no.Sed audi pulcharam qōnem. † Quid si lite pendente ꝺ debitorem incipiat debitor effici non soluendo,an pendente lite poterit tanquam ꝺ suspectum impetrari captura personæ à iudice?Vr̄, ꝙ non:quia lit.pend.nihil est innouandum.l.1.& 2.C.vt lit.pend.Facit,ꝙ no.dicit Bal.in l.2.C. de fer.& aqua.vbi dicit,ꝙ pendente iudicio super re,quam peto,non debeo propria auctoritate ingredi possessionem talis rei:quia via,quam elegi,hæc pateat mihi.l.fi mulier.§. fi.in fi.ff. quod met.cau.Contrarium est verum: quia si licita est captura personæ ante iudicium pp suspicionem fugæ: ergo etiā eo pendente,quia lit.conte.non debet creditori damnum afferre: nec debet esse deterior conditio creditoris, qui litem est contestatus.l.non solet.ff.de reg.iur.l.dēlegata. ff.de noua. & ita tenet Angel.in repe.l.nemo carcerem. C.de exac.tri.lib.10.post med.in ver.Item quæro,quid si lite pen.& ibi dicit, quòd istud sentit.gl.in l.fi.C.de fer.vbi ſm eum lis pendebat. Ita dicit de facto obseruari.& sequitur Alex.in cons.106.in 3.vol.incip. Magnifice prætor.in pe.col.Nec obst.quod vult Bal.in d. l. 2. quia non loquitur, quando noua causa ex mutatione conditionis
7 personæ superueniret pend.lit.¶†Item aduerte, ꝙ supra dicta procedunt in debitore simplici.Quid in debitore in diem, vel sub conditione:an si superueniat suspicio fugæ, & concurrant alia quæ dixi,possit capi pendente die,vel cōditione? Vr̄,ꝙ nō: quia pendente die in effectu agi nō potest.l.1.in fi.ff. quan. diēs vsusfru.le.ce.multo minus pendente conditione capi posset ꝑ regulam l.cedere diem.ff.de ver.sig. In contrarium est veritas, & ita tenet gl.sing.in l.quæsitum.in ver.interest.iuncto tex.ff.de pig.quam hic pro singulari alleg.Bal.in l.1.in fi. C. de condi. ex leg.& in l.3.in fi.C.commo.& in l.si debitor.ff.de iud.& ibi ad-
8 dit gl.in l.pe.in gl.fi.C.de pign.act.¶†Vltimò circa prædicta restat aliud dubium:an prædicta,quæ requiruntur ad hoc, vt debitor propter suspicionem fugæ possit capi,sufficiant, maximè si suspicio fugæ probetur per solum iuramentum creditoris ad finem,vt captura sequatur.Ang.hic tenet,ꝙ probari dēt per duos testes,& vltra hoc creditor debet iurare:& ita dicit se infinitis vicibus practicasse.Idem simpliciter sequitur Fulgos. hic.& ꝙ non sufficiat iuramentum ad probandum suspicionem, sed requiratur allegatio suspicionis:puta quia non possidet immobilia, & ꝙ ista causa debeat probari,tenent Bal.& Sa lic.in l.apertissimi.in fi.col.C.de iud.& Bal.in l.2.in prin.ff. solu. matr.& l.creditor.2.ff.si cer.pet.& Pau.de Cast. cum aliquali limitatio.in cons.37.incip.pro pleniori.Facit id, quod dicit Bal. in l.id quod euitandi.in fi.C.de condi.ob turp.cau. & supra retuli.Facit quod volunt Ang.imo.& Mod.in l.qui bona. §. qui damni.ff.de dam.infec.vbi volunt,ꝙ creditori iuranti debitorem suspectum,non debet iudex credere.Et istam opin. quòd suspicio non probetur per solum iuramentum,tenet Alexā.in l.si fideiussor.in §.fi.s̄.eo.& plenius in l.2.in princ. in 12.colum. & sequen.ff.solu.matrimo.post Bal.in l.consentaneum.in 3.colum.C.quomodo,& quando iudi.& in l.sciendum.in princip. in penul.colum.infra eod.Et ita aliàs transibam.¶Nunc appa
9 ret,quòd contrarium sit verius, quòd imò iuramentum sufficiat ad probationem fugæ,ad hoc vt debitor capi possit: † qa quoties periculum est in mora,ne debitor fugiat, donec probationes inquiruntur,sufficit quæcunque probatio, quæ aliàs non sufficeret.Ita Imo.in cap.quoniam frequenter. in princip. in versic.summatim,vt fit.non contesta.Item,quando periculum est in mora,recedimus ab omnibus regulis iuris:nec tunc attenditur incompetentia iudicis etiam secularis contra eccle siasticas personas,vt dixi in l.2.ff.de iurisd.omn.iudic. Et istam partem in terminis tenet Ang.in l.nemo carcerem.C.de exac. trib.lib.10.vbi no.concludit,ꝙ sufficit iuramentum creditoris iurantis debitorem suspectum de fuga ad finem, vt concedat̄ captura propter periculum, quod aliàs esset in mora: tñ post capturam oportet creditorem iustificare, & suspicionem ꝑ apertissimas probationes confirmare:quia eo capto cessat periculum,ideo cessare debet priuilegiata probatio,aliàs captura redderetur iniusta.Idem tenet Imo.in l.2.in prin.in fi.col. ff. sol.matr.Lud.in l.si fideiussor.§.fi.supra eo.& in terminis Alex. in consi.inci.viso processu capturæ.vbi subdit,ꝙ isto modo debet intelligi statutum loquens de captura debitoris suspecti. idem tenet Sali.in l.1.C.de prohi.se.pecu.vbi tenet,ꝙ reum esse suspectum,vel non possidere immobilia,probatur per solū iuramentum actoris:eo quia de modico prēiudicio tractatur, per l.Thesaurus.ff.ad exhib.tamen fundamentum Salice. non esset tutum,quando solùm agitur de sequestratione rerum. Quicquid tamen sit,quia passum habes pro ambiguo, circa debitum principale nemo dubitat,quin debeat per testes, vel instrumenta summariè probari:alias non potest cōcedi captura personæ.Ita firmant Doc.vbi supra maximè Bal.Ang.& Salic.in l.apertissimi.& Bal.in c.fi.in fi.col.de iureiur.& tamen ibi vertitur periculum moræ.& propter hoc videtur, quòd Doc.
10 de periculo tantum curauerint.¶†Quintò no in versic. qui ex causa,quòd qui recedit à reprobatione,non potest denuò re-
a probare.Facit tex.in c.accepimus.de æta.& quali. & in simili tex.in l.si quis iusiu.C.de reb.cred.per quem tex. dicit Bald. in Auth.habita.in 13.col.in ver.3.quæro.ad fi.C.ne fil. pro pat.ꝙ
b variatio non permittitur nisi semel.¶Sextò no.ex eo. tex.,ꝑbari regulam.l.quod semel placuit, amplius displicere nō potest.¶Septimò no.in ver.quod si medio.secundum gl. & Bart.
c ꝙ ea,quæ de nouo emergunt, nouo indigent auxilio.concor
11 dan.sunt in gl.¶†Octauò no.ꝙ si fideiussores, qui à principio erant idonei,postea efficiantur non idonei,ꝙ denuo est satisdādum.Adde d.l.prætoriæ.2.ff.de præto.stip.& l. litib.in versicu. item remouetur.& ibi Bar.in vlt.col.ad hoc no.C.de agr.& cē sitis.lib.11.Et tex.in l.si is à quo.§.fina.cum l.seq.ff.vt in poss.leg. ¶Limita istum tex.& similes procedere in fideiussoribus iudicialib secus est in his,qui ex conuentione partium debet prastari.vnde si in contractu venditionis promisi dare fideiussorē de euictione,& dedi,si postea efficiatur non soluendo, ego nō teneor denuò satisdare.l.pupilli.§.soror. ff. de solu. secundum Ang.& Fulg.& latius Albe.hic.Ang.Fulg.& Pau.de Castr. in l. quoties.supra eod.Bar.in l.prætoriæ 2.ff.de præto.stip.& in l. 2.
12 ad fi.ff.de fideiuss. ¶†Prædicta induco ad quæstionem, quam ponit solus Bal.in c.ex literis.in 8.colu.de constit.ꝙ si vsurarius manifestus prestitit idoneos fideiuss.de restituendis vsuris iuxta cap.quamquam.de vsur.in 6.& ita fecit testamentum validū, postmodum illi fideiussores effecti sunt non soluendo, & sic non idonei:tamen ille vsurarius manifestus non dedit alios fideiussores idoneos,& ita mortuus est,an vitietur testamentū? Bal.ibi arguit ad partes,& tandem tenet,ꝙ non:quia sufficit semel fuisse satisfactum legib. Nihil allegat,poterat allegare. l. si quis hæredem.& ibi Doc.C.de insti.& substit.& tex. no in l.fin. §.fi.C.de indi.vid.tol.& ibi Bal.in secundo no.& nota. Paul.de
13 Cast.quem omnino videas.†Facit,quod mirabiliter tenet Ar-
d chid.in c.sancimus.12.q.2.de eo, qui vouit intrare religionē, si intrat,& exit dicitur implesse votum, & videtur casus in c.ex transmissa.de renunc.quod vltimum non aliter pono pro constanti.¶Breuiter teneo contra Bal. ꝙ testamentum talis vsurarij manifesti rumpatur per tria.Primo per doct.Doctorum.supra relatam:quia si fideiussio debet prestari ex dispositione legis,

ADDITIONES.

a ¶Facit tex.Declara istum tex.ꝙ non reprobando dicitur quis fideiussorē approbare.l.si fideiuss.ff.ad Maced.& arg.Bar.in l.1.C.de rela. PVRPV.

b ¶Ex eo.tex.Limita istum tex,vt approbatio fideiuss. in vna causa non noceat in alia,quia constat, ꝙ in vna fuerit sufficiens in alia non. & sic ex diuersis non infertur.l.Papinianus exuli. ff. de mino.& tanto magis, quando est vna grauior pœna.arg.Bal.in c.scriptum.de elec.Fely.in c.cum venerabilis. col. fi.de excep.Et idem dici potest in vno actu, respectu alterius actus eiusdem causæ,pro quo vide Alex.in l.de die.§.seruus.supra eo.Non obst.l. si quis testib.C.de test.quia ibi fides consideratur in teste vniformiter in omni causa, sed fideiussor consideratur etiam respectu bonorum.l.si vero.§.qui pro rei. supra eod. PVRPV.

c ¶Quæ de nouo emergunt.Adde glo.in versic.nouissimè.cap.cæterum.de iur. calum.

d ¶De eo,qui vouit.Adde S. Thomam.in 4.q.189.

* Et contra hoc est tex.cum glo.in l.si pro patre.§.versum.ff.de in rem verſ. in l.si ita legauerit.de condi.& demon.sed contra istam opi.tenet idem Ias.in l. si quis ita.in 4.q.C.de insti.& substit. BELLAC.

gis,si fideiussores dati efficiantur non idonei,de nouo satisdan dum est.¶Secundò & fortius,quando dispositio habet tractũ successiuum,non sufficit,quod semel sit impletum,sed requiritur ꝙ duret.l.si quis ita legauerit.ff.de condi.& demon. l. si à te.ff.si ser.ven.Bal.in l.humanitatis.in 5.col.& seq. C. de impu. & alijs subst.Imo & Pau.de Cast.& Mod. in l. in substitutione. ff.de vulg.& pup.no.Do.Alex.in consi.33.in 3.vol. quod incip. consideratis his,quæ in themate præscripto narrantur. in vlti. col.¶Tertiò moueor:quia quando actus nondum habuit effectum,si res deueniat ad eum casum, à quo incipere non potest,vitiatur.l.plurib.§.& si placeat.vbi Bar.& alij.ff.de ver.obli.
14 cum simi.¶†Nonò pondera istum text.in ver. magna inopia. contra differentiam Arch.in c.quo iure.8. dist. quam sequitur Pau.de Cast.in l.id quod pauperibus.C.de epis.& cleric.'dum vult,ꝙ differentia sit inter inopiam.& paupertatem, nã inops dicitur,qui nihil penitus habet, ab in,quod est nõ, & opus opere:pauper verò dicitur,qui aliquid habet,sed parum. Ista differentia confunditur per hunc tex.nam si inopia diceretur quando nihil penitus habet,non posset appellari magna inopia,vel parua,& tamen tex.hic dicit magna inopia,& ita ponderat D. Alex.in l.si verò.§.1.ad fi.supra eo.¶Capio glo.in ver.querela. quam diuide in tres partes.In prima declarat text. In secunda format quæstionem.In tertia colligit not.ex text.Secunda ibi, sed quis est competens.Tertia ibi,item no.hic. In prima parte dum gl.exponit querela.i.appellatio,dic melius,quod text.stat
15 propriè,vt per Bar.& alios hic.¶†No.tamen ex ista gl.ꝙ querela,& appellatio ponuntur pro eodem: & sic facit ad illud, qđ vult Bal.in tractatu bannitorum,ꝙ stante statuto, ꝙ querelæ bannitorum non audiantur, ꝙ bannitus ẽt non auditur ad appellandum.Tene contrarium per tex.in c.1.de rescrip.in 6.vbi excõmunicatus licèt non admittatur ad alias querelas: tamen
a admittitur ad appellandum. [a] facit.c.cum inter priorem, de excep.& ita tenet Alb.hic:nec obstat ista gl. quia procedit largo modo,& impropriè sumendo querelam.

ADDITIO.

a ¶Admittitur ad app.Adde Bal.& Bar.& Io.de Imo.in l.amplius, in fin. ff.rem ra.hab.Cy.Bal.& Sali.in l.quoniam.C.de adult.

SVMMARIVM.

1 *Satisdationes iudiciales de iudicio sisti, vel de iudicato soluendo debent peti ante litem contestatam.*
2 *Satisdatio præstita per reum ei, qui sine mandato nomine alieno agere inceperat, non euanescit superueniente mandato.*
3 *Mandatum super lite prosequenda operatur confirmationem eorũ, quæ prius gesta sunt.*
4 *Mutatio dicitur esse propria, quando fit de esse ad esse.*
5 *Mutatio quando superuenit in persona eius, qui fideiussores accepit, mutatur conditio satis accipientis.*
6 *Nemo conuentus suo nomine hodie tenetur satisdare de iudicato soluendo.*
7 *Satisdatio de iudicio sisti an requiratur in causis summarijs, & executiuis, & in alijs, in quibus potest procedi ad diffinitiuam absque litis contestatione.*

LEX XI.

VLianus. Licèt Bar. dicat, ꝙ ista lex non sit fortis:tamen ista l. est difficilis,præcipuè propter contrarium formatum in gl. in l.si ante.ff.iu.sol.quam Bar.ibi dicit esse difficilio rem legem,quæ sit in illo libro:& ibi plenius prosequitur Bar. quàm hic.Ad euidentiam præmitte, ꝙ ista lex legitur in gloss. duob.modis.Primò,ꝙ loquatur in satisdatione de iudicato soluendo:& hoc tenuit gl.propter.l.sciendum.in prin.ĩ.eod. nam cùm iste reus conueniretur ad fundum. ergo fundum possidebat,sed qui possidet immobilia non tenetur satisdare. glos. dicit,quia verum est,ꝙ non tenetur satisdare de iudicio sisti, sed de iudicato soluendo.& istum intellectum prosequitur glo. à prin.vsque ad fi.& ibi postea ponit secundum intellectum, ꝙ loquatur in satisdatione de iudicio sisti. nam dum fugit ꝫriũ d.l.sciendum.incidit in aliud,quod est maius,circa quod multum laborat:quia satisdatio de iudicato soluẽdo est huiusmodi.No.ꝙ per quamlibet minimam mutationem iudicis,vel instantiæ expirat satisda.l.2.& 3.ff.iud.sol.vel per mutationẽ procuratoris.l.si ante acceptũ.ff.iud. sol. sed hic interuenit mutatio conditionis personæ,propter mandatum superueniens, ergo si esset satisdatio de iudicato soluendo,extingueretur: & tamen tex.in fi.dicit fideiussores teneri,propter quod gl. multũ laborat.& vt dixi circa fi.intelligit tex. de satisdatione de iudicio sisti.Tu autem legas tertio modo,ꝙ ista l.loquatur generaliter de vtraque satisdatione.s.tam de iudicato soluendo, quã de iudicio sisti.nam pondera,ꝙ text. indefinitè dicit satis acceperis, & generaliter loquitur in quacunque satis acceptione & ita intelligunt Gul.de Cu.& Alb.& Angel.hic. & isto modo nihil est subaudiendum ad tex.prout fit primo modo intelligendo,prout in gl.vel secundo modo.h.d.in summa. Satisdatio præstita ei,qui alieno nomine erat acturus, non euanescit superueniente mandato.h.d.vel sic.Propter mãdatum superueniens ei,qui accepit fideiussores ex parte actoris,vel de iudicio sisti,vel de iudicato soluendo,fideiussoris obligatio nõ ex-
* executionem non desinit esse possessor. tamen ista gloss. *communiter reprobatur* per istum text. in verb. appellauerim. à contrario sensu : & quia non cessat suspicio fugæ , quando appellatio est deserta,secundum Alex.licèt ista vltima ratio non videatur ex toto tuta, per ver. poss.ẽ.ea.l. Iason Paduæ.

SVMMARIVM.

1 *Periurus non dicitur , qui iuramentum non seruat ex causa à iure permissa.*
2 *Vasallus qualiter iurare debet fidelitatem domino.*
3 *Iurans non petere reductionem ad arbitrium boni viri , à laudo arbitri, vel arbitratoris,intelligitur,nisi enormiter sit læsus.*
4 *Statutum disponens, quod à laudo arbitratoris non possit peti reductio ad arbitrium boni viri,intelligitur, nisi pars sit enormiter læsa.*
5 *Pactum iuramento firmatum, & statutum simplex procedunt à pari potentia.*
6 *Auctoritas legis , & superioris intelligitur excepta in omni iuramento.*
7 *Auctoritas superioris intelligitur excepta in omni pacto.*
8 *Auctoritas Papæ intelligitur excepta in voto.*
9 *Scholaris, qui iurauit non exire districtum Bononiæ sine licentia creditoris donec sibi soluerit,iussus à patre,vel superiore, quòd domum reuertatur, potest absque periurio reuerti;dummodo ipse non procurauerit talem iussum.*
10 *Si aliquis iurauerit,quòd nunquam iurabit,vel nunquam testificabitur, si producatur in testem , poterit per iudicem , compelli ad iurandum , vel testificandum.vide extensiones nu.11.12.13.14.& 15,*
16 *Doctor etiam cum iuramento non potest sine superioris licentia se obligare ad legendum.*
17 *Sacerdos si fecerit votum de nunquam iurando , & postea compellitur se purgare,vel super contractu veritatem dicere,cogitur iurare. Vide similia exempla nu.18.& 19.*
20 *Secretè si diceret aliquis alicui,& in confessione, quando non esset sacerdos iuramento ei præstito,quod nemini debeat reuelare,si producatur in testem,non obstante iuramento,debet illud reuelare.*
21 *Debitor si iurauerit nullam exceptionem obijcere , & postea superior concedit sibi exceptionem quinquennalem, potest istam exceptionem obijcere non obstante iuramento.*
22 *Lex ciuilis, & sic princeps secularis potest remittere iuramentum.*
23 *Lex ciuilis , vel statutum laicorum an possint dispensare super iuramento.*
24 *Pars in cuius fauorem præstitum est iuramentum,habet vim apostillæ in remittendo.*
25 *Papa de ordinaria potestate non post relaxare iuramentum sponte,& licitè præstitum,nisi ex causa.*
26 *Statuta laicorum non possunt super matrimonijs disponere.*
27 *Iuramentum non obseruans,ex causa concessa a iure, dicitur periurus licet debeat absolui:tamen interim repellitur a testimonio.*

LEX XVI.

1 **Qui iurato.** † Non dicitur periurus, qui
a iuramentum[a] non seruat ex
b causa à iure permissa.[b] h.d.Et pone exemplum,qñ quis iurauit sistere in iudicio certa die , & illa dies est feriata , vel quando iusto impedimento detentus sistere nõ
2 potest l.2.§.si quis in iudicio.ff.si quis cautio.† Et de multis alijs clausulis,quæ in iuramento intelliguntur, vide per Bal.& plenius Lud.Ro.hic. & Bald. in l.fin. C.de non nu.pe. per Can. in c.quemadmodum. de iureiur. Adde etiam text. in c. 1. in ver. sicut vasallus debet. qualiter vasallus iurare debet fidelitatem domino.& ibi Bald.in primo no.dicit.no. aureum verbum, q̃ in omni iuramento intelligitur clausula,sicut debet iurari. Et ideo contra antiquam consuetudinem noua iuramenta extorta,præsumuntur impressiua , & ita dicit Bald. respondisse cuidam magnifico viro cum consulenti super hoc in facto vade arduo. † Facit tex. secundum Bart. & alios, quòd si aliquis
3 c iurauerit[c] non petere reductionem ad arbitrium boni viri à laudo arbitri,vel arbitratoris, intelligitur, nisi enormiter sit læsus l. si libertus iurauerit .ff. de ope.lib. c. Quintauallis.vbi Canon. de iurei ur.Idem tenet Bald. in l. si societatem. §. arbitrorum.

ADDITIONES.

a ¶Qui iuramentum. Ad materiam istius l.vide in c.si Christus. & in c. quanto. de iureiur.

b ¶Permissa, Vide Dec.in c.at si.§.1.de iud.col.x.ver.2. PVRPV.

c ¶Si aliquis iurauerit. Adde Doct.in cap.Quintauallis.de iureiu. † Et Ias.hic sequitur But.in d.c.Quintaua.Natt.cons.14.col.5.Aym.cons.142.col.5.in prin. Lanf.concl.168.Dec.cons.6.col.2.post med.facit quæ scribit Cępol.Caut. 199.Ferrat.caute.8.Rip.Respon.106.col.fin.Alex.cons.106.lib.3.idem in proprijs terminis eius,qui promisit non petere reductionẽ cum iuramento,quòd non excludatur a petitione reductionis , si velit ostendere laudum fuisse latum dolo arbitratoris , not.Alex. cons.139. lib.7. Dec. cons. 39.colu. pen. & seq.& cons.533.col.1. MASVER.

rum.in vlt.col.ff.pro ſoc.Facit, qd vult Bart. in l. quidam cum filium.ff.de verbo.obl.Lud.Rom.in repe.rub.ff. de arbi. in 9.& 10.car.Old.in conſil.156. quod incip.primum, de quo quæritur. † Adde,quòd per hoc conſuluerunt Raph.Fulg. & Raph. Com.in conſ. 210. quod incipit ſtatuto ciuitatis Vincentiæ. in 2.& vlt.col.quod ſtatutum diſponens, quod à laudo arbitratoris non poſſit peti reductio ad arbitrium boni viri, intelligitur niſi pars ſit enormiter læſa Sicut enim non obſt.pacto, vel renun.poteſt peti reductio,vt prædixi, ita etiam poterit nõ obſt. ſtatuto,arguendo de pacto ad ſtatutum,vt eſt glo.in l.non impoſſibile.in fin.vbi dicetur.ff.de pact.¶Not.quia eſt pulchra limitatio ad illud ſtatutum, & poſſes in practica magnum honorem ex hoc conſequi. † Sed eorum inductio, & argumentatio non videtur mihi bona:quia eſſet arguere de pacto ad ſtatutum affirmatiuè:& ſic de minori ad maius.l.non eſt ſingulis. ff.de reg.iur.declarant Bart.in ſpecie in l.alia. §.eleganter.ff.ſol. mat. Tu ergo melius proba ſic.nam à pari potentia procedũt pactum iuramento firmatum, & ſtatutum ſimplex. Ita ſing. tenet Bart. in l.fin.circa medium. C. de pact. Bart. in l.1. in 15. colum.C.de ſum.tri.ſed ſi aliquis promiſit cum iuramento nõ petere reductionem ad arbitrium boni viri, tamen ſi eſt enormiter læſus,poteſt petere,vt per Bart.& alios hic. Eodem modo intelligetur ſtatutum ſimplex.¶ † Secundò not.ex iſto tex. ſecundum Bart.& Doc.not.regulam, quòd in omni iuramento [a] intelligitur excepta auctoritas legis,& ſuperioris. [b] Facit l. fin.in prin. ff.ad mun.c. venientes. vbi Canoniſtæ. de iureiu.c. conſtitutus.vbi glo.de reſcr. glo.in c.de forma.22.quæſtio.vlt. † Adde glo.in c. quæ contra mores.in glo.pen.quam ibi Gem. no.3.diſtin.quæ vult,quòd in omni pacto intelligatur excepta auctoritas ſuperioris. † Similiter in voto intelligitur excepta auctoritas Papæ.c.non eſt.& ibi Ioan. And. & d.Ant. de voto. † Iſta regula facit ſecundum Pau. de Caſt. & Lud. Ro. hic ad quæſtionem de ſcholari, qui iurauit non exire diſtrictum Bononiæ ſine licentia creditoris,donec ſibi ſoluerit, quod iuſſus à patre,vel ſuperiore, quòd domum reuertatur, poteſt abſque periurio reuerti, dummodo ipſe non procurauerit talem iuſſum.& dicit Gul.de Cun.hic iſtum caſum eueniſſe ſibi in perſona propria in ciuitate Bononiæ, & ita plenius tenet Fed. de Senis in conſi.191.quòd incipit quæſtio talis eſt, ſcholaris clericus.Io.And. in regula in malis. in mer.Io.de Imol.in comen. c.cum contingat.in vlt.car.de iureiu.d.Ant.Imo. & Gem.in c. conſtitutus.de reſer.d.Ant.& d. Abb. in c.venientes. de iureiu. Pau. de Caſt. in l. operis. ff. loc.quamuis contrarium teneat d. Card. in c.cum quidam. in fin. de iureiu. Et poteſt confirmari eius opin. quia mandatum ſuperioris non intelligitur cũ præiudicio tertij.l.nec auus.cum ſimi.C.de eman.lib.¶ † Secundo facit,quòd ſi aliquis iurauit nunquam iurare, vel q̃ nunquam teſtificabitur: certè ſi producatur in teſtem, poterit per iudicẽ compelli ad iurandum, vel teſtificandum: quia in eius iuramento intelligitur excepta auctoritas ſuperioris. Facit text. in c.conſtitutus.de teſti. & ita tenet Spec. in tit.de teſte.§.de teſtiũ compulſione.ver.quid ſi quis iuramento.¶ † Tertiò facit,q̃ ſi aliquis iurauerit nunquam iurare, tamẽ in cauſa in qua litigat debet de calumnia iurare, ſecundum Spe.in tit.de iur.calum. §. ſupereſt videre. ver. 2.Cy. & alij in l 2.§.ſi actor. in 6.q. C.de iur.calum. ¶ Quarto facit ſolennis text. in c. beatus. 22.q.2.vbi text.dubitat ſi ſanctus Petrus iuraſſet,quòd Chriſtus non lauaret ſibi pedes in æternum,poſtea permiſiſſet lauari, an eſſet periurus.¶ † Quinto facit iſta regula ad officiales, qui iurant ſeruare ſtatuta. nam excuſantur à periurio propter præceptum ſuperiorum.vel quando ſtatuta eſſent irrationabilia. c.1.de iureiu.in 6.& in c.1.de his,q̃ fiũt à maio. parte c. & in cap.in his. 11.diſt.gl.in l.non videtur §. qui iuſſu.ff.de reg.iur.Bald. in l.& ſi ſeuerior.C.de infa. cum ſi.¶ † Sexto facit ſm Alb. & Lud.Ro. hic,q̃ ſi aliquis iurauerit ſolnere in certo termino, & iudex facit ſibi præceptum, vel ſequeſtrum ne ſoluat, excuſatur à periurio:niſi procurauerit ipſe ſibi fieri, & ita probatur 14.q.5.in c.dixit dominus.in fi.iuncta gl. & ibi Arch. ad hoc no.idem tenet Hoſt.in ſumma ſua in tit.de iureiur.§.& ſpecies.ver.item ſi iuro.Facit bonus text.in l. [illegible]lier.ff.de l.commiſſoria.¶ † Septimò facit, q̃ ſi aliquis iurauerit accipere aliquam in vxorem, poteſt intrare religionem,& non erit periurus, eſt text.no.in c. ex publico.de conuer.coniu. & in c.licet. de reg. Facit, q̃ vult Hoſt.in ſumma titu.de obl. ad ratiocinia. §.quis obligetur.ver. nunquid ergo Poteſtas. de Poteſtate, qui iurauit exercere officium, quòd non obſt.iuramento poteſt ingredi religionem. ¶ † Octauò facit,quòd ſi Abb. cum cap. iurauerunt non recipere monachos vltra certum numerum,intelligitur, niſi ſuperior contrarium præcipiat, ſecundum Old. Lau.in conſil. 97. quod incipit, factum tale eſt, quidam Abb. ¶ † Nono facit, quod not. vult d.Abb. in c. venientes. in 1.col.de iureiu. quòd Doctor etiam cum iuramento non poteſt ſine ſuperioris licentia ſe obligare ad legendum alibi, q̃ not. quia ſæpè occurrit.¶ † Decimò facit, q̃ ſi ſacerdos fecerit votum de nunq̃ iurando:& poſtea cõpellitur ſe purgare,vel ſuper ꝑctu veritatem dicere,q̃ cogitur iurare, cùm ſit excepta auctoritas ſuperioris.ita tenet Gem. poſt Io.And. in c. quia plerique.in vlt.col. de offi.ord.in 6.¶ † Vndecimò facit, q̃ ſi aliquis iurauerit non exire de domo citra certum tempus:puta intra 15.dies.& citatur à iudice in termino illorum 15.dierum,q̃ teneatur comparere.& ita tenet Spe.in tit.de citatione. §.1.ver.pe.Arch.in c.auctoritatem.15.q.6.Gem.in c.ſi cum. in 2.col.de præb.in 6 & in c.1.§.ſtatuentes.circa prin.per illum tex.de ſepul. in 6.& in ca. quia plerique.de offi.or.in 6.¶ † Duodecimò facit, q̃ ſi pater iurauit non conſentire filio agenti in caſib. in quib. neceſſarius eſt conſenſus patris:cogitur tñ pater non obſt.iuramento conſentire,& dare licentiam filio,ſm Spec.in tit.de actore.in 8.col. in ver.ſed quid ſi iurauerit.¶ † Decimotertiò not.facit,q̃ ſi aliquis [d] dicat aliquid alicui ſecretò,& in confeſſione, qñ non eſt ſacerdos, iuro ei præſtito,q̃ nemini debeat reuelare, ſi producatur in teſtem,non obſt.iuro debet illud reuelare.Ratio, quia iuramentum non extenditur ad iſtum caſum.ſ.qñ producitur in teſtem. Ratio rationis: quia ſi intendebat iurans adhũc caſum extendere iurm certè iurũ,fuit temerarium,& non ſeruãdum.Ita no.tenet d. Abb.in c.ſacerdos. in 2.col.de offi.or. poſt Inno.in c.qualiter, & qñ.de accuſ & idem d. Abb. in c.omnis. circa fi.de pœ.& remiſ. † Vltimò facit,q̃ ſi debitor iurauit nullam exceptionem obijcere, & poſtea ſuperior concedit ſibi exceptionem quinquennalem, põt illam exceptionem obijcere non obſt. iuro: quia intelligitur excepta auctoritas ſuperioris. Ita tenet Cy.Sal.& Mod.in l.fi.C.ſi ꝑius, vel vtil. pub.Pau.de Caſt.hic.¶ Capio. glo.in ver.non videtur.q̃ diuide in duas partes. In 1.aſſignat rationem ad tex.In 2.quærit. Secunda ibi, ſed an pro vero.¶ † Ex prima parte habes,q̃ lex ciuilis,& ſic princeps ſecularis põt remittere iuramentum. Adde glo. notab.in l.adigere.§.fin.ff.de iurepat.quæ dicit,q̃ lex habet vim apoſtolici in remittendo iuramentum, & ſic lex põt remittere ſicut & Papa,& illam gl.in hoc ibi no.& ſequitur Bart.ſed iſtas gl.reprobat Lud.Rom.hic:motus,quia cùm iuramentum ſit quid ſpirituale,ſecularis ſe de hoc non intromittit. c.quanto.& c.decernimus. de iudi. c. lator. qui fi.ſint legi. & c. tuam.de or. cog. Pau. de Caſt. hic etiam in diſcurſu tenet contrarium propter defectum poteſtatis ſtatuentium: quia iurm non eſt hodie de foro ſeculari,ſed canonico.c.fi.de excep.in 6.¶ † Tu aduerte, q̃ iſta materia,an lex ciuilis, vel ſtatutum laicorum poſſint diſpenſare ſuper iuramento,eſt valde periculoſa,ſm Io.de Imo. in c.quamuis.de pactis.in 6. In iſto difficili paſſu reperio fuiſſe quatuor principales opi.Prima fuit opi.gl.quas allegaui,& præcipuè gl.in d.l. adigere.§.fin.quam glo.Bart. ibi ad hoc not. & ſimpliciter ſequitur.Illam glo.reputat ſingularem, & non eſſe alibi dicit Bal.in c.2.in pe.col.de prob.in c.venerabilem.in pen. col.de electio.in l.non dubium.in 2.col.C.de leg.Illam glo.ſequitur Bal.in l.2. in fin.C. de indi. vid.tol & in l. pactum in 5.q. C.de col.& in l.nec patronis.C. de oper.lib. & in l.1.C.ſi aduer. don.& in rub.ff.de iureiu.& in c.1.§. item ſacramenta.de pace iur.fir.& in l.2.in 9.q.C.de reſcin.ven & in l.ſi quis inquilinos.§. fin.per illum text. ff.de leg.1.& in l.iuriſgen.§. generaliter. ff.de pac.Eandem opi.tenet not.Bald.in l. omnes populi.in 9. col.ff. de iuſti. & iu. vbi tenet valere ſtatutum laicorũ diſponens, q̃ iuramentum minoris non valeat abſque curatore:quia ius ciuile poteſt ex cauſa iuramentũ reprobare, & tunc lex habet in hoc vim apoſtolici,licèt enim poſt iuramentum præſtitum ius ciuile non poſſit illud infringere: tamen ante factum poteſt facere, q̃ ex tali iuramento non quæratur ius recipienti, & Poteſtas debet illud ſtatutum ſeruare. Eandem opi. q̃ lex ciuilis,vel ſtatutum laicorum poſſit diſpenſare ſuper iuro, tenet Pet.de Anch.in c.quamuis.de pac.in 6.& in regula ea quę. de reg.iur.in 6.& in c.canonũ.ſtatuta.in ver.quid dices in materia.

ADDITIONES.

a ¶In omni iuramento. Adde glo.in c.cum in eccle. de mai.& obed.Archi. in c. auctoritatem.15.q.6.Fel.in c.conſtitutus .col.4.de reſc.

b ¶Et ſuperioris.Adde Iaſ.in l.ſi quis maior.8.not.de tranſac. PVRPV.

c ¶Similiter in voto. Adde Hoſt.in ſumma tit. de voto. in §. quot ſunt ſpecies. Doc.in c.qa plerique.in vlt.colu.de off.or.in 6.Tho. in 4.diſ. 38.q. 1.ar. 4. Et fac.quæ ſcribit Natt.conſ.19.colum.pen.nu.8. vbi inter alia loquitur de iuramento de obediẽdo Imperatori,& ibi quid poſſit ille,qui iurauit ſeruare ſtatuta,& quomodo euitet periurium,vide Ferratij cautelas. MASVER.

d ¶Quod ſi aliquis. Adde Abb.in c. intimauit.de teſti.in c.dilectus. de exceſſib. præla. & quid de interprete in confeſſione, an talis poſſit produci in teſtem, vide Tho.in 4.diſ.21.q.3.art.2.

e ¶Statutum laicorum. Adde Doct. in cap.eccleſia 5. Mariæ.de conſti. Abb. in diſpu.incip. ſtante ſtatuto.

teria iuramenti.de conſti.& in conſ. 226. quod incip.legitur in
24 cano ¶ † Pro iſta parte omiſſis leuib.fortiter facit:quia pars in cuius fauorem præſtitum eſt iuramentum,habet vim apoſtolici in remittēdo illud c.1. de iureiu. l.fin. in prin.ff.qui & a quib. Bart.in l.Labeo.ff.de iureiur.& in l.1.§.& poſt operis. ff de ope. no.nun.ergo fortius debet poſſe ſtatutum,ita dicit text. in l.fin. in fin.& ibi Bal.not.C.de fideiuſſ.Nec dicatur in parte ſic,eo qa poſſit renunciare fauori ſuo, quia etiam ſtatutum ex cauſa rationabili poteſt diſponere remittendo,ſicut pōt pars in particulari. Et tenendo iſtam partem,eam ſanè intellige ſubſiſtente iuſta, & rationabili cauſa, ita limitat Bald.in l.2.in fin. C.de ind. vid.tol.vbi dicit, q̄ qñ motiuum ſtatuti conſtat ex rationabili
25 cauſa,tūc habet vim apoſtolici in remittēdo.¶ †,Cofirmo qa
a etiam.Papa de ordinaria poteſtae non pōt relaxare iuramentum ſponte,& licitè præſtitum,niſi ex cauſa, vt habetur plenè per glo.in c.auctoritatem.15.q.6.per glo.& Doct. in c.quanto. de iureiur.Inn.in c.cum inter.de renun.Spec. in tit.de leg.§.nūc oſtendendum.ver.23.¶Secūda eſt opin.directo.p̄ria:quia nullum ſtatutum laicorum,& nullus princeps ſecularis pōt remittere iuramentum, vel ſuper ipſo diſpenſare, cùm iſtud ſpectet ad eccleſiam, vel ad Pontificem Romanum. c.venerabilē.de ele.c.nouit.de iud.ita tenet Hoſt.in c.quanto.de iureiur.& plenius.d Ant.de But.in c.cum contingat. in ver.3. caſus, eo.tit.& ibi Io.de Imo.in tertio membro,& ibi Doct.Abb.Cy. & Sal.in l.fin.& ibi Pau.de Caſt.in fin.C.ſi contra ius, vel vti.publ.Pau. de Caſt.in Auth. ſacramenta puberum.pe.col. C.ſi aduer vēd. Alex.in conſ.38.in 3.vol. q̄ inc. viſa petitione Ant. de Roſ. vbi tenet,q̄ glo.in d.l.adigere.§.fin.non procedit de iure: & poſito, q̄ procedat,de bet intelligi qñ iuſm eſt contra publicam vtilitatem,prout eam declarat Bald.in l.fin.C. de non.num.pec.vel cùm illa gl.dicit, q̄ iuramentum habet vim apoſtolici,pōt ſaluari intelligendo de lege canonica: aliàs ſecus, & ita tenet do. Alex.in conſ.7.in 4.vol.q̄ incip. videtur prima fronte dicendū
26 dictos reos.in fin.¶ † Tertia fuit opinio Bart. in d.l.omnes populi.in 2.q.3.q.prin.vbi tenet,q̄ ſi ſtatutum laicorum diſponat immediatè ſuper iuramento non valet: puta ſi ſtatutum diceret, q̄ contractus minoris etiam iuratus non valeat ſine conſenſu conguineorum:ſed bene per indirectum poteſt ſtatuere, puta ſi ſtatutum dicat,q̄ contractus minoris etiam iuratus factus ſine conſenſu duorū conſanguineorum præſumatur dolo factus,vel cenſeatur ſimulatus: quo caſu iuramētum in effectu non valet.Et dicit Bart. q̄ ſic iam vidit iudicari. Idem tenet Bart.in conſ.ſuo. q̄ incip.quæro, dicit ſtatutum, q̄ minor. Idem tenet Pau.de Caſt.hic.& in l.pe.C.de tranſa. & in Auth. ſacramenta pub. C.ſi aduer. ven. Idem etiam tenet Bald. in d. Auth.ſacr.pub.in 2.col.& idem Sal.in pen.col.do.Abb.in conſ. 72.incip.Quinque dubia.Lud.Ro.in conſ.12.q̄ incip. viſo facto propoſito, cæteriſque conſimjs. Raph. Comen.in l. ſi quis pro eo.ff.de fideiuſſ.Io.de Imo. & Gem.in c. Quamuis.de pac.
* in 6.do.Alex.qui dicit *iſtam opi.eſſe veram,& magis communem*, b
b & q̄ ab ea in iudicando non eſt recedendum, in conſ.59 quod inc.inſtrumento in tit. quæſtionis. in 1. vol.& in conſil.39. in 4. vol.q̄ inc.viſo ſtatuto.& themate.Iſtam opi.Bart.dei idet Bald. & dicit,q̄ eſt truſa in d.l.omnes populi.in 9 col.& in l.iuriſgētium.§.& generaliter.ff.de pact.& dicit Ang. in l.1.ff. de conſti. principum.q̄ iſtę opin.Bar.ſunt ambages. Cōtra eam etiam tenet Pau.de Caſt.in l.ſi qs pro eo.in vlt.col.in prin.ff.de fideiuſſ. do.Ant.de But.in d. c.cum contingat. in 5. col. nam q̄ directa via non poteſt, nec per indirectum debet concedi. c.quanto. cum ſimil. de priuil. Quarta fuit opin. Fed. de Senis in conſil. 272.incip.factum tale eſt.Statutum ciuitatis Peruſinę.vbi vult, q̄ ſi ſtatutum laicorum diſponat, q̄ promiſſio filijfam. minoris ſine conſenſu patris non valeat,etiam ſi ſit iurata, q̄ quamuis filiusfam.obligetur iuramento non obſt.ſtatuto:tñ quia iuramentum recipiens facit contra prohibitionē ſtatuti ex cauſa rationabili conditi, cui ſtatuto debuit obtemperare. 8. diſt. c. quæ contra. 11.q. 3. in c. qui reſiſtit. vnde propter talēm tranſgreſſionem poteſt compelli ad relaxationem iuramenti: & per hunc modum ſtatutum obſeruabitur in effectu: licèt iſtā opi.Feder.de Senis referat,& reprobet do.Ant. de Butr.in d.c. cum contingat. in ver. tertius caſus, quòd cum per viam denunciationis euangelicæ, vel per officium iudicis poſſit cogi ad obſeruantiam iuramēti, vt habetur in c.debitores. de iureiur. certè incongruum eſt dicere, quòd peti poſſit relaxatio. Idem tenet Imol. in d. cap.cum contingat. in tertio membro: quia ex quo iuramentum ſponte præſtitum eſt, & non interceſſit dolus ex parte recipientis, certè iuramētum ſeruandum eſt, nec peti poteſt relaxatioper regu lam d.c.cum contingat. Quid tenendum in tanta difficultate? Ego teneo ſecundam opi.quod lex ciuilis, vel ſtatutum laicorum non poſſint diſponere ſuper iuramento: nec illud remittere, vel relaxare, etiam ex cauſa:Moueor ex quinque.Primò per illud, quòd generaliter tenet Io.And.in c.tua nobis.el. 1.de dec. in nouella. & ibi ſequuntur Doct. q̄ omnes leges ciuiles, quæ ſtatiuunt iuramentum non eſſe ſeruandum,non valent,neque ſunt ſeruandę,niſi ita diſponant,eo quia iuramentum ſit contra bonos mores, vel quia nutriat peccatum, cùm ad laicum non pertineat diſpoſitio de ſpiritualibus.Sequitur d.Fran. de Are.in conſ.8.inc. abundè.¶Secundò moueor: quia iuramentum ſpectat ad eccleſiam.c.fin.de for.comp.in 6.c.per venerabilem.de elect.per conſequens ſtatutum laicorum non poteſt ſuper hoc diſponere.c.eccleſia S.Mariç.de conſti.habetur in c.tuā.de ord.cog. ¶Tertiò, quia iuramentum eſt de iure diuino.c. & ſi Chriſtus. de iureiur. contra quod non poteſt fieri ſtatutum per ſeculares,c.quamuis.de pac.in 6.¶Quartò,quia iuramenta principaliter diriguntur in Deū.c.debitores,&c.& ſi Chriſtus.de iureiu. ergo non ſunt ſubiecta legi ciuili. c.1. de reg. no. in c. cum eſſes.& in c.relatum.de teſti.¶Quintò moueor, q̄ vbi tractatur de peccato,ſemper ſtamus iuri canonico,etiam in foro ciuili, vt no.in c.poſſeſſor.de re.iu.in 6.& in c.fin. de præſcri. & in c.1. & 2.de ope.no.nun.per Bart.& alios in l.priui legia.C.de ſacroſan.ec.Tenendo iſtam partem,quam puto veram, non obſtat fundamentum, q̄ pro contraria parte dicitur ſtringere, quòd pars,in cuius fauorem præſtitum eſt iuramentum, habet vim apoſtolici in remittendo illud, ergo fortius debet poſſe ſtatutum laicorum, quia reſpondeo, quòd prædicta conſequentia procedit in rebus ſecularibus, non autem procedit in ſpiritualibus prout eſt iuramentum.Probo: nam ſuper matrimonijs, & ſponſalibus fiunt pacta,& ſponſiones.c.fin.& per totum.de condi.ap.& tamen ſtatuta laicorum non poſſunt ſuper matrimonijs diſponere,vt tenet Io.And.in c.ſtatutum.primo.de hære.in 6.d.Ant.de But.in c. 1.de ſponſa. ¶Secundò reſpondeo,q̄ ideo pars poteſt remittere iuramentum, quia facit auctoritate iuris canonici volentis, quòd iuramentum recipiat hanc tacitam conditionem,vt not.in c.quemadmodum. de iureiu.& in c. tuæ. de ſponſa. Et eodem modo poteſt ſtatuere habens ſuper hoc poteſtatem diſponendi, quam laici non habent.igi-
27 tur,&c.¶ † Ex ſecunda parte glo.not. quod qui non obſeruat iuramentum ex cauſa conceſſa à iure,dicitur periurus,licèt abſolui debeat, interim ergo repelletur à teſtimonio. c. teſtimonium de teſti.Breuiter contra iſtam glo. tenent Bal.Ang. Pau. de Caſt.& d.Alex.hic, quòd imò mero iure non eſt periurus, cùm periurium non ſit ſine dolo, prout examinaui in l.qui ita raſſe.in prin.ff.de iureiur.Tu adde glo. in c.conſtitutus. in gl.1. de reſcri.vide etiam, quod tenet Bart. in l.ſi quis in prin. in vit. col.ff.de leg.3.contra Io.An. in reg. qđ ſemel. in mercur. Et ſic cum laude Dei eſt expeditus iſte tit. Iaſon Paduæ.

ADDITIONES.

2 ¶Papa de ordinaria poteſtate. Adde Arch. in c.qui ſacro. 22.q.5. Car.in cle. 1.ante fi.de iureiu.Car. ſanct. Sixti in trac.de potoſtate Papæ.q.38. Tho.2.2. q.89.ar.9.in reſponſione ad tertium ar.Archiepi.Flor.in 2.partę ſuę ſumm. tit.10.c.5.

b ¶Sequitur Alex.conſ.38.col.3.lib.4.no.Turz.inter com.opi.li.10.ver.laici.Et quòd non poſſint ſtatuta laicorum diſponere ſuper iuramento,no. Alex. cōſ. 27.num.7.lib.1. de quo habetur etiam per eundem conſ. 59. num. 3. melius conſ.125.eodem li.Rip.Reſp.198.num.3.Fely.in c.eccleſia.S.Mariæ.nu.66.de conſti. Quibus omnibus adde, quòd ſtatutum expreſsè impugnans iuramentum,ſecundum communem,non valet.Rol.conſ.99.nu.11.li.3. &ſic.Neuiz. conſ.77.quòd ſtatutum generaliter loquens nunquàm comprehendit actum iuratum. MASVER.

SVMMARIVM.

1 *Actio noxalis datur contra dominum pro delicto ſerui, commiſſo ignorante domino.*
2 *Satisdatio de iudicio ſiſti etiam in ſeruo lata ſententia expirat.*
3 *Papa ſi mandat extraneo, vt alicui conferat præbendam in tali eccleſia, & antequam conferatur, ordinetur aliquis collator ordinarius in eadem eccleſia, an extinguatur poteſtas extraneo conceſſa, cum maneat eadem cauſa eccleſiæ.*
4 *Succeſſor ſingularis non ſequitur forum ſui auctoris.*
5 *Fundum,qui vult donare,habet eum pro derelicto.*
6 *Donatio,quæ fit per traditionem,non eſt propriè contractus.*
7 *Quando aliquid non apparet ſimpliciter,ſed cum aliqua adiectione, illud non eſt propriè,& ſic non habet locum in ſtatutis.*
8 *Pars poteſt petere,vt res de qua litigatur,exhibeatur in iudicio, ad hoc vt teſtes poſſint eam cognoſcere,& videre, & ſi pars noluerit exhibere,quid iuris,nu.9.*
10 *Falſus cenſetur,qui facit,vt veritas non appareat.*

Si ex noxali cauſa agatur. Rubr.

LEX PRIMA.

SI quis eum. Seruus in cauſa noxali in iudicio ſiſti promiſſus,debet ſiſti in eadem cauſa, in qua erat tempore promiſſionis: ita qđ ex nouo facto ius actoris non ſit factum

factum deterius, nec in ſubſtantia nec in exercitio. h. d. eum
1 prin.l.ſeq. ¶ † No. ex tex. ibi noxalis actio. ℣ actio noxalis datur contra dominum pro delicto ſerui commiſſo ignorate domino.l.2.ff.de noxa.ſecus eſt ſecundum Bal.hic in delicto commiſſo per famulum,qui eſt liber homo.§.fin.Inſti.de noxa. idē dicit Bal.in l.j.in prin.vbi dixi.s.ne quis eum qui. Adde fortius, ℣ imò actio noxalis non habet locum in libero homine bona fide pro ſeruo poſſeſſo l. confeſſionibus.§.fi. cum l.ſeq.ff.de in-
2 ter.ac.¶ † No.2.ibi, donec iudicium accipiatur. iuncta gloſſella, ℣ ſatiſdatio de iudicio ſiſti in ſeruo lata ſententia expirat. l.
3 græcè.§.& poſt litem.ff.de fideiuſ.dixi in l.2.§.fin.s.tit.1.¶† No. 3.℣ per iſtum text.in ver.in eadem cauſa,decidit Inn.in c.cam te.in glo.ſuper ver.de capitulo.de reſcr.& ſequitur Ang.hic,℣ ſi Papa mandat extraneo,vt alicui conferat præbendam in tali eccleſia,& antequam conferatur, ordinetur aliquis collator ordinarius in eadem eccleſia,quòd extinguatur poteſtas extraneo conceſſa,cùm non duret eadem cauſa eccleſiæ. Tu tamē adde, quud vult Bald. in l.nec quicquam. in prin.ff.de off.procon.& le.& in Auth.habita.in 10.opp. C. ne filius pro pa. & in
4 c.pen.in 3.col.de offi.deleg.¶ † No. 4.in ver.itaque. ℣ ſingularis ſucceſſor non ſequitur forum ſui auctoris, ſecus in vniuerſali l.hæres abſens.in prin.ff.de iud.& in l.eum hominē. in prin.
5 ff.de fideiuſ.¶ † In glo.in ver.promiſſoris.iſtam gl. inducit Bar. contra cauillationem quorundam volentium euitare ſolutionem gabellæ, quæ ex forma ſtatuti pro quocunque contractu ſoluitur.Nam qui vult donare fundum, habet eum pro derelicto,& ille poſtea occupat.nam ſecundum Bart. iſta eſt donatio.l.quod ſeruus.ff.de ſtipu.ſeruo.ergo, &c. idem tenet Lud. Ro.hic.& Bar.notabiliter in d.l. quod ſeruus. ad fin. Contrariū tenet Bal.in l.mater.in vlt.col.per glo.ibi.C.de rei.vend.quia titulus pro derelicto eſt ſimilis donationi:tñ non eſt propriè donatio.℣ patet: quia non interuenit ſimultaneus conſenſus: ſed ad hoc reſponde,quia iſtud procedit, quando fit perſonæ certè:aliàs ſecus,vt dicit glo. in l.℣ ſeruus. in fin. & ibidem clarius Bald.aliàs Bart. & Lud. Ro.hic. contra Bart. etiam tenet Ang. Imo.& Raph.Comen.in d.l.quod ſeruus.cùm non ſit propriè donatio, niſi conſtaret de fraude: quia qui voluit fraudare ſtatutum eo ligatur.l.non dubium.C.de legi.l.hoc modo, & l.hæ
6 res meus.in fin.ff.de condi.& dem. † Mouetur etiā Raph. quia donatio, quæ fit per traditionem, non eſt propriè contractus: ergo non habet locum in eo ſtatutum. ita patet in l. Labeo. §. contractum. ff. de ver. ſig. & ita in ſpecie in hoc vltimo tenet Bal.in l.contractus.in 2.col.C. de fi.inſtr.& in l. ſi non donationis.C.℣ me.cauſa.Et iſtam opin.contra Bar.tenet etiam dominus Alex.hic.Tu vltra alios ſubtiliter conſidera, q.t tex.in quo ſe fundat Bar.in d.l. quod ſeruus. poteſt induci ad oppoſitum. Ibi.n.dicitur, nam & hoc genere quædam donatio eſt. ponderа,℣ dicit,quædam donatio:ergo non propriè:quia qñ aliquid non dicitur ſimpliciter, ſed cum adiuncto, quædam, vel aliqua,apparet,℣ non eſt propriè.gl.eſt ſing.in cle.1.in ver. aut earum parte, de for.compe. quam pro ſingulari tenet Bal. in l.1. in pen.col.C.de inof.dona. Idem tenet Bal. in c.1.§. cum autē. in pen.col de contro.inueſti. Io.de Imo.in c.fin.in 7.col.de do-
7 na.Lud.Rom.in l.ſi cum vel in vtero.ff.de teſta.mili.¶† Secundo,quia qñ aliquid non apparet ſimpliciter, ſed cū aliqua adiectione,illud non eſt propriè, & ſic non habet locum in ſtatutis.Iſta eſt regula Bart.in l.Lucius.§.quæſitum.ff.de leg.3.¶Pro iſta parte facit: quia cùm ſtatutū de ſoluenda gabella ſit odioſum,in dubijs opinionibus iudicandum eſt contra. ita colligi-
8 tur ex verbis Bar. in l. ſi pupillus.in prin. ff.ad l.fal. ¶ † In glo.in verbo.vel act.no.ſm Bar.& Doct. ℣ pars poteſt petere, vt res, de qua litigatur,exhibeatur in iudicio,ad hoc, vt teſtes poſſint eam cognoſcere,& videre.Adde gl. expreſſiorem in c.cū cauſam,quæ inter Archiepiſcopum, in ver.de cauſis.de teſti.Bart. in l.3.§.1.ff.de teſti.& in l.ſi cum exhibuiſſet.§.1. per illum text. de pub.& in l.ſi criminis. vbi etiam Bal. C.ad exhib. Facit text. not.in l.3.§.ſi quis noxali.ff.ad exhiben. vide tñ text. in l.non ex
9 omnibus.& ibi Bar.ff.de arbi. † ſed pone,℣ pars nolit exhibere, quid erit hoc caſu?tangit ſolus Bal.in c. cū cauſam. in pen.col. de teſt.& determinat,℣ qui non vult exhibere,habet̄ pro con-
10 feſſo,& conuicto,& hoc probat ſubtili ratione. † Nam qui facit, vt veritas non appareat, falſus cenſetur. l.1.§.1.ff.ad l.Cor. de fal.c.1.de cri.fal.No.Bar.in l.præſcriptione.in fin.C.ſi contra ius vel vti.pu.ergo ℨrium eius præſumitur verum.Iſta ratio licèt colorata non eſt vera: quia illud,℣ dicitur, ℣ qui occultat veritatem falſarius cenſetur, procedit in teſte.Ita loquuntur iura prælegata:quia officium teſtis eſt facere, qđ veritas appareat:ſecus autem eſt in parte,quia non cenſetur falſarius. Ità dicit glo.not.in c.ne quis arbitretur. in glo. 1.magna ad fin. 22.q. 2.Item pondera,℣ contra iſtam deciſionem Bal. facit glo. hic iuncto text.vbi lata eſt ſententia contra actorem, qui non potuit probare, eo quia dominus noluit exhibere ſeruum: ergo non habetur pro confeſſo: quia ſi fuiſſet habitus pro confeſſo, lata fuiſſet ſententia contra eum. Iaſon Paduæ.

SVMMARIVM.

1 *Dominus perdit beneficium dandi ſeruum pro noxa duobus caſibus.*
2 *Confeſſioni ſerui habitæ per tormenta de facto proprio, ſtatur in præiudicium domini.*
3 *Confeſſio filij an præiudicet patri, quando ſtatutum diſponeret, quòd pater teneretur ſoluere condemnationem pro filio.*
4 *Lex,vel ſtatutum,licèt dicat,quod ſtari debeat confeſſioni, vel iuramento alicuius in præiudicium alterius, intelligitur niſi ille velit probare contrarium.*
5 *Lex quamuis dicat, quòd ignorantia probetur per ſolum iuramentum: tamen poteſt probari contrarium. vide limitationes num.6.& 7.*
8 *Infamis,vel vilis,ſi deponat de eo, quod ipſe fecit, eſt idoneus teſtis ad faciendum ſemiplenam probationem.*
9 *Teſtis quando teſtificatur de facto proprio:tunc vnus ſolus teſtis plenam probationem facit.*
10 *Iudici deponenti de eo,quod ipſe fecit, non creditur quantæcunque auctoritatis ſit.*
11 *Legato Cardinali non creditur de his, quæ ipſe geſſit, niſi alijs indicijs comprobetur.*

§. Si abſens. Si dominus pro ſeruo abſente noxalis actione conueniatur,cogitur alterum de tribus facere. ſ.aut promittere de ſiſtendo ſeruum in iudicio: aut eum defendere: aut cauere quamprimum poterit ſe exhibiturum, hoc eſt daturum ſeruum pro noxa. hoc primo. Et ſi dñs falsò negauerit ſe habere ſeruum in ſua poteſtate,vel dolo malo fecerit,quominus haberet: tunc tenetur ſuſcipere iudicium abſque beneficio dandi ſeruum pro noxa. hoc ſecđo. Si verò abſente dño ſeruum præſentē nemo defendat,adiudicatur ſeruus actori:& ſic ei datur inſolutū, ſed dño poſtea reuerſo,cā cognita conceditur defenſio ſerui, qua mediante recuperat ſeruū,& eodem modo actori reſtituit actio,
1 quæ per conſequutionē ſerui fuerat extincta.h.d. ¶ † Vltra ea, quæ no. Bar. no. in ver. ſi verò falſo. duos caſus, in quibus dñs perdit beneficium dandi ſeruū pro noxa.& ſic cogitur æſtimationē damni inſolidū ſoluere. Primus caſus eſt,qñ dñs falso negauit:& ſic qñ per probationē aduerſarij conuictus eſt de mendacio.l.ſi ſeruus depoſitus.§.ſi negauerit.ff.de noxa. cum limitatione,de qua ibi in tex.& in l.neque. & in l.electio.§.neq; eo. tit.¶ Secundus caſus eſt,qñ dolo deſijt poſſidere.Facit l.de illo. ff.de noxa. Adde tertium caſum,qñ ſeruus ſciente dño,& non prohibente damnū dedit.l.in delictis. in prin.ff. de noxa. & l.1.
a ſi.ſi fami.fur.fe.dica.[a] ¶ † In glo.in verb.vel iudicio.no.tria.Pri-
2 mo ſm Bar. & Doct. ℣ confeſſioni ſerui habitæ per tormenta
3 de facto proprio ſtatur in præiudicium dñi. † Vnde arguēdo de ſeruo ad filium.l.ſerui & filij.in prin. ff.de fur.vī, ℣ ſimiliter confeſſio filij præiudicat patri, qñ ſtatutū diſponeret, ℣ patet teneretur ſoluere condemnationē pro filio, vt plenius p Bart. & Mod.in l.cū filius.§.in hac. ff.de ver.ob.cū concor.ibi, & hic ſignaris.& ad hoc etiam no.iſtā gl.Bal.in l.error,in fi.C. de iur.
4 & fac.ign. ¶ † Secundò habes ex iſta gl. ℣ licèt lex, vel ſtatutū dicat,qđ ſtari debeat confeſſioni, vel iurō alicuius in præiudi-
b cium alterius,intelligitur niſi ille velit probare ℨrium,[b] & ad hoc iſta glo.eſt ſing.& non reperitur alibi,ſm Pau.de Caſt.hic. vnde ſm eum facit,qđ ſi ſtatutum dicat,qđ de maleficio reperto per familiā Poteſtatis,ſtetur relationi familiæ, vel qđ ſtetur denuntiationi Syndici, intelligitur, niſi ℨriū probetur,& q̄is dicatur iſtud fuiſſe dictū la.But in l.1. vt ibi refert Bal.C. de re iud.tñ ſm Pau.de Caſt.hic eſt gl.ordinaria, quæ eſt maioris auctoritatis.Idem repetit Bal. in l.1.C. ſi aduer. delic. & in l.ſi tutor peritus.ad fi.C.de periculo.tu.& in alijs locis,de quibus per Mod.præcipuè per Lud.Ro in l.qui bona.§. qui dāni.ff. de dā. inf.e.¶ Iſta concluſio gl. confirmatur ex duobus.Primò,quia licet.l.dicat ſtandū eſſe inſtrō publico.l. cū præcib. C.de proba. & ſimiliter idoneis teſtibus.l.in exercendis. C. de fi. inſtr. tñ admittitur probatio in contrarium. c. licet cauſam. de proba. c.
5 cum Ioan.ad fi.de fid.inſtr.¶ † Secundò facit, qđ quamuis lex
c dicat, quòd ignorantia probetur[c] per ſolum iuramētum.c.vt circa.§.vt ſuper huiuſmodi.& c.nulli.in fin.de elec. in 6.glo. in c.propoſuiſti.82.di.& in c.& qui humanis. 12.q.2. & in l. ſi cui. §.iiſdem.ff.de accu.d.Abb.& alij,in c.2.de conſti. tamen poteſt probari contrarium ſecundum Bar. in d.§.idem.& eſt gl. ordinaria

ADDITIONES.

a ¶Furtum feciſſe. dica. Vide quartam illationem de confeſſione prælati. per Pau.de Caſt.lib.1.conſ.34.inc.ego Paulus. col.2. PVRPV.
b ¶Contrarium.Adde Fel.in c.propoſuiſti.col.1.de proba. PVRPV.
c ¶Probetur.Adde Alex.de Imo.in l.qui bona.in §.ſi alieno nomine. ff.de dam. inf.

ſ naria in c.2.in ver.affectata de temp.ordi.in 6. ¶ † Limita præ dictam concluſionem duobus modis. Primò, niſi lex, vel ſtatutum diceret, ꝙ ſtetur dicto, vel iuramento alicuius pro plenaria probatione: tunc non poſſet probari contrarium, quia haberet vim præſumptionis iuris, & de iure, glo. eſt ad hoc ſingularis in cle.1.in pe.gl.in ver.feciſſe narramus, de proba. per quā glo. ita limitat Lud.Ro.in l.ſi duo.ff.de acquir.her.in d.l.qui bona.§.qui damni.& ibi d.Alex.& hic. Iſtud mirabiliter intellige, qñ ſtatutum, vt dixi diceret, ꝙ haberetur pro plenaria probatione: tunc non admittitur probatio in contrarium. Ita loquitur gl. præallegata, ſecus ſi ſtatutum diceret, qđ habeatur pro plena probatione: tunc poſſet probari contrarium. Patet: nam duo teſtes faciunt plenam probationem.c.cum eſſes.& c.relatum.de teſt.gl.& Doct. in l.admonendi. ff.de iureiu. & tñ põt probari contrarium.c. licet cauſam, de prob. ita limitat nouiter d.Alex.in conſ.595.ꝙ inc. in cauſa, & lite vertente inter fi-
7 lios.in 3.col.¶ † Secundò dicta concluſio limitatur per Bal. in c.nonnulli.in pe.col.de reſcrip.vt nõ procedat, qñ lex, vel ſtatutum diſponeret ſtari alicuius probationi, quia facit, vt non admittatur probatio in contrarium, ſecus ſi diſponat, vt ſufficiat ad probandum: quia tunc bene poteſt probari contrariũ. & ita dicit tenere Io.And.in c.ſtatutum.de reſcri.in 6. Iſta limitatio non placet per ea, quæ dixi: & contrarium in his terminis, qñ ſtatutum dicit ſtari, videtur tenere Bal. in l.1.in 1.col.& ibi clarius.Sal.C.de reb.cre.& in l.ſi tutor.ad fi.C. de pericu.tu.
8 Ang.in l.qui vas in prin.ff.de fur.¶ † Tertiò per iſtam glo.not. Pau.de Caſt.hic, ꝙ aliàs inhabilis ad teſtificandum, puta vilis, vel infamis, ſi deponit de eo, ꝙ ipſe fecit, eſt idoneus teſtis ad faciendum ſemipienam probationem: ſicut hic dicitur in
9 confeſſione ſerui de facto proprio. † Adde, ꝙ fortius voluit alibi Pau.de Caſt.& ſæpè allegatur in conſilijs per Doct. huius ciuitatis Paduę, ꝙ quãdo teſtis teſtificatur de facto proprio, hoc
a eſt de eo, ꝙ ipſe fecit, tunc vnus ſolus teſtis plenam probationem facit.& ita limitatur regula l.iuriſiu. cum ſi.C. de teſt. vbi dicitur, ꝙ ad minus duo requiruntur, ꝙ non ſufficit vnus quãtuncunque magna dignitate præfulgeat. quia procedit qñ teſtis interrogatur de facto alieno, de quo habet notitiã per ſenſum corporis: ſecus qñ deponit de facto proprio. Iſtud probatur per l quæro. §.fin.ff. de ædil.edic. vbi creditur vni ſeruo de facto proprio, ergo fortius libero. Et ſi dicatur, ꝙ ibi creditur in tortura. Reſpondet debet, ꝙ illud contingit propter vtilitatem perſonæ ſeruilis, cui non debet credi ſine tortura, ſed tantum valet libera depoſitio hominis liberi, quantũ extorta per torturam à ſeruo.& dicit, ꝙ ita ſemper viſum fuit ei, quamuis non reperiat ab aliquo tactum. ita tenet Pau. de Caſt. in l.ſeruos.C.de teſti.& in l.quicunque.ad fi.C.de ſer.fugi. & in conſ. 329. ꝙ incipit viſa petitione prædicta. 1.col. ad fin. & in conſil. 368. ꝙ incip. viſis actis, & actitatis.ad fi. Idẽ tenet Bal.in l.ſi quis decurio.in 4.opp.per illum tex. cum glo.C.ad l. Cor.de fal. & accedant verba Bart. in extraua. ad repri. in ver. per nuncium. ad fin. Iſtam deciſio. reprehendit.d.Alex. hic per aliquas auctoritas, quæ non clarè hoc dicunt. † Ego teneo contrarium, [b] &
b pondero tex.in c.cum à nobis. & ibi glo.in ver. vnius. quæ declarat, de teſti. vbi non creditur iudici deponenti de eo, ꝙ ipſe fecit, quantæcunque auctoritatis ſit. & ratio aſſignatur in text. quia regula vtriuſque iuris eſt, quod vni ſoli teſti nõ creditur, quantæcunque auctoritatis ſit: & ſic ille text. vult, qđ illa regula procedat etiam quando teſtis deponit de eo, quod ipſe fe-
11 cit. Ita nouiter pondera illum text. ad hoc. ¶ † Secundo mo-
c ueor, quòd etiam legato Cardinali [c] non creditur de his, quæ ipſe geſſit: niſi alijs indicijs comprobetur. Ita tenet Spec.in tit. de teſte.§.1.verſ.quid ſi aduocatus. d.Ant. in c. quod ſuper his. de fid.inſtr. Io.An.& alij in c.cõſtitutus.de appel. d.Ant.& alij in d.c.cum à nobis. P.de Anch. in cle.literas. de prob. licet curia Romana aliter de conſuetudine ſeruet. Ita procedit text. in c.cum parati & in c.conſtitutus.de appel. ſecundũ Doct. in locis prælle. ¶ Tertiò facit, quòd multum vniuerſaliter, & negatiuè dicit text. in c.licet vniuerſis.in fin.de teſt. Iaſon Paduæ.

ADDITIONES.

a ¶ Teſtis. Adde caſus, in quibus vnus teſtis plenè probat. per Spec. in tit. de teſt. in §.reſtat.ver.hoc tamen fallit.

b ¶ Contrarium. Idem ſentit Alex.lib.2.conſ.10.col.pe.circa fin.lib.3. conſ.16. in fin.incip. ibi idem eſſet ſi vnus princeps. PVRPV.

c ¶ Cardinali. Adde c.nobiliſſimus.97.diſt. Abb. in c.poſt ceſſionem. de proba. in c.fin.de confir.vti.vel inuti. Io.And.in c.1. de off.deleg.lib.6. in nouel. Io.de An.in c. cũ ex iniuncto.de hær. Lap.alleg.5.& 34. Bal. in l.ſi qua per calũniã. C.de Epi.& cle. & Bal.in l.iuriſiurãdi. C.de teſt. Bal. in l.1.C.de manda. prin.

LEX III.

S Icum vſufructu. Vſufructuario non defendenti ſeruum in cauſa noxali, denegatur vſusfructus proſequutio. h.d. Concordant l.hoc amplius.§.fin. cum l.ſeq.& l.ſi finita.§. ſi qua ſunt iura. & §. ſi de victigalibus. ff.de dam.infe. vbi plenius traditur hæc materia.

SVMMARIVM.

1 *Defenſio eſt indiuidua in cauſa noxali.*
2 *Defendens alium ex neceſſitate l.releuatur ab onere ſatiſdandi.*
3 *Cauſa quando ſit propria.*

LEX IIII.

S Icum vno. Qui ex neceſſitate defendit etiã pro parte alterius, videtur ſuo nomine eſſe in iudicio. Igitur non cogitur ſatiſdare de iudicato ſoluendo. h.d. & legitur in glo.duobus mod. vno modo, ꝙ loquatur in ſatiſdatione de iudicato ſoluendo, & iſtum intellectũ tene, & hũc tenent Doct. Alio modo legitur, ꝙ loquatur in ſatiſdatione de iudicio ſiſti,
* ſed iſte non conuenit literę. & licèt Ang. eum ſequatur: tñ ce-
1 *teri omnes reprehendunt.* ¶ † Nota, ꝙ in cauſa noxali defenſio eſt indiuidua: ſecus eſt in cauſa quaſi noxali. vt eſt in cauſa damni infecti l.ſi communes.ff.de ne.geſt.l.ſi in ſtipulatione. & l.ſi plures.ff.de dam. infec. Rationem diuerſitatis aſſigna, vt per Bar. in d. l. ſi communes. & in l. ſupra iter. §. officium. ff. de aqua
2 plu.arcen. ¶ † Secundò no. ex iſto text. ſm Ful. & d.Alex. ꝙ qui defendit alium ex neceſſitate, lex releuat ab onere ſatiſdandi. Facit l.ſi.§. defenſionẽ. C.de admi.tut. Contra hoc ego arguo: nam procurator actoris in cauſa reconuentionis tenetur eũ defendere ex neceſſitate. l.ſeruum quoque. §. prętor ait. & l.mutus. §. 1.ff.de proc. & l.actionem. C.eo. & tñ non releuatur ab onere ſatiſdandi. l.minor. §.fi.ff.de procu. ergo iſta regula nõ eſt vera. Nec obſtat iſte tex. quia propter indiuiduitatẽ iſtud procedit. ¶ Capio gl. in ver. neceſſitas. quã diuide in tres partes. In 1.declarando remouet vnum contrarium. In ſecunda, quæ eſt ibi, item no gl. colligit notabile ex tex. In 3. quæ eſt ibi, item cõtra. gl. format duas op. & licèt ſimul formet, tñ diuerſo modo
3 veniũt. † nã l.1.§. in ꝓpria.ff. qñ appel.ſit. venit hoc modo. nã ibi dicitur, ꝙ cauſa eſt propria qñ commodum, vel incommodum ad aliquem ſpectat: ſed hic pro parte ſocij non ſpectat ad eum incommodum: ergo cauſa non dicitur propria. Ad hoc reſponde, ꝙ verum eſt, ꝙ non eſt propriè propria. & propterea dicit hic text. quodammodo totum ſuum. ſm contrarium de l.permittendum. ff. ſi pars hæred. petr. venit alio modo. nam ibi permittitur defenſio pro parte ſua tantum, ſed reſponde, quòd ibi loquitur in his, quæ diuidua ſunt. Facit l.1.C. de conſor. eiuſdem litis.

SVMMARIVM.

1 *Seruus acrius puniri debet in delictis, quàm liber.*
2 *Nouum quid eſſe non dicitur illud, quod erat in potentia, quando deducitur ad actum.*
3 *Iuſſus proueniens ex cauſa de præterito, trahitur retrò.*
4 *Domum alteri obligatam, ſi ſub conditione ego vendo alicui, & promitto, eam defendere, & manutenere in eadem forma, ſi conditio purificetur, ego non teneor emptori in aliquo.*
5 *Res conditioni aſcripta, dicitur eſſe in eadem conditione impleta, in qua erat ea pendente.*
6 *Tempus commiſſi delicti attenditur in publicis delictis, in quibus pœna eſt certa, & determinata.*
7 *Homicidium ſi committat homo exiſtens ſanæ mentis, & poſteà verè efficiatur furioſus, non poterit puniri de homicidio.*
8 *Peccatum mortale ſi aliquis commiſerit, dum eſſet ſanæ mentis, deinde efficiatur furioſus, & moriatur in furore, apud Deum damnabitur.*
9 *Filius ſi commiſit cauſam propter quam poſſit exhæredari à patre, deinde efficiatur furioſus, ex illa cauſa poterit exhæredari.*

LEX V.

S Iſeruum. Seruus in cauſis criminalibus ſiſti promiſſus, non dicitur in eadem cauſa ſiſti, ſi liber factus ſiſtatur, & tempore promiſſionis eſſet ſtatuliber. Item ſecus in actionibus noxalibus ciuiliter intentatis. h.d. cum l.ſeq. vſque ad fi.tit. ¶ Nor. in accuſationibus capitalibus locum eſſe ſatiſdationi de iudi.ſiſti. Facit l.4.ff.de cuſt.reo. & in talibus capitalibus cauſis dño conceditur defenſio ſerui. l.ſi non defendantur.ff.de pę.
1 l.Lucius.ff.de app. ¶ † Secundò nota, ꝙ acrius puniri debet in delictis ſeruus, quàm liber. Facit l.in ſeruorum. ff.de pę.l.Pedius.ff.de incen.rui.nau. & l.3.§.fin.ĩ. de ſicca. Similiter plus de-
a bet puniri ignobilis, [a] quàm nobilis, vt per Bar. in l.quidam.ff. de pe. Bal.in l.nemo.de ſumma tri. & glo.41, diſt. in c.non cogantur.

ADDITIO.

a ¶ Ignobilis. Adde Bart.in l.deſertorem.ff.de re mili. Bal.in c.1.in §. ſi ruſticus de pace tenen.in vſi.feu. Abb.in c.cum quidam.de iureiuran.

gantur.¶ † Tertiò no.in l.fin. ſecundum Bald. Pau. de Caſt. & Mod. qđ quando illud, ꝙ erat in potentia, deducitur ad actū, non dicitur eſſe quid nouum. Facit, ꝙ dicit tex.in l.in ſuis.ff.de lib.& poſthu. † Hinc eſt, ꝙ iuſſus proueniens ex cauſa de præterito, trahitur retrò l.ſi rem.§.fin.ff.de pig.actio. Et per iſtum tex. decidit Bald. notabilem quæſtionem, quam per te videas in l. obſeruare.§.poſt hoc.ff.de offi.procon.& leg.in 3.col. in verſi. pone ſtatuto cauetur. † Item per iſtum tex. Lud. Rom. in ſing. ſuo, ꝙ inc.res conditioni aſcripta, decidit, ꝙ ſi domum alteri obligatam ſub condi. ego vendo alicui, & promitto eam defendere,& manutenere in eadem forma: certè ſi conditio purificetur, ego non teneor emptori in aliquo, per iſtum text. qui vult, ꝙ † res conditioni aſcripta, dicitur eſſe in eadem conditione impleta, in qua erat ea pendente. Sed caue, quia iſta lex loquitur in ſtipulationibus iudicialibus, in quibus ex æquitate prætoris fit iſta interpretatio: vnde aliud videtur in ſtipulationibus conuentionalibus, & multo fortius in contractu bonę fidei.ſ.emptionis, & ven. ¶ In glo. in ver.vindicta.prima ſol.glo. *communiter reprobatur* per Doc.quia iſta l.non poteſt loqui in publicis delictis, cùm in eis nō habeat locum actio noxalis l. quis ſit fugitiuus.§.noxas.ff.de ædil.edi.& quæ ſit ratio declarat Bal. in l.ſi prædium.in pen.col.de ædil.act. Adde tex.in l. hæc ſtipulatio noxalis.ff.de ver.ſig.& ibi Bar. notat illum text. ꝫ iſtam glo. contra quam etiam tenet Bar.in l.omnes populi. in 3.q.quintæ q.prin.ff.de iuſti.& iur.& Bal.in l.1.ſ.eo. Tu caue, ꝙ principiū huius legis non loquitur in materia noxali propriè, vt patet in verſ.capitalium.iunctis proximè dictis, ſed bene ver.ſi.loquitur de materia noxali propriè. Tene ſolutionem Bart.quā ſequuntur Ang.Pau.de Caſt.& Mod.hic,& Bart.in l.1.ff. de pę. & Bal. & Sal.in l.1.C.an ſer.ex facto ſuo.quamuis eā impugnet Lud. Ro.hic per l.iniuriarum eſtimatio.ff.de iniur. Sed reſponde ſm. Ray.& Alb.hic, ꝙ illa l.loquitur in caſu ècontrario.hic.n.loquitur, qñ mutata eſt conditio delinquentis. ibi ècontra mutata erat conditio iniuriam paſſi. Aliàm ſolu.tradit etiam Bart.in l. omnes populi.ff.de iuſti.& iu.in 5.q.prin.in ver. Iuxta prædicta quæro, quid in delictis.& ſibi aſcribit Benedi.de Plumbi.in l.ſtatuliberi à cæteris.in prin ff.de ſtatulib. ¶ † Ex theorica Bart. & Doct.hic,& in locis prælleg.fac concluſionem. Quod in publicis delictis, in quibus pœna eſt certa, & determinata à iure, attenditur tempus commiſſi delicti: non obſtante mutatione ſtatus perſonæ l.1.§.de pœn.& l.ſi quis decurio.C. de fal.& l.1. §.1.ff.ad Turp. † per iſtam regulam Lud.Ro. hic reprobat deciſionē Bald.in l.furioſum.circa fi.C.qui teſt.fa.poſ.& ibi Lud. idem. Nam tenet Bal. ꝙ ſi exiſtens ſanæ mentis committat homicidium: & poſtea verè efficiatur furioſus, ꝙ non poterit puniri de homicidio, cū furioſus habeatur loco abſentis, & quieſcentis.l.2.§.furioſus.ff.de iure codi. ſed bene annotabuntur bona. Tñ quia illa deciſio *Bal. communiter tenetur* [a] per Mod. ibi.& idem tenet Bald. in l. humanitatis. in 3. q. C. de impub. & alijs ſubſti.& in c.1.de eo, qui interfecit fratrem domini ſui. Imo.in c.Raynutius.in materia exēplatis ſubſtitutionis. de teſta. Ideo tenendo illam deciſionem, limita concluſionem Doct. hic nō procedere, quando per ſtatus mutationem quis redigitur ad inſtar mortui: nam furioſus, & mortuus æquiparantur l.bonorum.ff.rem ra.ha.& quando opiniones ſunt variæ, in dubijs tenenda eſt mitior pars l.interpretatione.& l.ſanctio legum.ff.de pœ. Item durum videretur facere decapitari eum, qui verè eſſet furioſus. Ego tamen in puncto iuris,& in ſtricta diſputatione teneo contra Bald. per text. qui mihi iſtud probat licèt alio modo ſoleat induci, in l.diuus.ff.de offic.præſi.in verſ.nec morbo eius dando veniam,& in verſ.ſupplicio. vbi verè text. vult, quòd ſi in furore homicidium commiſit, non eſt puniendus, quia tunc afflicto non debet alia afflictio addi. Si autem commiſit dum eſſet ſanæ mentis, vel in interuallo ſanæ mentis: tūc puniri debet.¶ † Secundò facit, qđ fortius tenet Bart.in l.nunquam. §.1. per illum text. ff. de accu. quòd ſi aliquis commiſit peccatum mortale, dum eſſet ſanæ mentis: deinde efficiatur furioſus,& moriatur in furore, quòd apud Deum damnabitur, & ita dicit tenere Theologos. Si ergo furor ſuperueniens non liberat a pœna æternali apud Deum, quæ longæ immenſior eſt, minus debet liberare à pœna temporali, cùm mitius agatur cum Deo, quàm cum homine l. ſi quis reum. §. voto. ff. de pollic. ¶ † Tertiò facit, ꝙ notat Bartol. in l. ex facto. in 2. column. in verſicu. 7. & in pupillari requiritur. ff. de vulg. & pupil. vbi tenet, quòd ſi filius commiſit cauſam, [b] propter quam poſſit exhæredari à patre: deinde efficiatur furioſus, quòd ex illa cauſa poterit exhæredari. Facit text. in l. fin. §. cum antiquitas. C. de curato.furio. & in l. de creationibus. C. de epiſc. audien. & tenendo iſtam partem, quæ in puncto iuris eſt verior, datur magna extenſio ad concluſionem Doctorum hic.

Iaſon Paduæ.

ADDITIONES.

a ¶Sequitur, & communem dicit Suarez.com.op.lib. ver.furor, vbi quòd furor poſtea ſuperueniens pœnam corporis delicto antea perpetrato infligendam extinguit.ex laſ.in d.l.furioſum,& in l.ex facto.num.30.ff.de vulg.Clar. in pract.§.vlti.q.50.ver.item q̄ro. & ver.ſeq. Cagnol.in Regu. l.in negotijs. de reg.iur.vbi quòd furioſus puniri non debet,de his, quæ ante furorem perpetrauit. Quam communem intellige,& declara.vt per Viui.inter.com.opi. lib.6.ver.furioſus occidens, vbi quòd non excuſatur à pœna confiſcationis bonorum, quamuis aliqui in hoc diſſentiant,& male. Amplia procedere, etiā ſi inter furorem fuerit condemnatus. limita, vt per Doct.ibi alleg. inter quos eſt Carer.prac.cri.trac.homici.§.6.nu.16. MASVER.

b ¶Si filius commiſit cauſam. Adde glo. in verbo exhæredaret.in c.quintauallis.de iureiuran.

SVMMARIVM.

1 *Bonum eſt argumentum ab ordine titulorum.*

De eo, per quem factum erit. Rubr.

¶Gl.rubricæ ponit qđatuor differentias inter iſtum titulum,& tit.ſ.ne quis eum, qui. Vltimum reprobat Bar.per l. fi.in fi.prin. & ibi Bar.ꝫ.eo. ſed Mod.ibi ſuſtinēt iſtam differentiam, reſpon
1 dendo ad illum tex.vt ibi dicetur.¶ † No.iſtum finē gl. qui to-
34 frumenta videtur prima fronte facere contra Bar. † tamen ratio, quæ ibi colligitur, facit pro Bar. quia immoderata læſio dicitur damnum, & non moderata, & communiter eueniens, & cum Bart. tenet etiam Dom. Alex. in conſ. 108. in 3. volum. incip. perſpectis verbis inſtrumenti conceſſionis. in pen. col. & ſeq Item pro Barto. facit l. Scio. §. medico, & ibi. Barto. ad hoc
35 no. ff. de annu. leg. ¶† Secundò facit, quod not. vult Bal. in cap. cum olim. de conſue. vbi dicit, ꝙ in generali conceſſione facta Epiſcopo, non intelliguntur conceſſa inſolita, & arguit Bald. à ſpeciali caſu. d. §. frumenta. Ibi enim ideo tenetur de niuibus inſolitis, & immoderatis, quia ſi fuiſſent ſolitę non eſſet vis, nec
36 caſus fortuitus. ¶† Tertiò pro Barto. facit, quod not. tenet Io. de Imol. in l. pretia rerum. in vlt. colum. ff. ad l. Falc. vbi tenet non haberi conſiderationem cariſtiæ, quæ rariſſimè contingit. puta quando corbes frumẽti valet 7. lib. ſicut in caſu fortuito intelligitur de ſolito euenire, non autem de inſolito, vt per Barto. quamuis Do. Alex. hic reprehendat Imo. tenendo con-
37 tra Barto. prout etiam facit in lect. ¶† Quartò facit, quod vult not. Ange. in §. oportet. in Auth. de iud. per gl. ibi, quam ad hoc multum not. ꝙ q promiſit ſoluere expen. tenetur ad expenſas ſolitas, & moderatas, non autem ad expenſas immoderatas, per glo. ibi. Et iſtud dicit Ange. eſſe ſingul. not. ad ſtatutum Peruſij, quo cauetur, quòd ſi aliquis promiſerit pro debitore, & debitor non ſoluat, poteſt promiſſor capere pecuniam ad vſuram, vt ſatisfaciat creditori, & quaſcunque vſuras ſoluit, repetet à debitore: nam illud ſtatutum debet intelligi de vſuris
38 moderatis, non autem de immoderatis. † Non omitto tamen quod Barto. in d. l. Seio. §. medico, dicit vnum quod videretur
c in practica periculoſum, quòd ille dicatur caſus fortuitus [c] inuſitatus, qui venit in mille annis vna vice. ſed intellige ſanè Barto. quòd illud, quod dicit de mille annis, eſt dictum per modum loquendi, & eſt dictum gratia exempli. ſed non eſt neceſ-
d ſitatis, cùm exempla non reſtringant [d] regulam. l. damni infecti ſtipulatio pertinet. §. fi. ff. de dam. infect. vnde ſatis eſt quòd
39 communiter non eſt ſolitus euenire. † Circa doctri. Barto. adde, quid ſi aliquis reciperet rem ſuo periculo, & fortuna, an per iſta verba cenſeatur in ſe ſuſcepiſſe periculum caſuum fortuitorum? determinat ſingul. Barto. quod ſic in l. ſi is qui ff. de acq.
40 rer. dom. ¶† Quid autem ſi fiat pactum expreſſum, quòd non vult teneri de aliquo caſu fortuito. Puta, commodaſti mihi equum, ego expreſsè conuenio, quòd nolo teneri de aliquo caſu fortuito. Pone, famulus meus aufugit cum equo, vel immittit incendium in ſtabulo, an ego tenear? Videtur quòd nõ, quia contractus ex conuentione partium legẽ accipiunt. l. , §. ſi conueniat. ff. depoſi. Solus tamen Lud. Rom. hic in fi. determinat contrarium, quia conuentio negatiua, quòd quis non vult teneri de caſu fortuito, intelligitur, niſi caſus fortuitus procedat culpa familiæ. l. qui inſulam. §. fi. ff. loca. Ratio eſt ſecundum eum, quia quando quis non tenetur de caſu fortuito, intelligitur niſi culpa præcedat caſum. l. ſi vt certo. §. nunc videndum. ff. commo. & paria ſunt, vel quòd procedat propria culpa, vel famulorum. d. §. fi. Ego in contrarium allego text. in l. ſi tibi domum. in princ. ff. loca. qui text. videtur confundere rationem Ludo Rom. niſi reſpondeas ponderando text. in verb.
41 noxali actione. ¶† No. etiam diligenter, quod licèt incendium in dubio præſumatur factum culpa inhabitantium. l. ſi vendita. in prin. in verb. cum incendium ſine culpa, &c. ff. de pericu. & commo. rei vend. & l. qui inſulam. §. fin. & ibi Barto. ff. loca. Barto. in l. 3. vbi text principalis. ff. de offi. præfect. vigilum. Bal. in l. creditor. C. de pign. act. tamen illa culpa incendij non præſumitur niſi leuiſſima, niſi aliud in oppoſitum probetur. gl. ea ſing. in §. preterea. in ver. debet. Inſt. quib. mo. re ℨhi. ob. quã notat, & ſequitur Sal. in l. qui fortuitis. C. de pig. act. in fi. col. Alex. in conſ. 50. inc. viſis, & oportune conſideratis his, de qb. in præſcripto themate, in 2. & 6. col. in 1. vol. in l. domos. in pen. col. ff. de leg. 1. & plenius D. Ale. in l. ſi quis ex argentarijs. §. prætor ait. in 3. 4. & 5. col. ff. de eden. Et per hęc not ſequitur, ꝙ ſi quis conduxit domũ vel apothecam, vel fictabilis, vel emphyteuta cõduxit domum cũ prędiis, & domus incendio conſumatur, conductor ad nihilũ tenetur, quia licèt incendiũ pręſumatur factũ culpa inhabitantium, tñ cum iſta ſit leuiſſima culpa. per illam gl. conductor non tenetur niſi de dolo, lata culpa, & leui, non de leuiſſima. d. l. ſi vt certo. §. nunc videndum. Ratio, quia talis ℨctus celebratur gratia vtriuſq;. Eodem modo ſi habitantes in domo erant conſueti eſſe vigiles, & diligentes, ſi alia indicia ℨ eos non appareant, nunq̃ teneantur de incendio, quia diligentia ſua extinguit præſumptionem culpæ. ita Bal. in conſ. inc. ꝙ dam riſcorus. Mouetur arg. l. non oẽs. § à Barbaris. ff. de re mil. & l. argentum. ff. cõmo. & iſtã deciſi. Bal ſequit̃ Alex. in omnib. trib. prædict. locis, pro qua limitatione adde tex. in d. l. ſi vẽdita.
42 ¶† Extra gl. quęrit in fi. Bar. quid ſi in gñali renunciatione appo
e neret iurm, an propter iuramentũ valeret. [e] Determinat, quod non

ADDITIONES.

a ¶Aequipollet. Adde Bar. in l. ſi is, qui ducẽta. in §. vtrum. ff. de reb. dub. Ale. da Imo. conſ. 66. inci. viſo teſtamento. in 2. col. in 2. vol.

b ¶In 6. Soc. lib. 4. conſi. 123. inc. circa præſentem conſultationem. PVRPV.

c ¶Fortuitus. Adde gl. in ver. fortuito caſu. Inſti. de rer. diui. Bal. in l. quæ fortuitis. C. de pig. act.

d ¶Non reſtringant. Adde Inſt. de grad. in §. hactenus, & ibi Doct. gl. 1. in c. 1. de cle. vel mo. Card. in c. eccleſia, in fi. in 2. col. de elect.

e ¶Valeret. Iaſ. in l. ſancimus. col. 2. C. de teſt. PVRPV.

non ꝓ, per l. fin. C. de non num.pecu.cum alijs per eum alleg. Idem tenet Alb.de Roſa.Bal.Ang.& Ful.hic, Cy.in d.l.1.in 3.q. C.commo.Bal.in c.1.in 2.col.in prin.de contro.feudi inter pares term.Io.And.& *communiter Cano.* in c.1.de commodato.D. Alex.in conſ.28.ꝙ incipit viſis, & accuratè ponderatis.in pen. col.in 1.volu. Potiſſimum fundamentum eſt,quia in gñali renunciatione deficit conſenſus: ergo per iuramentum non poteſt ſuppleri,vt in iuribus.alleg.per Bald.in c.quemad modum vbi no.de iureiu. ℈rium tenet Imo.in repe.c.cum contingat,in 38.cart.de iureiu.& in c.1.de commo. Motus, quia imò adeſt ſaltem conſenſus in genere:eo ipſo, ꝙ apparet ipſum voluiſſe gñaliter renunciaſſe,per ea,quæ tradit Bar.in l.ſub prætextu.C. de tranſ.per l.qui iure militari.ff.de teſt.mili.ergo debet confirmari iuramento.Facit quod vult Are.in conſ.33.inci.conſultatio præmiſſa.in quarto dubio.Sed tu ñde,ꝙ Bar.& Docto.in l. ſub prætextu.2.loquuntur, qū tranſactio gñaliter fit ſuper omnib.iurib.competentib.de preterito, vel de preſenti: quo caſu bene potuerūt ſaltem in gñe cogitare.nam & idem eſt in materia noſtra abſq; iuramento,quæ renunciatio gñalis de omnibus exceptionib.preteritis bene valet,ſm Doct.vt ſ.retuli : ſed quæſtio noſtra eſt,qñ quis renunciat gñaliter omnib.exceptionib.& caſib.futuris:cū ergo in futurum poſſint mille caſus diuerſi contingere,de quib.nec in ſpecie,nec in genere potuit cogitare,ideo ꝓp defectum conſenſus iuramentū nihil operaī. [b] Teneas ergo deciſi.*Bar.communiter approbatam.* Pondera,† ꝙ ex ea notab.infertur,ꝙ iuramentum nō habet vim expreſſi, nec ſpecialis conſenſus, [c] ℈rium de directo dicit Bal.in l.1.in 2.q.C. cōm.per l.cum pater.§.filius matrem.ff.de leg.2.refert,& ſequitur Ludo.Rom.in l.1.§.ſi qs ita.in 10.col. ff.de verb. obli.Bene facit,ꝙ ſing.vult idem Bal.in l.ſancimus,in vlt.col.C. de teſt. & ibi Mod.ſequuntur,ꝙ qñ in primo teſtō adeſt clauſula derogatoria,requiritur,ꝙ in ſecundo teſtō fiat de ea ſpecialis mentio. l.ſi quis in prin.teſtamenti.ff.de leg.3.tñ ſi iuřm interueniat,ſufficit:ergo hēt vim ſpecialis.Tene regulā, quę colligitur ꝓ Batt. hic,pro qua pondera facere,tex.in l.fi.§.defenſionem. C.de admin.tu.iuncto eo, ꝙ dicit Barto.in l.legitimos. in fi. princ.ff.de leg.tu.& in l.prætor ait.in prin.ff.de ope.nou. nun. Nam ibi interuenit iuramentum,& tñ non habet vim ſpecialis promiſſionis de defendendo.dicit etiam Saly.in d.l.1.in vlt.col.C.cōmo. ꝙ iuramentum tunc habet vim ſpecialis diſpoſitionis in eo,in quo cónſentitur,non in alijs.Non ob.text. in §. filius matrem. alleg.per Bal.quia ñde,ꝙ procedit qñ actus deficit rōne ſolennitatis omiſſæ.Secus qñ ex defectu ſubſtantiæ, puta ex defectu omiſſi.ita limitat,& declarat Lud.Rom.in conſ.407.quod incipit,in caſu propoſitæ conſultationis circa celeberrimorū Docto.conſilia.in 10.col.in fi & in prin.ſeq.Do. Fran.de Are.in ꝙſ. 42.ꝙ incip.quatuor dubia.in 2.col. Iaſon Paduæ.

ADDITIONES.

a ¶Sequitur Alex.conſ. 16. lib. 2. & in omnem euentum iuramentum refertur ad alios ſolùm caſus,ad quos renunciatio,& non vltra,arg.l.fi. ſ. qui ſatisdat. cog.Rom.conſ.472.in fi.fac.quæ no.Rub.Alex.conſ.12.Rom.conſ.25.nu.16. lib.2.Neuiz.conſi 91.nu.16.21.23.Rom.conſ.269.Boer.q.3.par.1.Deci.conſi.27.vbi de hac materia renunciationis generalis,& latè per Gabriel.com. opi.lib.6.tit.de re iud.concl.4. MASVER.

b ¶Intellige vt per Deci.conſ.408.493.num.25.Curt.conſi.76.Nat.conſ.144. 166.Dec.conſ.530.nu.11.352.nu.7.Rol.conſ.25.per tot. lib.1.& conſ.70. eo. Ro.conſi.517.nu.23.Alex.conſ.133.nu.11.lib.5.Neuiz.conſ.22. Oſaſc.Deci. 172.num.11. MASVER.

c ¶Quod iuramentum habeat vim ſpecialis expreſſionis,not.Por.li.3.concluſ. 2.Rom.conſi.93.nume.25. & ſpecialis conſenſus,idem conſ.13.num.3.Bald. in l.2.C.commod. MASVER.

SVMMARIVM.

1 *In dubio præſumitur error.*
2 *Per clauſulam ſolitam poni per notarios,ſcilicet,talis ſciens ſe ad infra ſcripta non teneri,promiſit,&c.tollitur,quòd non poſſit opponi exceptio erroris.*
3 *Creditur tabellioni,ſi dicat talis conſenſit.*

§.Item quæritur. Si ſatiſdatio in totum, vel in parte per errorem interpoſita ſit,competit exceptio fideiuſſoribus. ſecus ſi ex certa ſcientia.h.d.ſic intellige l.grecè.§.à tutore.cum gl. ff.de fideiuſ. ¶† No.ex iſto tex.ſubtiliter ſm Iac.But. & Bar.ꝙ in dubio præ ſumitur error.patet ex tex.ibi,pacti cōuenti replicatione. nam qui replicat, tenetur replicationem probare.l.3.§.in exceptioni 2 bus.ff.de proba.† Ideo ſm Bar. & Docto. per iſtam l.& ſimiles a notarij apponunt in inſtrumentis illam clauſulam,[a] talis ſciēs ſe ad infra ſcripta non teneri,promiſit, &c.vt per hoc non poſſit opponi exceptio erroris.Idem tenet Bar.in l. ſi dari.in fi.ff.de verb.obl.& in l.fi.§.idem quæſijt.ff.de cond. indeb.Bald.in l.2.in 7.q.in fi.C.de reſcin.vend.Ang.l.ꝙ ſi maritus.§. 1. ff. de conſtit. 3 pec. † Et dicit no.Bald.in l.mater.in 3.colu.C.de rei vend.quod iſto caſu creditur tabellioni,ſicut ſi dixiſſet,talis conſenſit:quia ſi talia verba diſplicebant,debebat pars contradicere.l. ſi filius. ff.ad Maced.quamuis aliter videatur tenere Bald. in l. vnica.9. col.& ſeq.C.de confeſſ.bene verum eſt,quod illa verba notarij non impediunt,quin poſſit probari ℈rium,ſecundum Bal.Ange.& Moder.hic.Pau.de Caſt.in conſi. 131.ꝙ incip.licèt iſta D. Liſa.in vlt.col.¶ In gl.in verſi.culpa.ex cōuentione.leges,quas alleg.gl.pro ℈rijs potius cōcordant,ſi bene inſpexeris: ¶ Capio gl.in ver.plus, quæ ponit tres intellectus ad tex. & ſic diuiditur in tres partes. Tu intellige text.quarto modo,& planius ſēm Iac.But.& Albe.hic,dum dicit plusq; ſtatutum ſit.Non intelligas ſtatutum à iure, nec à iudice,vt dicit gl. ſed intellige ſtatutum ab ipſis partibus,& hoc modo litera eſt plana. Nam partes conuenerant,ꝙ reus promitteret de ſiſtendo in iudicio ſub pęna 10.& ita daret fideiuſſores, & poſtea per errorem ꝓmiſit pęnam de 20. & ita fideiuſſores dedit, vt habes in litera. Iaſon Paduæ.

ADDITIO.

a ¶Clauſulam.Alex.lib.1.conſ.126.col.6.ver.reſtat.Dy.lib.2. conſi.259.in præſenti conſultatione.col.7.quib.Adde Rol.conſ.49.nu.45.lib.1.

SVMMARIVM.

1 *Factum,& dolus vnius ex reis credendi ſocijs,nocet alteri ſocio,quamuis non fuerit in aliquo dolo.*
2 *Pęnam,quam exigit vnus ex correis ſocijs,tenetur communicare alteri.*
3 *Quis non debet petere rem,& pęnam:ſed debet altero eſſet contentus.*

LEX V.

SI duo rei. Culpa vnius ex reis credēdi ſocijs,nocet alteri in lucris acquirendis, ne alius de dolo ſuo lucretur, cùm ſibi debeat communicari. hoc primo. Et ſi duo ſunt rei debendi,non poteſt,ab vno peti res,& ab alio intereſſe, & idē 1 eſt in quaſi reis, vt ſunt pater,& filius.hoc dicit tota lex.¶† No. primò,quòd factum,& dolus vnius ex reis credendi ſocijs,nocet alteri ſocio, quamuis non fuerit in aliquo dolo: & ſic potius toleratur, quòd neuter lucretur, quā quòd doloſus propter non doloſum aliquid conſequatur. ¶ Limita quo ad obligationem quærendam hic. ſecus quo ad quæſitam. l. ſi vnus. in princip.ℑ.de pact.ſecundum Barto.& alios hic.¶ Secundò limita,quando eſſent ſocij,ſed non correi: tunc,delictum vnius non nocet alteri.l.mora.§.fin. ff. de vſuca. l.ſi ex duobus ſocijs. ff.de negot.geſto.Barto.in l.ex duobus,in 6.q. ff.de duobus reis. 2 ¶† Secundo not.quòd pœnam, quam exigit vnus ex correis ſocijs,tenetur communicare alteri.Facit l.ſocium qui in eo.§. vlt.ff.pro ſoc. l. vtrum. ff.de pet. hered. & vide Barto. in l. qui 3 hominem.§.1.ff.de ſolut.† Tertiò not. in verſ. item ſi duo, ꝙ quis non debet petere rem, & pœnam, ſed altero debet eſſe contentus:etiam ſi ſors,& pœna ſumant originem in perſonis diuerſorum,qui tamen habeātur loco vnius. tex. eſt hic no.Facit l.1.§.fi.ff.de ſtipu.ſer.

LEX VI.

a SIis, qui fideiuſſorem dedit. [a] Exceptio ſuperueniens reo prodeſt eius fideiuſſori. & qui fideiubet de iudicio ſiſti pro filio vel ſeruo,habet illas exceptiones, ſicut ſi fideiuſſiſſet pro libero homine, ſalua tamen exceptione abſentiæ ex cauſa reipub.quæ non cadit in ſeruo. h.d.cum l.ſeq.

ADDITIO.

a ¶Dedit. Vide ad hanc l.Rom.conſi. 193. incip.negari non poteſt.PVRPV.

SVMMARIVM.

1 *In ſtipulationibus iudicialibus, vbi eſt adiecta pœna,& dies,admittitur purgatio moræ.*
2 *Quæ requirantur ad hoc, vt mora poſſit purgari.*
3 *Vbi ſtatutum diſponit,quod ſeruetur rigor,ibi non habet locum purgatio moræ.*
4 *In Iudęis non habet locum purgatio moræ, cùm illis non ſit ſeruanda æquitas.*
Dictio plures,ad quos facit relationem.
5 *Secundum ſubiectam materiam aliquando appellatione partis venit totum.*
6 *Dictio,plures,hic refertur ad paucos dies.*
7 *Dictio plus, prolata à teſte quid importet,& nu.14.*
8 *Dictio vltra,quid operatur prolata à teſte.*
9 *Probatio nunquam concludit per poſſibile.*

10 *Qui vult rescindere venditionem beneficio.l.2. C. de rescind. vend.debet probare,quod venditio sit vltra dimidiam iusti pretij.*
11 *Quando agitur de probando aliquid certum , & determinatum, dictio, plus,nihil importat.*
12 *Probatio est sufficiens,quando testes deponunt per verbum , & plus, si determinatè non est probandum.*
13 *Probatio dubia nihil releuat.*
15 *Testis,qui deponit per dictionem,& plus,non probat,tamen potest repeti per iudicem,vt dictum suum declaret.*
16 *Dictio,plus,posita in libello,nil releuat.*
17 *Dictio plura à testatore prolata, quid importat.*
18 *Istæ dictiones,plus,minusue,quid importent.*
19 *Si vendo alicui rem pro 10. & illud plus,quod valet ei dono, illa dictio plus,debet intelligi de modico.*
20 *An in pœnis conuẽtionalibus , & extraiudicialibus inspiciatur interesse.*
21 *Vbi est dies,& pœna,an admittatur purgatio moræ.*
22 *Sententia interlocutoria potest per iudicem reuocari.*
23 *Geminata cautio tollit exceptionem non nume.pecu. quæ aliàs permitteretur.*
24 *Interesse expensarum an impediat purgationem moræ.*
25 *Quando committatur stipulatio,& qualiter purgetur.*
26 *Qualiter mora purgetur.*
27 *Aequitate cano.omnes contractus sunt bonæ fidei. quo ad effectum.*
28 *Omnes contractus initi cùm principe sunt bonæ fidei.*

LEX VIII.

ET si post tres. Ista l.habet altam , & subtilem materiam, ex cuius intellectu declaratur materia multarum ll.Et ista lex habetur solenniter repetita per Alber. Bald.& Angel.hic.¶ Prǽmitto, quòd iste tex. videtur decidere vnum,quod cõtinet contrarietatem in se: nam vult tex.quòd reus,qui promisit sistere in iudicio certo die , potest intra modicum tempus lapso illo die purgare moram, & se præsentare in iudicio, dummodo ex mora non sit factum ius actoris deterius:nam videtur absurda decisio,quia si ius actoris non est factum deterius,reus,qui non stitit,non tenetur,q̃ actio ex hoc edicto contra non sistentem tempore promisso , competit ad interesse.l.2.in fin.ff.si quis in ius voc.non ier. Facit.l.2.§.fi.ff.qui satisd.cog.ergo quando ius actoris non est factum deterius,q̃ cessat interesse,& sic actio contra reum ,ergo frustra hic decidi tur,q̃ possit moram reus purgare Frustra enim purgat,si ad nihilum tenet. propter hoc ponuntur in glo.2.in 2.parte duo intellectus.Primus est,q̃ reus in hac l.promiserat sistere certa die sub pœna certa,quo casu quando est promissa pœna, non curamus de interesse.l.stipulatio ista.§.alteri.ff.de verbor.oblig. & §.alteri.Instit.de inuti.stipulat.Et ideo licèt in tex. non fiat mention, q̃ esset pœna promissa , tamen oportet subaudire. *Et iste est communis intellectus.* Alio modo legitur per glo.q̃ in isto text. bene reus promiserat sistere certa die, tamen non adiecerat pœnam.& iste videtur verior intellectus,quia non violat literam, tamen quia non bene respondet difficultati moræ , ideo communiter nõ tenetur. Alijs modis legitur secundum antiquos, præsertim Odofr.hic,q̃ in ista l. non erat promissa pœna, quia est diuinare.Et si dicas,quomodo ergo agitur,si ius actoris non erat factum deterius,& sic cessat interesse actoris? Respondent ipsi, q̃ ius actoris nõ est factum deterius, quo ad causam prin. quia actio prima durabat,sed quo ad expen. prout tangitur in glo. & tunc potest mora purgari. ¶ Venio nunc ad summandum istam l. † In stipulationibus vbi est adiecta dies , & pœna admittitur purgatio morę intra modicum tps,si ius actoris nõ est factum deterius hoc dicit secundum communem lect. Et idem si est adiecta dies,& non pœna. hoc dicit secũdum aliam lect.Nam duas habet lectu.vt in gl. Vel sic,& proprius ad text. Reus , qui fuit in mora sistendi in iudicio ad diem promissam, iuuatur exceptione ,si sistat intra modicos dies , & ius actoris non sit factum deterius, eo quia actio sua per præscriptionem non sit extincta.hoc dicit . Et diuiditur per Bartol.in duas par. prout proponitur q̃,& decis. Secũda est ibi cõsequens est.Tu considera,prout in simili dicit Bal.in repe.l,petens. in prin.C.de pac.q̃ ista lex habet vnum constructum, ideo nõ potest in partes ꝓprias diuidi, sed intellectualiter potes diuidere in tres par. In prima ponitur regula , q̃ in stipulationibus iudicialibus admittitur purgatio moræ. In 2.ponitur prima limitatio,dũmodo purgetur infra modicum tempus. In 3.ponitur secunda limitatio , dummodo ius actoris ex mora non sit factum deterius.¶ †Not.ergo ex hoc text.illa duo,quæ requiruntur ad hoc, vt mora possit purgari,ratio huius text. est quia purgatio moræ fit ex æquitate.l.si seruum.§. sequitur.ff de verb. oblig. Item istæ stipulationes iudiciales,quæ interponuntur ex æquitate iudicis, regulantur secundum æquitatem. vnde intra modicum tempus, quando ius actoris non sit deterius,æquum est quòd illud,q̃ non nocet actori,& prodest reo,concedatur , & sic admittatur purgatio moræ,argum.l.2. §. item Varus. ff. de aqua pluu.arcen.& l.Proculus ff.de dam.infect.& l rescripta.C.si cõtra ius. † Hinc est,q̃ vbi statutum disponeret,q̃ seruetur rigor, ibi nunquam haberet locum purgatio moræ, ſm Angel. in l.si insulam.ff.de verb.obl.quem ibi refert & sequitur d. Alex.post Imol. & idem d. Alex. hic. † Tu ex hoc inferas aliud, quod est nouum dictum meum , q̃ in Iudæis nunquam habet locum purgatio moræ,cùm vt dixi purgatio moræ fundetur in æquitate.Iudæis autem [a] non debet seruari æquitas,sed rigor.glo.est in [b] cap.2.in fin.de iud.q̃ est not.ad multa.¶ Secundò not.ex fi. rex.q̃ purgatio moræ non impedit obligationem ipso iure,sed solum parit exceptionem. Limita vt per Bart.hic circa fin.per l.si insulam.ff.de verb.obl.¶ Capio gl.1.in ver.plures.Ista glo. videretur diuidenda in tres par. prout tria vĩ formare contrariæ Sed tu ex medulla Docto.diuide eã in 5.par.In 1.remouet vnũ contrarium.In 2.ĩdet tacitæ q̃ni, ponendo tres opi. In 3 opponit contra tex & soluit.In 4.formar aliam opi.& soluit.In 5. ad præcedens contrarium vĩ ponere aliam solutio. & verè remouet aliam opi.vt declarat Bar.& ĵ.dicetur.Secunda ibi fortè quarta totius.Tertia ibi,sed hodiè iure nouo.Quarta ibi,ĩtè alia ratione. Quinta ibi, item ſm inducit. ¶ †Ex prima par. habes,q̃ dictio plures,indefinitè posita in tex. non solùm refertur ad paucos,sed etiam ad paucos eiusdem qualitatis, & generis. Et propterea decidit Bald.hic in 11. col. q̃ si statutum dicat, q̃ si aliquis extraxerit viduã, de domo puniatur in mille, & plus, ad arbitriũ dñi Potestatis, [c] q̃ Potestas vigore talis arbitrij non posset facere decapitare,cũ illa dictio,plus, intelligatur de modico pluri in quantitate,& non in alio genere pœnæ , quia cõparatio debet esse de eo.genere,& refert ita determinare Cyn. in l.cùm filius.§.pater.in addi.ff.de leg.2.qui dicit, q̃ ista q̃ fuit de facto Florentiæ.Adde not.Bald.in l.2.in vlt.col.C.de proba. ¶ Limita conclusionem gl.ſm Albe.hic in pen.col. post Iac.de Are.q̃ ex tali relatione resultat absurditas, tũc dictio, & plus non refertur ad modicum tantum.Vnde si statutum disponeret , q̃ qui habet mille in bonis, & plus, teneatur habere equũ ad seruitutem cõitatis,certè dictio, & plus, non restringitur ad modicum,quia etiam teneretur,qui haberet 4.mille. Similiter si statutum diceret,q̃ qui habet 60.ann.& plus excusetur à muneribus,certè dictio,& plus, non restringitur ad modicũ , imò qui haberet ann.90.similiter comprehenderetur.Adde pro ista limitatione illud,quod decidit Bar. in l.si seruus legatus.§.si ita scriptum.ff.de leg. 1.vbi decidit,q̃ si sit statutum in ciuitate,q̃ si Potestas condemnauerit aliquem in plus quàm debet,teneatur ei restituere tpe syndicatus,q̃ etiam si iudex condemnauerit indebitè in tota summa,q̃ tamen tenebitur,arg.illius tex.& l.1.§.hæc verba.ff.si cui plusquam per l.fal.Nam secundũ subiectam materiam appellatione partis aliqñ venit totum. l.virilis. ff.de verb.sign.gl.in l.vxori.in prin.& ibi no.Bar.ff.de leg.3.Secundò limita vt per Bald.in c.literæ.in 3.col. de dila. vbi dicit,q̃ ista text. procedit q̃n dictio , & plus , profertur à l. cuius interpres est iudex,vt ibi per eum. † Ex secunda parte gl.habes ñisum ad tacitam quæstionem,q̃ dictio plures,referatur ad paucos dies. Quot sint isti pauci dies,gl.ponit tres opi. Pro prima bene facit tex.in l.hęc adiectio.vbi refertur ad minusculam, sed alibi minuscula declaratur, q̃ est quarta,in l.si quis in suo. alleg. in glo. Istam reprehendit Bar. quia incertum est,an intelligat̃ de quarta totius dilationis,an de quarta 5.dierum.Secunda opin.q̃ intelligat̃ de duobus diebus vltra text.alleg.per Bar. adde tu text. in c.1.§.quod autem, & ibi no.ad hoc Bal. de notis feu. & text. not.in l.inter illam.§.fi.ff.de verb.sign.vbi est tex.contra opi.vulgarium, q̃ si promitto tibi soluere in diebus illis, intelligatur ĵ. duos dies.& ratio est,q̃a debet intelligi de minori termino,qui propter pluralitatem non potest esse minor duobus diebus. Tertia opin.*communiter tenetur* per text. clarum.in l.si ita quis.§. Seia cauit.ad fi.ff.de verb.obl.& per regulam, q̃ quãdo aliquid non est determinatum à iure , statur arbitrio iudicis. l. 1. § fin. cum simil. ff. de iur. delibe. Iudex autem arbitrabitur attenta personarum qualitate,& locorum.l.continuus.§.cum ita.ff.de verb.obl. ¶ †Quid autem si dictio,& plus,proferatur à teste,puta testes deponunt , q̃ Titius possedit 10.ann. & plus,nunquid illa dictio,& plus,aliquid importet? Bar.se remittit ad gl.in l.ab hostibus.

ADDITIONES.

a ¶Iudæis autem. Adde Lud.Rom.in rub.ff.de accus.in 2. col. iuxta illud, Omni ingenio extorquendum est aurum ab infidelibus, vt in l.2. C. de commer.glo. pen.in c.mandatis.44.distin.gloss.in cle.2.de pœ.& rem.f.In contrarium vide Fel.in cap.2.de iudæ. cui respondet Ias.in l.si insulam.3.not. de verb.oblig. & quod purgatio moræ locum habeat in iudæis, not.Rol.consil. 35.num.52.libr 2.Rip.in l.si insulam.de verb.oblig. BELLAC.

b ¶Cap.2.Imo.Fely.ponit,& contra tenet in d.cap.2. PVRPV.

c ¶Potestatis. Dec.in cap.ex litibus.col.pen.de constit. PVRPV.

hostibus.§.sed quod simpliciter.in glo. magna circa med. ff. ex quibus caus.maio.vbi glo. mouet quæstionem,& non decidit. Bart.dicit se ibi dicturum,& nihil dicit.Gul.de Cun. hic distinguit,q̃ aut testes deponunt per copulam, puta quia dicunt, q̃ Titius possedit 10.ann.& plus,& tunc p̃bant,& dictio & plus, importat augmentum temporis. Si autem deponerent alternatiuè,puta,q̃ Titius possedit 10.ann.vel plus, & tunc nihil importat,propter alternatiuam, quæ incertitudinem importat.l. prætor edixit.§.quod autem.ff.de iniur.& idem tenet Io. And. in cap.licèt causam.de proba. Idem in hoc vlt.tenet Bartol. in l.Celsus.in vltim.colum. ff. de vsuc. *Breuiter communis, & vera conclusio est*, q̃ dictio, [a] & plus, prolata à teste qualitercunque proferatur nihil importat, cùm probatio dubia nihil releuet. cap.in præsentia.de proba.l.non hoc C.vnde leg.& per text.in l.cùm furti.ff.de in litem iur.secundum Cy.in l. si quis in sua.ad fin.& ibi Iacob.de Are.& Bald. C.de inoffic.testam.& idem tenet Albe.de Ro.hic in antepen. colum.post antiquos per eum relatos.Et ita tenent alij, † & Barto. in l.cum filius.§.pater.ff.de leg.2.& in d.l.cùm furti.per illum text.& in d.l. Celsus.in vltim. colum. vbi etiam dicit idem esse, quando testis [b] deposuit per dictionem,& vltra,quòd nihil operatur.Io.Calde.do.Anto.de Butr.& alij in cap.literæ.de dila.do.Anto.de Butr.& Imol.in capit.licèt causam.de proba. † Facit regula Bald. in l.ad probationem.C.de proba.q̃ probatio nunquam concludit per possibile,sed debet concludere per necesse, & per probabile. Et si dicas,quæ est ratio diuersitatis,q̃ dictio,& plus, plata à l. aliquid importat,vt hic,secus si proferatur à teste? Respondet Bald.in d.cap.literæ.3.col. quia in teste non supponit determinato modo pro aliquo pluri.d.l.cùm furti.Ideo nihil operatur,sed quando profertur à l. indeterminatè supersest minister legis, scilicet iudex,qui habet determinare l.1.in fin.ff.de iu.delib.Facit quod dicam.j.in tertia limit. † Fortius,sed singulariter Bal.in l.2.pen. colum.C.de rescin.vend.expressius Imol. in cap.penult.vlt.col. de emp.& ven. q̃ dicũt qui vult rescindere venditionẽ beneficio d.l.2.debet probare,quod deceptio sit vltra dimidiam iusti pretij,vnde si aliquis vendidit domum pro quingentis ducatis, & probat per testes, quòd tempore venditionis valebat mille ducatos & plus,iste nõ obtinebit,q̃a ista dictio,& plus, prolata à teste nihil operatur,vt prædixi.Sequitur do.Alexan.in consil.392. [c] quod incip. viso processu causæ verten. inter Anto. in pen.col. [c] Contrarium tenet Sal.in d.l.2.in 15. col. quem simpliciter sequitur Alex.hic sibi contrarius, quia sufficit vnus denarius plus, vt per plura probat in d.l. 2. in 12. q. dixi in Auth.
1 qui rem.C. de sacrosanct. eccles. † Ego vltra alios teneo cõtra Bald.per alia tria fundamenta, quæ mihi stringunt. Primò per notabilem doctri. quæ habet,quòd quando agitur de probando aliquid certum,& determinatum,tunc dictio, & plus,nihil importat.Ita loquitur conclusio Doct.s̃.relata,sed quando sufficit probare aliquid incertum, & indeterminatũ, tunc dictio, & plus,bene probat. vt est quando duo contendunt de possessione, ille debet obtinere, qui probauerit de antiquiori possessione,nec requiritur determinatum tempus,l.si duo. & ibi Bar. ff. vti poss.c. licèt causam. de proba. Ideo si vnus probaret per testes,q̃ possedit 10.ann. Alius verò probaret per testes,q̃ possedit 10.ann.& plus,vel 10.ann. & vltra, iste secũdus præfertur. Ita dicit Bal.hic in lect.antiq.& melius in repet.in 17.col.& per text.in cap.causam,quæ inter œconomum.de test.de quo text. statim.j.dicam.Nam etiam tenet Albe.& Bald.in d.l.cum furti.sed ita est in casu nostro, ad hoc, vt quis obtineat rescissionẽ venditionis,per d.l.2.sufficit, q̃ venditio sit vltra dimidiam iusti pretij.& illud vltra,vel plus non est determinatũ à iure.ideo si testes deponunt per dictionem,& plus, probabunt. & ita etiã dicit Bal.in l.ab hostibus.§.sed quod simpliciter.in pen.col. ff.ex quib.caus.maio.vbi dicit,q̃ dictio, & plus,prolata à teste operatur,quando momentum temporis faceret prævalere probationem,vt in interdicto vti pos.vbi præfertur antiquior possessor.c.licèt causam.de proba. ¶† Secũdò alleg.in terminis optimum tex.in c.cum causa.de empt. & vend.iuncto.c.cum causa,quæ inter œconomum.de testi. quæ iura ponunt eũdem casum:nam ibi probatum fuerat per testes,q̃ monasterium erat deceptum vltra dimidiam iusti pretij, & aliter non erat dictũ, quantum esset illud vltra,nihilominus lata est sententia pro illo monasterio secundum d.l.2.& tamẽ dictio,& vltra,cùm nihil certum ponat, nihil probat sicut nec dictio, & plus, secundum Barto.in l.Celsus.in vltim.colum.ff.de vsu. not. Bald.in c. literæ.per illum text.in 1. & 3.colum.de dila. & in d.capit. cùm causa.vbi dicit melius esse expressum,quã alibi in iure. Et propterea d.Fran. de Are. quamuis de prædictis non faciat mẽtionem in d.c.cùm causa, quæ inter œconomum.in 4. no. not. q̃ ibi est tex.sing perpetuò tenendus menti.¶ Pro limi.conclusionis Doctorum, qui dicunt q̃ si testes deponant Titium possedisse 10.annis,& plus,vel 10.ann. & vltra, q̃ in eo, q̃ dicunt, & vltra,nõ probant.nam est verum,quando testes habent deponere aliquid certum,& determinatum.sed quando non requiritur q̃ determinatè probetur,vt ibi,satis est probare quòd deceptio sit in plus dimidia iusti pretij,tunc probatio non censetur obscura imò sufficiẽs. ¶† Tertio moneor,quia regula,quæ habet q̃ probatio dubia nihil releuat,vt prædixi,est verũ quando talis probatio nihil concludit,sed quando necessariò alterũ duorum cõcludit,quorum alterum sufficit,tunc probat. [e] Ita tenet d.Anto.de Butr.in c.plerunque.ad fi.& in c.ex parte,in 3. col.de reser.per text.in c.per tuas.qui filij sint leg.imò not.tenet Io.And.in c.1.de pac.in 6.& ibi Gemi.in vlt.col.quòd probatio dubia,q̃æ concludit in quolibet intellectu, prodest probanti, vt pro eo sit ferenda sententia, ex quo omnimodo est verificabilis,quo ad intentũ probantis.Refert d.Alex.in l.Gallus.§.eius. in 3.col.& seq. ff. de libe. & posthum. & in l.inter stipulantem. §.1.in vlt.colum.ff.de verbor.oblig.vbi per hoc not.infert, q̃ si accuso Titium de homicidio, & probo per testes, qui dicũt q̃ Titius commisit illud homicidium cum ense, vel cum claua, q̃ ille debet puniri de homicidio,quia qualitercũque occidat,
14 reus est homicidij. ¶† Ex prædictis recollige notabilem limit. ad conclusionem Docto.s̃.relatam,q̃ dictio, & plus,prolata à teste nihil importet, est verum quando agitur de probãdo aliquid certum, & limitatum, secus quando sufficeret probare aliquid incertum, & indeterminatum. ¶ Secundò limitat not. Bald. hic in 9. col. quando testis deponeret per aduerbium, & plus,tunc nihil probabit.secus si testes deponerent per nomen, puta quia probarent,q̃ Titius possedit 10.ann.& pluribus,tunc valeret,& p̃baret de 12.ann.quia illud plurale,& pluribus, verificatur in duobus,per l.vbi numerus.ff.de test.Refert, & simpliciter sequitur d.Alex.hic.facit glo.not.in §.& sepè,in vers.filiorum.in Auth.de trien.& semis.quam Angel. ibi ad hoc notat, quæ vult q̃ dictio pluribus,intelligatur de duobus, sed dictio plurimis,intelligatur de tribus. Ego teneo contra istam limit.& allego Bal.in terminis,qui tenet contrarium in repe.huius l.in 17.col. q̃ siue proferatur per aduerbiũ, siue per nomẽ, pluribus, nihil importet, quia est dubia probatio, vt s̃.dixi. & ita refert tenere Franc.de Rampo. hic. ¶ Secundò moneor per text.in l.cùm furti.ff.de in lit.iur. vbi profertur nomen pluris,& tamen nihil importat, & ibi pars,cui defertur iuramentum,habet vim testis.l.fin. C. de fideicom. Præterea sicut dictio pluribus,prolata à teste intelligeretur de duobus,ita dictio plus, vel pluris, deberet intelligi de vno, & sic deberet dictum valere,
15 quod est contra prædicta.¶† Tertio limita,quòd licèt quando testis deponit per dictionem, & plus, non probet per prædicta, [f] poterit tamen repeti per iudicem, vt dictum suum declaret,per reg §.illud.in Auth.de testi.Idem limitat Lud.Rom.hic in 2.col.ad fin.Tu alleg.text.not.in cap.cum causam,quæ inter œconomum. de test. vbi nedum ijdem testes, sed alij possunt
16 induci ad hoc declarandum. † Adde etiam prędictis,quòd similiter dictio,& plus,posita in libello nihil operatur.cap.literę. de dila.dicit tamen notab.Bald.in l.in actione,per illum text.ff. de furt.q̃ licèt dictio, & plus, prolata in libello nihil operetur, tamen non vitiat libellum, nisi opponatur à parte,per regulã.
17 l.1.in fin.C.de anna.excep. † Quid si proferatur à testatore,q̃d
18 importet?habes text.in l.cùm filius.§.pater. ff. de leg. 2. † Quid de dictione plus minusue?dic,quòd nihil operat̃, puta, si mercator in literis suis p̃fiteatur se recepisse cẽtũ ducatos plus minusue,text.est in l.Publia.§.fin.& ibi not.Barto.ff.depos. Bal.in rub.C.eod.in 6.quæstio.& similiter si in libello actor petat centum,& plus, & minus, prout verificabitur in processu. de quo vltimo dic,vt per Bald. in repe.l.edita.in 33.col. C. de eden.de dictione paulo plus, habes text. in l.1.§. pueritiam ff. de post.
19 † Et quid si vendo rem pro 10.& illud plus quod valet tibi dono, illa dictio, & plus, debet intelligi de modico, secundum Bald.in 10.colum.Tu vide Bartol.in l.si quis cùm aliter.in fi.de verbor.obl.cum multis concor. signatis per Alex. hic, & ibi de multis alijs similibus dictionibus,per quas testes deponunt,vide p̃ Albe.hic in antepe.& pen.col.& per Lud.hic.in 2.col.¶ In 3.parte.gl.Tene sed̃am fol.quę vera est. Ratio diuer.potest esse duplex.

ADDITIONES.

a ¶Dictio & plus,prolata à teste nihil importat. Adde hoc verum,quando agitur de probando aliquid certum,& determinatum, alias bene probat, vt per Ias.hic colum.sequen.

b ¶Quando testis. Adde Bart.in l.Celsus.ff.de vsu.

c ¶In consil.Imò est in lib.4.consil.109.in dubio.col.pen.circa fi. PVRPV.

d ¶Pen.col.Fely.in c.pastora.col.3. de rescrip. PVRPV.

e ¶Probat.Et de hoc latè Dec consil.218.col.2.parte 2. PVRPV.

f ¶Prædicta Facit Innocen.in cap.cum clamor.de test. Dec. in cap.1.in 4. not. de iudi. PVRPV.

duplex.Prima est secundum Barto quia difficilius est alium sistere, quàm seipsum, & ita intellige.l.fideiussor si pro cuictione. secundam vnam lect. glo. ibi.ff.de excep.doli. Secunda ratio est,quia fideiussor alieno morbo laborat,ideo ei facilius indulgetur,arg.l.legem.C.de na. lib. secundum Bald. hic in repe. in 7.col.& Raph.Fulg.& idem dicit Bart.in l.si insulam.in 3.col.
20 ff.de verb.obl.¶†In 4.parte gl.quæ est ibi.Item alia ratione.habet duos intellectus ad tex.Primus est,q̃ ista l.debet intelligi de necessitate, qñ in stipulatione est adiecta certa pœna. hoc ideo dicit gl.quia quamuis non sit factum ius actoris deterius,& sic quamuis in hoc text. non interesse actoris, tamen vbi est pœna adiecta,non curatur de interesse.l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de
* verbor.obl. Tu aduerte,q̃ licèt *Bart.& communiter cæteri ita transeant*,istud non vr̃ bene dictum,quòd licèt in pœnis conuentionalibus,& extraiudicialibus non inspiciatur, an interest d.§.alteri.& l.2.§.fin.vbi Bart. & Moder.ff.de verb.obl.tamen in pœnis iudicialibus bene inspicitur interesse.text.est non violando literam in l.2.in fi.& ibi Angel. ad hoc not.ff.si quis in ius voc. non ie.& Bald.hic in 13.col.licèt gl. & Bart. ibi videantur facere dif-
a ferentiam inter mulctam, [a] & pœnam.& Moder.in l.2.§.fi.ff.de verb.obl.de quo etiam per gl.in §.alteri.Insti.de inuti.stipu. Præterea magna diuinatio est ad istũ tex.q̃ hic esset adiecta pœna. Nam promittere pœnam est facti.l.consilio.ff.de cu.fu.& facta non præsumunt̃, nisi probentur. l. in bello. §. factæ. ff. de cap. ¶Præterea,& tertiò iste text.loquitur simpliciter,sed in dubio qñ quis promittit simpliciter sistere in iudicio, intelligitur promittere interesse si non sistat,non autem pœnam.l.2.§. fi. cùm glo.s̃.qui satisd.cog.& l.2.§.fi.s̃.si quis in ius voc.non ie.¶Item præsuppositio,q̃ esset promissa certa pœna,& hoc modo euaderetur cõtrarium formatum in gl. certè obstaret alia difficultas,quia vbi est dies, & pœna, ibi non admittitur purgatio moræ.l.traiectitiæ.§.de illo.ff.de act.& obl.alleg. in gl.tamen Barto. rñdet,prout etiam rñdet j̃.in gl.q̃ illa regula non habet locũ in stipulationibus iudicialibus, per rationem de qua hic per eum. Et dum Bart. hic alleg.l.si cùm dies.ff.de arb. Illa nihil facit,debuit allegare.l.Celsus.ff.de arb.Considera etiam,dum fundat se per l. iudex posteàquam.ff.de re iudi.q̃ ista sua ratio videtur debilis, quia d l.iudex.procedit in delegato, vt ibi tangitur in glo. Non pono tñ pro constanti,& ita d.l Celsus,habet varios intel
21 lectus.de quibus per Alex.in d.l.si insulã.ff.de verb. obl.† Ang. tenens opi. Vltramontanorum,quam etiam tenet Raph. Fulg.
b hic,q̃ imò vbi est dies, & pœna admittatur purgatio moræ, [b] per istam l.dat peregrinum intellectum, qui semper mihi placuit ad d.l.traiectitiæ.§. de illo. q̃ in illo text. fuit duplex mora, vna per lapsum diei, alia per interpellationẽ expressam, vt ibi cantat litera, quæ interpellatio expressa verisimiliter fuit post lapsum diei,alias fuisset incongrua. Ideo duplex mora, & sic geminata interpellatio impedit purgationem moræ in illo tex. cùm duo vincula magis operentur, quàm vnum. in Auth.de vteri.& consan.fratrib.in prin.Istum intellect ponit Ang.hic,& in l.si insulã.ff.de verb.oblig.quem simpliciter sequitur Paul.de Cast.in 3.col.ad fi.& Lud.Rom.hic,& in d.l.si insulã, & in con
22 sil.253.in 3.dubio.† Pro isto intellectu adde duo bona similia. Primò,q̃ licèt regula sit,q̃ sententia interlocutoria possit p̃ ipsum iudicem reuocari.l.q̃ iussit.ff.de re iud.tñ geminata interlocutoria reuocari non potest.gl.est sing.iuncto tex.in cle.fin.in
23 verſ.super ea.de appel.¶†Secundo similiter geminata cautio
c tollit exceptionem non numeratæ pecuniæ, quæ aliàs permitteretur.gl.est notabilis.in l.in contractibus.§.sed tantum.in versicu.opponi.in princ.& ibi Bald.& Angel C.de non nume.pec. Ioan.And.in addi.Spec.in titu.de donat.inter vir. & vxo. super rub.cir.fin.d.Abb.in cap.si cautio.in fin. de fid. instrum. Ludo. Roma.in l.si vero.§.de viro.in 31.fall.ff.sol.matr.Ad idem bene facit text. in simili in l. vnica. C. de plus pet.Istum intellectum Angel.ad d.§.de illo.reprobat Laud.hic,quia diuinat,cùm tex. in d.§.de illo.non aperiat de duplici interpellatione,sed de vna. Sed considera,si potest probari,q̃ imò ibi interceſſit duplex interpellatio:nam ibi in text.erat dies expressa.Item ibi text.dicit q̃ interuenit expressa interpellatio hominis,tunc sic. Aut iste interpellauit ante diem, & interpellatio in effectu est nulla.l.1. in fin.ff.quando dies vsusfru.leg. ced. quia totam diem integrã habet oportet ergo dicere,quod interpellauit post lapsum diẽ ad soluendum, ergo necessariò fuit duplex interpellatio, vna tacita per diem,alia expressa per hominem. Nisi dicas, quòd interpellatio hominis potuit fieri in fin. diei. ¶Secundus intellectus glo.est,quòd ista lex non intelligitur, quãdo fuit promissa pœna, quia esset diuinare, sed intelligitur quando reus simpliciter promisit sistere,quo casu intelligitur promissum interesse, si non sistat.l.2.in fin. ff. si quis in ius voc. quàmprimum in vno actu non sistit, committitur stipulatio ad totale interesse totius causæ.l.2.§.fin.vbi dixi.ff.qui satisd.cog. Vnde ad euitandum istam obligationem ad totalem interesse, quando reus non sistit die promissa, necessaria est purgatio moræ, quæ admittitur infra paucos dies, vt hoc text. Et si dicatur, si actoris ius non est factum deterius,& sic nihil interest,in quo seruit ergo ista lex, quòd mora purgetur? Respondet gloss. quod licèt actio non sit extincta, tamen potest interesse actoris propter aliud, scilicet propter expen. quas fecit, nihilominus tales expensæ non impediunt moræ purgationem. Et si dicatur, q̃ sit iniustum, quod actor in talibus expensis damnificetur. respondet gloss. quòd prouidetur actori per aliam viam, scilicet actione in factũ ex edicto.s̃.si quis ius dicen non obtem qñ iussus à iudice non comparuit. Quod autem interesse expen. non impediat purgationem moræ, probatur à contrario sensu huius text.qui vult, quòd solùm impediatur mora purgari, quando ius actoris est factum deterius, & sic actio est extincta. Ista est substantia,& mens gloss. Et si dicatur,quòd imo qualecunque interesse impediat purgationem moræ, ne alia pars sit in damno.l.Celsus.§ fin.cum l.sequen. ff. de arb. quia iura non requirunt,quòd ius totale sit peremptum,vt impediatur purgatio moræ.l.si ita quis.§.Seia.ff. de verbor. obl. Respondetur, quòd illa iura loquuntur in extraiudicialibus, in quibus nisi impediretur moræ purgatio, non esset actori alio remedio succursum: sed in casu nostro prouidetur alio remedio, scilicet actione in factum, vel officio iudicis,per titulum. ff si quis ius di.nõ obtem.Istum intellectum reprobat Bart.quia si ob morã committitur stipulatio de iudicio sisti ad totale interesse, per consequens etiam ad æstimationem eius, ad quod dabitur prima actio,vt prædixi. Frustra ergo expedit morã purgare quo ad primam actionem,quia per istam stipulationem de iudicio sisti tantum dabit,quantum per primam daturus esset. Paul.de Cast.hic sustinendo secundum intellectum gl.dicit,quòd purgatio moræ potest multum prodesse, quo ad fideiussores, qui in 2. stipulatione de iudicio sisti interuenerunt, & nõ in prima. Item potest esse vtilitas,quando prima obligatio consisteret in dando certam speciem,vel implendo certum factum, & reus vult potius soluere rem,vel implere, quàm soluere æstimationem, ad quàm secunda obligatio contrahitur.tamen Alexan. hic conatur infringere, quem vide, quia est subtilitas modicæ vtilitatis.¶Capio gloss.mag.in verſic. exceptione. Ista glo. habet duas partes principa. prout examinat duas difficiles mate-
24 rias.Secunda ibi,ea commissa.¶†Prima materia est,quãdo stipulatio committatur. Secunda,quando stipulatio est cõmissa qualiter purgetur mora. Circa primam dic diffiniendo, quòd committere stipulationem est obligationem purificari, ita q̃ illud,quod est in stipulatione deductum,possit efficaciter peti. & in isto quando stipulatio est pura,& simplex res est clara, vt in glo.quando verò est pœnalis,glo.considerat tres casus.Aut incipit à præcedenti conditione. Aut incipit à conuentione nuda.Aut à conuentione vestita per stipulationem, quæ omnia latè prosequitur Barto.in l.ita stipulatus,magna.ff.de verb.obl.
25 ¶†Secunda materia glo.est qualiter mora [d] purgatur: purga-
d re moram est emendare negligentiam ante commissam, taliter quòd reus effectualiter constituatur in eo gradu, *in quo* erat ante moram.l.si seruum.§.sequitur. ff. de verbor. obligat. gloss.in hoc recitat tres opin.& tenet secundam. Dyn. reduxit hanc materiam ad 4.combinationes. Prima est,quando promissa est dies,& pœna. Secunda quando est dies, sed non pœna. Tertia est ècontra, quando est pœna sed non dies. Quarta, & vlt. quando non est dies nec pœna. & ista omnia latè habes per Barto.Angel. & Moder.in d.l.si insulam. Quantum ad primam,quæ est de materia huius.l.Bartol.& communiter Cramontani ponunt regulã,q̃ vbi in promissione est dies expressa,& pœna certa,ibi non admittitur purgatio moræ.Ista regu-
e la fallit in multis casibus [e] enumeratis per Ludo.hic in antepe. col.&

ADDITIONES.

a ¶Mulctam. Adde Specul.titu.de senten.prolat.in §.species.verſ.est & quæri species. Aret.in cap.statuimus.15.quæst.1. Card.in cle.2.§.inquisitionibus, a 2.quæstio.de hære.

b ¶Purgatio moræ.Et pondera hic esse glo. q̃ in iudicialibus admittatur purgatio moræ,ẽt vbi dies est, & pœna, & concurrit contumacia, & contemptus iudicis, q̃ tamen non procederet quando iudex condemnasset ad mulctam. arg.l.eos in fin.C.de mo.mul.& quia quando est facta executio à lege,nõ purgatur mora l.qui ob rem,& ibi Bart.ff.de condi.indeb. PVRPV.

c ¶Cautio.Adde Bart.in l.cum scimus.C.de agr.& cens.lib.11. Lud. Roma.in l. nuda ratio.ff.de donat.

d ¶Mora.Adde gl.mag.in l.mora.ff.de vsu.Cyn.in l.in minorum.C.in quib.cau. in integ.restitu.non est necess. Doct.in l.q̃ te.& in l.vinum.ff.si cert. pet. Bart. in l.si insulam.ff.de verbor.oblig.

e ¶Declara,vt per Rip.d.l.si insulam.nu.43.Bald.in l.cum allegas.col.4.in prin. C.de vsu.Catella.ver.mora. Et q̃ de æquitate Can.semper admittatur purgatio moræ,no.Rip.respon.107.nu.13. Quam conclu.latius declarat in l.fi.nu 100.& seq.C.de reuo.donat. MASVER.

col.& duab.seq.& per Moder.in d.l.fi'insulam. nam non omit
to (quod valde not. est) quod dicta regu. non habet locum in
contractibus bonæ fidei. Ita limitat signanter Bald.in l.cùm al-
leg.in 6.oppo.C.de vsur.per text.not.in l. Lucius.in vers.neque
hæres,à contrario sensu.ff.de act.empt. Refert,& vbique sequi
tur Paul.de Castr. hic, & in d. l. Lucius.& in d.l.si insulam.licèt
dicat, ꝙ aliàs dum habuisset istam quæstionem de facto Flo-
rentiæ,& ostenderet authoritatem Bald. non tamẽ potuit ob-
tinere. Tu considera, ꝙ si ista limitatio est vera, sequuntur ex
ea duo notabiles effectus. Primus est, ꝙ in contractibus initis
cum aliquo principe,quamuis ibi sit apposita dies, & pœna,ta
men admittitur purgatio moræ post lapsum diei ad euaden-
dum pœnam, & hoc potest esse valde vtile in practica in datia
riis, qui in contractu promisissent soluere Principi tali die sub
26 tanta pœna. † Nam omnes contractus [a] initi cũ principe quan
a tum ad effectum censentur bonæ fidei.& singu. dicit Bal.in tit.
de pa.consti.in §.si qua verò.vbi ita not.per illum text. in versi.
27 bonæ fidei. ¶†Secundus effectus resultat,cùm de æquitate ca-
nonica omnes contractus sint bonę fidei quantum ad effectũ,
secundum Bald.in cap. 1.in vlti.col.de mu.pet. quia dicit Bald.
ꝙ non meminit de iure canon. in aliquo text. notasse differen-
b tiam substantificam inter contractus bonæ fidei [b] & stricti iu-
ris.Istam limit.reprehendunt Imol. & communiter Moder. in
rep.d.l.si insulam.in 31.col.& Raph.Fulg.& d. Alex.& latè idẽ
d.Alex.consil.105.lib.3.quia deberet esse potius totum ècõtra,
cùm in contractibus bonæ fidei maior fides, & obseruantia de
beat præstari,quàm in contractibus stricti iuris,vt patet per l &
eleganter.in prin.ff.de donat.& l.3.§.fin.ff.pro soc.iuncta.l.dolo
vel metu.C.de inutil.stipu.Item patet per l.mora.§.in bonæ fi-
dei.iũcta.l.videamus.§.si actionem.cum seq.ff.de vsu.Ad.l.Lu-
cius.allegatam per Bald glo.ibi in ver.exhibuit.subaudit dictio-
nem maximè.Ista responsio nihil valet. respondent ergo Mo-
der.s. alleg.ꝙ ibi non debet sumi arg. à contrario sensu,quia su
meretur ex his,quæ narrata sunt in themate non ex decisione,
quod non est licitum,vt est gl.not.in l.vnica.in 3.intellectu. vbi
latè dicam.C.quando non peten.par.Ista responsio etiam non
valet,quia imò ibi sumitur arg.à contrario sensu in decis.vt pa
tet in ver.neque hæres. Tu tene contra hanc limitationem,eo
quia purgatio moræ fundatur in æquitate.l.si seruum.§.sequi-
tur.ff.de verb.oblig.& vbi cessat æquitas,ibi cessat mora,prout
dixi in text.Modo maior ęquitas exuberat in contractibus bo-
næ fidei,quàm stricti iuris,vt per Bartol.in l.4.§. Cato.in 3. & 5.
oppo.ff.de verb.oblig. fi ergo in contractu stricti iuris, vbi mi-
nor est æquitas,tali casu non admittitur purgatio moræ, mul-
tominus admittetur in contractibus bonæ fidei, vbi est dies,&
pœna. Ad.d.l. Lucius.ego aliter respõdeo,& dico,quòd ibi po
nitur casus singu. nondum ad hoc per alios ponderatus,ꝙ vbi
est dies,& pœna,etiam si in conuentione sit actum,quòd nisi in
totum impleatur,committatur pœna, tamen quando pars cõ
tractus est impleta,de æquitate admittitur purgatio moræ,ca-
sus est ibi ad hoc sing. & ita ibi videtur se fundare text.in pluri-
bus locis,in quibus loquitur cum misterio,qñ pars contractus
est impleta,& præcipuè in princ.decis.ibi,neque eius hæres reli
quam materiam.Et ratio illius deci.est,ne creditor habeat par-
tem rei principalis, & etiam totam pœnã,propter hoc ibi ad-
mittitur purgatio moræ, & istum credo esse verum intellect.il
28 lius text. † Ad aliud autem quod dicit Bald.ꝙ de iure can.om
nes contractus sunt bonæ fidei,quia de iure can.nullus text.fa-
cit istam differentiam. Credo ꝙ non bene dicat,quia quando
aliquid est clarè decisum de iu. ciui. & contrarium non est de-
cisum de iu.can.& non sumus in materia spirituali,nec in ma-
teria peccati,stamus iuri ciui. etiam in for.can. ne inducatur di
screpantia inter ius ciuile,& ius can. Ita dicunt Cano.præcipuè.
d.Abb.in cap.fin.extrà de solu.in cap.1.& 2.de oper.nou.nunc.
in l.priuilegia.C.de sacrosanct.eccles. nec esset verus effectus.s.
dictus,arguendo à speciali c.potuit.de loca.iunctis not. in cap.
suam. de pœ. Iason Paduæ.

A D D I T I O.

¶Adde eundem in l.si insulam.nume.17.de verbor.oblig. Crem.sing.36. Are.
in §.fin.instit.quib.mod.test.infir. Dec.consil.290.colum.1. Catel.versi. Con-
tractus. PANCIR.

¶Bonæ fidei. Adde glo.in c.cum vener.de exc.do.inci.vlt.de præscrip.

L E X VIII.

SI seruus. Quando principalis est inhabilis ad sistendum, non valet pro-
missio de sistẽdo,nec quo ad principalem,nec quo
ad fideiussorem. hoc dicit.

S V M M A R I V M.

1 *Negatiua postposita signo vniuersali, facit æquipollere suo contrario.*
2 *Pluralitas respicit vnum, & eundem effectum, licèt communem plu-
ribus.*
3 *Implere pro parte illud, quod est in conditione, an & quando sufficiat,
ad hoc, vt quis consequatur legatum, vel promissum.*
4 *Quando datio, vel factum est in obligatione, an solutio, vel implemen-
tum partis aliquid operetur.*
5 *Obligatio dandi quando consistit in genere, tunc solutio partis non indu-
cit liberationem in parte.*
6 *Solutio partis de sorte principali nihil operatur, & nihil diminuit de
obligatione pignoris.*
7 *Emphyteuta si sint plures, vel vassalli, vel plures hæredes vnius, &
vnus hæredum non soluat canonem, vel committat felloniam contra
personam domini, alij non, an de rigore tota emphyteusis, & totum feu
dum incidat in commissum? vide huius limitationem nu.8.*
9 *Pœna, quando est adiecta facto indiuiduo, tunc solutio partis nihil ope-
ratur, quin pœna committatur in totum. & nu.10.*
11 *Pœna committitur contra omnes in extraiudicialibus, si contrauenia-
tur per vnum.*
12 *Difficultas an impediat, vel tollat obligationem.*

§. Si plurium. Stipulatio iudicialis plura conti-
nens, & in parte non impleta, est
mero iure indiuidua,quo ad commissionem pœnæ,licèt non
de æquitate,& in effectu, hoc dicit. ¶Vel sic planius; Qui plu-
res seruos vna stipulatione sistere promittit,omnes sistẽdo pre
ter vnum de rigore iuris incidit in totalẽ pœnam,sed de æqui-
tate,& in effectu tenetur solùm pro parte illius.hoc dicit.Adde
text.in l.qui duos.s.in ius voc.vt eant. & ea quæ ibi dixi. & text.
in c.defleat peccator. cum glo. de regu.iur. ¶Capio gl. in vers.
omnes statos,quam diuide in duas partes.In 1.opp.contra tex.
& soluit.In 2.colligit ex text.not. & contra illud oppo. & non
1 sol.secunda ibi,item est hic arg. ¶†In 1.parte opp.sic;nam ne-
gatiua postposita signo vniuersali facit æquipollere suo con-
trario,& sic vniuersali negatiuæ. Vnde ista,omnem statum nõ
esse,æquipollet huic,nullum statum esse.l.legitimos.§.an ergo.
& ibi glo.& Barto.ff.de leg.tut.& l.obligari. in princip. & ibi gl.
& Bar.ff.de auth.tut.Tunc sic, quãdo oratio vniuersalis in vno
solo est falsa,in totum redditur falsa. l. si is qui ducenta.§.vtrũ.
ff.de reb.dub.Glo.respondet ad primum,ꝙ hic in tex. debet es
se negatiua ante signum vniuersale,non autem post. quo casu
quando negatiua præcedit,æquipollet suo cõtradictorio.l.græ
cè.§.illud.ff.de fideiuss.declarat Bart.in extrau. ad reprim.in ver.
nonnullæ.Nam si dico,non omnes homines currunt,significa
tur,ꝙ aliqui currunt,aliqui non.& ita intelligitur hic, quia iste
aliquos sistit aliquos non.Ad fm mndet glo.quòd in d.§.vtrum.
est vniuersalis affirmatiua,hic est vniuersalis negatiua. Ista sol.
non est bona,imò debet esse totum ècontra,per illud quod di-
cit gl.solennis.quam Bart.ibi multum not. in l. hoc genus.ff.de
2 condi.& demonstr. ¶†In vltim.parte glo.distingue, ꝙ hæc plu-
ralitas respicit eundem effectum, licèt cõem pluribus, videli-
cet, ꝙ isti plures serui sistantur pro vna causa noxali, ideo ista
pluralitas non resoluitur in singularitates, vt hic, & in l.quãuis.
C.de impu.& alijs subst.it. sed quando pluralitas respicit diuer
sos effectus,puta respicit diuersa legata, tunc resoluitur in sin-
gularitates,vt probatur in iuribus præalleg.Ita distinguitur per
* Barto.& *communiter per Docto.hic.* [a] & in d.l.falsa.§.fin.ff. de con-
a di.& demõstr.per Bar.in l. 1.C.de condi.insti. & latius in l. pen.
C.de impu.& alijs subst.de quo etiam per glo.in cap.vt priuile
gia in fi.de priui. & in c.2. de referip. & vide in hoc mirabilem
decis.in feudis per d o. Sig. de Homo. in consil.18.quod inci.D.
Marchio Montisferrati.in 4.colum. ¶Capio gloss mag.in ver.
exceptione. Ista glo. secundum Barto.habet multum iuris, &
est difficilis in tantum,quòd dicit Raphael.Fulg.hic. quòd ista
materia est pelagus sine fundo. ¶Diuide eam magistraliter in
tres partes.In 1.tractat de his,quæ sunt in conditione,quo casu
soluens, vel faciens tendit ad acquirendam actionem de no-
uo.& in gl.quæritur an, & qñ implementũ conditionis in par-
te aliquid operetur.In 2.gl.loquit de his,quę sunt in obligatio-
ne purè,quo casu soluẽs,vel faciẽs nihil aliud ꝙsequit q̃ libera-
tionem

A D D I T I O.

2 ¶Adde text.in l.qui concubinam.§.Stichum.de legat. 3. idem etiam dicẽdum
est ècontra, ꝙ singularitas resoluat in pluralit. sed resolutio plural. in singu-
lar.non fit ex proprietate sermonis,& tunc demum locum habet, quando nõ
potest remanere in propria significatione,quin sequatur absurdũ, vt pulchrè
differit Euer.lib.Arg. loco à vi numeri.vbi inter alia,ꝙ quando pluralitas est
de forma,vel essentia actus,ibi non pôt fieri resolutio plural.in singul.Quan
do autem verba pluralis numeri verificentur in vno, scribit Dec. consil.50.
471.nume.8.consil.362.377.484.532.nu.6. MASVER.

tionem ab obligatione,qua tenebatur. In 3 gl.loquitur de his, quæ ſunt in obligatione, & diſpoſitione, & reſpectu ſui, ſed in conditione reſpectu acceſſorij, & ſic reſpectu ſecundariæ obligationis,puta pignoris, vel pœnæ, quo caſu adimplendo principale facit deficere conditionem, ſub qua pœna erat promiſſa. Et iſte caſus propriè pertinet ad materiam iſtius.§. Secunda ibi.ſecundo caſu. Tertia ibi,& hoc in principalibus. Vt ergo intelligatur in vnaquaque parte,quare glo.talem materiam poſuerit, formabo pro introitu vnam oppoſitionem in qualibet parte. In 1. ergo parte principali oppono contra text.quod ſi aliquis promiſit iſtituere tres ſeruos in iudicio ſub certa pœna,& non ſiſtat niſi duos, quod illud nihil debeat prodeſſe, nec ipſo iure, nec in effectu. & oppono de l. cui fundus. ff. de condi. & demonſtr.vbi ſi teſtator legauerit mihi fundum,ſi ego dedero 10. hæredi ſuo, pone quòd dederim nouem,certè eſt perinde, ac ſi nihil dediſſem,& mero iure,& in effectu,quia ego per hoc nullam actionem habeo, nec in parte, nec in toto fundo legato.Glo. pro ſolutione vult dicere, quod iſti ſunt caſus diuerſi. nam in d.l. cui fundus. loquitur text. quando illud, quod erat dandum,erat in conditione, & ſic implebat conditionem, vt conſequeretur legatum,vel promiſſum. Vnde non ſufficit implere pro parte.ſed in iſta l.illud, quod implebatur, erat in obligatione, & implebatur iſto fine, vt faceret deficere conditionem pœnæ,& ſic eſt diuerſa materia.¶†Hinc ſumpta occaſione glo.in iſta prima parte examinat, an & quãdo ſufficiat pro parte implere illud,quod eſt in conditione,ad hoc vt quis conſequatur promiſſum, vel legatum.ex iſta diſtin. habes colligere quatuor cõcluſ. ¶ Prima concluſ.eſt,quòd quando illud qd eſt in conditione venit implendum ad vnum implementum partis, nihil operatur quantum ad producendum actionem, iuribus alleg.in glo. Sed bene quãtum ad exceptionem,vt hoc text. in quo vltimo dic melius, vt per Angel. & Moder. hic.
¶Secunda concluſ.eſt,quòd quando id, quod eſt in conditione,eſt implendum à pluribus,tunc particulare implementum debiti pecuniarij fieri poteſt, & producit actionem pro parte implentis.d.l.cui fundus.& eſt text.not.in l.pen.§.1.ff.de condi. & demonſtr. Idem eſſet ſecundum glo.ſi implementum conditionis conſiſtit in ſpecie certa,l ſi ſtipulatus.§.1. ff.de ſolu. Limita,niſi illi plures ſint ſubrogati loco vnius, puta plures hæredes,tunc quilibet hæredum non poſſet pro parte implere. d. l. cui fundus.Et ratio eſt,quia per interuentum hæredum nõ debet mutari conditio principalis obligationis.l.2. §. ex his. ff. de verbor.oblig.Fallit in cauſa.l.qui heredi.§.ſi duorum ff.de condi.& demonſtr.& ratio fallentiæ ibi patet. ¶ Tertia concluſ.eſt quando illud quòd eſt in conditione conſiſtit in ſpecie incerta, puta, in homine in genere, tũc ſolutio in parte nihil operatur, iuribus alleg.in glo. ¶ Quarta,& vlt. conclu. quando conditio conſiſtit in facto,oportet q̃ in totum impleatur, aliàs particulare implementum non prodeſt. Limita quando factum erat indiuiduum, ſecus ſi factum eſſet diuiduum, quia tunc idem eſſet dicendum ac ſi in conditione eſſet quantitas.l.ſi plures,cũ glo.in ver.conditionem.& ibi latius Cy.C.de condi.infer. Bart. & Docto.hic, & in d.l. cui fundus. ¶ Venio ad ſecundam partem princ. glo. & pro eius introitu oppono contra text. q̃ iſte obligatus ſiſtere tres ſeruos,ſiſtendo duos debet pro illis liberari ipſo iure,nedum in effectu.l.ſi ſtipulatus.§.1.ff.de ſol.glo.voluit reſpondere,quod contrarium procedit,quando datio, vel factum eſt ſimpliciter in obligatione, tunc bene ſoluendo partem liberatur ab illa parte;ſed in hoc tex. quæritur,quando ſolutio partis fit,vt cuitetur conditio pœnæ,& ſic eſt caſus diuerſus. ¶†Hinc glo. examinauit ſecundam materiam,quando factum,vel datio eſt in obligatione,an ſolutio vel implemẽtum partis aliquid operetur.Ex iſta ſecũda parte prin.gl. collige tres conclu.¶ Prima conclu.eſt,q̃ quando factum eſt in obligatione,tunc implementum partis nihil operatur, ratio, quia facta ſunt indiuidua,vt facere domum:ratio,quia non eſt eadẽ vtilitas in parte quo ad partem,quę eſt in toto quo ad totum.Itẽ, quia habet certam formam,& omnis forma eſt indiuidua. Ita dicitur in l.ſtipulationes non diuidunt.ff.de verb.obl.¶Secunda conclu.gl.eſt,q̃ quando obligatio dandi conſiſtit in quantitate,vel in ſpecie certa,tunc ſolutio partis liberat à parte, quãuis creditor non cogatur inuitus recipere ſolutionem in parte. ¶†Tertia concluſ. glo. eſt, q̃ quando obligatio dandi conſiſtit in genere,tunc ſolutio partis non inducit liberationem in parte ſed bene ſolutio ſtat in pendenti.& ſic gl.vult duo,primum limitat in ſolutione partis quæ ſit vera,ſecus eſt in ficta,puta in acceptilatione.l.2. §. ſi eum hominem. ff.de accep.In ſecundo dum gl.vult,q̃ ſolutio ſtet in pendenti,communiter reprehenditur per Bar.& alios hic,& in l.2.§.1.ff.de verb.obl.Nam differẽtia eſt inter obligationem generis, & obligationem alternatiuam,de qua loquũtur text.alleg.in gl. quia in obligatione generis ſolutio partis in vna ſpecie nihil operatur,neq; tenet obligationem in ſuſpẽſo, imò adhuc poteſt agi ad integram rem, ſicut ſi nihil fuiſſet ſolutum.l.in ſtipulationibus.ff.de verb. obl. & l.ſi ſtipulatus.§.1.ff.de ſol.ſed in obligatione alternatiua licèt ſolutio partis non liberet ſoluentem ab illa parte, tamen ſolutionem tenet in ſuſpenſo, & ſic obligationem.l. ſi non ſortem. §.fin.alleg in gl.Ratio diuerſi.eſt,q̃a in obligatione generis,quæ eſt latiſſima, nihil eſt,q̃ poſſit prętẽdi in obligatione,quamuis id quod ſoluetur fingatur retrò fuiſſe in obligatione. l. cùm incertus.ff.de leg.1.ſed in obligatione alternatiua vtrunque eſt in obligatione,non ſolutione.l.ſi duo rei.in fin ff.de verb.oblig. plenè not.in l.Męuius.§.duobus.ff.de leg.2. ¶ Venio ad 3.partẽ gl.& oppo.contra tex.q̃ ſi plures ſiſtantur,excepto vno,q̃ imò pœna committatur in totum mero iure,& in effectu,ita q̃ tota pœna effectualiter poſſit exigi.vnde oppono de text.in l.4.§. Cato.in fi.ff.de verb. obl. pp iſtud cõtrarium facta eſt gl. in iſta 3.parte,in qua examinat materiã,quæ propriè pertinet ad hũc §.qñ ſunt duæ obligationes,vna principalis de dãdo,vel faciendo,alia ſecundaria, & ſic acceſſoria de pœna. ¶†Ex iſta parte gl collige ſex prin conclu.Primò,q̃ ſolutio partis de ſorte principali nihil operatur,& nihil diminuit de obligatione pignoris, l.quandiu.vbi gl.not.C.de diſt.pign.¶ Secunda cõclu.eſt,q̃ vbi pœna accedit quantitati,vel ſpeciei,vel generi,tunc particularis ſolutio non impedit,quin pœna in totum committatur,ſiue vnus ſit qui teneatur,ſiue plures etiã hæredes.† Ex iſta conclu infertur ſm Ang.hic in fi. q̃ ſi ſunt plures emphyteutæ,vel vaſalli, vel plures hæredes vnius, & vnus hæredum non ſoluat canonem,vel committat felloniam contra perſonam dñi, alij non, q̃ de rigore tota emphyteuſis, & totum feudum incidit in commiſſum.De quo vide glo.ordina.& ſolennem in l. communi diuid in prin.ff.cõi diuid.Spe.& Io. And.in tit. de loca §. nunc aliqua.verſ.71, Bar.in l.fraudati ff.de publ.dixi in l.2.C.de iu.emphy.¶†Limita iſtam conclu.glo.procedere de iu.ciui.ſecus de iu.cano.vbi pœna nõ exigitur,niſi pro parte nõ impleti.c.ſuam.de pœnis.ſm Bar.hic in fin.Ang.Sal.& Moder.tamẽ ille tex.habet varios intellectus,de quibus per Docto.in c.cum dilecti.de arb.¶ Secundò limita in caſu no.l.paterfa.ff. de hæred. inſti.quem reputat ſing. Bald.in l.1.in 5. oppo. vbi multa bona dicit. C. de his quæ pœnæ nomine. Paul. de Caſtr.in l.ſi quis in ſuo.§.leg.C.de inoffic.teſtam.¶†Tertia concluſ.gl.quod qñ pœna eſt adiecta facto indiuiduo, tunc ſolutio partis nihil operatur,quin pœna committatur in totum, & iſta conclu.eſt clara.
10¶†Quarta concluſ. q̃ pœna adiecta facto indiuiduo in ſtipulationibus iudicialibus ſi impleatur in parte, pœna bene cõmittitur in totum ipſo iure,ſed nõ in effectu,quia obſtat exceptio, vt hoc tex. ſed in contractibus pœna mero iure non committitur niſi pro parte.¶ Iſta conclu.gl.reprobatur per Bar.& Doct. hic,quia imò debet dici totum ẽcontra, cùm in iudicialibus mitior interpretatio fiat,vt patet ex l.præce.& quia gl in hoc ſe inuoluit:dic clarè,q̃ in ſtipulationibus extraiudicialibus etiam ſi ſit factum diuiduum,certè contra promiſſorem prin.cõmittitur pœna in totum,& cum effectu exactionis,licèt pro parte tũ contrauenerit.tex.eſt in d.§.Cato.in fi.ſed in prætorijs ſtipulationibus bene committitur ipſo iure,ſed non in effectu,text. eſt hic.Ratio diuerſi.quia prætoriæ ſtipulationes nituntur æquitate.l.1.in fi.de præto.ſtipu. ideo mitior fit interpretatio. Bene verum eſt,q̃ in hæredibus principalis promiſſoris,an vno contraueniente committatur pœna contra omnes,tunc diſtinguitur,an factum ſit diuiduum,vel indiuiduũ.d.§.Cato.¶†Quinta concluſ.q̃ in extraiudicialibus ſi contraueniatur per vnum, pœna cõmittitur contra omnes. limita in contractibus bonæfidei.l.in depoſiti.ver.fi.cùm l ſeq.ff.depo.ſm Bar.hic in fi.Ang. & Lud.quicquid teneat Fulg.hic. Item fallit in prætorijs ſtipulationibus aliis quàm in hoc text.l.pœnales. §. Iul. ff. ad l. Fal.
12 ¶†Sexta & vlt.cõcluſ.colligitur ex iſta gl.& Ang.in fi. & Lud. Rom.ad hoc multum no.iſtam gl.q̃ licèt aliàs difficultas non impediat neque tollat obligationem. l.continuus.§.illud. ff.de verb.obl.Illa reg.procedit qñ difficultas aderat in princ.Si autẽ ex poſtfacto ſuperueniat,tunc bene impedit, vt hac gl.not.Tu aduerte,q̃ ſi iſta gl.referatur ad obligationem facti,de qua gla. proximè dixerat,iſtud not.nihil valeret,quia licèt in obligationibus dandi difficultas non excuſet,tamen in obligationib. faciẽdi bene excuſat.l.ſi.§.1.ff.ad l.Rhod.de iac.Bart.declarat,rationem diuerſitat.aſſignat in d.l.cõtinuus.§.illud. Iaſon Padu.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio præſcriptionis dubia non impedit proceſſum.*
2 *Promittens aliquem in iudicio ſiſtere, ſi videat ſe non poſſe ſiſtere,quia ille aufugit,vel abſentauit ſe,euadit pœnam,ſi pro eo defenſionem ſuſcipiat in cauſa principali.*

LEX

LEX X.

SI eum. Reum tempore liberatum tenetur promissor aut sistere, aut defendere. hoc primo. Et dies apposita in stipulatione differt petitionem pœnæ etiam contra dolosum. hoc dicit vsque ad §.qui iniuriarum. Dubium faciebat in prima parte, quia ego, q promiseram reum sistere in iudicio, offerebam me paratum probare, q̃ erat liberatus præscriptione, tamen hic deciditur, quòd cùm de hoc adhuc sit dubium, cogor interim eum sistere, vt eo præsente veritas melius inquiratur.
1 † Et sic not. ex hoc text. quòd exceptio præscriptionis dubia non impedit processum. Facit l.nam & posteà in prin.& quòd
2 ibi glo.& Docto.ff.de iureiuran. ¶ †Secundo not.ibi, vel defendam. quòd qui promisit aliquem in iudicio sistere, si videt se non posse sistere, quia ille aufugit, vel se absentauit, euadit pœnam, si pro eo defensionem suscipiat in causa princip. Adde text not.in l.sancimus.in §.& si quidem. C. de fideiuss. Intellige nisi in casibus, in quibus esset necessaria præsentia personæ.l.2. §.si quis iudicio.in ver.cùm enim.ſ.eod.secundum Bar.& alios hic, puta in causis criminalibus.l.pen.§.ad crimen. ff. de publ. iud.l.seruum quoque.§.publicè.ff.de procu.

SVMMARIVM.

Promissor quamuis fuerit in mora sistendi, tamen casus mortis contingens post moram liberat ipsum promissorem, & eius hæredem.
Actio subrogata sapit naturam eius, cuius loco subrogatur. & numero 18.
Actio iniuriarum non transit ad hæredem, nec contra hæredem.
Actio iniuriarum non dicitur esse in bonis nostris.
Hæres delinquentis potest de iure Cano. indistinctè conueniri de delicto defuncti, siue lis fuerit contestata cum defuncto, siue non.
Citatio sola non facit actionem ex delictis esse transitoriam ad hæredes.
Actio quæ competebat ad interesse, extinguitur, quando ex postfacto desinit interesse, & cessat damnum.
Actio iniuriarum extinguitur tribus modis.
Reus, si vadat per subterfugia, ne lis contestetur, tamen habetur pro contestata. & nu.11.
Reus præsens an possit cogi ad contestandum litem.
Si ex forma statuti causa debeat expediri intra certum tempus, illud tempus non currit impedito per dilationem aduersarij. & nu.13.
Actori si statutus sit terminus per iudicem ad probandum id quod vult, si actor facit positiones reo, donec reus differt respondere, non currit ille terminus statutus actori. & nu.16.
Impediens, ne citatio perueniat ad eum, vel notificatio excommunicationis, quomodo punietur.
Actio an cumuletur principaliter vel accessoriè, quomodo cognoscitur.
Ius petendi supplementum legitimæ, est subrogatum loco querelæ.
Pedagium si colligebatur à transeuntibus supra certum pontem, & pons sit destructus, & reficiatur alius de nouo, idem pedagium an possit percipi à transeuntibus per pontem nouum.
Iudex ecclesiasticus supplens negligentiam iudicis secularis debet procedere sicut tenebatur secularis, vel summariè, vel plenariè.
Episcopus, qui de iure succedit in locum executorum, quando sint negligentes, debet obseruare omnia, quæ ipsi executores obseruare tenebantur, & nume.23.
Si deuoluatur ad Episcopum electio competens certis monachis habentibus eligere de gremio vnius monasterij; Episcopus tenebitur eligere ex illo gremio.
Officialis subrogatus tenet illum locum in ordine, quem tenebat ille, in cuius locum subrogatus est.
Nisi, dictio quid importet.
Nisi, dictio in sententia iudicis, quid importet. nu.30.
Sententia vltimæ voluntati æquiparatur.
Nisi, dictio in statutis an importet conditionem.
Nisi, dictio quot modis capiatur.
Nisi, & dictio si, non tantundem important.
Iudex si dicat, Petre, nisi te purgaueris, non absoluo te, si Petrus se purgauerit, per hoc non erit absolutus.
Confessus, & conuictus non appellat.
Exceptiuæ dictiones sunt tres tantum, scilicet nisi, præter, & præterquam.
Præter, & præterquam, quando fiant exceptiuè, & quando non.
Fundum si promiserim non vendere alij, nisi tibi, per talem conuentionem non possum astringi ad vendendum tibi, & nu.38. & 40.
Pœnitentiæ licèt sit locus in permutatione re integra, sicut & in cæteris contractibus innominatis, si quis tamen exposuit venalem, & conuenit eam permutare cum alia re, non est locus pœnitentiæ.
Rem venalem si exposuerim, possum cogi vendere iusto pretio.

§.Qui iniuriarum.

Diuiditur, vt hic per Bartol. & omisso summario Bart. & aliorum, quia non satisfacit, hoc dicit. Stipulatio
3 de iudicio sisti interposita super actione iniuriarum, quamuis sit commissa, eo quia prius fuerit in mora sistendi, tamen extinguitur morte tam rei, quàm actoris, sicut si expressè fuisset renunciatum actioni iniuriarum, dummodo reus non fuerit in tam longa contumacia, q̃ lis habeatur per contesta. hoc dicit complectendo totum tex. ¶ In ver. nam & defunctus. Iurisc. vult probare, q̃ extincta actione principali iniuriarum, extinguatur etiam stipulatio de iudicio sisti, quæ non est interposita pp te, sed propter principalem actionem, & probat sic. Nam si
7 defunctus viueret, & remisisset expressè actionem iniuriarum, non posset agere ex stipulatu. igitur &c. Aduerte tamen, quòd tex. in ver. omissa, intelligitur per gl. id est remissa. Ego planius intelligo text. propriè, q̃ sit omissa per lapsum temporis, quia
8 actio iniuriarũ cùm sit prætoria extinguitur anno, vt ſ. dicet.
1 ¶ †Not. 1. ex tex. ibi, commissa stipulatione, q̃ quamuis promissor fuerit in mora sistẽdi, tamẽ casus mortis cõtingẽs post moram liberat ipsum promissorem, & eius hæredem, eo quia talis casus mortis ex dispositione. l. erat ordinatus ad perimendam actionẽ. §. si insti. de iniu. Facit. l. si. §. si ea cõditione. ff. ad l. Rho.
2 de iac. & ita etiam no. Bald. Raphael. & Fulgo. hic. ¶ †Secundò not. in ver. quia tales. regu. ad quam allegatur tota die iste text.
a q̃ actio subrogata sapit naturam eius, cuius loco subrogatur. * concordantes alleg. glo. vbi dicetur. Dicunt autem Albe. hic in 2. col. & Angel. q̃ iste tex. malè allegatur ad hoc, quia non propriè loquitur de subrogatione, sed de accumulatione. Patet, q̃ a ambæ simul competunt. nam prima actio iniuriarũ durat, & ei accumulatur ista actio ex stipulatione. Nam subrogare propriè est q̃n sublata, & extincta prima actione, alia loco illius extinctæ ponitur, prout in §. fuerat. Instit. de act. & in l. vnica. in prin. C. de rei vxo. act. tamen ad istã reg. adde c. ecclesia. primo.
b vt lit. penden. & amplia [b] istam regu. not. etiam si subrogatum in aliquo discreparet, quia in alijs assumeret tñ naturam eius, cuius loco subrogatur. Ita ampliat no. Paul. de Cast. in q̃si. 131. quod inci. licèt ista D. Lisania. in vlt. col. ¶ Limita istã regu. per gl. not. quàm Bar. ibi multum not. in l. certi condictio. in prin. in
c gl. mag. ad fin. ff. si cert. pet. [c] ¶ †Tertio not. q̃ actio iniuriarum
3 non transit ad hæredem, sic nec cõtra hæredem, sic nec activè, nec passiuè, nisi lit. contesta. Et idem est in alijs actionibus, quæ ex delictis oriuntur. l. vnica. C. ne ex deli. defunc. l. 1. ff. de priua. deli. Ratio istius regulæ potest esse multiplex. Prima, quia istæ
4 actiones sunt odiosæ. Secũda † quia actio iniuriarum, vel similis non dicitur esse in bonis nostris. Patet, quia continet persecutionem vindictę. l. cùm emancipatus. §. emancipatus ff. de coll. bon. & id quod non est in bonis nostris nõ possumus ad hæredes transmittere. sed lit. contesta. dicitur esse in bonis nostris. Patet in l. si cui. ff. de verb. sign. eo quia per lit. cõtesta. dicitur quasi contrahi. l. 3. §. idẽ scribit. ff. de pec. sed actiones ex delictis transeunt ad hæredes. l. tam ex contractib. ff. de iud. secundũ Angel. hic in 1. col. & Lud. Roma. in 4. Confirmo per optimum simile: nã hæreditas non adita non transmittitur ad hæredes. l. vnica. §. in nouissimo. C. de cad. tol. sicut nec bonorum possessio non agnita. l. emãcipa. C. qui admi. Ratio est, vt dixi, quia hæreditas antequam adeatur, non dicitur esse in bonis nostris. l. pretia rerum. §. 1. ff. ad l. Falc. quem tex. ita not. Bart. in l. post emãcipationem. §. 1. ff. de lib. leg. & eum ad hoc reputat sing. Bal. in l. 2. C. de inr. & fact. igno. De veritate tñ huius vltimi dicam plenius in d. l. emancipata. ¶ Tertia ratio, quia lite contesta. instantia dicitur cepta, & instantia cœpta transmittitur ad hæredes. l. si cùm ho
5 minem. ff. de fideiu. no. in c. quia V. de iudic. † Limita istã regu. procedere de iure ciui. sed de iure cano. hæres delinquentis potest indistinctè conueniri ex delicto defuncti, siue lis fuerit contesta. cùm defuncto siue non, siue aliquid ex delicto peruenerit ad hæredem, siue non, quia hæres tenetur purgare conscientiam defuncti. c. in literis, de rap. Ita limitat gl. no. in c. fin. in fin.

de se-

ADDITIONES.

a ¶ Subrogatur. Limita quando esset diuersa ratio inter subrogatũ, & id de quo fit subrogatio. Ias. post Bal. in l. si quis filium. col. 2. C. de inoff. & de dote subrogata loco legitimæ, Cuma. in l. si Titio centum. §. Titio genero. ff. de condit. & demonstr. Alex. consil. 13. col. 5.
* Quæ omnia declara vt per Euer. li. Arg. loco à vi subrog. Fernand. Tolos. trac. de succes. conuentionali. cap. 8. nu. 3. & an subrogatus debeat gaudere priuilegijs subrogantis, vide Rom. sing. 367. Ad Regu. autẽ huius. §. plura not. Ias. in §. fuerat. col. 2. & 3. insti. de act. in l. stipulationes commodissimum. de verb. obl. Aufr. ad Capel. Tolos. quæst. 90. Rom. sing. 484. MASVER.
b ¶ Ampliat. Vide eius consil. 283. col. 2. & vide him. Alex. in l. 1. col. fin. supra de offic. eius. & in priuilegijs, & personis, Cyn. in l. placet. C. de sacrosanct. eccles. PVRPV.
c ¶ Cert. pet. Adde Bart. consil. 14. inci. an ius eligen. PVRPV.

de sepul.& glo.16 quæstio. §.in c.si Episcopum.Bald.in l.vnica. C.ne ex delic.defun.not d.Anto.in cap.si diligenti.de præscript.

6 ¶†Quarto not.secundum Fulg & d. Alex.hic,tex.not.quod ista citatio non facit actionem ex delictis esse trãsitoriam ad hæredes: hic enim erat citatus reus, & data est satisdatio de iudicio sisti, & tamen mortuo actore actio non fit trãsitoria ad hæredes,& sic hic est text. contra glossã & Bart. qui contrarium tenuerunt in l.fin,s.de eo per quem fac. erit, & in l.constitutionibus. ff. de diuers. & tempo. præscrip. Sed tu aduerte,quòd iste text,necessariò non probat contra Barto.quia in hoc text.nullibi dicitur de citatione, & illa satisdatio potuit esse præstita extra iudicium. ¶†Quinto not ex hoc text.secundum Bartol. &

7 alios,quòd quãdo ex post facto definit interesse,& cessat damnum de præterito,extinguitur actio, quæ competebat ad interesse,secus si contineret interesse,tunc non cessaret damnum

8 de præterito.l.qui autem.§.1.j.eod. ¶†Sextò not. ꝙ actio iniuriarum extinguitur altero de tribus modis, scilicet per mortẽ actoris.Item per mortem rei, lite non contest.Item per omissionem,& sic lapsum anni. Nam actio iniuriarum,cùm sit prętoria,non durat nisi anno.l.si non conuicij.C.de iniu.not.in capit.fin.extra eod.tit.Istud vltimum not.limita, vt procedat per viam agendi, tamen per viam exceptionis compellitur ob iniuriam excommunicatus satisfacere etiam post annum, quia aliàs non debet absolui, nisi satisfaciat. Ita eleganter limitant Host.d.Anto.de Butr,& d.Abb.in cap.ea noscitur.de senten.excommun. Facit bon.text.in l. Papi.§.filius.quem Bald.ibi dicit

9 esse notabilissimum.ff.de inoffi.testam. ¶†Vltimò not.ex ver. fin.text. valde not.quòd si stetit per reum, quominus lis cõtest. quia reus vadit per subterfugia, & dilationes, lis tamen habetur pro contestata, & operatur illos effectus, quos operaret lit. contest.& facit actiones ex delictis transire ad hęredes,sicut lit. contest.& ita perpetuat actiones. Et ad hoc iste textus non est alibi in iure,secundum Bald.hic.in 6.not.& Ludo.Rom.in vit. not.& Bald.in capit.quoniam contra falsam.in 14.col. de proba.Paul,de Cast. hic dicit se putare, quòd intentio huius ver.fi. est, quòd si reus fuit in mora sistendi in iudicio, tamen posito ꝙ veniss̃et ad iudicium, non per hoc fuisset lis contest. quia alter eorum interim decessit.Vnde non nocet culpa quãdo propter eam casus mortis non euenit.l. sed an in totum. ff. de impen.Bart.in l.si vt certo.§.nũc videndum ff.commod.sed quãdo reus fuit in tam longa mora, & negligentia ad sistendum taliter,quòd si comparuisset, potuisset multoties lis contest. tũc lis habetur pro contest.Ita loquitur hic ver.fin.& istum intellectum dicit Alexand,sibi placere, & quòd eum ponit Iac.Butr. hic Sed considera si dici potest, quòd iste non sit intellectus ad text.sed limitatio, vt propter longam negligentiam rei lis habeatur pro contest.fit verum, quando interim potuisset contestari,si negligentia non fuisset,secus si non potuisset, vt quia statim alter ex eis sit mortuus. Ratio est,quia vbi non habet locũ veritas,ibi nec fictio.l.qui ad certum.ff.loc.sed quando alter eorum est mortuus, non potest lis cõtestari, ergo nec haberi pro contest. Paul. de Cast.hic dicit se audiuisse Bald.dicere, ꝙ audinit à Barto. per istum text. quòd si actor fecit quicquid potuit vt lis contestaret,habetur pro contest.& facit actiones transitorias ad hæredes & perpetuat,sicut si lis esset contest.quod secũdum Paul.de Cast.esset valde sin.si esset verum. Sed ipse reprobat per istum text. in fin. qui vult, quòd imò actio iniuriarum

* extinguatur,sed non extinguatur stipulatio iam commissa.*Breuiter dic, quòd communis conclusio est,* [a] quòd quando stat per subterfugia, & cauillationes rei, lis habetur pro contestata, quantum ad transmissionem actionum, & perpetuationem, ac si verè lis esset contest.per istum text.& idem tenet Albe.hic,qui dicit,quòd ita de consuetudine obseruatur. Bald.Fulgo.Rom. & d.Alexan.hic.Cyn.in l.sicut.in 4.oppo.C.de præscrip.30.ann. Bald.in l.moræ.C.de rei vend. & in.l.vnica. in 8.colum.C.ne ex deli.defun.Barto.in l. circa fin.princip.ff. de priua. deli. ¶Pro ista communi conclu.facit bene text. in l.electio. §. si is quem. cum glo.fin.in ver.accipiendo.ff.de nox.vbi gloss. etiam alleg. istum text.ad hoc. ¶Secundò facit l. constitutionibus.in ver. quasi,lit.contest.ff de act. & oblig. secundum verum intellect, Io.Fab.in 6. pœnales.Institu.de act.quem retuli in l.fin.in princ. ff.de eo per quem fac. erit. ¶Tertiò facit:bon.text.in l.sed & ad eos.ff.ex quibus caus. maio. ¶Quartò facit:nam ad interrumpendum prescriptionem,paria sunt,vel litem esset contest.vel non posse fieri contestationem propter eius contumaciã, text. est not.in l.2. C.vbi in rem act.Tu aduerte licèt omnes ita trãseant,tamen in contrarium facit,quod not.Cyn. & Bald.in vlt. not.in l.scire oportet.§.sufficit. in ver.finantem.argu.illius text. ff.de excus.tut.ꝙ ille qui non vult litem cõtestari, habetur pro contumace,lis tamen non habetur pro contest.Neç obst.secũdum Bald.illud,quod vult Innoc.in c.statuimus.de elect.quòd

b contumacia [b] facit,vt lis habeatur pro contesta. quia debet intelligi,vbi non requiritur vera lit. contest. sed quasi. vt in l.2.C.

10 vbi in rem act.vbi dicit esse catum istius puncti.¶†Secundò facit illud,quod vult Bart.in Auth.ei qui semel.in vlt.col.C.quomodo,& quando iud,per glo.ibi volentem,ꝙ reus præsens nõ potest cogi ad contestandum litem, Nam per illam glo,dicit Bart.se fecisse verecundiam multis Doctoribus iuuenibus, qui volebant, ꝙ iudex cogeret reum ad contestandum litem. de quo vltimo per Barto.in l.si finita.§.Iul.in 5.col. ff. de damn.infect.vbi Moder.præcipuè.d.Alex.reprobant.¶Tertiò pondera, ꝙ iste text. probat contrarium, ꝙ longa mora rei non operatur effectum lit.contest. Patet,quia actio iniuriarum extinguitur,quæ non extingueretur si fuisset lis contest.Et ꝙ actio iniuriarum extinguatur,tenet glo,in l.qui autem.§.illud. in glo.1.j. eod. quam ibi sequitur Bartol. *& communiter alij*, & istud vult Barto,hic subtiliter intuenti, dum not. ex isto tex.in fin. quòd quando ex postfacto definit interesse,ergo vult actionem iniuriarum esse extinctam. Nam si non esset extincta, non desineret interesse. Bene verum est, quod actio, quæ sui natura erat transitoria ad hæredes,licèt hic propter naturam actionis iniuriarum efficeretur non transitoria,si intercenit longa mora,illa actio ex stipulatione bene fit transitoria.& de ista propriè loquitur iste ver.fin.Nam pondera,quòd in isto text.nihil quæritur,neque tangitur de actione iniuriarum,sed solùm de actio-

11 ne ex stipulatione. ¶†Tenendo tamen *communem conclus.* quòd

* quando stat per subterfugia, & dilationes rei, ꝙ lis habeatur pro contest. Adde in simili septem vel octo bonas decis. & valde vtiles,& quotidianas ad practicam.Prima est, quòd vbicunq; alter ex litigatoribus per subterfugia vadit causam protelando,ꝙ non currit instantia alteri parti glo.in cap.venerabilis.in glo.mag.de iud.bon.tex.in l.intra vtile.in princip.ff.de mi. & in l.perendæ. C.de tempo.in integ.restit.& in l.contra maiores.vbi Bald.plura similia ponit.C.de inoffic.testa.de quo tamẽ dic vt per Doct.in Auth.ei qui.C.de tempo.appel.& in c.ex ra-

12 tione.de appel.Lud.Rom.in l.2.ff.de iudi.¶†Secundò facit,ꝙ pulchrè vult Cy.in l.fi.in fi & ibi Bal. & Sal.C.de adul. Iac.Butr. & Bar.in Auth.clericus.C.de episco.& cler.quia si causa ex forma statuti debet expediri.j.certũ temp. illud tempus nõ currit

13 impedito per dilationem aduersarij. ¶†Tertiò adde text.cum gl.in l.si cùm ipse.ff.de excus.tut. per quem decidit ibi Bal.post Dyn. ꝙ si ex forma statuti omnis causa debet decidi intra tres menses,& aduersarius causa testium producendorũ, quos dicit habere vltra mare,habuit dilationem vltra tres menses, poterit non obstan. statuto causa vltra tres menses terminari. ꝙ Bal.reputat not.dignum.Facit bene tex.in l.quinquennio ff.de adul.& quod latè prosequitur Io. And.in addit.Spec.in titu.de

14 dila.§.1.super ver.sed pone. ¶†Quartò not.adde,quòd si per iudicem statutus est terminus actori ad probandum totum id quod vult,si actor facit positiones reo,quia reus posset aliquas confiteri,interim donec reus differt respondere.non currit ille terminus statutus actori glo.in clem. sæpè. in ver. post dilationem,de verbor.signif. pro qua glo. facit text. quem ibi ad hoc not.Bald.in l.1.C de iur.cal.Idem tenet Bal.in l.fi. & ibi pulchrè

15 Paul.de Cast.j.de fer.& Bald.in d.l.si cùm ipse. ¶†*Quintò* adde quod vult Bar.in l.1.§.sed & Arist.ff.quod vi aut clam, vbi valde not.istum tex.contra istos, qui impediunt, ne citatio perueniat ad eos,vel notificatio excommunicationis, vel impediũt ne appellatio interponatur coram eis.Facit cle.causam.de ele.

16 ¶†Sextò adde, quòd not.volunt Bald.Imol.& Mod.in l.quondiu.3.in fin. de acq hæred. vbi volunt, ꝙ si a iudice statutus est terminus actori ad probandum, & actor fecit capitula,vel artic. & aduersarius dicit, quòd illa capitula non sunt admittenda,donec disputatur super hoc, & donec iudex dubitat, interim non currit iste terminus statutus ad probandum. ¶Septimò & vlt.facit illud,quod vult Bald.in l.1.§.fin. ff. de eden. ꝙ si statutus sit terminus actori ad probandum, & actor petit edi sibi instrumenta in casibus, in quibus debent edi, donec reus differt edere, interim non currit terminus statutus ad probandum, No. diligenter prædicta, quia quotidiè inseruiunt in actu practico.¶Capio gl.in ver.danda non est, quam diuide in tres partes. In prima vr formare qõnem,sed verè fortiter opponit

contra

ADDITIONES.

a ¶Et ad hoc facit, ꝙ mora in lite cõtestanda habetur pro contestatione, Alex. consil.190.lib.5.cui adde Rom.consil.174.nu. 5. de quo vnaquæque prouincia sua habet Decreta, vt videre est in nouis Ducal. Decretis Patriæ nostræ Subalpinæ,l.b.3.capitu.13, de litis contest.cuius patriæ restitutio Em.Philib. Principi victoriosiss. facta est à Gallis, anno 1559,mense April. & hodiè anno 1576, regnat cùm Carolo Em. eius filio maximæ spei, & virtutis Principe. PVRPV.

b ¶Contumacia.Adde Bar.in l.scire oportet,§.sufficit.ff,de exc,tut.

contra tex.& ſoluit prout declarabo nunc.In ſecunda glo.colligit notabile ex text.& alleg pro concordantia quaſdã ll. quarum tres primæ non loquuntur de ſubrogatione actionis, put not. gloſſ. ſed de ſubrogatione vnius rei loco alterius, inter quas ſubrogationes eſt differentia.vt declarat Bart.in l.1.§.hæc actio.ff. ſi quis teſt.li.eſſe inſ. fue. Sed quartus text. quem alleg. gloſſ.bene facit,& loquitur de ſubrogatione actionis. In tertia gloſſ. format duas oppoſitiones contra prædictum notabile, quibus non reſpondet. In quarta remouet aliam oppoſitionem. Secunda ibi. Item not.Tertia ibi,argum. contra.ĵ.de petit.hæred.Quarta ibi,& ſic,iſta ratione attenta. Redeo ad primam partem,in qua verè gloſſ.opponit cõtra text.quòd ſublata prima actione non tollitur acceſſoria, prout dicitur in d.l. item illa.§.1.ff.de conſti.pecu.alleg.in gloſſ. Et gloſſ.reſpondet, quòd contrarium loquitur,quando prima actio tollitur curſu temporis:nam tempus non poteſt ipſo iure,& in totum tollere primam actionem.Ideo durat acceſſoria. ſed in noſtra prima actio per mortem bene tollitur ipſo iure, & ſic in totum. Vnde vult gloſſ. in d.l.item illa. §.1.q̃ prima actio de conſtituta etiam tollatur ope excep. quod eſt contra illum text. Vnde Barto.& Docto.reſpondent. quòd contrarium loquitur,quando vna actio accumulatur alteri æquè principaliter, tunc extincta prima non tollitur alia,cùm ſit æquè principalis.Sed iſte text.loquitur quãdo actio accumulatur alteri acceſſoriè,prout dicit text.hic in ver.propter remiſſam. tunc extincta principali
17 bene tollitur acceſſoria, & ita dicit Bart.in l. 1.§.hæc actio.† Et ſi dicas,quomodo cognoſcetur,an actio cumuletur principaliter,vel acceſſoriè?Declarat Paul. de Caſtr.& multum gloriatur de iſta declaratione, quam ſecundum eum Doct.non ponunt,& ſibi aſcribit d.Alexand.hic in 1.not. Nam actio dicitur accumulari acceſſoriè, quando in ea non continetur illud idẽ, quod erat in actione prima, ſed aliud, quod tamen eſt illi acceſſorium,vt patet in hoc text.vbi ſtipulatio de iudicio ſiſti,nõ continet idem, quod prima actio, quæ erat actio iniuriarum, & ſtipulatio non continet iniuriam,ſed aliud,ſcilicet, quòd ſiſtatur in iudicio,occaſione tamen iniuriæ. Sed quando ſecunda actio continet idem, quòd prima,tunc dicitur accumulari æquè principaliter, vt patet in d.l.item illa.§. 1. Iſta theorica licèt colorata non placet mihi.& in contrarium allego text.in l. 1.§.ſi quis ſub conditione.& in præcedenti,qui incipit, belliſſime.ff.vt leg.no.caue.vbi ſtipulatio cõtinet præcisè idem quod prima,& tamen non accumulat principaliter, imò & acceſſoriè,& extincta prima extinguitur ſecunda,ergo de directo cõtra iſtam theoricam. Ad idem facit.l. 2.§.parui.ff. de priui.cred. Item contra communem ſolutionem facit text.in l.qui id, qđ. in princip.ff.de dona. vbi actio de conſtituto aſſumit naturam primæ actionis,cui accumulatur.Sed ad hoc vltimum reſpondet Albe.hic.in 5.colum.quòd ibi eſt ſpeciale,& ratio ſpecialitatis ponitur in l.ne ex liberalitate.ff.de re iudi.Ita etiam reſpõdet Barto.in d.l. 1.§.hæc actio.in 2. colum. ¶ In 3.parte gl.dum opponit.de.§.cum prædiximus. reſponde, prout reſpondet gl. magiſtralis in l.certi condictio.in princ. in gloſſ.mag.ad fin.ff.ſi cert. peta. & diſtingue pro ſolutione omnium contrariorum, prout diſtinguit Bartol. in d.l. 1. §. hæc actio. & fuit ante eum doctri. Pet. & Cyn. in l. creditori. poſt gloſſ.ibi.ff. de leg.prout fideliter refert Albe.hic. de quo etiam per Cy. in l.vnica.§.1.C. de cad.tol.& latè Bal.& Angel.hic. Albe. & Ang.in l. eum qui. in princip.ff.de iureiur. Io.Fab.in §. fuerat.inſtit.de act. Cano.in cap.eccleſ.primo.vt lit.pen. Et in iſtis locis iſta materia inducitur ad varias quęſtiones,de quibus ibi.¶† Verùm,quia iſte tex.
18 tota die allegatur ad hoc,quòd ſubrogatum aſſumit naturam eius,cuius loco ſubrogatur, amplia.notab.vt dixi in tex. Deinde adde ſex principalia. † Primò per iſtam reg.tenuit not. Bar.
19 in l.ſi quis filium.§.fin.C.de inoffi. teſtam.& latius in conſi.ſuo, quod inci. quæritur vtrum ius petendi ſupplementum legitimæ. quòd cùm hodiè ius petendi ſupplementum legitimæ,ſit ſubrogatum loco querelæ, quòd ſicut querela extinguitur quinquennio, ita etiam quinquennio finiatur ius petendi ſupplementum legitimæ. Iſta opin. Bart.eſt falſa, *& communiter reprobatur.* [a] quia non eſt verum, quòd petitio ſupplementi ſit ſubrogata loco querelæ,patet,quia querela infringit teſtamentum,& ſic eſt odioſa. Ius autem petẽdi ſupplementum eſt inductum, ne querela locum habeat, prout latè dixi referendo
20 omnium opiniones in d.l.ſi quis filium.§.fin.C.de inoff.teſtam. ideo hic non repeto. ¶† Secundò ad iſtam reg.adde,q̃ ſi nobilis colligebat pedagium à tranſeuntibus.s.certum pontem, & pons ſit deſtructus, & reficiatur alius de nouo, idem pedagiũ poſſit percipi à tranſeuntibus per pontem nouum, qui cenſetur ſubrogatus loco veteris,ſecundum Bald.in l.3.ad fin. C. de
21 priui. fiſc. ¶† Tertiò adde,quòd iudex eccleſiaſticus ſupplens negligentiam iudicis ſecularis debet procedere ſicut tenebatur ſecularis,vel ſummariè, vel plenariè, prout faciebat ſecularis, cuius loco ſubrogatur,ſecundum Bar. in conſil.ſuo 187.quod inci.domini priores artium, & d.Abb.in repet.capit.eccleſia.S. Mariæ.in 2.colum.de conſtitu. Pro hoc bene facit tertio. nam ſubrogatus debet ſeruare terminum eius, cuius loco ſubrogatur,ſecundum Bald.in l.certum.in 6.colum.C.vnde leg. Tu allega bonum text.in l.ſi iudex.ff.de iud. Barto.in l.1.§.hi quibus.
22 ff.de leg.3.¶† Quartò adde,quòd Epiſcopus,qui de iure ſuccedit in locum executorum, quando ſunt negligentes.l.nulli. C. de epiſcop.& cler.debet obſeruare omnia,quæ ipſi executores obſeruare tenebantur,ideo ſi executores de mandato teſtatoris debebant diſtribuere in pauperes, cum conſilio prioris fratrum Prædicat.ſi fuerint negligentes, Epiſcopus eorum loco ſuccedens tenetur eandem formam ſeruare,eo quia non receditur à forma,quæ perpetua eſt,ſed à perſona,ita Bal.reputans
23 hoc tenendũ menti.in l.fin.C.ſi manci.ita fue.ali. ¶† Facit quinto,quod vult Io. And. in reg. contra eum.in merc. quòd ſi deuoluatur ad Epiſcopum electio cõpetens certis monachis habentibus eligere de gremio vnius monaſterij, quod ſimiliter Epiſcopus tenebitur ex illo gremio eligere. Facit bene text.in clem.1.de ſup.neg. præl. vbi quando ſuperior, puta Epiſcopus habet conferre beneficia regularia ex iure ad eum deuoluta, tenetur conferre eiſdem perſonis, quibus primi tenebantur.
24 ¶† Limita prædicta not.quo ad pœnam, vnde ſi teſtator in teſtamento ordinauit, quòd executores tale quid facerent, & ſi hæres eos impediret,puniretur certa pœna. Pone,quòd negligentia executorum deuoluatur ad Epiſcopum executio,& hęres impediat,non incidit in pœnam appoſitam à teſtatore, eo quia in vltimis voluntatibus in pœnis non recedimus à perſona.Ita decidit Bartol.in l.multa.per illum not.text.ff.de condi. & demonſtr.per quem text. vide etiam quod decidit Bald.in l.
25 fin.22.quæſtio.C.de hære.inſti.¶† Vltimò ad iſtam reg.adde,q̃ officialis ſubrogatus tenet illum locum in ordine, quem tenebat ille, in cuius locum ſubrogatio facta eſt.l.comperimus. & ibi Barto.in fin.ad hoc not.C.de proxi.ſac.ſcri.lib.12.Facit, qđ vult Bart.in l.filius.ff.de leg. Item attende, q̃ nemo poteſt ſubrogari loco alterius,niſi ſit æquè idoneus. Ita Barto. in l.2.C.de prin.agen.in reb.libr.12.Bald.in l. parabolani. C.de Epiſcop. & cler. ¶ Gl. in ver. non competit.dum loquitur de perpetuatione,ineptè dicit, & debuit loqui de interruptione. prout declaraui in l.fin.in princip.ff.de eo,per quem fac.erit.Capio gloſſ.in ver.Idem ait Pompo.quam diuide.14.part. In 1.declarat text. In 2.colligit not.ex text.& ad illud alleg.concor.Deinde oppo nit,& nihil ſol. In 3.inducit ad iſtum tex.ad quęſtionem,quam aliter non decidit. In quarta alleg. concordantem ad princ. deciſionem text. Secunda ibi,& not.quod hæc. Tertia ibi, & ſunt hic argum. Quarta ibi,Item ad hunc.§ facit. Prima pars glo.eſt clara. Ex ſecunda parte collige tria. Primò, quòd dictio, niſi, ponit. Secundò, quòd dictio niſi, & dictio ſi non, idem important. Tertiò habes formatum contrarium, &
26 non ſolutum. ¶† Circa primum Gul. de Cun. & Docto. hic tradunt veram doctri. quæ etiam traditur in l. actione. vbi latè dixi.C.de tranſact.quod cùm dictio niſi,ſit exceptiua, ſi oratio præcedens eſt negatiua, tunc dictio niſi, quæ debet excipere, ponit; Vt ſi dicam, nullus ſtudet, niſi Titius. dictio, niſi, ponit Titium ſtudere. Si autem præcedens oratio ſit affirmatiua, tunc dictio, niſi, negat. & ita etiam dicit Ioan. Andr. in addi. Specul. in titul. de ſpon. circa princip. Bartol. hic ſimiliter limitat iſtam theoricam procedere, quando dictio niſi, non habet verbum de per ſe, & adijcitur termino contento ſub genere præcedenti. Si autem dictio, niſi, habeat verbum de per ſe, tunc non ſtat exceptiuè, ſed conditionaliter, vt hic per eum. Tu contra iſtam doctri. licèt alij ſimpliciter ſequantur, allega fortem text. in l. diuus. in princip.ff.de petitio.hæred.licèt gloſſ. parua ibi deſtruat text. & exponat niſi, pro & ſi. & ſequitur Alber. hic in penult. colum. poſt Ricar. Malum. aliter reſpondet ibi Bartol. quem videas, ſed non ſatisfacit ad propoſitum. Ad idem contra Bartol. pondera text. in l. extraneo. ff. de ven. in poſ. mit. & in l.3.ff.de cuſt.reo.& in c.cùm acceſſiſſent.in fi.de conſti. & in regula non remittitur peccatum.de reg.iur.in 6.Subdit Barto.quod dictio niſi,

ADDITIO.

a ¶ Sequitur Alex.conſil.108.lib.1.& idem plura not.conſil.128.col.4.nume.5. eodem lib.Crem.ſingu.129. vbi ponit diſp.Bartol. & Bald., in hoc art. Guido Pap.q.82.Rip.reſpon.193.Iaſ.in l.ſi quis filium.§.fin.C.de inoffic. teſtam.vbi tenet opin. Bald. contra Bart. q̃ ius peten.ſupplementum legitimæ non finiatur quinquennio,ſed duret 30. annis, & communem dicit idem Iaſ. in l. certi condictio.colum.8.ver. Angel. hic.infra ſi certum peta. Miſing. Cent. 2. obſer.72. MASVER.

a nisi, [1] quando habet verbum de per se in vltimis volũtatibus reddit dispositionem cõditionalem.l.quibus diebus.§. quidam Titio.ff.de condi & demonstr. secus in contractibus, vt statim dicam. Rationem diuersitatis assignat Bart.in vlt.col. & sequitur Angel.quod non sit ex virtute dictionis,nisi,sed propter naturam legati, vt hic per eum. Aliam meliorem rationem assignat Bald. in d. l. quibus diebus. §. quidam Titio, & ibi Raph. Cuma. & sentit Bald.hic.in 4. col. Nam contractus postquam sunt à partibus absoluti,statim habent suam perfectionẽ,ideo ibi dictio, nisi, non potest stare resolutiuè, quia nihil est quod soluat,sed vltimæ voluntates stant in suspenso.l.fi. C. commu. prædio.Subdit etiam Barto.quòd in contractibus dictio,nisi, si præcedat,semper importat conditionem.l. obligationum substan.§.conditio.ff.de cond.& demonstr.Si autem sequatur, tũc refert,an adijciatur verbo futuri tẽporis,an verò præteriti,& rationem assignat Bart.in vlt.colum.sed ante Bar.fuit tota doctr. gloss. vbi eadem.ll.allegat.in l.2.de in diem addictio. Tu caue dum Barto.vult,quòd quando dictio,nisi,precedit,stat conditionaliter,& alleg. ad hoc tex.in d.§.conditio. Nam ibi propriè dictio,nisi,sequitur,nisi dicas,vt ibi per glo. & bene. Item dum Barto facit differentiam, an dictio nisi, præcedat, vel sequatur, adde quòd contrarium tenet idemmet Barto.in l.1.in 3.q.ff.de condi.& demonstr.& ibi Imol.in 3.col.ponderat istam contrarietatem,& sequitur illud,quòd tenet Barto.ibi, cùm magis sit attendendus ordo intellectus, quàm scripturę.l.nec enim.ff.de solu.& ita tenet etiam ipsemet Bar.in l.actione. C.de trãs.dum
27 reprehendit solutionẽ Dyn.ad l.Titia.§.fin.ff.de ma.test.† Quid autẽ si in sententia iudex dicat, excommunico te, vel pono in banno,nisi solueris 10.infra mensem,an ista excommunicatio interim sit purè resoluenda, postea si ille soluat,an sit conditio
* nalis, & sic interim non sit excommunicatus? *Communiter tenetur*,quòd sit conditionalis,& q̃ in hoc sententia equiparatur vltimæ voluntati, cùm mutetur volũtate vnius scilicet iudicis,
28 & † quia sententia vltimæ voluntati æquiparatur.l. non est mirum.ff.de pign.act. Bar.in l. centesimis.§.fin.ff.de verbor.obl. ita Bald.Angel.& Alex. hic.Bart.in d.l.obligationum ferè.§ conditio.Bald.Imol.& Comen.in d.l.quibus diebus.§.quidam Titio. Bal.in rubr.C.commi.vel epist.Docto. in c. præterea.de appel. post gl.ibi.Aduerte,q̃ ista æquiparatio non videtur posse procedere.nam q̃ in vltimis volun.dictio,nisi,faciat conditionem dicit Bart.q̃ non est propter dictionem nisi,sed quia natura legati est, vt si præcedat legatum purè,deinde adimatur sub conditione, intelligitur relictum sub contraria conditione. Ista ratio non potest congruere sententiæ, minus congruit alia ratio Bald.Imol.& Comen.in d.§.quidã Titio.dum dicunt, q̃ in vlt. volun.dictio,nisi,stat conditionaliter, non autem resoluitur in euentum conditionis.quia vltima volun.non habet perfectionem,ideo nihil est,q̃ possit resolui,prout in contractibus, quia
* ista ratio cessat in sententia,quæ latam habet persecutionem * suam,si non sit appellatum.Ideo rationes Doct.assignatæ in vltima volun.non conueniunt sententiæ. Ergo nõ videtur bona æquiparatio de vltimis volun. ad sententias.Cogita.vnde Alb. latè examinans in antepen.& pen.col.tenet cum gl. in d.§.conditio.q̃ sententia in hoc æquiparatur contractui.q̃ etiam esset nimis rigorosum.& vide aliqua pulchra per Bald.in d.c.præte-
29 reà requisisti.in pen.col.de appel.¶† Quid autem in statutis,an dictio nisi,importet conditionem? Bar.in l.2.q̃ legit pro prima ff.de in diem addic. relinquit cogitandum. Punctus stat,an statuta æquiparentur vltimæ voluntati, an contractibus.de quo
30 ponit Bart.præcipuè in l.1.C.de his quib.vt indi. † Quid in præcepto iudicis, q̃ tale quid faciat,nisi senserit se grauatum? po-
31 nit Bald. & Sal. in d. l. actione.† Quot autem modis capiatur ibi ista dictio,nisi,ponit latè Albe.hic, aliquid Bald.in d.l actione.& circa illud vltimum vide pulchram deci. Fulg.in l.sancimus.C.de dona. vbi dicit, q̃ alias fuit factum compromissum in Papam sub ista forma verborum, quòd Papa ex omnibus controuersijs,& differentijs, quæ essent inter quẽdam Regem, & Venetos, nisi de cõsensu partium posset iudicare.dicit Fulg. & ibi est gloss. quæ exponit nisi, pro siue, quòd ita debet intelligi illud compromissum, tamen dicit Fulgo.quòd cùm istud
32 displiceret Venetis,quòd adiecit dictionem, non. ¶† Circa se-
b cundam concluſ. gloss. quòd dictio, nisi, [b] & dictio, si [c] non,
c tantundem importent,facit,quia dictio,nisi,componitur ex si, & non.Barto.hic in pen.colum. si bene consideras, ponit duas differentias,quia dictio nisi, potest de per se stare sine alio verbo,vt si dicam,omnes legunt,nisi Petrus.sed dictio,si,non potest de per se stare,nisi aliud verbum adijciatur. ¶ Secunda differentia est,quia dictio, si,non semper stat conditionaliter, sed dictio,nisi,potest stare nedum conditionaliter,sed etiã exceptiuè,vel resolutiuè,vt patet ex dictis per ipsum Bart.s̃.Ista est clara,& in effectu mens, & intentio Barto. licèt ipse obscurius lo-
33 quatur.¶† Circa tertium,quod habes in glo.scilicet circa contrarium.l.Titia.§.fin. de manu.testa.vltra solutionem Barto. & Docto.hic,& in d.l.actione.vide alium intellectum,quem ponit Bald.& reputat subtilem in capit. cum nobis olim.in 2.col. de elect. & per Bald.in capitul. cum accessissent. in 5. colum. de constitu.& per d.l.Titia.§.fin. plura not.decidit Ber. in capit. præterea requisisti.in pen.colum.de appel.& ibi inter cetera dicit,quòd si iudex dicat,Petre,nisi te purgaueris,te nõ absoluo, si Petrus se purgauerit,per hoc non erit absolutus.Ita dicit esse text.qui non est alibi in d.l.Titia.§.fin. quia secundum eum ista verba non absoluunt, sed nec etiam condemnant. Subdit Bal.
34 & no.perpetuò, † quòd si dico,non confiteor,nisi sit probatũ, hic erit duplex probatio scilicet confessionis & probationis factæ.Ex hoc sequitur, quòd lata sententia non potero appellare, quia confessus, & conuictus non appellat.l. 2. & l.abstinendum.C.quo.appel.non reci.& istud est secundum Bal.q̃ importat illa respon.non confiteor, nisi sit probatum, licèt aduocati minus praue intelligant, quid sit hoc dictum secundum eum.
35 ¶† Pro intelligentia tamen Barto. hic dicit,quòd tres sunt tantum dictiones exceptiuæ, scilicet nisi, præter, & præterquam. Adde quartam scilicet si non,vt hic in glo. Dicit etiam Bart. q̃ differentia est inter dictionem, præter, & præterquam ex vna parte,& dictionem,nisi,ex alia:quia primę possunt adiungi termino non contento sub præcedenti oratione,& tunc exponitur,præter q̃ vltra, vt si dico lego Codicem præter equũ. & ita loquitur text.in l. 1 s̃.cod.& ibi vide quæ dixi, non sic in dictione,nisi.Nam si dico,lego tibi codicem,nisi æquũ, esset ineptus sermo,ideo materia istarum dictionum nõ debet simul,sed de
36 per se tractari. ¶† Circa ergo istam dictionem, præter, & præterquam, quando stant exceptiuè, & quando non, dic vt per Bart.hic.in l.1.in fin.ff.de pign.act.& in d.l.actione,vbi per omnes.& vide latè Ludo. in consil.328. incip. præsens consultatio in plura quæsita diuiditur.in 1.& 2 colum. Albe.in dictionario suo in verbo,præter.Intelige tamẽ nisi simus in materia odiosa,secundum Bart.in l.Scio.§.vxori.ff.de ann. leg. sequitur Angel.in consil.294.incip.quoniam in vltimis volun.in 3. colum. Facit quod vult glo. not.in clem. 1. in verbo facere. de vsuris. quæ dicit,quòd in statuto caueatur, quòd vsurarius non possit capere præter duos denarios pro libra, dictio, præter, non ponit,quòd illos duos possit capere,quam glo. alleg. Bald. hic,& in Auth.ad hæc.in 3.colum.de vsu.& in l. Gallus.§.ille casus.ff. de libe.& posthum.De dictione,nisi.s̃.dixi. ¶ In 3.parte gl.ibi,& sunt hic argum.gloss.format quæstionem,& non decidit. Tu in ista quæst.recolligendo dicta Bald.in 6. & vltim.colum.quia bis attingit quæstionem in l.actione. C.de transact. Ioan. And. in addi.Specul.in titu. de spon.in princ. Angel. & Imol.in l.qui Romæ.§.cohæredes.ff.de verbor.obl.Nicol.de Neap. Instit.de
37 act.in prin.in vlt.col. Fac conclusionem, & tres fallen. † Con-
d clusio est,quòd si promisi non vendere [d] alij istum fundum, nisi tibi,per talem conuentionem non possum astringi ad vẽdendũ tibi. Fallit primò,quando ista conuentio esset facta per verbum, tenearis,secundum Bart.& alios hic, & in locis prælleg.
38 ¶† Secundo limitat sing. Bar.in vlt.col.quando tempore conuentionis ille habebat rem venalem,tunc qualitercunque verba prolata sint,important quòd teneatur illi vendere. nihil tamen allegat Bar.ad hoc. Tu pro ista limitatione adde tria. Primò, q̃ in simili tenet Spec.not.in titu.de spon.ver.1. vbi tenet, q̃ si promitto,vel iuro non accipere aliam in vxorẽ, nisi te,per talem promissionem non possum astringi ad accipiendum te in vxorem,nisi secundum Specul. conuocatis publicè consanguineis,& amicis tractetur tunc de matrimonio inter nos con-
39 trahendo tempore, quo talia verba protuli ¶† Secũdò facit in simili text.not.in l.1.C.de rer.permu.quem Barto. ibi & alij dicunt esse sing.& non reperiri alibi, q̃ licèt in permutatione,sicut & in cæteris contractibus innominatis, re integra locus sit pœnitentiæ,tñ si quis exposuit rem venialem,& cõuenit illam permu-

ADDITIONES.

a ¶ Q̃ dictio,nisi.Adde Bar. in l.Titia in §.Lucius. ff.de pig. actio. Arch.in c.1. de cõsti.li.6.Inn.i c.dudũ.el 2.de elec.Paul.de Eleaz. i cle.1.de sum.tri.

* Quæ latam habet executionem.

b ¶ Nisi.Adde Bar.in l.Titia.in §.Lucius.ff.de pign.act.in l.actione. C.de transa Archid.in cap.1.de consti.lib.6.Card.in cle.multorum.de pœnis.

c ¶ Dictio si.Adde Barto.in l.1.ff.de condit.& demonstr.Card.in cap.verum.de condi.appo.

d ¶ Promittens non vendere nisi tibi, non cogitur tibi vendere. Adde tamen q̃ si promittens denunciauerit stipulanti,quòd intendit vendere,poterit elapsis duobus mensibus alteri vendere.Barto.in l.qui Romæ.§. cohæredes.de verb. oblig. & talis stipulator tenetur non solùm ad pretium commune sed etiam ad pretium ab altero singulariter repertum,si velit præferri.ita Ioan.And. Specu.titu.de empt.& vend.§.nunc dicen.ver,sed pone statutum,in Addi.ad cip.quemadmodum. BELLAC.

permutare cum alia re, non est tunc locus pœnitentiæ.d.l.1.& Bar.in l.fi.circa fi.ff.de rer.permu.Imo.in l. Aristo.in princ.ff.de donat. Et ꝙ ille tex. sit singu. dicit etiã Bal. in l.2.C.de condi.ob
40 cau.& Ang.in l.sc[illegible]dum.§.deinde.ff.de ædi.edi.¶ † Tertiò facit,qđ vult glo.sing.in l.non enim.& ibi clarè Dy.& Bart.ff.rer. amot. ꝙ si exposui rem venalem, possum cogi vendere iusto pretio,licèt contrarium in hoc vltimo teneat ibi Albe. & Cyn.
41 & Bal.in l.j. C.de epis.aud. ¶†Tertiò limita,ꝙ quamuis per talem cõuentionem non posse cogi vendere mihi. tamen si alij venderet,teneretur mihi ad interesse.l.si sterilis.§. pen.ff.de act. emp.¶Sed aduerte,licèt Bar.& Docto.hic concludant, ꝙ si sit dictum,ꝙ nõ possim vendere istam rem alij,nisi tibi, ꝙ dictio nisi, cùm ponat solùm potẽtiam,non operatur, ꝙ possim cogi ad vendendum tibi. Istud reprobat in c. cum accessissent.in 5.col.de consti.Motus colorata rõne, quia si illud vendere, nisi tibi solùm poneret potentiam, & habilitatem , certè ista conuentio esset superflua. Nam ista habilitas omnino inerat.l.sicut.C.de act.& oblig. ergo hæc adiectio debet intelligi , vt aliquid operetur.l.si stipulatus.ff.de vsu.Sed ad hoc respon. ex doctrin.Bar.ꝙ ista conuentio non est superflua. Patet, quia si alij venderet,teneretur ad interesse, vt prædixi. Pondera etiam ex conclusione Bart.& aliorum elici notab. limitationem ad l.nemo.in fin.ff.de pact.& l.ea lege.C.de cond.ob causam.in quib. iurib.dicitur , ꝙ pactum super re aliena nihil valet. Nam intelligitur,quando tale pactum est præcisum. secus si solum limitatum,vt hic,& ita in specie tenet Imo.in l.qui Romæ.§.cohæredes.2.de verbo.oblig.licèt non alleget doctr. Bar.& aliorum hic.¶Vltimò adde,quod decidit not.Bart.in l.si pater.§.fin.per illum tex.ff.de pact.dot.

SVMMARIVM.

Priuilegium superueniens in personam principalis , & excusans eum à sistendo,non tamen excusat fideiussorem de iudicio sisti.

Licèt non valeat consuetudo de non præstando iuramentum calumniæ in causis.c.cæterum.tamen bene potest per rescriptum remitti cũ clausula non obstante.

Priuilegium fori superueniens, postquam quis est præuentus coram vno iudice,non eximit illum ab illo iudice.

Princeps si lite pendente concedat priuilegium motu proprio, pars potest vti priuilegio.

Princeps non vult præiudicare tertio,etiam si aliquid faciat,vel rescribat cum clausula,motu proprio.

Motus proprius superioris non præiudicat vnioni factæ per ordinarium, & nondum sortitæ effectum.

Motus proprius superioris licèt tollat vitium obreptionis , non tamen tollit alia impedimenta.

Leges generales fiunt motu proprio principis.

Legatus , dum est in legatione , non potest conueniri in causis ante inchoatis.

LEX XI.

SI quis quempiam. Qui promisit aliquẽ in iudicio sistere , tenetur eum in eadem causa sistere, quo ad formam, licèt non quo ad facultatem exactionis.h.d.cum princ.l.seq.vel sic. In eadem causa sisti videtur etiam,qui pauperior factus sistitur ; sed non qui nouo priuile-
1 gio vtitur.h.d.¶ † Not.ex l.qui autem.ꝙ priuilegium superueniens in personam principalis,& excusans eum à sistendo, non tamen excusat fideiussorem de iudicio sisti. Facit.l.si reus.ff.iudic.solu. In contrarium vĩ facere.l.si quis cùm fideiussorem.s. eo.d.Alex.multum laborat,& dat duas sol.Tu eis omissis clarè respon.quia ibi non loquitur in nouo priuilegio,sed in absente causa reipublicæ, & sic in eo, qui iusto impedimento sisti non potest:nam hoc prodest fideiussori,sicut & in alijs impedimentis,positis præcipuè in l.2.s.eod.¶Capio glo.in ver. qui autem, quam diuide in duas partes. In prima dupliciter exemplificat tex.In secunda opponit,& dupliciter soluit.Secunda ibi,sed vĩ.
2 ¶ † Ex prima parte no. ꝙ licèt non valeat consuetudo de non præstando iuramentum calumniæ in causis. c.cæterum.de iur. cal. Tamen bene potest per rescriptum remitti : intellige cum clausula non obst.Ita tenet gl.in l.2.§. sed quia veremur. in glo. magna.& ibi Bar.C.de iur.cal.¶†Ex secunda parte glo.no.duas limitationes ad l.si quis postea.ff.de iud.& c.proposuisti.de for. compe.In quib.dicitur, ꝙ priuilegium fori superueniens,postquam quis est præuentus coram vno iudice,non eximit illum ab illo iudice. Nam limitantur,vt procedant, qñ priuilegium fori esset concessum ad postulationẽ partis: secus si motu proprio superioris.Ita tenet glo.in d.l.si quis postea.Bart.in l.1.ff.de pœn.Facit l.si reus.ff.iud.fol.Secunda limitatio est,nisi priuilegium faceret expressam mentionem de pendentia litis. ¶ † Ex prima limitatione gl.habes ex mente Bald.& Ang. & clarè ponũt Pau.de Cast.& do.Alex.hic,ꝙ si lite pẽdẽte princeps cõcedat priuilegium motu proprio, pars potest vti tali priuilegio : quamuis emanauerit lite pendente,& ita limitat c.fi.vt lit.pen. l.2.C.eo.l.tutor petitus.in princ.ff.de excus.tut.Facit l.idem Vlpianus.in fi.eo.tit.Tu tene contrarium : quia priuilegium concessum pendente lite etiam motu proprio superioris,non nocet causæ pendenti,nec parti aduersæ. Ita latè tenet Io. And.in addi.Spec.in tit.de dolo,& contu.§.fi.ver.porrò.in add.magna, quæ incip.de hoc interesse. Idem tenet Host.d.Anto.de But.d. Abb.Imo.& d.Fran.de Aret.in c. causam.el 2. de test. Eò quia
a princeps [a] non præsumitur derogare iuri tertij. per l.2.§.merito.& §.si quis à principe,cum si.ff.ne quid in loco pub. ¶ † Ego
5 teneo istam partem,& moueor trib.fundamentis. Primo,quia regula est, ꝙ princeps non vult præiudicare tertio,etiam si aliquid facit,vel rescribat cum clausula, motu proprio. Ita tenet Bal.in c.ad audientiam.de reser. d. Anto in c.per venerabilem. in 24.col.qui fi.sint legi.d.Abb.in c.1.in 13.col.de iudi.Gemi.in
6 in c.si propter.in 9.col.de rescri.in 6. Hinc est, † ꝙ in beneficialib.motus proprius Papæ non facit ſm impetrantem præferri primo,nisi de eis in literis mentio fiat,ſm d.Ant.de But.& Car. in c.mandatum.de rescrip.& ibi Imol.in pen. col. Hinc etiam est, ꝙ motus proprius superioris non præiudicat vnioni factæ per ordinarium,etiam nondum sortitæ effectum , ſm Gem.in repe.c.postulasti.in 26.col. de rescrip. eo quia motus proprius non tollit ius quæsitum alteri in re,vel ad rem, alleg.gl.3.in c.si
7 motu proprio.& ibi Io.An.de præb.in 6.¶†Secundo moueor:
b quia motus proprius [b] superioris,licèt tollat vitium obreptionis : ton tamen tollit alia impedimenta. gl. est solennis in cle.si
8 Romanus. in ver.validam.de præben . ¶† Tertiò moueor viuo fundamento. nam ll. generales fiunt motu proprio principis.l.humanum.C.de leg. Bart.in Auth.quas actiones.in 2.col. de sacrosan.eccl.& in l.1.ad fin.C.de bon.vac.lib.10. & in l.1.C. de pe.bo.subla.eod.lib. & tamen nõ trahuntur ad lites pẽdentes.l.leges & constitutiones.C.de legi.§.1.in Authen.vt cùm de
9 app.cog.& §.1.in Auth.in medio litis non fieri.¶†Vltimò dum gl.hic dicit,quòd legatus dum est in legatione, non potest conueniri in causis antea inchoatis,in hoc videtur malè dicere,per tex.in l.eundem.§.1.ff. de lega. Iason Paduæ.

ADDITIONES.

a ¶Princeps.Adde gl.in c.statutum.de rescrip.libr.6.Bart.in l.2.C. si contra ius, vel vti.publ.& in procœ. florum.

b ¶Proprius.Adde Io. Cal.in c.in nostra.de rescr.

SVMMARIVM.

1 *Sufficit ab initio interesse, licèt ex postfacto cesset.*
2 *Æstimatio debetur officio iudicis mercenario.*
3 *Regulariter non sufficit ab initio interesse, &c. fallit in quinque casibus.*

LEX XII.

1 ILlud. Sufficit † ab initio ĩteresse,licèt desinat ex postfacto.h.d.& est commune summarium. ¶Capio glo.in ver.interesse.quam diuide in tres partes . In prima ponit duplex exemplum ad tex.In secunda format duas opp.contra tex.quæ tñ veniunt diuerso modo,& dupliciter respon. In tertia per viã not. mdet tacitæ quæstioni.Secunda ibi,sed certè imò vĩ. Tertia ibi,& no. ꝙ vbi mortis.¶ In glo.ibi.l.3.§.in hac. Respon.ſm Bart. Alb.& Sal.ꝙ ibi mora non præcessit lit.contesta. Ideo ibi tempus lit. contesta.inspicitur. hic verò mora præcessit antequam agatur
2 ex stipulatione de iudicio sisti. † vel respon. planius ſm Fulg.ꝙ ibi loquitur de æstimatione , quæ debetur officio iudicis mercenario.l.ædiles.§.item sciendum.ff.de ædi.edi.hic , qñ æstimatio debetur iure actionis : quo casu attenditur tempus contractæ obligationis.l.fundum Corneliauum.ff.de noua.no. per gl. & Doct.in l.vinum.ff.si cer. pet. ¶In gl.ibi.l.si procuratorem.§. mandati.dic,ꝙ ibi semper desijt interesse, & in tempore præterito,& in præsenti.hic secus secundum Bar.& Docto.Facit l.iustissimè.§.fi.ff.de ædi.edi.¶In gl.ibi, speciale in iudicijs.malè dicit,quia secundum hoc durius ageretur in iudicijs,quàm extra iudicium,cõtra l.& si post tres.cum ibi not.& l. si quis.§.quæsitum.s.eo.¶ † In fi.gl.tu.in hac materia,an sufficiat ab initio in-
3 teresse,licèt ex postfacto desinat , vltra tradita per Cyn.Bald.& Sal.in l.comparandas.C.man.reducendo doctr.Bar.quam simpliciter sequuntur Sal.Fulg.& Ludo.Ro.hic.Adde regulam & quinque fallen. Dic,ꝙ regulariter nõ sufficit ab initio interesse, qñ ex postfacto desinit.l.fin.§.1.ff. ad l. Rhod.de iac nam exceptio,tua non interest, in effectu excludit agentem.l.fin.C.de rei vendi.l.loci corpus.§.competit.ff.si ser. ven.l.posthumus.§.quis

ex his.

ex his.vbi Bar.& alij.ff.de inoffi.test.c.cum inter R.seniorem.de elec.cap.non solent.2.q.6. ¶Fallit primo, qñ desinit interesse de præsenti: sed non cessat damnum de præterito.l. si eum.§. qui iniuriarum.in fi.§.eo.Ibi enim desinit interesse,quia extincta est actio iniuriarum per mortem: tñ non cessat damnum de preterito,quia propter longam moram rei, lit.cõte.non est facta actio transitoria ad hæredem.Secundò fallit, qñ agitur ex delicto,seu maleficio concurrente dolo.l.1.§. rectissimè.ff. de vi & vi arma. Adde text.not.in l.1.§.si rem.ff.dep.& in c.1. si va.post alie.seu.recuperat.vide tñ tex.in l.si cum exceptione.§.q; si homo.ad fi.in ver.si cum interdicto.ff.quod met.cau. Tertiò fallit in pœnis legalib. vbi non inspicitur interesse. l. inter omnes. in in prin.ff.de fur.l.iniuriarum æstimatio. ff.de iniur. Adde l.quæcunque.2.ff.de act.& obli. Quartò fallit,qñ desinit interesse facto rei conuenti.l.si post acceptum.ff.de rei ven. Quintò fallit, qñ desinit interesse facto alterius, quàm rei, qui tñ repræsentat personã rei.l.& ideo.ff.de cond.fur.facit.l.si quis vxori.§.1. ff.de fur.Isto modo per istã regulam, & has quinq; fallen.habes clarè doctr.Bar.& Doct.quæ aliàs videtur difficilis, & intricata.

LEX XIII.

QVoties. Fideiussio de iudicio sisti,data,vel accepta à seruo,nihil valet.hoc dicit. Iason.

SVMMARIVM.

1 *Actus celebratus à procuratore refertur ad vtilitatem domini.*
2 *Persona, quæ non est expressa in stipulatione, nunquam intelligitur.*

LEX XIIII.

SI procurator. Quãdo procurator stipulatur de iudicio sisti, consideratur interesse domini: siue sit stipulatio facta simpliciter: siue cum expressione interesse.h.d.Diuiditur in quatuor partes. In prima ponitur thema. In secunda ratio dubitandi. In tertia ponitur decisio, & ratio decidendi.In quarta ponitur extensio.Secunda ibi,prope modum. Tertia ibi,sed cum alienum.Quarta ibi,eadem,& fortius. ¶In illa secunda ibi, prope modum.vult tex.dicere, q; prima facie videretur,q; ista stipulatio sit nulla,quia committi non potest, ex quo procurator non est stipulatus certam pœnam;cùm ista stipulatio detur ad interesse,& procuratoris nihil interest. Sed ad hoc respon.text.in 3.parte, q; imò committitur ad interesse domini,ad cuius vtilitatẽ censetur interposita.¶†No.primò,q; actus celebratus à procuratore refertur ad vtilitatem domini, qđ intellige verum,qñ stipulatus est tanquam procurator, qđ facere vĩ,eo ipso, q; nominat se procuratorem.l.fin.ff.de Insti. Bar.in l.1.§.nunciatio.ff.de ope.nou.nun.& in l.3.§.& si fortè.ff. iudi.sol.& in l.post dotem.ff.sol.mat. Idem si non appellaret se procuratorem, tñ causa non poterat, nisi ad dominum pertinere.ità loquitur tex.hic.Facit l.post mortem.§.1.& l.fi.ff.qñ ex facto tu.aliàs si actus est,qui vtrique potest conueniri,in dubio cẽsetur procurator suo nomine fecisse,& non dñi.l.& magis. ff.de sol.ſm Bar.& alios hic.Melius facit.l.1.§.si communis seruus.& l.si seruus cõis Meuij.§.1.ff.de stipu.ser. Intellige,nisi aliæ coniecturæ essent in oppositũ.l.socium, qui in eo.§.vlt. ff. pro soc.& l.qui proprio.§.procu.in cæteris.ff.de procu. hĩ in l.cum aliquis.C.de iur.deli.Bald.no.in l.si patruus.in 2.col.C.com.vtr. iud.¶†Secundò no.ex hoc tex.limitationem ad regulã tex.in l. ita stipulatus.§. Chrysogonus.in fi.de verb.obli.vbi dĩ, q; in stipulatione nunq̃ intelligitur persona,quę nõ est expressa. Nam limitatur per istum text.qñ stipulatio aliàs redderetur inutilis; tũc persona subintelligitur,vt hic.Facit tex.no.in l.Caius.ff.sol. mat.Bal.in l.patruus.in 2.col. C.cõia vtr.iud.Vel secũdò limita per hunc tex.nisi sit talis persona,cuius nomine stipulatio facta esse intelligatur.ita est tex.hic,& limitat Bar.in l.post dotem.in 2.lect.per illum tex.ff.sol.mat.sed melius facit iste tex. Ias.Pad.

LEX XV.

SI tutor. Promissio de sistendo in iudicio facta per administratorem necessariũ expirat finito officio: nec patitur executionem sententiæ.hoc dicit.Et ratio est,quia tale officium a nemini debet esse damnosum.l.videtur. ff. ex quib.caus.maio.l.si quis ex signatorib.ff.quemad.test.ape. Quid autem sit in administratore volũtario,dic,vt in l.Plautius. & in l.procurator,qui pro euictione.ff.de procu.Et ad euidentiam pro intellectu tex, * aduerte,quia iste tex.loquitur secundum glo.*& magis communiter Doctо.* & præsertim Moder. qñ pupilius iam adoleuerat, & sic iam erat finita tutela antequam tutorẽ sistere oporteret: & sic antequã tutor esset in mora sistendi, & tunc oportet transportare literam,vt facit gl.Tu intellige tex.planè,& sine violentia,prout iacet,q; tutor fuerat in mora sistendi, & postea finitũ est eius officium.& ita intelligunt Iac.de Ar. Alb.& Fulg. hic. Pro isto intellectu adde tria. Primò,quia qualitas adiecta verbo,intelligitur ſm tempus verbi, cui adiicitur.l.in delictis.§.si extraneus.ff.de noxa.ergo cùm tex.dicat si tutor non obtemperauerit,apparet,q; erat tutor illo tempore,quo non obtemperauerit.Facit l.tutor pro pupillo.in prin.ff.de admi.tut. ¶Secundò pondera simile,qđ tex.in fi.adducit in ver.nam & ipsius.vbi loquitur, qñ tutor fuerat condemnatus durante tutela, & sic fuit commissa stipulatio iudicati durante eius officio: ergo similiter tex.debet intelligi,quando durante officio tutor fuit in mora sistendi: aliàs simile non esset bonum. ¶Tertiò facit,q; intelligendo tex.secundum glo.& communiter Doct. tex.esset quasi sine dubio,quia si prius erat finitum officium tutoris,antequam teneretur sistere, nullum dubium videretur, q; tutor non teneretur. dubium ergo proprium huius tex.est, quando tutor fuerat in mora sistendi,& postea finitum est officium, & iste perpetuus est intellectus literæ. Iason Paduæ.

ADDITIO.

a ¶Officium.Adde Spec.in tit.de sala.in §.1.ver.pen.nisi in casu.l. cum.in eo.& ibi Bar.ff.de pact.& in l.cum hæreditas.ff.de admin.tuto.Item nisi fit admixta culpa,secundum eundem in l.cum ab initio. ff.quemad.test.aper.

SVMMARIVM.

1 *Tempore messium, vel vindemiarum nemo compellitur in ius venire.*
2 *Citatio nulla reconualidatur per comparitionem spontaneam.*
3 *Feriis potest renunciari non solùm expresiè, sed etiam tacitè.*
4 *Feriis inductis in honorem Dei,vel Sanctorum,quæ dicuntur solennes feriæ,renunciari non potest.*
5 *Sententia,quæ est nulla alia ratione,quàm consensus, non conualidatur ex renunciatione postea facta.*
6 *Feriis inductis per statutum an partes possint renunciare.*
7 *Sententiam infirmari petens videtur agere non solum de iniquitate sententiæ, sed etiam de nullitate.*
8 *Dictum quando generale,& ratio specialis,dictum non restringitur per rationem.*
9 *Renunciatio feriarum facta inter partes nõ extenditur ad alias personas.*
10 *Libellus conuentionalis an possit dari die feriata.*
11 *Iuramentum testis,quod de necessitate præstatur,potest remitti de consensu partium.*
12 *Fides alicuius, quando est approbata à partibus, an ibi requiratur iuramentum.*
13 *Partes,quando rogarunt aliquos,vt essent testes in contractu, adeo censentur eorum fidem approbasse, quòd non possunt eis opponere, quòd sint infames.*
14 *Testes non iurati non probant,quando agitur de matrimonio dissoluẽdo.*
15 *Iudex potest à testib.exigere iuramentum non obst. partium remissione.*
16 *Attestationes testium non legitimè examinatorum, possunt de consensu partium comprobari.*
17 *Testes quòd post didicita testificata non possint super eisdem capitulis produci timore subornationis.fallit,nisi de communi consensu partium producantur.& nu.18.19.& 20.*
21 *Testes corrupti pecunia, possunt produci contra corrumpentem etiam ad plenam probationem.*
22 *Tabelliones sine commissione iudicis non possunt recipere testium iuramentum de communi consensu vtriusque partis.*
23 *Sententia diffinitiua principis lata cum causæ cognitione, habet vim legis non solum in illa causa, imò facit ius quo ad omnes.Eodem modo epistola missa ab Imperatore.nu. 24.*
25 *Supplicatio porrecta Imperatori habito respectu, habet vim libelli, & litis contestatæ.*
26 *Officium iudicis potest implorari,vt declaret sententiam esse nullam.*
27 *Causa nullitatis deuoluitur ad iudicem appellationis, quando appellatur à sententia nulla.*
28 *Renunciatio feriarum etiam facta extra iudicium valet.*
29 *Renunciatio feriarum simpliciter facta intelligitur de præsentibus tantum.*

De ferijs. Rub.

Continua Rubricam, vt per Bart.

LEX PRIMA.

1 **N**E quis messium. †Tẽpore messium, vel vindemiarum nemo compellitur in ius venire: tamen valet sententia illo tempore lata contra præsentes,& sponte litigantes,sed contra absentes lata est ipso iure nulla.h.d. ¶Not.1.q; tempore messium, & vindemiarum citatus non tenetur comparere. Quãdo autem incipiat

cipiat tempus messium,& vindemiarum,& qñ siniatur, declarat Spec.in tit.de ferijs.§.1.vers.indictæ. Pau.de Cast.in l.Præsides.j.c.Adde ad istum tex.Primò,qꝫ idem est in tempore seminationum,quia tunc etiam feriæ seruandæ sunt, gl.est ord.in l.1.in glo.2.in ver.frugib.C.de agr.& cen.libr.11. Secundo adde, istæ feriæ habent locum etiam in locis, in quibus neq; messes, neq; vindemiæ fiunt, vt in locis montanis, cum occupati sint aliunde perquirere,secundum Inno.in c.fin.extra eo. Ang.in l. Præsides.per illum tex.j.eo.Tertiò adde,qꝫ istæ feriæ locum habent etiam in partib.in quib.omnes viuunt ex castaneis,vel ex pomis,ſm Bal.hic.in 1.no.& Bal.post Cyn.in l.ligni appellatio. per illum tex circa medium.ff.de leg.3. Pro limitatione tamẽ adde,qꝫ feriæ per statutum inductæ de mense Iulij, non erunt de mẽse Augusti,ad quem sunt messes dilatæ propter pluuias. Ita tenet Bal.in addi.Spec.in tit.de sent.in ver.non valet sententia.¶ Secundò no.rationem tex. quia occupati circa rem rusticam, &c. concord.l.1.C.de ag.& cen.lib.11.& vide, qd decidit tex.not.in Auth.agricultores. C.quæ res pig.ob.pos.& qd decidit tex.no.de institutione Platonis in l.2. ff.de nund. & qd ibi gl.

2 ¶†Tertiò no. ex text.ibi,ijque sponte venerint, qꝫ citatio nulla reconualidatur per comparitionem spontaneam, & ad hoc multum no.istum tex.Bal.& Mod.hic.& in l.1.j. de in ius voc.

3 ¶†Quartò no.text.ibi præsentib.illis, & spontè litigantib.qꝫ potest ferijs renunciari non solùm expressè, sed etiam tacitè,con cor.l si feriatis.j.eo.& c.fi.extra eo. Ideo feriarum exceptio debet opponi: aliàs processus valeret, ſm Pau. de Castr.in consi. 214.Ratio prædictorum est,quia istę feriæ principaliter sunt inductæ ad priuatam vtilitatem: ideo eis potest renunciari, per regulam.l.pen.C.de pact.

4 † Hinc est,qꝫ ferijs inductis [a] in honorem Dei, vel Sanctorum, quæ dicuntur solennes feriæ,renunciari non potest,d.l.fi.gl.in l.si feriatis.j.eo. & Bar.not.quem videas in l.si feriatis.ff.de arbi. vbi dicit, qꝫ clausula per quam renunciatur ferijs,quæ apponitur in compromissis,intelligitur de ferijs,de quibus hic,non de ferijs solennibus,nisi esset compromissum in arbitratorem, vt ibi no.per eum. quod ostendo vna ratione. Nam arbitramentum dr quædam transactio, ſm Bar.& alios in Auth.si verò contigerit.C.de iud. & gl.in corpore vnde sumitur,sed transactiones,& pacta possunt fieri die feriata in honorem Dei.l.actus.& l.fi.C.eo.& vide, qd vult Bal.in l.si vt proponis.prima.C.quomodo & quando iud.vbi dicit,qꝫ feriæ inductæ propter felicem aduentum Papæ,dicuntur mixtæ.i.propter honorem Dei,& repentinæ, quia reuerentia, quæ fit Papæ,fit Deo.l.non distinguemus.§. sacerdotio. ff.de arb.Similiter non potest renunciari ferijs repentinis, [b] cùm inducantur ad publ.vtilitatem, vel gratulationem. glo.magistra in cle. sæpè.in ver.necessitatem.de ver.sig. Alb.& Pau. de Cast.hic.dicunt etiam limitando istum tex. Cy. in l.cum antea.in fi.& ibi Bal.in pen.col.C.de arb.& Bald.in d.l. si feriatis.j. eo. qꝫ ista renunciatio feriarum debeat fieri ante latam sententiam.Si autẽ fieret post,nihil prodesset, quia non reconualesceret sententia,

5 quæ nulla est.Sequuntur Pau.de Cast.& alij Mod.hic.† Et facit ratio, quia sententia, quæ est nulla alia ratione, quàm consensus non conualidatur ex renunciatione postea facta.l.si expressim.ff.de app.iuncto eo,quod vult glo.fin.in l.2.C.com.vtr.iud.

6 † An autem ferijs [c] inductis per statutum possint partes renun-

c ciare,vide Bart.in §.1.in viti.q.j.ea.l.do. Alex. in consi.103. in 2.

7 vol.incip.viso,& opportunè discussio,in 2.col. ¶ † Quinto not. ex fi.ſm Bal.in 8.not. qꝫ qui petit sententiam infirmari,videtur agere non solùm de iniquitate sententiæ, sed etiam de nullitate,quia verbum infirmari,se habet ad vtrumlibet,vt hic sequitur simpliciter Alex.& Inno.in c.auditis. de procu.& in c.cum olim.de priui.& in c.cum contingat.de offi.deleg. Facit.c.2.cũ glo.in ver.cassamus.vt lit.non contest.& in c.cum Bertoldus.secundum vnam expositionem. de re iudi.tamen.glo.hic in ver. infirmabitur.exponit.i.infirma esse ostendetur, & per istam gl. multum no.Pau.de Cast.hic,qꝫ si peto infirmari actum,qui ut ipso iure nullius: petitio non est inepta,quia exponitur infirmari.i.infirmus pronunciari,quatenus de facto processit,l.exempto. §.si quis vina.cum gl.ff.de act.emp.& c.primum.vt lit.non cõ-

8 test.¶ † In gl.in ver.occupari.ibi,item totum illud generale. Illud non videtur bene dictum,quia Bar.& Bal.alibi tradunt regulam in l.regula.§.sed & si quis.ff.de iur.& fac.igno.qꝫ quando dictum est generale,& ratio specialis, dictum non restringitur

d per rationem, [d] & sequitur Bal.in c.secundo requiris.de appel.

9 & alibi Doct. quos aliquãdo retuli.¶ † In ea.ibi,per alios.f.testes.Facit,quia renunciatio feriarum facta inter partes, non extenditur ad alias personas: puta ad testes, vel aduocatos. gl.in Lomnes.2.in gl.fi.C.eo.Ang.& Mod. hic. Facit tex.in l.fin.C.de aboli.quem Bald.ibi no. & dicit hic esse meliorem de corpore

e iuris: tamen [e] in causis. in quib. de iure communi proceditur dieb.feriatis.vt in §.1.j.ea.l.& in l.2.j.eo.tunc possunt testes illo tempore euocari, quia lex, quæ vult antecedens, intelligitur velle omne necessarium consequens. l. ad rem mobilem. & l. ad leg.fi.de procu.l.2.ff.de iurisd.om.iud. secundum Bal.hic in

* lec.antiqua.Ang.& Mod.¶ In fi.gl. *communiter tenetur ista pars per Doct.* hic,& in d.c.fi.Spe.in tit.de ferijs.§.1.ver. pen.quicquid dicat Bar.in l.1.C.de agr.& cens.lib.11.ar.illius tex.à contrario, tamen postea se remittit ad glo.hic. ¶ Gl.in ver. compellendi.

10 vult,† qꝫ libellus conuentionalis [f] possit dari die feriata. Idem

f tenet gl.in c.fi.de iud.& in c.placita secularia.15. q.4. & in c.cupientes.§.qꝫ si per viginti.in ver. comparere.de elec.lib.6.quam materiam vide hic per Alex. ¶ Capio gl.in ver. sententia valebit.quam diuide in 4.partes. In prima per viam not.opponit contra tex.& dupliciter soluit.Prima sol. est vera in se per tex. in l.si idem eis.§.fi.ff.de arbit.tamẽ, quia diuinat,tene secundã sol.In secunda gl.no.aliud ex tex.In tertia format quæstionem. In quarta ponit aliud not.Secunda ibi,item secundum no.Ter-

11 tia ibi,sed an idem in teste.Quarta ibi,item tertium no. ¶ † Ex tertia parte gl.no.qꝫ iuramẽtum testis, qd de necessitate præsta-

g tur.l.iurisiurandi.C.de testib.potest remitti [g] de consensu partium: eo quia principaliter est inductum fauore partium. Idẽ tenet glo.in l.2.§.sed quia veremur. C.de iur.cal. & gl. in d.l.iurisiurandi.& ibi Bar. & Bald.& Bart.in l.si legatum. in vlt.col.in prin.ff.de fal.& est tex.clarus.in c.tuis.de test.Quæ autem sit ratio diuersitatis, quare iuramentum de consensu partium possit remitti testi,non autem iuramentum calumniæ, Alb.hic ponit aliquas rationes,sed leues,& gl.& Doct.in d.c.tuis. Breuiter tene rationem Bal.hic.nam iuramentum in teste est inductum mero fauore partium, ad hoc, vt testis metu iuramenti dicat verum,sed quilibet potest renunciare fauori suo l.penult.C.de pact. sed iuramentum calumniæ est inductum fauore publico,ad hoc,vt partes à litib.comprimantur.d.l.2. §. sed quia veremur.C.de iur.cal. ergo iuri fauore publico inducto partes re-

12 nunciare non possunt.l.ius publicum.ff.de pact.¶ †Pro ista cõclus.gl.adde tria.Primò illud, quod per istam glo.vult Bar.in l. Lucius.ad fi.ff.de fideic.qꝫ quando fides alicuius est approbata

13 à partib. ibi non requiritur iuramentum. ¶ † Secundo adde, qd vult gl.reputata sing.in §.& licèt.in ver.supplicij.in Auth.de test.quæ vult, qꝫ quando partes rogarunt aliquos, vt essent testes in contractu, adeo censentur eorum fidem approbasse, quod non possunt eis opponere, qꝫ sint infames, aut viles, aut aliàs periuri.de qua gl.habes per Bal. & Imo. in l.ad testium.in §.conditionem.vbi Imo.reputat illam gl.esse sing. ff.de testa.& illam sequitur Bald.in d.l.parentes.C.de test. Sal.in l.quoniam. C.de hære.per d.Ant. Imo & alios in c.ex literis.de transac. Illã gl.etiam sequitur,& dicit esse ord.& fin. Bal.in c.2.de testi.& ibi no.eam limitat.dummodo probetur,qꝫ illi testes inhabiles fuerint rogati à partib.& hoc probetur per duos testes idoneos, vel nisi contestetur. Nam in hoc non staretur ipsis testib.vilib. qd valde no.pro limitatione illius glo. ¶ Tertiò adde, qd vult Bald.in l.in bonæ fidei.in pen.col.& ibi Sal.C.de reb.cred.de te-

14 ste, qui datus est pro confidato ab vtraque parte. ¶ † Limita prædictam conclu.non procedere in causa matrimonij,secundum Albe.hic in pen.col.& est gl. in d.c.tuis. & c.fraternitatis. de test.qd intellige,qñ agitur de matrimonio dissoluendo: tũc testes non iurati non probant: quamuis partes eis remiserint iuramentum, arg.c.super eo.de eo,qui cog.vxo. secus vbi ageretur de matrimonio confirmando: tunc partes possunt testib. remittere iuramẽtum.arg.c.2.de eland.despon. ſm Spec.in tit. de teste.§.fi.in ver.& not. qꝫ non valet ad testimonium & gl in d.c.tuis.& ibi d.Abb.in 1.col.Et est ratio diuersitatis, quia dissoluere matrimonium, non consistit in libera voluntate partiũ, sed bene contrahere.Et per istam rationem infert ibi do. Abb. in 2.col.qꝫ generaliter in omni causa, quæ non pendet à libera

15 voluntate partium,non habet locum.d.c.tuis.¶ † Secundò limita prædictam conclu.procedere, interueniente auctoritate iudicis: aliàs posset iudex à testibus exigere iuramentum, non obst.remissione partium,secundum Spe, in tit.de teste.§.fi.ver.

& no.

ADDITIONES.

a ¶Inductis. Adde Spec.tit.de fer. in §.1.

b ¶Repentinis. Adde.l.sed & si feriæ.& ibi Doct.ff.ex quib.cau.maior.Spec.tit. de ferijs.in fin.

c ¶Ferijs. Adde gl.& Bal.in l.quadraginta.C.de fer.

d ¶Rationem. Imo ècontrario loquitur, vt per Alexan. libro.3. consilio. 41. colum 9. PVRPV.

e ¶Tamen. Limita quo ad iudicem, cui nocet. Bald.libro.1.consil.467. incip. quæritur. PVRPV.

f ¶Conuentionalis. Adde Bal.in l.iure mariti.C.de adul.in c fin. in 3 colum.de fer.in l.veteranus.C.quando prouo.non est necess.Host.in summa tit.de fer.in §.quid in eis.vers. licèt quilibet libellus. Mar. Sosan.in c.1.in vit.col. de lib. obl.Fede.de Sen.consi.11.incip. quæritur an excõmunicatio per ordinarium.

g ¶Adde,qꝫ contrariũ tenet ipse in §.in bonæ fidei.col.5.init.de Act.BELLAC.

& no.q̄ non valet testimo nium,& est de mente gl. in d.c.tuis. & sequitur Bal.hic in 2.col.Facit l.acta.ff.de re iud. Sed d.Abb in d.c.tuis.in 1.col.ad fin.tenet consensum iudicis non esse necessarium,q̄n causa est merè priuata, ex quo partes, de quorū fauore principaliter agitur, remittunt c.significasti. de elect.& ideo tex.in d.c.tuis.nullam de iudice mentionem facit,& istud
16 puto verius,& est de mente Bart.in d.l.Lucius. ¶ † Subdit successiuè ex prædictis Bart. q̄ attestationes testium non legitimè examinatorum possunt de communi consensu partium com
a probari. [a] Adde tex.in l.fin.versi.confirmari.quem ad hoc not. Bald.C.de test.tenet Imo.& Host.in c.cum causam, quæ inter Archiepiscopum.& ibi Bal.in vlt.col.de testi.& idem Bal. in c. veniens.2.in 2.col.eod.tit.& not.Spec.in tit.de teste.§. nunc tractandum.in ver.debet quoque iudex.vbi extendit illud proce-
b dere etiam intercedente consensu tacito partium, [b] Inn.in c.
17 significasti.de test. † Facit,qd̄ vult Bar.in Auth. at qui semel.in fin.C.de prob.q̄ licet post didicita testificata non possint super eiusdem capitulis produci testes timore subornationis.§. quia vero multi.in Auth.de test. Illud fallit, nisi de communi consensu partium producantur, s̄m Bar.ibi.alleg.10.And.in c.
18 fraternitatis.de testib. † Tu dic fortius,q̄ imò valet productio
c testium [c] post didicita testificata,si pars expressè non opponat, secundum do.Ant.de But.in c.in causis.vlt.col. & in c.vltra tertiam.in 3.col.de.test & est gl. expressa in cle.2. in ver.producere.de testi.Faciunt ad idem multa similia,quæ dixi in l patre fu
19 rioso.ff.de his,qui sunt sui,vel alie.iur. ¶ † Limita conclu. Bar. trib.mod.Primo,q̄n in testibus adest talis defectus,qui non potest cōsensu partium conualidari,vt q̄n testes sunt recepti ante lit.contest.secundum q̄ colligitur per Inno.in c.significauit. de testi.quē refert,& sequitur Bal.hic,& in Auth. si quis in aliquo. in vlt.col.C.de eden. Ang.in l.iudices.C.de fid.instr.& Alex.hic.
20 licèt contrarium,& malè teneat Host.in d.c.significauit. ¶ † Secundò limita, q̄n attestationes sunt receptæ coram iudice penitus incompetenti,cuius iurisdictio non esset de consensu partium progabilis secundum Lud.& d. Alex. Adde,qd̄ vult gl.in d. c.cum causa, quæ inter Archiepiscopum.in gl.fi. ¶ † Tertiò limita in testib. corruptis pecunia, nam nullitas dicti talium testium non potest de communi consensu vtriusq; partis cōprobari.Ita dicit sing. Bar.in Auth.at qui semel.in pen.col.in fi. C.de proba. Motus solùm,quia est contra pub.vtilit.Sequitur simpliciter do.Alex.hic. Ego dubito, & credo contrarium, q̄ imò hic tractetur de priuata vtilitate principaliter,prout declarat Bar.in l.1.ff.solut.matr.Patet,quia si testes pecunia corrupti
21 non possint admitti ppter pub.vtil certè sequeretur, q̄ nullo casu possint per partes admitti,& tamen hoc est falsum.† Nā testes corrupti pecunia possunt produci contra corrumpentem,etiam ad plenam probationem,tex.est in c.fi.de testi.cog. & ibi Bal.in fin.ad hoc valde no.illum tex.& reputat mirabile. ergo similiter de communi consensu vtriusque partis debent
22 valere tales testes in fauorem producentis. ¶ † Vlt.ex conclu. gl.tu impugna illud, qd̄ sing.tenet Bal.in tit.de pace.constan.in 19.col.in ver.secūdum mores, & leges illius ciuitatis. vbi tenet Bald.q̄ tabelliones sine commissione iudicis non possent recipere testium iuramentum de communi consensu vtriusque partis.Istud non est verum,quia si partes ex toto possunt remittere iuramentum testib.vt hac gl.& d.c.tuis. quanto magis possunt partes consentire, q̄ noceat præstatio iuramenti testium minus solemniter facta à notario,per regulam.l.vnicæ.in prine.
23 C.de rei vxo.act. ¶ † In glo.in ver.derogare.ibi,vnam sententiā
d dando.Istam glo.[d] multum no.Ang.& ex ea colligit no. limitationem ad l.fin. C.de legi. vbi dicitur, q̄ sententia diffinitiua principis lata cum causæ cognitione habet vim l. non solùm
24 in illa causa,imo facit ius quo ad omnes † Eodem modo epistola missa ab Imperatore.l.1.in ver.per epistolam. ff.de constit. princip.vt non procedat in inferiori à principe. vnde sententia Regis,Comitis,Marchionis,& similium non habet vim.l. imo si sit iuri contraria, potest rescindi tāquam iniqua.l.1.ff. à quib. appel.non licet. qd̄ est menti tenendum secundum eum. Sequuntur Raph. Ful.& Mod.hic, & ad hoc ista glo.est multum sing secundum Lud.hic. Sequitur etiam d. Alex.in l.ciuitas.in vlt.col.ff.si cert pet.& in consi.462. qd̄ incip.alias de facto con-
25 sultus respon.Leonardum,&c. † Sic etiam in simili supplicatio porrecta Imperatori habito respectu habet vim libelli, & litis conte. l.1.& 2.C.quando lib.prin.datus,habetur in c.significauit.de rescrip. Tamen istud non procedit in alio inferiore, puta Rege,Procon.vel Episcopo.tex.est not.in l.1.& ibi Raph. Fulg ad hoc no.C.de offi præfe.præto.Aphr.vide tamē ad præ
e dicta Ang.in litem veniunt.§.cæterum.ff.de pet.hære. ¶ Glo.[e] in ver.infirmabitur.diuiditur in tres partes.In prima timore cōtrarij,quod format Bar.dupliciter intelligit tex. In secunda ibi, & sic non.colligit not. In tertia ibi, sed si appellatur. format q.
26 † Ex prima not.Bar.q̄ possum implorare offi.iudi.vt declaret sententiam esse nullam,prout etiā tenet Bar.in l.quæ sub cōditione.§.fi.in fi.ff.de condi.instit.& in l.si expressim. in antepe.col. ff.de app.cum multis concor.vt hic per Alex. Et adde ea, quæ
27 dixi in tex.ad istam partem gl. ¶ † Ex vlt.parte diligenter no.q̄ si appellatur à sententia nulla,quo casu scias,q̄ causa nullitatis deuoluitur ad iudicem appellationis.l. quædam mulier.ff.fam. ercisc.in.declarat latè Bar.in d.l.si expressim.certè iudex appellationis potest pronunciare frustra fuisse appellatum, eo quia sententia erat nulla.hic est gl.no. q̄ si pars, quæ appellauit,non prosequitur appellationē, & sic appellatio remaneat deserta, non per hoc sententia, quæ erat nulla, confirmatur, quin ista pars vsque ad 30.annos possit de nullitate dicere. Ratio est,qa sententia nulla non potest tacito cōsensu reconualidari: saluo secundum Bart.hic, q̄n sententia esset nulla propter defectum consensus domini, quia est sententia lata contra fallum procuratorem,confirmatur si dñs appellat, quia erat nulla solū propter consensum domini.Ita loquitur l.3.§.si procurator. ff.rem
28 ratam hab. ¶ † Extra gl.concludit Bart.q̄ renunciatio feriarum ēt facta extra iudicium valet.de quo vide Alb. hic. in 2. col. &
29 seq.Subdit Bar.† q̄ renunciatio feriarū simpliciter facta,intelligitur de præsentib.tm̄ per l.si ita.ff.de aur.& arg.leg. Sequitur d.Ant.in c.fi.extra eo. Tene contrariū,vt per Fulg. & Alex hic.

ADDITIONES.

a ¶ Comprobari. Testes non legitime examinati possunt comprobari. Idem Ias.in l.admonendi.carta 13. Guido Papæ.quæst.216. incip. iudex de voluntate partium. PVRPV.

b ¶ Tacito partium.Expressus consensus excipiatur.Are.in cap.veniens.el 2.de testi.col.3.in 5.vol. PVRPV.

c ¶ Testium.Adde Docto.in c.feries.de test.& in c.iurauit.de proba.

d ¶ Item glo.Adde Alex.in l.4.in prin.col.5.de re iud.Fel.in c.1.col.5. in princ. de prob.& limita,nisi non recognosceret superiorem. Fel.c.4.col.7.versi.ita limita.e.o.tu.& hanc cum alia limitatione ponit Ias. in l.ciuitas.col.4.ff.si cert petatur. PVRPV.

e ¶ Glo.Adde pro comprobatione huius glo.Bar.no.in tract.ad repri. in versic. per accusationem. PVRPV.

SVMMARIVM.

1 *Casus,in quibus feriæ non obstant,quot sint.*
2 *Scholares habentes cameras contiguas, & vnus impedit alium studere propter strepitus,quos facit,vel clamores,vel quia alta voce legat, potest officio iudicis compelli,aut tacere, aut recedere.*
3 *Res quando est tempore peritura, potest procedi die feriata, vsque ad litis contestationem.*
4 *Sententia lata non visa relatione nunciū facta de citatione, nihil valet.*
5 *Testes senes,& valetudinarij, possunt examinari tempore feriato.*
6 *Datio tutoris, vel curatoris facta in ecclesia, valet, & tenet.*
7 *Causa alimentorum censetur pia.*
8 *Dotis causa an possit tempore feriato tractari.*
9 *Processus factus tempore feriato,quando est suspicio de fuga, valet.*
10 *Treugæ non prosunt fugitiuis.*
11 *Relaxatio carcerati potest fieri tempore feriato.*
12 *Vulneratus si sit aliquis, & dubium est an ex vulnere sit remansura cicatrix,iudex potest adhibere medicos die feriata, & facere,quod illa die deponant.*
13 *Actiones non tantum tempore percunt, sed etiam morte.*

1 # §. Sed excipiuntur. † In isto §.& in l. seq. & seq. enumerantur certi casus speciales,in q̄b. feriæ non obstāt. & in effectu secundum, q̄ dicit Pau.hic, reducuntur ad duos casus principales.l. propter causam necessitatis,& causam pietatis, vt dicit text.in c.fi.& ibi glo.extra eo.Quosdam alios casus addit Spec.in tit.
2 de ferijs.§.2.† Adde tu alium casum. Nam si sunt duo scholares [a] habentes cameras contiguas, & vnus impedit alium studere propter strepitus,quos facit,& clamores,vel quia alta voce legat,potest officio iudicis compelli, aut tacere, aut recedere.ita dicit Spec.in tit.de iud.§.generaliter.ver.hic etiam no.do. Ant.de But.in proœ.decre.& in c.inter dilectos.de fid.instrum. Mod.in l.1.in pen.col.ff.sol.mat.per tex.in l.vnica.§.fi.C.de sta lib.vr.Rom.lib.11. Certè ista causa expulsionis potest tractari die feriata,etiam in honorem Dei,ita tenet Host.in summa de ferijs.§.fi.ver.sed nunquid magister. & in simili Spec.in eod. tit.§.sequitur.in ver.quid si magister conducit scholas, & Lud. Rom.hic.Et est ratio,quia ista ratio respicit pub. vtilitatem.d. l.vnica.§.fi.ergo potest tractari die feriata,vt hic,& l.solet.Item à tali sententia expulsionis non potest appellari, secūdum Bal. in l.

ADDITIO.

a ¶ Scholares. Adde Fel.in c.fi.in fi.in finali.b. verbis.de ind.

in l.vnic.C.si de mom.pos.fue.app.& ratio, quia talis causa celeritatem desiderat, & qñ causa celeritatem desiderat,non potest à sententia appellari.l.vlt.ff.de appel.recip. ¶†No.primo ex isto tex.q̃ quando res est tempore peritura,potest procedi die feriata vsque ad lit.contest.Adde etiam in ferijs in honorē Dei, c.fi.extra eo.Bar.in l.diuus.j̃.eo.Cy.in l.fi. C.eo.tit.cum concor. de quib.per Alex. hic, per hoc sequitur, q̃ vbi iurisdictio iudicis est finitura,potest iudex procedere, & sententiare etiã tempore feriato in honorem Dei,secundum Specu. & Io. And.in tit.de ferijs.§.sequitur.versi.1.post Gul. in l.sciendum.in prin.ff. qui satisd.cog.Bar.in l.more.in fin.j̃.eo. Facit bene tex. in c.fi.de
4 iudi.† Ad idem bene facit , q̃ licèt sententia lata non visa relatione nuncij facta de citatione nihil valeat, secundum Bart.in l.hæc autem.§.1.cum si per illum text.ff. ex quib.cau.in pos.ea. Fallit,vbi periculum est in mora,quia iurisdictio iudicis per statutum limitata expirabat, secundum Bal.in l. falsus.in 7.col.C. de fur. Per ista etiam infertur ad tex.in verbo ætates.cum glo.
5 †q̃ testes senes , & valetudinarij possunt examinari tempore feriato,quod est no.fm Alb Bald.& Mod.hic,sicut etiam possint examinari ante lit.contesta. ne pereat probatio. c. qñ frequenter.in prin.vt lit.non contest. Eodem modo causa spoliationis potest examinari tempore feriato, fm Spec.tit.de pos.& 6 petito.§.1.& ibi Bal.in addi.ver.1. ¶†Secundo ad tex.in ver.tutores,aut curatores. Adde, q̃ istud procedit etiam dieb.feriatis in honorem Dei, quia est actus, qui respicit ad pietatem.c.fi.in ver.vel pietas.extra eo.per quem tex.ita tenet Alb. hic.Ang.in l.1.in prin.s̃.eod. Bart.in l.nec mandante.§.dari tutor.per illum tex.ff.de tut.& cura.da.ab his.Bal.in l.actus.C.de ferijs.vbi multa bona dicit.Facit l.qui habent.§.quolibet loco,& tempore.ff. de tut.Hoc verum,nisi in tali datione tutoris, vel curatoris requireretur inquisitio, & sic esset necessaria causæ cognitio, fm Alb.hic,& Bar.in d.§.dari tutor. Tu põdera istum tex.ad aliud arguendo de tempore ad locum.l.vinum.ff. si cer.pet. q̃ datio tuto.vel cura.facta in ecclesia valet, & tenet: dummodo fiat sine inquisitione : sicut hic valet tempore feriato etiam in honorem Dei.Et ita tenet no.dom.Sig.de Homod.in consi.31.qđ incip.datus fuit curator generalis. Idem tenet Ange.in l.iusiur. & ad pecunias.§.si de qualitate.ff.de iurciur. vbi refert se ita de facto obtinuisse,q̃ decreta tutelæ,vel curæ in ecclesia interposita valent , si causæ cognitionem non requirunt. ¶Tertio in tex.ibi,vt officia amoueantur. Adde, q̃ si sit quæstio,an aliquis debeat recipi in potestatem alicuius loci, vel non, q̃ ista causa dr requirere celeritatem : ideo feriæ non obstabunt.c.fi. de iud.
7 Ita dicit no.Bal.in l.si pater.C.si pen.app.mors interue.¶†Quar
a tò no.ibi,alimenta constituantur,q̃ causa alimentorum [a] censetur pia: ideo potest tractari tempore feriato. Limita istum tex.duob.mod. Primo, vt procedat in alimentis de futuro, secus in alimentis de præterito,secundum Bart.in l.de alimen.in 2.lect.C.de transac. Alb.de Ros.in l.cum hi.in prin.ff.de trãsac. Secundò intellige in alimentis,quæ debentur offi.iudi.vt sunt,
b quæ debentur per patrem filio, [b] &ècontra,vt hic in tex.Nam non debentur nisi in casu necessitatis,non autem qñ filius posset aliunde se alere.l.si quis à liberis.§.fin.ver.filius.ff de lib. agn. Secus si deberẽtur iure actionis: puta ex stipulatione, quia debentur extra casum necessitatis , fm Gul.de Cun. & Mod.hic.
8 Facit,qđ vult Bart.in l.si in prin.ff.de app.rec.† Et per ista infertur, quid in causa dotis , an possit tempore feriato tractari , de quo per Ang.Imo.& Mod.in l.1.ff.solut.mat.¶Quid de causa matrimoniali, an possit tempore feriato tractari ? ponit Host. in tit.de ferijs.§.fin.ver.quid de causis matrimonialib. Traditur
9 in cle.dispendiosam.de iudi. Alber.in l. Præsides.eo.tit.† Quinto no.ex tex.ibi,vel rei seruandæ causa.iuncta gl.quę restringit, quando debitor est suspectus de fuga, q̃ ratione suspitionis fugæ.valet processus factus tempore feriato, qđ est bene not.fm Bar.& Mod.hic , imò debitor suspectus de fuga potest per iudicem personaliter capi,& incarcerari etiam tempore feriato, & in honorem Dei.gl.est sing.in l.si.in versi,fideiussiones.C.eo. quam Bal.& alij ibi sequuntur, & Bart.in l.ait prætor.§.si debitorem.ff.de his,quæ in frau.cre. Bal.in l.1.C.qui bo.ce.pos. & in l.fi.C.de exhib.re.& dicit Alb.in l. si feriatis.j̃.eo. quod consuetudo illam gl.vbique approbat, & illa gl.est de iure sing.secundum Ang.& Ful.hic.Ang.in l.qui restituere.ad fi.ff.de rei vend. Pau.de Cast.in l.diuus.j̃.eo.d.Alex in consi. 300. quod inci.circa primum dubium omisso verborum apparatu. Eam etiam reputat sing.Bal.in c.fi.in vlt.colum.extra de fer. & ibi multum ampliat, vt illa gl.procedat non solùm, qñ feriæ sunt solennes, sed etiam si sint solenniores,vel solennissimæ,vt natiuitatis,vel
10 Paschæ Domini,quod bene no.† Item per illam gl.dicit Bal.in c.1.de treug. & pace. in 2. col. q̃ debitorem meum fugitiuum possum capere etiam tempore treugæ, quia tempora treugua
11 rum non prosunt fugitiuis.† Item & tertio,q̃ relaxatio carcerati potest fieri die feriato, etiam in honorem Dei, & similiter potest ab eo accipi fideiussor de eo repræsentando,vt hoc modo relaxetur à carcerib.Ita tenet Bal.in l.lecta.ff.si cer.pet.tamẽ tali die feriato in honorem Dei non potest fieri recommendatio , & sequestratio personæ iam carceratæ , quia cùm sit in carceribus,cessat suspicio fugæ. Ita Bal.in Auth. ei qui iurat.in 4.col.in ver.quęro dictat statutum. C.de bon.auct.iud.pos. Sequitur d.Alex.in d.consi.300.per illam gl. Alias attentaui,q̃ cũ
c bonum sit arg.de tempore [c] ad locum, & èconira.l.vinum.ff.si cer.pet.l.fi.ff.de tritic.q̃ sicut suspectus de fuga potest personaliter capi tempore feriato,etiam in honorem Dei,eodem modo suspectus de fuga poterit capi in domo propria,q̃ si est verum,est magna limitatio ad l.plerique.ff.de in ius vocã. dixi in
12 d.l.vinum. ¶† Sextò not.in ver.aut vt aspectu atrox iniuria.[d]
d intelligendo aliter,quam gl.secundum Bal.Ang.& Mod.hic,q̃ quando aliquis vulnerat,& dubium est,an ex vulnere sit remã sura cicatrix , certè iudex potest adhibere medicos peritos die feriata,& facere, q̃ illa die deponant, quod multum exclamat
13 Lud.Ro.hic.¶†Septimò no.in l.solet.q̃ actiones non tñ tempore pereunt , sed etiam morte: vt sunt actiones,quæ ex delictis oriuntur,vt dixi in l.si eum.§.qui iniuriarum.s̃.ti.1.possunt die feriata expediri,quia celeritatem desiderant,vt in glo. Glo. tamen in ver.morte.exemplificat tex. Si debeas mihi bouem, & timeo ne moriatur antequam constituam te in mora. sed istud reprobat Gul.Bar.& Alb.hic , ex quo potest alia via facilius prouideri.s.per interpellationem extraiudicialem,quę sufficit ad constituendum quem in mora.gl in l.qui Romæ.§.cohæredes.in ver.testato.ff.de verb.ob.gl.in l.vinum.in glo.magn. in prin.vbi dixi.ff.si cer.pet.Potest tamen saluari gl. secundum Ang.& latius Ful. in casib.in quib. interpellatio extraiudicialis non constitueret in mora : puta,quia esset in bona fide ex probabili causa.l.quod te.ff.si cer.pet. Iason Paduæ.

ADDITIONES.

a ¶Alimentorum. Adde l.Mela.ff.de alim.& cib.leg.Lud.Ro.in l.si cum dotem. in §.si maritus.ff.sol.mat.Ant.de But.,& Abb.in c.1. in 3.col.de prob.

b ¶Filio. Adde Abb.in c.accedens. in fin.de procu. in cap. 2. de conuer. infide. in 1.colum.

c ¶Tempore. Adde Bar.in l.qui plures.in prin.de vulg.& pup. in l.ratio. in §.si per venditorem.de act.emp.

d ¶Iniuria. Adde,quæ dicatur atrox iniuria.vide Inst.de iniu.in §.atrox.gl.in c. si.de do.c.cum illorum.& ibi gl.& Doct.de sent.excom.c.tanta.de excess.præla.Spec.tit.de leg.in §.nunc dicamus.ver. quæ autem dicatur.

SVMMARIVM.

1 *Feriæ reuerentiales in honorem aliquorum Sanctorum an possint de consuetudine induci.*

2 *Sententia lata tempore feriarum,cùm sit nulla, non debet habere executionem.*

3 *Exceptio nullitatis, quæ est euidens , impedit executionem sententiæ.*

LEX IIII.

PRæsides. In ferijs inducendis localis cõsuetudo spectatur.hoc primo; & vlt.die officij magistratus ius reddere nõ potest. h.d.secũdo.Et sententia lata tpe feriato non valet: nec meretur executionem,nisi de communi partium consen-
1 su sit lata.h.d.cum duab.ll.seq.† Et circa tex.in versi. consuetu-
a dine.tangit Alex. hic. an feriæ reuerentiales [a] in honorem aliquorum Sanctorum possint de cõsuetudine induci, & eodem modo tolli, vt per eũ post Ang.hic,& Bar.in l.pronunciarũ.in fi.C.eo.per Can.in c.fi extra eo.cum multis concor. vt hic per Alex.Circa l.Præsides.dum glo.opponit de l.à nullo.C.eo. Respon.melius, quam glo.q̃ loquitur in ferijs repentinis,quas iudex propria auctoritate non potest inducere , nec mutare ; ex quo publicam vtilitatem respiciunt.In l.pridie.dic, vt per glo.
2 & Doct.in l.eum qui.s̃.de iurisd.omn.iud.† In l.si feriatis.ibi ne quis iudicatum ferre,ne ve soluere.no.hic esse text. q̃ sententia lata tempore feriarum,cùm sit nulla,non debet habere execu-
3 tionem.† Ex quo infertur secundum Ange. & Moder.hic,esse text.quòd exceptio nullitatis, quæ est euidens, impedit executionem sententiæ. Quid autem esset aliàs, dic, vt per Barto.& alios in l.4.§. condemnatum. ff. de re iudic.& in l.1. vbi dixi.C. de iuris , & facti ignoran.

ADDITIO.

a ¶Reuerentiales. Adde Bart.& Io.de Imo.in l.filiusfam.ff.de don.Bald.in l.si feriatis,infra eo.Per.de Anch.in cle.sæpe.de verb.sig.Bal.in tracta. reprætaliarum.in 4. quæstio.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Dilatio probatoria non debet pluſquam ſemel concedi.*
2 *Maior eſt ratio dandæ dilationis hæredi, quàm principali.*

LEX VII.

1 Ratione. † Dilatio probatoria non debet pluſquam ſemel concedi, niſi ex cauſa, & in ſucceſſore cenſetur iuſta cauſa dandæ nouæ dilationis.h.d. Et in iſta l.tractat de ſecunda parte rubr.prout etiam tractat.l.fi.ĩ.c.& ibi ponam iſtã materiam. Intellige ſm reſpon.text.ꝙ ex paruo impedimento, & leui cauſæ cognitione procedat, ſm Alber. poſt antiquos hic.
2 † Nam maior eſt ratio dandæ dilationis hæredi, quàm principali, quia veriſimiliter hæres ſuccedens in ius alterius ignorat modũ probandi, iuxta l.qui in alterius.ff.de reg.iur. Ad hoc adde tex.no.in l.fi.C.ſi pen.appel.mors interue. Et ita teneas, quicqd teneat Pau.de Caſ.hic aliter intelligens iſtũ tex.ꝙ procedat in eiſdem terminis, prout ver. primus: ſed dria eſt, vt prædixi.

SVMMARIVM.

1 *Dies eſt quintuplex.*
2 *Dies quando incipiat, & quando finiatur quantum ad diuina officia.*
3 *Dies quo ad collationem ordinum quando incipiat, & quando finiatur.*
4 *Dies quo ad eſum carnium incipit poſt cœnam.*
5 *Dies quo ad obſeruationem treugæ incipit ab ortu Solis.*
6 *Statutum ſi duplicet pœnam maleficij, quando committitur in die Sacratiſſimæ Virginis, an intelligatur de die naturali.*
7 *Dies naturalis licèt ſit 24. horarum, tamen illud quod fit de nocte, non dicitur propriè commiſſum de die.*
8 *Dies vnde dicatur.*
9 *Terminus ſi ſit ſtatutus à iudice alicui ad comparendum, non ſpecificata aliter hora iuridica, vſque ad mediam noctem poteſt comparere.*
10 *Citatus ſi quis fuerit pro cauſa criminali, ne incarceretur, debet dare fideiuſſorem de ſe præſentando, & nu. 11.*
12 *Sententia debet ferri de die, non autem de nocte.*
13 *Appellatio ſententiæ poteſt fieri de nocte.*
14 *Ampliatio huius legis.*
15 *Notarius poteſt argui de falſo, ſi dicat, factum tali die, quamuis eſſet de nocte.*
16 *Notarius quando ignoraret, an eſſet tranſacta media pars noctis, vel ne: tunc poteſt dicere, actum tali nocte, quæ fuit media intra talem, & talem diem.*
17 *Actus ſi ſit inceptus ante mediam noctem, & finitus poſt, an debeat apponi dies præcedens, an ſequens.*
18 *Factum inter diem, & noctem intelligitur factum de die.*
19 *Nox an poſſit appellari dies, eo quod deſeruit diei.*
20 *Inſtrumenta facta de nocte, niſi ex cauſa neceſſitatis, ſunt ſuſpecta.*

LEX VIII.

1 More Romano. † In gl.1.quę loquitur de duplici die. die melius, ꝙ imò quintuplex eſt dies. Quidam eſt naturalis, qui habet 24.horas, & comprehendit partem duarum noctium, & incipit à media nocte, & alia media nocte finitur, ſecundum morem Romanorum. Hinc conſonat illud, quod dicit Macrobius in primo Saturnalium, ꝙ diei ciuilis apud Romanos fuit hæc obſeruata diuiſio: Nam prima pars appellatur mediæ noctis inclinatio, & ſic concord.cũ iſto tex. ꝙ dies apud Romanos incipiat à media nocte. Secunda pars appellatur gallicinium, poſtea conticinium, qñ galli conticeſcunt, & homines incipiunt quieſcere. Poſtea diluculum, qñ incipit dies aliqualiter dignoſci. Et Iuriſcon.alibi illud dicit, albeſcente cœlo, in l.Titius.§.1.ff.de lib.& poſthu. Poſtea dicitur mane, qñ dies eſt iam clara. [a] deinde appellatur meridies. Poſtea tempus occiduum, qñ Sol vadit ad occaſum. Deinde ſuprema tempeſtas: ideo dicebatur in l. 12. tab. Solis occaſus ſuprema tempeſtas eſto. Vltima dicitur veſpera, à græco. Nã ipſi Heſperam à ſtella dicunt: ideo ipſi Heſperam Italiam appellant, quia in occidente eſt ſita. Secundus dies appellatur artificialis, eo quia artificio iure diſtinguitur à nocte, & dicitur dies artificialis à mane, & ſic quando Sol eſt ſuper terram vſq; ad veſperas, & iſte dies artificialis nihil comprehẽdit de nocte. c.ſuperfodiens.de homicidio.l.furẽ.ff.de ſicca.l.4.ff. ad l. Aquil. l.1.& ibi no.Ange.C.cuſto.reo. Hinc dicit gl.1.§.hinc nobis. in [b] in Auth.de hære & fal.ꝙ viginti quatuor horæ [b] faciunt diem naturalem, ſed duodecim faciunt diem artificialem, & idem dicit glo.valde no.in l.fin.ff.de verbor.ſignific.per tex. in l.1. vbi Benedi.de Plumbi.ff.de manum. Ex hoc reſultat vnũ valde mirabile, ꝙ dies artificialis ſemper intelligatur de æquinoctiali, quando dies, & nox ſunt æquales, & ſic de die duodecim horarum, & tamen iſtud non videtur verum, cùm differentia debeat fieri inter tempus hyemis, & æſtatis, cùm in æſtate dies ſit plurium, quàm duodecim horarum. Ideo fortè melius eſſet dicere, quòd dies artificialis non habeat præciſas horas duodecim, vt dicunt omnes glo. ſed aliqñ plures: aliquando pauciores, ſecundum diuerſitatem temporum. ¶ Tertius eſt dies legalis, ſeu emergens, qui computatur præcisè de momento ad momentum, ſecundum ꝙ inci. eodem momento finiẽ. l.3.§.minorem.ff.de min.& l.1.ff.de manum. Nam ad appellãdum ſtatuuntur à l.decem dies, quamprimum eſt lata ſententia, etiam ſi feratur medio die, in illo momento medij diei incipiunt iſti decem dies, & in medio die decimi finiuntur.l.1.§. dies.verſi.quid ergo.cum glo.ff.quando app.ſit.no.in Auth. ho die.C.de appel. ¶ Quarta dies eſt conuentionalis, ſecundum ꝙ partes conueniunt: qñ contractus ex conuentione partium legem accipiunt.l.contractus.ff.de reg.iur.l. 1. §. ſi conuenerit. ff.depo.l.in conuentionib.ff.de verb.obl. Si verò ſimpliciter, aliter õn declarato die, intelligitur de die naturali viginti quatuor horarum.l.eum qui certarum.ff.de verbo. obl.§ in diem. Inſti. eo. quia verba ſimpliciter prolata in dubio debent intelligi ſecundum naturam, & non ciuiliter l.fin.cum ſimi. C. de his, qui ve.æta.impe. Fallit quando propter ſubiectam materiam aliter eſſet dicendum: puta paterfam. conducit ſimpliciter operarios pro certo ſalario ſingulis dieb. intelligitur à ſummo mane vſque ad veſperas, & non de die naturali, quia noctis tempore operæ laboratoriæ regulariter non præſtantur, ſecundum Azo.in ſumma. C.de ope. lib. quem ſequitur Alber hic & eſt tex.in l.1.& in l.medicus.ff.de ope.lib.& in l.2.in fi.ff. de ann leg.
c ¶ Quinta eſt dies eccleſiaſtica, & quãtum ad indulgentias [c] incipit à veſperis vigiliæ, & continuatur vſque ad veſperas diei ſequentis incluſiuè, & tunc finitur indulgentia. Ita habetur in
2 c.fi.§.adijcimus.de ſent.excom.in ſexto. † Quantum autem ad
d diuina officia, [d] quando incipiat dies, & quando finiatur, habes tex.in c.2.& ibi gl.de fer.& gl.in c. alma mater. de ſent. excom. in ſexto. Hoſt.in ſumma de fer.§.qualiter.verſi.eſt tamen not. Arch.de conſecr.diſt.3.c.1.& 75.diſt.c.quod à patrib.vbi etiam
3 tex.& gl. † Quantum verò ad collationem ordinum.dic, vt eſt tex.75.diſt.c.quod dic.Arch.in d.c.quod à patrib.no.in c.literas.
4 de tempo.ordi. † Quo autem ad eſum carnium, [e] dies incipit
e poſt cœnam.de conſecr.diſt.4.c.de eſu carnium. glo. in c.2. de fer.licèt gl.teneat contrarium in c.pronunciandum.de conſec.
5 diſt.3. † Quo autem ad obſeruationem treugæ dies incipit ab ortu Solis. c.1. de treug. & pac.circa quem text. tñ diligentius conſidera, & ibi habes, quando ſit tempus bellandi, & quando inchoandum ſit bellum.dicit tñ not.Bal.hic, ꝙ in his, quæ poſſunt pariter agi de die, & de nocte, debemus in dubio intelligere diem naturalem viginti quatuor horarum, per iſtũ text.
6 qđ dictum not. ¶ † Vlt.circa prædicta quæritur: Pone, ſtatutũ duplicat pœnam maleficij, qñ committitur in die Sacratiſſimę Virginis, an intelligatur de die naturali viginti quatuor horarum, ita vt comprehendat delinquentẽ in nocte ſeq. vel præcedenti: vel intelligatur ſolùm de die artificiali? Fed. de Se.in conſi.44.quod inci.factum tale eſt, ſtatuto cauetur, ꝙ ſi aliquis commiſerit.tenet, ꝙ intelligatur de die artificiali, qñ dies eſt ſuper terram, quia qđ fit de nocte, non dicitur propriè commiſſum de die, ſed fingitur, & in ſtatutis non habet locum caſus fictus.l.3.§.hæc verba.cum ſi.ff.de neg.geſt. Iſtam deciſ. ſequuntur Pau.de Caſt.Lud.Rom.& cæteri Mod.hic. ¶ † Pro iſta deci.
7 pondera tria. Primò, ꝙ licèt dies naturalis ſit viginti quatuor horarum, tñ illud, qđ fit de nocte, non dicitur propriè cõmiſſum de die. Patet per iſtum tex. qui ponit duas improprietates
8 ibi, perinde quaſi. ergo non habet locum in ſtatutis. ¶ † Secũdo facit, quia dicitur apotudion græcè, qđ latinè claritas dicitur, ſm gl.Io.And.in data, 6.lib. Gem.in c.fi.§.feſtinitatib.in pe.col.
f de ſen.excom.in ſexto. Item in ſtatutis [f] attenditur communis vſus

ADDITIONES.

a ¶Iam clara. Adde Bar.in tract.de alueo.4.col.in ver.nouus. PVRPV.
b ¶Horæ. Adde glo.in l.2.ff.de verb.ſig.in c.1.de fer.& in c.1.de conſe.diſt.3. * Et pro intelligentia eorum, quæ traduntur in hac l. vide Catel.verſic. Diem more Romano. Et de die, menſe, & anno Cagn. in l.vbi lex duorum. de reg. iuris. MASVER.
c ¶ Indulgentias. Adde Cal.in tract.de eccleſiaſtico interdicto, in 6. membra quæſtio. 56.
d ¶Officia. Adde Fel.in c.conſuluit.in 4.col.de offi. deleg.
e ¶Carnium. Adde Fel.in d.c.conſuluit.in 4.col.
f ¶Statutis. Adde gl.in ver. non continebuntur.in l.librorum.in §. quod tamen. ibi Bar.ff.de leg.3.in l.1.de ſuis.& leg.in l.1.C.de iur.cal. Math.no.96. Anto. de But.& Abb.in proœ.decre.in c.2.in prin. de arbit. Limita hoc procederè, niſi adeſſet ſtatutum generale, quia tunc ſtatuta non intelliguntur ſecundum communem vſum loquendi. ita dicit no.Bar.in d.l.Labeo.alle.per Ias.hic. Idẽ tenet Bar.in l.cum delaniomis.§.aſinam.ff.de fundo inſtru.

vſus loquendi,vt per Bar.in l.Labeo.§.item Tubero.cum ſim. ff.de ſup.le.ſed ſm communem vſum loquendi aliud eſt factū de die,aliud de nocte, vt per Bart.in l.aut facta.§.tempus.ff.de pœ.in l.Titius.§.1.ff.de lib.& poſth. ¶ Capio glo.in ver.Lucius. quam diu:de in quatuor partes.In prima remouet vnum contrarium,cp iſta l.ſit malè ſituata ſub hoc tit. In ſecunda remouet aliud ꝯrium.In tertia aliud.In quarta extendit iſtā l. Secunda ibi,ſecus in ꝯctib. Tertia ibi,item ſecus in ſententia. Quarta
9 ibi,ſi autem generaliter.¶† Ex prima parte no.duas conclu.Prima eſt, cp ſi alicui ſit ſtatutus terminus à iudice ad comparendum non ſpecificata aliter hora iuridica, cp vſq; ad mediā noctem poteſt comparere.Intellige tñ,vt per Bar.& plenius Alex. Secundò intellige,niſi quis eſſet citatus ad actum,qui non poteſt de die expediri.puta ad audiendum ferri ſententiam, quæ
10 non poteſt de nocte ferri,vt in tertia parte huius gl. ¶† Secundam conclu.habes ex gl.ibi,vel dare pignora in cōi.nam intentio gl. eſt cp ſi quis fuit citatus pro cauſa criminali, ne incarceretur,debet dare fideiuſſores de ſe præſentando.l.1. ff. de cuſto. reo.Hic eſt glo.no.cp ſi velit dare pignora de media nocte, quæ reponuntur in loco cōi,debet relaxari.& ita not.Bald.Ange.&
11 Moder.hic, † Per iſtam gl.infert Bal. cp ſi incarceratus vult de media nocte dare fideiuſſores,cp debet relaxari. dicit tñ Bald cp niſi periculum ſit in mora, poteſt iudex differre vſq; ad mane, quia non tenetur de nocte facere copiam ſui.l.1.§.quid ergo.ff. qñ app.ſit.In gl.ibi ſecus in ꝯctib.habes,cp creditor poteſt recuſare ſolutionem,quam debitor vult facere noctis tpe,quia ſol. debet fieri congruo loco, & tempore. l.ſi ſoluturus. ff. de ſolu. Intellige, qñ creditor poteſt prætendere intereſſe, vt quia periculum eſſet aperire oſtiū noctis tempore, vel quia locus eſſet inſidioſus,vel quia poſſet decipi in qualitate pecuniæ.Aliàs iſtis ceſſantibus tenetur ſolutionem recipere, etiam noctis tempore,niſi ſit cōtentus expectare in diem ſequentem. ſm Gul.Alb. Ang.Pau.de Caſt. & Mod.hic, Bald.in l.acceptam.in 2.q. C.de vſu.Sal.in l.non minorem.C.de tranſac. Et per hanc glo.infert Bal.cp locator equi non tenetur eum à ſcholari recipere de no-
12 cte.¶† In ea.gl.ibi,item ſecus in ſententia.habes concl.cp ſentētia debet ferri [a] de die,& ſi feratur de nocte,non valet. Ita tenet glo.in §.omnis ſtipulatio. Inſti.de verbo.obl.& eſt tex.& ibi Doct.in c.conſuluit.de offi.deleg.& text.in l.2.in §. & quia magiſtratib.ff.de orig.iur.Doct.in d.l.non minorem.Iſtam conclu. ex theorica Bar.ſi bene inſpexeris,limita trib. mod. ¶ Primo de communi conſenſu partium. Secundò,niſi res eſſet tempore peritura. Tertiò,qñ iuriſdictio iudicis expiraret.& de iſta tertia dixi in d.l.non minorem.¶ Quartò limita,qñ iudex eſſet impeditus multitudine cauſarum.ita ſing. Bal.in §.itaq;.circa fi.ſ.in proœmio ff.orum.quem ſequitur Lud.Ro.hic,& in l.ſi vero.§. de viro.in 15.fal.ff.ſolut mar.Facit,qđ vult Bart.in l.1.in prin.in vlt.colum.poſt Gul.de Cun.ibi.ſ. de offi.eius cui man.eſt iuriſd. Quinto fallit,qñ pars eſt abſens,vel ſi præſens eſt, expreſsè contradicit: aliàs nihil dicendo intelligeretur tacitè conſentire, cp poſſit de nocte ferri,ſm Ioan.And.& d.Anto.in d.c.conſuluit. Sal.& Mod.in l.non minorem.¶ Sextò limita,qñ eſſet conſuetudo in contrarium. Nam per conſuetudinē poteſt induci,cp ſententia poſſit de nocte ferri,ſm Io.And.in addi.Spec.in tit.de ſent.§.iuxta ver. ſed nunquid. Ang.& Pau.de Caſt.hic.¶ Septimo fallit in ſententia arbitratorum, qui aſſumuntur de iure,& de facto.Nam arbitramentum cenſetur eſſe quędā tranſactio, vt per Bar.& Doct.in Auth.ſi vero contigerit.C.de iudic.& trā ſactio ita valet facta de nocte, ſicut de die.l.non minorem. C. de tranſac.Secus eſt in ſententia arbitri, cùm arbitria ſint redacta ad inſtar iudiciorum.l.j.ff.de arb.vnde ſnīa arbitri de nocte ferri non poteſt,niſi ex cauſa neceſſitatis.l.ſi de meis.§.fin. & l.ſi
13 feriatis,ſm vnum intellectum.ff.de arb.¶ † Vlt.adde,cp appellatio ſententiæ poteſt fieri de nocte.Ita no.tenet Bald.in Auth. hodie.in vlt.col.C.de appel.declarando tex. in l.1.§ dies.ver.qd ergo.ff.qñ app. ſit: ſicut etiam appellatio à ſententia poteſt interponi die feriata.l.1.& ibi Bar.C.eo. & Bar.in l.diuus. circa fi.
14 j.eo.¶ † In ea.gl.ibi,ſi autem generaliter velis. gl.ampliat iſtā.l. vt non ſolum habeat locum in materia dilationum,& compatitionum,vt faciat ad titulum, prout intelligit gl.in prima parte,ſed etiam generaliter poteſt intelligi in alijs,in quibus actus poteſt fieri de nocte,ſicut de die,vt etiam quo ad alios effectus multum operetur iſta l.Puta ſi notarius ſit rogatus de actu celebrato de nocte: puta de tranſac.quæ ita poteſt fieri de nocte, ſicut de die. d.l.non minorem. vel de teſtamento.l. ad teſtium. §.poſſe.ff.de teſt Effectus huius l.erit, cp Notarius debebit dicere factum de die, & ſi tranſiuit media pars noctis,debet apponere diem ſequentem, aliàs diem præcedentem. Item poteſt eſſe vtilitas ad videndum,an quis compleuerit quatuor annos.
15 Item circa vſucap.& ſimilia. Iſta eſt intētio gl.& in hoc aduerte,† cp notarius non poteſt argui de falſo, ſi dicat factum tali die,quamuis eſſet de nocte, ſecundum Inno. in d.c.conſuluit. in fi.quem ſequitur Bal. dicens, cp eius dictum non eſt alibi, & Ang.hic,& Bal.in d.l.non minorem.& in l.fin. C.de his quib.vt indi.& in c.2.de ferijs.Ang.in l.1.ff.de manu. & in l.in vſucap.ff. de vſuc.& in l.Titius.§.fi.ff.de lib.& poſthu. Imo.in c.1.vt eccle
16 ſiaſtica beneficia. & in l.qua ætate.ff.de teſt. † Quando autem
b Notarius [b] ignoraret,an eſſet tranſacta media pars noctis, vel ne,tunc bene poteſt dicere: actum tali nocte, quæ fuit media intra talem diem, puta Mercurij præcedentem, & diem Iouis ſequentem, ſm Ange.& Mod.in d.l.in vſucap. & Ang.in l.1.ff.
17 de manu.¶† Quid autem ſi actus ſit cœptus ante mediam noctem,ſed ſit finitus poſt,an debeat tunc apponi dies præcedēs, an ſequens? habes per Bal.Imo.& Mod. in l. ſi quis eum.§. 1.ff.
18 de vulg. & pup. † Et ſi in aliqua diſpoſitione diceretur, cp fuit factum inter diem,& noctem,intelligeretur factum de die. Ita intelligit Bal.in l.2.ad fi.C. quib.res iudi.non noc.alleg.l.2.cum glo.ff.de fur.balnea. Facit, quod dicit Bald. in Auth.hodie.in
19 vlti.col.C.de appel.† quòd nox poteſt appellari dies, ex quo
20 deſeruit dici.Aduerte tamen diligenter, † cp inſtrumenta facta de nocte,niſi ex cauſa neceſſitatis,ſunt ſuſpecta, ſecūdum Bal. in c.1.in pen.col.de fide inſtrum. Iaſon Paduæ.

ADDITIONES.

a ¶Ferri.Adde Bal.in 1.conſtitu. ff.orum.
b ¶Notarius.Adde Bald.in l.non minorem.C.de tranſac. Feli. in c. conſuluit.in 3.colum.de offic.deleg.

SVMMARIVM.

1 *Feriæ meſſium, vel vindemiarum an locum habeant in extraiudicialib.*
2 *Scholaribus licitum eſt ſtudere diebus feriatis,& ſcribere.*
3 *Doctoribus licitum eſt conſulere diebus feriatis pro forenſibus,qui ſunt in hoſpitio.*
4 *Die feriata poteſt procedi in cauſa incarcerati pro cauſa ciuili, vel criminali.*
5 *Licentia de capiendo delinquentem propter præſumptionem fugæ poteſt committi quocunque die feriato.*

LEX IX.

Diuus Traianus. Feriæ ob neceſſitem hominum inductæ habent locum in iudicialibus, non in extraiudicialib.nec in cauſis militum,vel cuſtodiarum, vel
2 in cauſis carceratorum.h.d. † Et cp in extraiudicialib.feriæ meſſium, vel vindemiarum locum non habeant, ſic paret, quia tranſactiones, & pacta poſſunt fieri tempore feriato, & in honorem Dei.l.actus.& l.fin.C.eo.ex quo infertur, cp etiam arbitramentum,quod cenſetur quædam tranſactio, poteſt ferri ēt
2 die feriato in honorē Dei.Bar.in l.ſi feriatis.ff.de arb. ¶ No. † in
a ver.militarem.iuncta gl.cp licitum eſt ſcholaribus ſtudere [a], & ſcribere dieb.feriatis. Et ideo erat prouerbium antiquorum,cp ſcholares,qui obſeruant feſta malè ſcient Codicē.& peius Digeſta.Tamen conſidera,cp iſta glo.relata ad tex.ex quo hoc ſumit,intelligitur de fer.ob.neceſ.hominum. Adde,cp iſtud procedit etiam dieb.feriatis in honorem Dei,vt eſt glo.1. in l.indices.C.eo.vbi Odof.Rayn.Alb. Ang. & Fulg.idem tenent,& ſequuntur Gul.& Ang.hoc argumento propter debilitatem memoriæ l.peregrè.ff.de acq.poſ.Et idem tenet Azo in ſumma.C. de ferijs in prin.& do.Abb.in c.1.extra eo. & videtur iſta prima vera ſententia,licèt Io.And.& d. Anto.in d.c.1. videantur aliter ſentire. De quo, ſi vis bene inſtrui, vide plenè per Iaco.Alu.in
b proœ.feu.in 1.& 2.col. An autem Doctorib. [b] licitum ſit con-
3 ſulere dieb.feriatis,ponunt Cano.in d.cap.1.& Alb.hic. † Nam concludunt Io.And.& do.Anto.in d.c.1. cp Doctorib. licitum eſt conſulere dieb.feriatis pro forenſib. qui ſunt in hoſpitio,& ſic propter caſum neceſſitatis. debent tamen in recompenſationem facere aliquam eleemoſynam,vt ibi per eos.Dicit etiā Alb.hic, ſe aliàs habuiſſe Romæ tempore indulgentiæ generalis 1350.cp ad delectationem,& non lucri cauſa quilibet poteſt ſtudere die feriata in honorem Dei, & conſulere in cauſis miſerabilium perſonarum, ſed gratis. nam in operib.pietatis dierum diſtinctio non habetur.de conſecra. diſt.5.c. nunquam.&
4 c.ſi.extra eo. ¶ † No.ſecundo in verſi.fin.aliter quam glo.intelligat,

ADDITIONES.

a ¶Studere.Adde Arch.in c.ieiunia. de conſec.diſt.3. Abb.in c.1.de fer.Barb.in rub.de fer. Archiepiſcopum Flor. in 2.parte ſuæ ſummæ. titu. 9. c. 7. ſup.4. Sanctus Thomas,in 2.2.q.122.art.4.& q.41. art.ſi.
b ¶Doctorib.Adde Bar.in rub.de ferijs.
† Euer.lib.Arg.loco à milite arm. mil.

ligat,q; si aliquis est incarceratus pro cã ciuili, vel criminali, in illa causa potest procedi die feriata, vt hic, & l.custodias.C.de custo.reo.secus si non esset in carceribus,vt per Angel.& Mod. hic,à contrario sensu huius tex. nisi quando proceditur cõtra
'5 insignem latronem,vel similes.l prouinciarum.C.eo. † Licentia tamen de capiendo delinquentem propter præsumptionẽ fugæ,potest committi quocunque tempore, ẽt feriato, secundum Bal.in l.fin. C. de exhi.reis. An autem quis possit torqueri die feriata.Alex.hic refert deci.Pau.de Leaza. in c.grauis.in fin. de depo. Tu alleg Bal.in l.nemo.in quinto no.p illum tex.C.de epis.aud.vbi no.q; etiam in dieb.paschalib.potest torqueri quis pro eruenda veritate criminum, & criminosorum in enormibus criminib.& specialiter in criminib. quæ secretò cõmittuntur , vt in crimine venenati hominis , adulterij , fallificationis monetæ,instrumentorum, & sim. qd reputat no.& sic põdera Bal.velle,q; ꝓ alijs criminib.non põt tortura inferri die feriato.

SVMMARIVM.

1 *Clausula prima quando habet propriam,& specialem determinationẽ, tunc clausula in fine posita ad eam non refertur.*
2 *Aduersatiua sed, quid importet.*
3 *Dilationes licèt sint angustandæ quantum est possibile in causis summarijs : tamen quando sunt necessariæ , & statutæ à lege , tolli non possunt.*
4 *Probatio plena ita requiritur in causis summarijs , sicut in ordinarijs.*
5 *Causæ summariæ, & ordinariæ differunt.*
6 *Dilatio quælibet , quæ datur ad probandum, dicitur esse peremptoria. Limita, vt nu,7.8.9.10.11.12.13.15.16.17.18.20.& 21.*
14 *Termini extraiudiciales intelliguntur peremptorij.*
19 *Sicut iudex potest statuere tetminum actori , intra quem agat : ita & reo ad exceptiones opponendas.*
22 *Terminus assignatus arbitratori , vel arbitro ad laudum , non censetur peremptorius.*
23 *Iudex an possit dare secundam dilationem ad probandum, & num.24. 27.28.& 29.*
25 *Nullatenus dictio, importat nullitatem actus ipso iure.*
26 *Nullatenus dictio,quæ est vniuersalis negatiua,tantum importat,quãtum dictio, nullo modo.*
30 *Dilationes non dantur plures reo, quàm actori in causis pecuniarijs.*
31 *Dilationes plures dantur in causis capitalibus , quam in non capitalibus.*
32 *Reo accusato magis fauetur,quàm accusatori in causis capitalib.*
33 *Dilationes licèt detur reo plures , quàm accusatori : tamen si reo detur tertia dilatio , poterit etiam accusator intra illam tertiam probare.*
34 *Dilatio prima potest concedi , etiam si iudex non sedeat pro tribunali.*
35 *Iudex non potest dare nisi vnam dilationem ad probandum, & si daret etiam esset ipso iure nulla.vide limitationes num. 36. 37. 38. 42. & 43.*
39 *Iudex si statuerit terminum alicui, etiam cum commination e, quòd vlterius eum non audiet : tamen re integra post lapsum termini debet audiri.*
40 *Dilatio secunda debet concedi ad probandum illud , ad quod admittetur in causa appellationis propter eandem aquitatem.*
41 *Dilatio primæ instantiæ non extenditur ad causam appellationis , sicut nec generalis renunciatio probationum , nec conclusio in causa.*
44 *Dilatio noua debet dari,quando fit additio ad libellum.*
45 *Actio noua an & quando accumuletur.*
46 *Dilatio secunda quando daretur vtraque parte præsente,& non contradicente, valeret ex tacito præsumpto consensu partium.*
47 *Auxilio nouo indigent,quæ de nouo emergunt.*
48 *Impedimentum qualiter probetur in prima dilatione,ad hoc,vt secunda concedi debeat.*
49 *Dilatio prima datur cum leui causæ cognitione.*
50 *Causa dicitur criminalis,pro qua imponitur pœna pecuniaria applicanda fisco.*
51 *Adulterij crimen quomodo sit immane.*
52 *Probationes factæ nulla data dilatione,an valeant, & teneant.*
53 *Sententia nulla data dilatione ad probandum, valet.*
54 *Probationes factæ ante terminum, valent.*
55 *Actor si se nimium arctet, sibi imputatur.*
56 *Causa postquam est commissa consilio sapientis , non potest consultor nouas probationes admittere.*
57 *Ordinarius non potest nouas probationes admittere , postquam causa est commissa consilio sapientis.*
58 *Consultor,cui commissus est vnus articulus ad consulendum de partium voluntate, nullum alium articulum debet admittere.*
59 *Consultor non potest cognoscere de errore , si aliqua pars diceret se errasse.*
60 *Commissio consilij est quædam conclusio in causa.*

LEX X.

IN pecuniarijs. Ista l. erit ita vtilis sicut alia quàm habueris hoc anno propter materiam vtilem.Et prẽmitte,q; in iure nostro dilationum multæ sunt species,& Spec.in tit.de dila.§.1.per totum ponit 25.species. Cyn. in l.1.C.de dila.& aliquas ponit Alb.hic,tamen in hac l.& in gl. non habemus videre nisi de duplici specie,scilicet,de dilatione data,& danda ad probandum. Secundò de dilatione expectatoria,quæ datur abienti ad ueniendum. Secundò ad euidentiã præmitte,q; ista lex legitur altero de duobus modis.Vno modo secundum glo. q; prima regula loquatur in causis ciuilibus tantum.Secunda regula loquatur in omnibus causis criminalib.siue ingeratur pœna pecuniaria,siue pœna sanguinis. Et ista lect.de consuetudine seruatur secundum Ang & Mod.hic.Secundo modo legitur secundum Gul.de Cun.& Bar.hic, q; prima regula procedit in omnibus causis pecuniarijs , siue ciuilibus,siue criminalib. in quib.ingeritur tantum pœna pecuniaria. Secunda regula loquitur in causis capitalib. & sic in quib. non imponitur pœna pecuniaria,sed corporalis, & ista secũda lect.est verior de iure, & hanc tene, & dicetur latius.ĩ.super gl. Item præmitte, q; tex.in versi.singulis causis. legitur in glo.trib. modis . Tene secundum , q; intelligatur causis ideò capitulis.
¶Diuiditur ista l.secundum Bart.in tres partes. Tu aduerte,dñi
1 Bar.vult, † q; in tertia ponatur limitatio ad vtranque regulam tex.nam in contrarium videtur facere, quia qñ prima clausula habet propriam,& specialem determinationem: tunc clausula in fi.posita ad eam non refertur.c.cum dilecti.& ibi d.Card. ad hoc no.de do.& ibidem Imo. in duob. locis.in 2. & 4.colu. Bal.no.in l.1.C.de legi.hær.& in c.inquisitioni.dẽ appel. Sed ad hoc potes respondere , q; prima clausula licèt habeat specialem, & propriam determinationem respectu numeri, non tñ habet specialem determinationem, quo ad causæ cognitionẽ. Vnde clausula in fine posita generaliter ad oĩa refertur,attẽto, q; nulla dilatio dari potest, nisi cũ causæ cognitione.l.oratione s.eo.& hic in glo.& hoc modo potes limitare regulam prædictam.† Aduerte etiam in tertia parte text.dum dicit , sed vtrq;
2 causa cognita.videtur,q; aduersatiua sed,sit male posita , quia deberet aduersari in iure,& in facto.glo.& Bar. in l.2.vbi dixi.ş. ne quis eum qui sed hic non aduersatur. Respon.not.ex doctr. Bar.in l.hoc amplius.§.de his autem.ĩ.de dam. infect.q; quãdo illud , qd sequitur p aduersatiuam,habet diuersam rationem, & tunc ponitur aduersatiuè & ad ius, & ad factum . Quando autem habet eandem rationem , & tunc non stat aduersatiuè, sed ponitur correctiuè,vel limitatiuè,vt ibi in ver.idem Neratius.& ita propriè ponitur hic.h.d.in effectu. In causis pecuniarijs vna tantum datur dilatio ad probandum,sed in capitalib. dantur reo tres, & accusatori duæ , sed omnes causa cognita. h.d. Et ad istam l.vide Spec. qui eam glossat.in titu. de teste.§. qualiter.ver.iudex quinque assignabit,& in ver.sed cum super.
¶Pondera in primis text.in illa vniuersali , in omnib.causis, ex quo duo colligũtur.Primo,q; verus est intellectus Bart.ad istã l.q; prima regula procedat in omnib. causis pecuniarijs etiã si
3 sint criminales,de quo dicetur.ĩ.in gl.¶† Secundò istum tex.in illa vniuersali ponderat sing.Bar.in consi.suo,quod incip.ex facto proponitur,q; in causa pecuniaria,&c. q; ista l.& eius materia habeat locum tam in causis summarijs,sicut in causis ordinarijs.Idem tenet d.Ant.Imo.& d. Abb.in c.vltra tertiam.de testi.Lap.de Caste.alleg.88.nam licèt in causis summarijs dilationes sint angustandæ quantum est possibile , clemen.sæpè.de verb.sig.tamen quando sunt necessariæ, & statutæ à l.tolli non
4 possunt.† Adde bene facere,quia in causis summarijs ita requiritur plena probatio, sicut in ordinarijs : nisi quando tractatur de leui præiudicio.ita Bar.in l.3.§.causæ. ff.ad Carb.& in l.si qs à liberis.§.si quis ex his.ff.de lib.agn. & latius in extrauagan.ad repri.in versi.summariè.in 3.& 4.colu. Bald.in l.1. C. vt in pol. leg.Canon.in c.quoniam frequenter.§.q; si super. & §. fin.vt lit.
5 non contesta.† Alibi tamen Bart.in materia dilationum, constituit differẽtiam inter causas summarias, & ordinarias,in extrauag.ad repr.in versi.sine strepitu. vbi tenet , q; licèt aliàs debeat dari dilatio parti ad quærendum aduocatum.l.ab hostib. in fi.& l.ait prætor.ff.ex quib.cau.ma. Tñ in causis in quib.proceditur summariè,& de plano,vel sine strepitu, non est danda dilatio propter aduocatos,quia ab ea est remotus strepitus aduocatorum. Istud dictum Bart. est valde sing.si est verum.sed ego valde dubito,quia carere aduocato est carere magna parte defensionis.l.aduocati.C.de aduoc.di.iud.Raph.Ful.in l.certi iuris.C.de iudic.gloss.not.in l.quod si nolit.§. si mancipium. in versi.medicum.ff.de ædil.edi. Et quamuis causa sit summaria, non tamen adeo debet angustari , quòd tollatur eius defensio necessaria.

necessaria. ita dicunt omnes in cle. sæpè. de verb. sig. Secundò ꝛ Bar. pondera istum tex. arguendo à spāli: quia aliàs ille tex. esset superfluus, in c. fi. in princ. de hære. in 6. in ver. & absque aduocatorum strepitu. ¶ † Tertiò no. ex tex. ibi, plus semel tribui nō potest. q̄ in causis pecuniarijs non potest dari nisi vna dilatio. ex quo infert Barto. & omnes sequuntur, quòd quælibet dilatio, quę datur ad probandum, dicitur esse peremptoria. Ideo non est necesse in ea dici, & peremptoriè, quod patet, quia prima perimit omne ius probandi, cùm alia amplius dari nō possit, vt hic, & l. oratione. in princ. in vers. amplius quàm semel. & ibi no. Pau. de Cast. ꝛ. eod. Istam regulam reassumit Bart. in l. 1. ad fi. C. de dila. & ibi etiam est tex. in versicu. amplius quàm semel. & idem Bar. in l. mancipiorum. per illum tex. ff. de opt. leg. & in l. cessante. per illum tex. C. quomodo, & quando iud. & in l. si finita. §. Iulianus in 4. col. ff. de dam. infec. & in extrauagan. ad reprim. in ver. super dicto crimine. & in l. Titia. §. vsuras. ff. de leg. 2. Spec. in titu. de dila. §. 1. vers. & no. q̄ si datus est termi nus in §. fi. in ver. q̄ si data est dilatio. ¶ Tu autem reducendo ad clarum ordinem omnia, quæ sparsim hinc inde ponūt Bar. & alij in hac l. † amplia primo istam regulam octo modis: deinde eam limita sex modis. Primò amplia istam regulam, vt procedat siue talis dilatio probatoria sit data post lit. conte. (& in hoc nemo contradicit.) siue etiam ante lit. contest. ad aliqd incidens, vel emergens. Ita tenet Bar. hic in 3. col. in versi. quæro de intellectu horum verborum sing. annis. ad fi. & Bald. hic in 3. col. & Pau. de Cast. in d. l. oratione. in 1. col. quamuis de prædictis nullam faciat mentionem. Bene facit iste tex. in versi. singulis causis, intelligendo, vt intelligunt Bar. & Doc. i. singulis capitulis. Ita teneas, quicquid Spe. referat alios distinguere in tit. de citatione. §. viso. versicu. dicunt etiam quem. quem refert Bar. in d. §. Iulia in 4. col. Spe. in tit. de ferijs. §. 1. ver. sed regulam indistincte. ¶ † Secundò no. amplia etiam si iudex dicat, assigno pro primo termino, seu pro prima dilat. nam licèt prima dicatur respectu secundæ, tamen iudex pro hoc non potest dare secundam dila. nisi probetur de iusto impedimento, quia iudex non potest immutare dispositionem l. 1. §. 1. ꝛ. eod. Idem tenet Bar. hic in 2. col. in ver. quid si dictum est in actis. in consi. suo quod inci. ex facto proponitur, q̄ in cā pecuniaria. Pau. de Ca. hic in 3. col. & alij Mod. post eum. ¶ † Tertiò amplia istā regu. vt procedat etiam in termino dato reo ad excipiendum, qui eodem modo semper intelligitur esse peremptorius. gl. est no. in cle. 1. in ver. peremptorio. in fi. de excep. quam ad hoc alleg. pro no. Bal. in l. consentaneum. in 3. col. C. quomodo, & quādo iud. Idem tenet Spe. in tit. de teste. §. qualiter. ver. sed cum super excep. quem refert & commendat Alb. hic, circa prin. Idem tenet Ang. hic in 2. col. quamuis de prædictis nullam faciat mentionē. Facit bene tex. hic, qui in. j. regula nullam facit differentiam inter actorē, & reum, limita tamen, vt dicetur j. ¶ Quarto amplia, q̄ ista regula adeo procedat, vt quælibet dilatio cēseatur esse peremptoria, q̄ si iudex absque causa rationabili daret secundam dilat. ad probandum, illa secunda dilatio esset ipso iure nulla, & processus qui fieret esset ipso iure nullus. Ita tenet Bar. in 2. col. in ver. sed quæro quid si iudex dedit secundā dilat. vbi ad hoc pōderat Bar. istum tex. in ver. non potest. vt statim dicam latè in seq. no. vbi etiam limitabo. & in huius veritate consilit substantia, & vtilitas huius l. ¶ † Quintò amplia, siue sit dilatio probatoria data præsenti, siue etiam sit data absenti semper censetur esse peremptoria, etiam si in ea non dicatur. Ita mirabiliter tenet Bar. hic in vlt. col. in prin. Bal. in Authen. iubemus. C. de ind. Sed cōtrarium, [a] & melius tenet Alb. hic in 1. col Bald. in 6. & Raph. Fulg. hic, & contrarium tenet gl. magna hic circa medium, & videas Bar. in l. cessante. C. quō, & quando iudex. vbi dicit, q̄ si dilatio ad probandum assignat a iudice, siue assignetur præsenti, siue absenti semper est perēptoria. per illum tex. sed si assignatur absenti non per iudicem, sed per nuncium, vel epistolam, vel edictā, non est peremptoria: sed requiruntur tres monitiones. quod non sapit, imò plus tenet signanter Bal. in Auth. et qui. in fi. C. de temp. app. q̄ si dilatio probatoria sit statuta absenti, dato etiam q̄ sit sibi intimata ad domum, non censetur peremptoria, nisi iudex expressè dixerit, q̄ sit vltima, & peremptoria. nihil tamē allegat. Intellige, nisi data esset absenti, q̄ contēnendo iudicē dixit se nolle venire, secundum Ang. hic per gl. in l. fi. ff. de in integ. rest. ¶ † Sextò amplia istam regulam, vt procedat non solùm in causis ordinarijs, sed multò fortius in causis, in quib. potest procedi sine figura iudicij, semper terminus iudicis intelligit̄ peremptorius, etiam si non exprimatur. Ita tenet Bar. in extrauagā. ad repri in ver. in termino. per illum tex. & per d. cle. sæpè. ¶ † Septimò amplia istam regulam, vt procedat nō solùm in termino iudicis probatorio, sed multo fortius in termino legali, q̄ semper censetur peremptorius. l. facta. §. si quis bonorū. ff. ad Treb. fm Bal. hic, & in c. sancimus. in fi. quo tempore miles. in vsi. feu. Facit tex. in l. scire. §. sufficit. & §. subsequens. ff. de excu. tut. nam fortior est exclusio termini legalis, quàm hominis, vel repudiationis, fm Bal. in l. diffamari. in 1. col. in fi. C. de inge. & manu. & 13 in l. 2. C. de temp. app. † Ad istam etiam materiam vide q̄d dicit Spe. in tit. de dila. §. fin. ver. item quid si datus. q̄ prima dilatio ad probandum in tantum censetur peremptoria, q̄ nedū non potest dari secunda dilatio ad probandum nec actori, nec reo: imò si post lapsum primi termini actor, vel reus vellet facere positiones, illis non tenetur quis respondere. c. 2. cum glo. de confes. lib. 6. & multo magis ex dispositione statutorū, certè post lapsum termini non possunt tales positiones fieri, & si fiant, non tenetur pars respōdere: quia tales positiones nō sunt species probationis. & fiunt vt pars releuetur à probando si cō fiteatur, & idem tenet Pau. de Cas. hic in 3. col. Facit l. sed & si restituatur. §. ex q̄b. causis. ff. de iud. & tex. melior de iure in l. in ꝛctib. §. illo. & ibi Bal. no. C. de non nu pecu. & de intellectu d. §. illo. dixi in l. manifestæ. ff. de iureiu. Idem etiam tenet Pau. de 14 de Cas. in l. 1. de dilatio. ¶ † Octauò pro ampliatione istius regulæ adde, q̄ etiam termini extraiudiciales intelliguntur peremptorij, licèt non adijciatur. l. si tempora. C. de fid. instr. & iure hastæ fiscal. lib. 10. & l. Titia. §. vsuras. ff. de leg. 2. quod est notabile pro terminis, qui statuuntur in interpellationibus, & similibus actibus extraiudicialibus, secundum Angel. in d. l. si tempora.
15 ¶ Istam regulam sic ampliatam limita tex modis. ¶ † Primo, nisi secunda dilatio ad probandum detur partibus expressè cō sentientibus, vel præsentibus, & non contradicentibus: quia tacitè censentur consentire, secundum Ang. hic, in 2. col. ad fin. quem simpliciter sequitur Raph. Fulg. hic circa prin. Facit bene tex. in l. 1. & quod ibi pulchrè no. Bar. C. de rela. vbi no. Bart. q̄ quando iudex facit actum, qui potest esse præiudicialis parti, debet pars expressè cōtradicere, aliàs sibi præiudicat, & ideo inolenit stylus, q̄ scribitur in actis, & hoc præsente parte con-
16 tradicente, & protestante, & est tex. in c. 2. de accu. in 6. ¶ † Secūdo limita istam regulam, vt procedat in dilationibus probatorijs, secus est in dilationibus expectatorijs, quæ dantur absenti ad veniendum: nam illæ non censentur peremptoriæ, fm Bal. hic in vlt. col. in prin. & in d. l. cessante. cum limitatione, de qua ibi per eum, & in alijs locis ꝛ. in prin. allega. Quid aūt sit de alijs dilationibus, ponit Spe. in tit. de dila. §. fi. in ver. termini aūt assi-
17 gnatio. quem refert, & sequitur Ang hic in 2. col. ¶ † Tertio istā regulam vī mirabiliter limitare Bar. (nisi lectura ut corrupta) in l. mancipiorum. circa fi. ff. de optio. lega. q̄ istud sit pp comminationes iudicis. qui in dilatione comminatur, q̄ ea elapsa procedet ad vlteriora; vnum vult Bart. q̄ si dilatio simpliciter daretur absque dicta comminatione, q̄ non censeretur peremptoria. Facit, quia præceptum nunq̄ censetur peremptorium, nisi dicta comminationem habeat. l. in peremptorio. ff. de iudi. gl. in l. ii apparitor, & ibi Bar. C. de cohor. lib. 12. sed ista limitatio non placet, pp̄ istum tex. iuncta inductione Bart. & Doc. vt ꝛ. retuli vbi non fit ista distinctio, q̄a cū non possit dari nisi vna dilatio, vt hoc text. ergo illa censetur peremptoria, ergo istud procedit absq; cōminatione: q̄a lex non vult, q̄ possit dari nisi
18 vna dilatio: ergo non curamus cōminationē. ¶ † Quartò limita in termino assignato ad agendū, iuxta l. diffamari. C. de inge. & manumis. quia ille non censet̄ peremptorius, fm Ang. in l. 1. C. vt nemo inuitus. alleg. Inn. in c. cū in tua. extra qui ma. accu. pūt. Contrarium, & melius tenet Ang. hic sibi ꝛrius. per l. si ea. cum ibi nota. C. qui accu. non pūt. & est satis de mente Bal. hic,
19 & cum Ang. hic transit simpliciter Alex. in 1. col. † Et ita tenendo limita, vt signanter p. Ang. in § si quis aūt. in pe. col. in Auth. de hær & fal. vbi dicit, q̄ licèt iudex possit statuere terminum actori, intra quem agat, & si non egerit, excludatur, l. si accusaturus. ff. de adul. d. l. diffamari. & l. mancipiorum. ff. de opt. leg. l. Titia. ff. de accus. eodem modo licèt iudex possit assignare terminum reo ad opponendū exceptiones, quo termino elapso non audiatur, vt per Dy. in regula indultum. in 6. tamē dicit Ang. q̄ ita demum per lapsum talis termini excluditur ab agendo, & reus ab excipiendo, si iudex intra talem terminum bis monuerit actorē, vt ageret, vel reū vt exciperet: aliàs actio, quæ actori cōpetebat, vel exceptio rei perpetuò nō excluditur in effectu; nisi intra illum terminum bina monitio iudicis interceserit. Mouet̄ Ang. maximè per tex. in §. si quis aūt pro redemptione. vbi ēt Ang. in Auth. de eccl. ti. dicit tamen Ang. q̄ istud dictū est verū: relinquit tñ cogitandū. Sed in d. §. si quis p redēptione. dicit se nō firmare, & dicit Ale. hic in j. col. q̄ Ang. bñ fecit nō firmare: q̄a iura Ang. loquunt̄ ī casib. spālib. & sic reprobat istud dictū. sed ipsemet D. Ale. sequit̄ illud dictū ī ꝑncip. ꝓl. 108. incip.

ADDITIO.

a ¶ Adde Dec. in c. licèt causam. col. 4. 4. no. ext. de proba.

incip.viso themate diligenter &c. in fi.in 1.vol.sequit Ang.de Are.in trac.maleficiorum.in ver.necnon ad querelam.& Bartho.Veron.in cautela.152.sed Lud.in l.quamdiu.3.ff.de acqu. hæred.multis rationibus damnat istam regulam Ang. vt ibi p eum.Subijcit tamen Lud.quòd non potuit aliàs tantum cla-
20 mare,ꝙ iudex tenuerit istam regulam Ange. † Quintò limita in termino dato ad allegandum,qui non censetur peremptorius.& hic videmus in practica,vbi multi termini dantur ad allegandum.Auth.iubemus.C.de iudi.Bar.in l.2.C.quomodo,&
21 quando iud.¶†Sextò limita,nisi intra paucos dies post primã
22 dilationem,vt dicam nunc in seq.no.¶†Septimò limita dictã regulam non procedere in termino assignato arbitratori, vel arbitro ad laudum:quia non censetur peremptorius:quia post talem terminum posset arbiter ferre laudum.ita Bar.in l. 2. C.
23 quomodo,& quando iud.¶†Quartò pondera tex.in ver. non potest.ex quo probatur,quòd iudex non potest dare secundã dilationem ad probandum.Intellige absque rationabili causa,
a vt ĩ.dicetur.[a] & si daret secundam dilationem, ipsa secunda dilatio esset ipso iure nulla,& processus esset nullus Ita ponderat Bar.hic istum tex.in 2.col.in ver. quæro,quid si iudex dedit
24 secundam.† Ponderando verbum non potest, cùm negatiua posita ante verbum potest,importet impossibilitatem. gl.in c. 1.de reg.iur.in 6.Bar.latè,& Moder.in l.Gallus.in prin.ff.de libe. & posthu.& idem quod hic tenet idem Bar.in l. 1.C.de dilatio. sequuntur Lud.Fulg.Pau.de Cas.& D.Alex.hic.Contrarium, ꝙ imò secunda dilatio valeat,tenet Bal.hic in 5.col. in versicu. iuxta hoc quæritur secunda dilatio &c.Motus:quia iudex potest facere gratiam,si vult in dando secundam dilationem, ꝑ tex.in c.consuluit.de officio delegati.& per notata per Inno. in c.auditis.de procuratoribus.Idem tenet Bal.in l.petendæ.circa principium.C.de temp.in integ.rest.peten.& Ang.hic.Tu tene opin.Bar.pro qua strictè pondera istum tex. in verbo non potest.nam cùm ista verba dirigantur ad iudicem, abnegãdo potestatem faciẽdi actum,ergo actus qui fit,est ipso iure nullus. ¶Secundò:quia quando lex vtitur verbo non possit,apparet, ꝙ non potest renunciari,quasi traditum sit pro forma, secundum Bar.in l.de his.circa med.ff.de transactio.Tertiò pro eadẽ parte pondera duos tex.s.tex.in d.c.licèt causam.in prin.in ver. nullatenus.de proba.& in c.pastoralis.in ver.nullatenus.de ex-
25 ceptionibus,quæ iura dupliciter sic induco. † Primò,quia dictio nullatenus,importat nullitatem actus ipso iure.gl.est sing. in Auth.si qua mulier.C.ad Velleianum.de qua glo. facit festũ D.Card.in c.super literis.de rescri. Secundò, & fortius stringit,
b nam dictio nullatenus, [b] apposita in l. vel in canone importat tantum quantum clausula decreti annullatiua : & sic tollit facultatem dispensandi, quòd iudex non possit contrarium dispensare,ita tenet Dom.Anto.& Imo.in clem.1.de seq. pos. & fru.per illum tex.in verbo nullatenus,& ibi refert , & sequitur D.Card.in §.si quis autem.in 6.q.idem tenet Arch.in cap.quoniam.super verbo nullatenus.de immunitate eccles.in 6. & de ista regula facit festum Ioan.de Ana.à quo primum didici,in c.quia frustra.in 3.colum.de vsuris.Idem est de mente Io.And. in c.Romana.§.pe.de app.in 6.& ibi expressè Gemin. idem tenet.(& ita teneas)quamuis contrarium sentiant glo.in d.clem. in vers.nullatenus.& contrarium teneat Gemin.in d.c.quoniã. qui est sibi contrarius,sed ista regula est vera,& eam compro-
26 bo:quia ista† dictio nullatenus,quę est vniuersalis negatiua tãtum importat,quantum dictio,nullo modo: sed dictio nullo modo,impedit ne possit dispensari contrarium, vt est glo. notabilis in cle.2.de ætate,& qualitate.quam ad hoc reputat singu.Ang.& Imo.in l.qua ætate.ff.de testa.Bonus tex.in l.fi.& ibi Moderni notant.C.qui testa.facere possunt. ergo per illam dictionem nullatenus,apparet,ꝙ secunda dilatio esset ipso iure nulla , & ꝙ iudex non posset in hoc dispensare: & hoc modo
27 inducendo illi tex.fortiter stringunt pro Bart.¶†Limita istam conclusionem duobus modis.Primò, ꝙ testis admissus in tali secunda dilatione nulla,quamuis non probet,facit tamen saltem certum indicium.Ita tenet sing.Barto.in l.2.in vlti. col. ff. de appel.reci.sed veritas huius pendet,an testis,qui non debuit admitti,si sit admissus,faciat saltem indicium,de quo est glo.in
28 l.maritus.ff.de qõ.cum suis eõcor.¶†Secundò limita, nisi probatio fieret incontinenti post terminum, vel post paucos dies, secundum Bal.hic in 3.colum.post glo.ordina.in clement. sæpè. in versic.vbi ergo.de verbo.significa.post Cyn.in d.l.mancipiorum. & hic plenius videas per Bald.& ꝙ post terminum iudicis elapsum admittatur purgatio moræ infra modicos dies, est doctr.Innoc.cum limitatione,de qua ibi per eum,in c.cum in tua.qui matri.accus.pos.sequitur no.Bald in Authẽ.ad hæc. in penul.colum,vbi limitat C.de vsu.& in d.l.diffamari.in 1.co
29 lum.circa fi.Facit tex.in clemen.1.de proba. † Aduerte tamen circa limitationem,quam ponit Innocen.in dicto cap. cum in tua. dum dicit , quòd licèt post statutum terminum à iudice possit mora purgari,& probari intra paucos dies:secus post terminum statutum à l.vel statuto:quia terminus statuitur in modum præscriptionis: quia contra istam limitationem videtur facere:quia mitius agitur cum l.quam cum homine. l. Celsus. in princ.cum glo.ff.de arbi.quæ regula potissimè habet locum in materia purgationis moræ,secundum Bart. in l.si insulam. in 8.oppo.de verbo.oblig. Considera etiam propter l.& si post tres.ff.si quis caut. vbi purgatio moræ in iudicialibus bene admittitur intra paucos dies,quando sumus circa præparatoria iudiciorum,& non aliter.vt ibi tenent omnes:& quòd incontinenti post admittatur,facit regula:quia paria sunt aliquid fieri in termino,vel incontinenti post.glo.est no.in l.Pomponius.§. rati.ff.de procura.quam reputat sing.Imo. in l. ex consensu. §. cum qui.in 25.colum.ff.de appel.& in l.2.§.prius.ff. de vulg.& pup.sed habes concordantem glo.in l.2.in princ.in versic.narrationem.C.de iur.cal.expressè Specu.in titu.de satisda.§.viso. ver.debet autem præstari.Ad istam vltimam regulam multa cumulaui in l.ita demum. C. de procurato. quæ per te videas.
30 ¶†Quintò principaliter nota ex prima regula huius tex. ꝙ in causis pecuniarijs non dantur plures dilationes reo, quã actori,& ita no.glo.magn.circa fi. Sed tu pro limitatione aduerte, quòd quamuis reo non possint dari plures dilationes numero,possunt tamen dari longiores,quàm actori.gloss.est no.in l. sicuti.§.sed si quæratur.in glo.1. quam ibi sequitur Bartol. ff.si ser.vend.& illam glo.Barto.hic reputat ad hoc sing. eam not. Bar.in l.1.§.1.in 2.col.ff.de itine.act.priu.& in l.si prius.in 7.opp. j partis,& ibi expressius Imo.ff.de ope.no nunc.Et ita intelligẽdo potest saluari gl. in l.in tribus.in gl.fi.in versi. actorem.ff.de iudi. quæ glo.aliàs de directo diceret contra istum text. Et isto modo nota.limita doctr.Doctor.in l.de die.in prin.ff. qui satisda. cogan. vbi concludunt, quòd circa media iudicij, & sic circa dilationes,& probationes fauetur pariter actori, & reo. Fallit hic,quia longiores dilationes possunt dari reo.Cogita ta-
31 men de ratione falleṇtiæ.¶†Sextò no.ex secunda parte l.quòd in causis capitalibus plures dilationes dantur, quàm in causis non capitalibus.Rationem differentiæ assignat glo.magna hic ad fin.In contrarium tamen fortiter facit, ꝙ imò totum ẽcontra esse debeat,cùm in causis ciuilibus longius duret instantia, scilicet per triennium.l.properandum.in prin.C.de iudic.quã in causis criminalibus,seu capitalibus, vbi solùm potest durare biennio.l.2.C.vt ĩ.cer.temp.cri.quæstio termi.Sed respondeo, vt per Bar.hic circa fi.post Gul.de Cu. quamuis sua responsio
32 sit persuasiua,non autem necessaria,& cõcludens. ¶†Vltimò no.ꝙ in causis capitalibus magis fauetur reo accusato, quàm accusatori,cùm tractetur de maiori præiudicio; cùm ei dẽtur tres dilationes,& accusatori solùm duæ.Ita limitatur doctrina communis posita in l.de die in princip.supra qui satisd.cog.vt ibi dixi.¶Aduerte circa prædictam rationem diuersitatis, quã ponit glo.mag.circa fi.quam omnes sequuntur:quia tractatur de maiori præiudicio ex parte rei accusati, qui venit corporaliter puniendus:quàm ex parte accusatoris. Vnde sanctius est nocentem reum absoluere,quàm innocentem condemnare.l.
c absentem.ff.de pœ. [c] Circa istam rationem dubitat Laud. hic, quia imò secundum hanc rationem idem deberet esse in accusatore,quod in accusato reo: quia si accusator nõ probauerit, tenetur pœna talionis:& sic eadem pœna , prout reus tenetur. l.fi.C.de accu.& super hoc relinquit cogitandum. Tu respondeo dupliciter:primò,ꝙ de iure fori istã inscriptio ad pœnã ta-
d lionis non habebat locum, [d] posito etiam ꝙ haberet locũ.respondeo secundò,ꝙ imputandum est accusatori , qui se inscripsit ad pœnam talionis,iuxta.d.l.fi. vnde non est ita æquum si-
33 bi succurri,sicut reo accusato.¶†Aduerte tamen,ꝙ licèt plures dilationes dentur reo,quàm accusatori: tamen si reo detur tertia dilatio,poterit ẽt accusator intra illam tertiam probare qa dilationes debent esse cões vtriq; parti l.petẽdę.& ibi Cy.& Bar.expressè ad finem.C.de tẽp.in inte.rest.peten. no. Bal. Alb. Pau.

ADDITIONES.

a ¶Dicetur.Adde Soc.lib.4.consi.47. incip.in præsenti consultatione. colo. PVRPV.

b ¶Nullatenus.Adde gl.in cle.2.de æta.& quali.Ange.& Io.de Imo.in l.si quaramus.ff.de testi.Io. de Imo.in c.2.de test.

† Osasc.decis.165.nu.140.Rol.consi.57.nu.51.lib.3.vbi ꝙ hæc dictio nullatenus,quia vniuersalis,importat ipso iure. Quam vniuersalem negatiuam dicit Ias.in l.pe.C.de mil.test. MASVER.

c ¶ff.de pç.Vide Bar.in l.transigere.C.de transac. PVRPV.

d ¶Adde hodie sublatam esse pœnam talionis testibus.Dec.in l.imperium.col. 4.ff.de iurisd,om.iud.Doc.in c.inuito beneficium.de reg.iu. in 6. Cagnol. in regu.inuito.nu.9.de reg.iur.Catel.in ver.talionis.Imbertus,in Enchirid.iuris Gall.ver.Accusare. MASVER.

Pau.de Caſt.& alij Mod.hic.¶Capio glo.1.mag. quam diuide in 4.partes.In prima format tres oppo.contra primam regulã tex.In ſecunda contra ſecundam regulam text. format vnam oppoſitionem:poſtea declarat tex.In tertia notat ex tex. & per viam fallentiæ remouet tria contraria.In quarta quærit de duplici ratione diuerſitatis ad tex.Secunda ibi, ſecundæ autem regulæ.Tertia ibi,item no.ex hac l. Quarta ibi. Item quare plures.Vel potes diuidere in nouem. Prima opponit contra primam regulam tex.& tripliciter ſoluit. In ſecunda ad idem opponit,& ſoluit.In tertia idem facit. In quarta opponit contra ſecundam regulam tex. & ſoluit. In quinta declarat, quod ſit crimen capitale,de quo in tex.In ſexta declarat ver.ſi.tex.quòd ad vtranq; regulam referatur. In ſeptima notat ex tex. & multipliciter opponit.In octaua quærit,quare plus dilationes dentur in cauſis criminalibus,quàm in ciuilibus. In nona quærit, quare plus dilationes dentur reo accuſato, quàm accuſatori. Secunda ibi,item eſt contrarium primæ.Tertia ibi, item eſt ꝯ in Auth.de teſti.Alias vide per te.¶In ead.glo. ibi, tu verò dic. *ita cõiter tenetur.* Pro clara intelligentia iſtius materiæ de tribus eſt videndum.Primò,quæ cauſæ cognitio requiratur in danda prima dilatione.Secundò,ex quibus cauſis poſſit concedi ſecũda dilatio. Tertiò,qualiter probetur iſtud impedimentum ad hoc,vt ſecunda dilatio poſſit concedi. Circa primum dicbreuiter,ſecundum glo.ꝙ ſufficit leuis cauſæ cognitio, quæ conſiſtit in duobus.Primò,ꝙ non petatur per calumniam.l. 2.C.de fal. Secundò, ꝙ moderetur ſecundum diſtantiam locorum, iuxta.l.1.C.de dila.Adde tertium,quòd faciat ad cauſam illud, propter quod dilatio petitur.ſecus ſi eſſet impertinens, vt per Barto.& alios hic.& Bal.in l.vnica.C.vt quæ deſunt adnuo.Pau. de Caſt.in l.oratione.ſ.eod.& dicit Pau.de Caſt.in l. 1. C.de dila.ſe putare,† ꝙ prima dilatio poſſit concedi,etiam ſi iudex nõ ſedeat pro tribunali.¶Aduerte tamen,dum glo. & omnes hic volunt,ꝙ nulla dilatio poſſit dari ſine cauſæ cognitione,& leui,eſt verum niſi cauſa principalis ſit talis,quæ non requirat cognitionem,& agatur de modico præiudicio: tunc poteſt penitus ſine cognitione dari, & iudice non ſedente pro tribunali. ſecundum Imo.in cap.præterea.de dila.& ſequitur Dom.Lanfran.in repe.c.quoniam contra falſam.in ver.dilationes.de prõ
5 ba.¶† Venio ad ſecundum,& vt omnia clarè,& ordinatè habeas,fac regulam,& nouem fallentias. Regula eſt, ꝙ iudex nõ poteſt dare niſi vnam dilationem ad probandum, & ſi daret aliam,eſſet ipſo iure nulla, vt hoc text. & latè dixi ſupra in 1. nota.Iſta regula fallit ſecundum glo.& *omnes*,† quãdo iuſto im
36 pedimento fuiſſet impeditus in prima dilatione. nam iſta eſt iuſta cauſa dandi ſecundam dilationem.l.oratione. ſupra eod. Sed aduerte ſecundum Iacob.But.& Barto.quòd tunc non datur ſecunda dilatio,niſi eatenus, quatenus fuit impeditus in prima.Et ideo ſi in prima dilatione fuit ſolùm impeditus ad producendum vnum teſtem, non habebit ſecundam dilationem,niſi ad illum teſtem.l.admonendi.in ver.quibus nunc ſolis.ff.de iureiu.vbi etiam Barto ad hoc notat,& limitat. Et qa ibi ordinariè dixi,ideo hic non inſiſto.& Pau.de Caſt.in l.ſi ſtipulatus eſſem abs te.ff de verbo.oblig.Solus Bald.in d.l admonendi.dicit quod iſtud eſt verum de iure: ſed de conſuetudine non ſeruatur.quod notabiliter limita ſecundum Bald hic, niſi tunc iudex concederet ſecundam dilationem generaliter, & ſimpliciter,vtraque parte præſente,& non contradicente: tũc poſſet impeditus quo ad omnia.Faciunt quæ dixi in not ¶Secundo limita, niſi aliæ probationes de nouo peruenirent ad notitiam partis:de quo ſtatur eius iuramento. c.paſtoralis. de exceptio.Barto.in d.l.admonendi.in 2.colum. vbi limitaui, & Salic.in l.1.C.de dila. & de iſtis duabus limitationibus aliquid infra dicam.Eodem modo ſecundum Barto. idem eſt dicendum reſpectu temporis:quia ſi in prima dilatione fuit ſolum impeditus in duobus diebus, habebit ſecundam dilationẽ ad duos dies tantum.l.diuus.& ibi gloſ.in verſicu. reſtituere. ff. de in integr.reſtit.& ita tenent Bald.Angel.& Modern.hic.Bald.in l.quo tempore.in 1 colum.ad fin.C.de reſti.milit.Dom.Anto, in cap.vltra tertiam.de teſt.vbi ſequitur omnia dicta Barto. & ita tene,quamuis contrarium teneat Salic.in l.1.C. de dila. per duo fundamenta,quibus reſpondet Domi.Alexan.hic. Intellige,niſi impedimentum ſuperueniens,in illis duobus diebus habuiſſet abſorbere omnem diligentiam præcedentem.Ita limitat not.Barto.in l.ſi ita ſtipulatus eſſem abs te. in fin. per illum tex.ff.de verbo.oblig.Pau.de Caſt.& Moder.hic, Bald. in l.& ſi per prætorem.§.ſed cum feriæ.ff.ex quib.cau.maio.& in l.2.C. de tempo.app.Ang.de Are.in §.rurſus.in 3.colum.Inſti. de act. Item concluſionem glo.limita ſingulariter,niſi prima dilatio fuiſſet ad probandum exceptionem aliquam merè dilatoriã, quia licèt quis fuerit impeditus in prima dilatione,tamen non debet habere ſecundam dilationem,ita Angel.hic in 1.colum. & in l.ſi quis ex argentarijs.§. fin.infra de edendo. & dicit fuiſſe mirabilem deciſio.Innocen.in cap.prudentiam.§.ſexta.in verbo probauerit.de offic.deleg.tamen Innocen. ibi nihil firmat, debuit allegare glo.magiſtram.in cap.pia.in verſicu. octo dierum.de excep.in 6.& ibi Ioan.And. de quo tamen plenius per Abbatem,& Modernos in d.cap.vltra tertiam.per Dom. Ant. & alios in d.cap.prudentiam.§.ſexta.¶ Pro iſta limitatione videtur bene facere. Nam quando aliquid non admittitur in cã appella. multominus ibi in prima inſtantia debet dari ſecunda dilatio,vt infra arguit Barto.ſed ſic eſt,quòd dilatoria exceptio,quæ non fuit oppoſita in cauſa principali,non poteſt poſteà opponi in cauſa appellationis,vt eſt text.reputatus ſingul. in l.ita demum.C. de procur. Sequendo tamen communem intellectum ibi, licèt ibidem ego latè impugnauerim, ibi vi-
37 deas vltra glo.¶† Limita ſecundò prædictam regulam,quando prima dilatio non fuit integra:puta trium, vel ſex menſiũ, iuxta.l.1.C.de dila.tunc iudex abſque alia cauſa poteſt concedere ſecundam dilationem,quaſi potius ſit quædam redintegratio primæ,ſecundum Innocen. in dicto cap. vltra tertiam. quem ſequitur Barto.in l.1.ad fin.C.de dilationibus.& in l.2. in vlti.colum.in princip.ff.de re iudic.Salic.in l fina.§.& quidam. per glo.ibi in verbo ſæpius.C.de iure deliberan. Sequitur Paul. de Caſtr.in d.l. 1.C.de dila.Dom.Abba.in d.cap.vltra tertiam. ſed Bart. hic & melius reprobat per bonam rationem,de qua hic per eum.& in conſi.quod incip.ex facto proponitur, quòd in cauſa pecuniaria.in 2.dubio.Dom.Anto.& Imo.in d.c.vltra tertiam.& Alexan.hic,qui impugnat quandam diſtinctionem
38 Pau.de Caſt.hic.¶† Tertiò limitat ſignanter Barto.hic in 2.colum.quando ius aduerſarij non eſt factum deterius,quin poſſit probare,ſicut prius,& omnia ſunt in integro ſtatu, tunc tenet mirabiliter Bart. quòd iudex poteſt concedere ſecundam dilationem abſque alio impedimento, vel alia legitima cauſa per tria, de quibus hic per eum. Adde, quòd iſta fuit deciſio. Specu.licèt Barto.non alleget.in titu.de dila.§.nunc videamus. verſi.ſed nunquid poſt lapſum temporum. cum limitatione, de qua ibi per eum,& ſequuntur omnes Modern.hic:Domin. Anto.& Imo.in d.c.vltra tertiam.cum alijs concor. de quibus per Dom.Alexan.hic,& in l.ſi inſulam.in pen. car. ff.de verbo. oblig Contrarium viſus eſt tenere Barto.in l.mancipiorum.ff. de optione leg.quem Imo.in d.l.ſi inſulam.& Dom.Alex. hic conantur ſaluare à contrarietate. Iſte paſſus eſt valde ſubtilis, & multum neceſſarius ad intellectum huius text. & præſentis materiæ.Ideo intendo eum bene diſcutere.Pro opin.Barto.videtur quaſi tex.ad literam in d.l.mancipiorum.allegata p Bar. dum text.dicit,ſi omnia integra ſunt, & pondera multum rationem illius tex.quia per hoc,quod legatarius poſt aſſignationem termini admittatur,ſi omnia integra ſunt, non eſt damnum ſubiturus hæres,quæ ratio militat etiam in caſu noſtro. ¶Secundo pro opin.Bar.facit bonus tex.in c.ſi tibi abſenti. de præben.in texto.quem allegat Ludo.Ro.hic, vbi poſt lapſum termini aſſignati per ordinarium acceptandi beneficium abſenti collatum re integra admittitur ad acceptandum, quando alteri non eſt adhuc prouiſum de illo beneficio: & ſic adhuc eſt res integra.& ſic ibi text.videtur confirmare opi. Bart. Nec dicas,ꝙ ibi per lapſum illius termini erat acquiſitũ ius alicui in ſpe, prout hic per lapſum termini erat acquiſitum ius aduerſario in ſpe,quia poteſt dici,quòd iſtud in propoſito nõ eſt habendum in conſideratione, quod ius in ſpe alij quæli-
39 tum ſit,per text.clarum in d.l.mancipiorum.¶† Tertiõ facit, quod vult Imo.in capitu.cum in tua. qui matrimonium accuſare poſſunt.quem referunt, & ſequuntur Bartol.Angel. & Modern.in l.ſi quis hæres inſtituatur,in princip. per illum tex. ff. de hæred.inſtitu.¦& Modern. in l. quamdiu. la terza, ff. de acquiren.hæred.vbi volunt,quòd ſi iudex ſtatuit alicui terminum,etiam cum comminatione,quòd vlterius eum non audiet,tamen re integra,poſt lapſum termini, debet audiri. Iſta ſunt quæ multum adiuuant opin. Barto. Sed licèt omnes ita teneant,puto ꝙ falſa ſit opinio Barto. per ſex principalia fundamenta.& quando alia non facerent, iſtud multum mouet me,quia ſecundum opin.Bar.deſtrueretur regula iſtius text. & quàm plurium concordantium,quos allegaui in 3. not. Nam iſte text. & multi ſimiles,qui dicunt,ꝙ iudex non poteſt dare niſi vnicam dilationem, reſtringeretur,quando ius aduerſarij eſt factum deterius,& ſic res non eſt integra. Nam ſi non eſſet factum deterius,poſſet ſine cauſa dari ſecunda dilatio.qđ pfecto ineptũ eſt,& deſtruit iſtum tex.& ſimiles;ꝙ ideo non poſſit

ADDITIO.

2 ¶ Concedi. Socin. libro 4. conſilio 10.incipien. inſignis Doctor. vbi latè. PVRPV.

sit hic dari secunda dilatio: quia ius aduersarij factum est deterius. ¶ Secundò in contrarium facit tex. in l. scire oportet. §. 1. in fin. ff. de excusa. tuto. vbi tex. dicit, quòd post quinquaginta dies, qui dantur ad probandas excusationes, nulla est eis relicta via. vnde ille text. malè diceret, quando re integra posset admitti, vt dicit Barto. nisi respondeas, quòd ibi loquatur fauore pupilli, ne pupillus diutius tutore careat. vel quòd ibi loquatur in termino legali, qui fortius excludit, quàm terminus hominis. l. facta. §. si quis bonorum. ff. ad Trebel. & dixi in text. & vide Bar. in l. si insulam. in 8. oppo. de verb. oblig. ¶ Tertio contra Bar. potest subtiliter retorqueri tex. in quo se fundat Bar. s. tex. in d. l. mancipiorum. Nam considera, quòd ratio illius text. est, quia causa dandi termini ibi fuit, vt hæres conseruetur indemnis; vnde licèt elapsus sit terminus: tamen quando post terminum hæres adhuc remanet indemnis, certè quia adhuc durat causa termini. ideo legatarius adhuc admittitur: ergo probat ille tex. quando post lapsum termini non duraret causa, vt in proposito nostro, quamuis omnia essent integra, non debe-
40 ret vlterius admitti. ¶ †Quartò inquantum Barto. fundat se in ista ratione, secunda dilatio debet concedi ad probandum illud, ad quod admittetur in causa appellationis, propter eandē æquitatem. licèt Bald. in 3. col. hic adducat ad aliud propositū, tamen Lud. Rom. in consi. 226. quod incipit. vltra pridie allegata, in pen. & vlti. col. istud per plura reprehendit, & bene, & inter cætera mouetur: quia ista consequentia confunditur ex his, quæ ipsemet Bart. vult supra in 1. colu. vbi vult, q̄ quando quis fuit impeditus in prima dilatione solùm in vno teste, vel in duobus diebus, quòd secunda dilatio solùm conceditur ad tantundem. s. ad producendum solùm illum testem, vel ad habendum solùm dilationem illorum dierum: & tamen in causa appellationis aliud est: quia posset producere quoscunque testes: ergo consequentia Bar. non est bona, & seipsum confun-
41 dit. ¶ †Item, & quintò, quia dilatio primæ instantiæ non se extendit ad causam appellationis, sicut nec generalis renunciatio probationum, nec conclusio in causa. vndē in causa appellationis potest dari noua dilatio, licèt in prima instantia non potuisset propter renunciationem. c. cum venissent, & ibi Innoc. in fi. & Doct. de testi. iuncto eo quod ipse notat in c. pastoralis. de causa pos. & proprie. Pau. de Cast. hic in 2. colum. ¶ Sextò si procederet æquiparatio Bar. de causa appellationis & principalis, sequeretur magnum absurdum, q̄ in causa appellationis non deberet concedi noua dilatio, nisi quando res est integra, prout hic dicitur, quod pro certo est contra generalem regulā
42 l. per hanc. C. de tempo. appel. ¶ †Quartò principaliter limita regulam prædictam, nisi statutum diceret, prout hic Paduæ, q̄ dentur tres dilationes. prima 15. dierum. Secda 10. Tertia quinq; tunc secūda, & tertia dilatio dabunt absq; alio impedimento: ex quo statutum simpliciter dicit debere dari: sicut hic dicitur in secunda regula. Ita tenet Pau. de Cas. hic in 2. col. & in l. 1. C. de dila. refereus, quòd ita practicatur vbique, & miratur quòd Doct. non tangant, quamuis D. Alex. hic in antepen. col. reprehendat, vt hic per eum, & putarem in hoc multum esse considerandā verba statuti. ¶ Quintò not. limita prædictam regulā, secundum Ang. hic (sub dubio fortè,) quando prima dilatio nondum esset finita: quia posset prorogari absque alia iusta cā, quia prorogare non est nouam dilationem dare. l. sed si manē te. ff. de precario. Pau. de Ca. hic in 3. col. dicit, q̄ hoc fuit originale dictum Spe. quem Ang. non allegat in tit. de dila. §. nunc videamus. ver. & sunt hæc in argumentum. cum vers. præced. & dicit Paul. hoc esse perpetuò tenendum menti in practica. Raph. Fulg. hic in pen. col. reprobat, quia sicut iudex nō potest abbreuiare dilationem sine causa, vt no. in l. 2. ff. de re iud. multò minus potest prorogare, cùm materia dilationum sit amputanda. l. 2. C. de temp. app. Reprobat etiam D. Alex. hic in lecui fundamēto: quia sequeretur, quòd ista. l. & l. oratione. supra eodem, essent impositæ verbis, & non rebus, quod nihil est, vt patet ad sensum. Tene hanc limitationem: quia quando prima dilatio est finita, iam est acquisitum ius aduersario: sed quādo adhuc durat, nondum est acquisitum ius parti: ideo iudex potest impedire, ne acquiratur. Sed postquam est acquisitum, nō potest sine causa tollere, per regulam. l. patre furioso. ff. de his, q̄ sunt sui, vel alien iur. & ita plenius quam ibi tenet Pau. de Cas. in l. 1. C. de dila. vbi etiam alleg. Bal. in l. 1. in vlti. colum. C. quomodo, & quando iud. qui tamen non loquitur, prout eum recitat: imò illud quod ibi dicit Bald. videtur potius facere contra. Nam quærit ibi Bald. iudex assignauit terminum ad probandum, an elapso termino possit expectare vltra? Refert, q̄ quidam dicebant, q̄ non. ex quo ius erat acquisitum parti, qd iudex auferre non potest, per gl. not. in l. 1. §. fin. ff. de prætorijs stip. dicit Bal. q̄ est verum, si pars non contradixit assignationi termini. sed si contradixit: quia nimium breuis esset: tunc pōt fibi facere gratiam ex æquitate, expectando eum in diem sequentem, & non vltra, dummodo pars citetur, sine qua, sicut non potest dari dilatio, ita nec variari, per glo. in d. l. 1. §. fina. vt ibi per Bal. & sic ibi loquitur, quando prima dilatio erat finita, & sic nihil in proposito. Nota tamen illam decisionem Bald. ad ea quæ tetigi. s. in tex. an post lapsum termini possit mora purgari: quia ista decisio Bal. refragari videt his, quæ supra firmaui: & dicit Pau. de Cas. in d. l. 1. q̄ semel vidit bonæ memoriæ Dominum Prodocimium facere magnum festum de isto dicto Ang. sed non allegabat Spec. & Bal. vbi supra. Ita etiam tenet Dom. Barth. Veron. in cautela 28. nec obstat fundamentum Fulg. quia tollitur ex limitatione Angel. quam tu teneas.
43 ¶ †Sexto limita, quando causa examinatur in consistorio principis: tunc nouæ dilationes dandæ sunt l. in offerendis. in fin. & ibi ad hoc notat Bar. C. de app. & intelligit verum, nisi per viā consultationis causa sit ad principem deuoluta. per l. cū à nobis, C. de dila. de quo etiam per Bar. in Auth. ei qui. C. de temp.
44 appel. ¶ †Septimò limita, quando fit additio ad libellum, tūc debet noua dilatio dari, secundum Ang. in l. 1. §. si quis stipulanti. ff. de verb. oblig. per Spec. tit. de libel. obla. in versic. sed & si.
45 & vers. seq. ¶ †Octauò limita, quando noua actio accumulat. gl. in verbo edita. C. de eden. & ibi clarè Bar. in 10. col. in versic. Quæro, an quando actio noua accumulatur. & glo. in c. literæ.
46 de dila. ¶ †Nonò limita, quando secunda dilatio daretur vtraque parte præsente, & non contradicente: tunc valeret ex tacito præsumpto consensu partium, secundum Bald. hic in 3. co-
47 lum. & dixi latius supra in tex. in 4. notab. ¶ †Decimo limita, quando aliqua exceptio de nouo superueniret, aut de nouo aliter deducta esset: quia quæ de nouo emergunt, nouo indigent auxilio. l. de ætate. §. ex causa. ff. de interrog. actio. Ideo noua dilatio danda est. capitu. pastoralis. de except. Facit l. 2. C. de
48 consor. eiusdem litis. † Circa tertium, qualiter probetur impedimentum in prima dilatione, ad hoc, vt secunda concedi debeat: ponunt Alber. hic in 8. colum. Angel. & Fulgos. dicunt,
a quod solo iuramēto probatur: nisi persona sit alias suspecta, & dicit Angel. se vidisse ita practicari. Facit bene text. in capit. quia propter. §. illud. de electio. & 4. quæstio. 5. in cap. fina. latè Bald. in l. 1. C. de dila. Facit quod volunt Barto. & Docto. in l. 2. §. quod diximus. cum his quæ ibi dixi. supra si quis cau. Paul. de Castr. hic in 6. colum. licèt nihil de prædictis alleget: tamen dicit sibi placere doctr. Specu. in titu. de dila. §. videndum. vers. in summa. quod pro obtinenda secunda dilatione sufficit probare impedimentum primæ per solum iuramentum, si aliter difficilè erat probare. Sed pro obtinenda tertia, vel vlteriori dilatione requiritur exacta probatio, cum aliqua præsumptio sit contra partem, quæ toties dicit se fuisse impeditam. Tu pro hoc allega. tex. reputatum sing. in l. fi. ad fi. ff. de bon. aucto. iudi. possid. vbi est text. quòd impedimentum non potest probari p iuramentum vltra quàm semel, prout dixi in d. l. 2. §. quod diximus. Adde, quòd etiam non sufficit se simpliciter iurare fuisse impeditum: sed debet in specie exprimere qualitatem impedimenti: quia posset esse tale impedimentum, quod non meretur dilationem: puta si facto tertij fuit impeditus: ex quo cō tra illum tertium habet actionem ad interesse. l. fina. in princ. ff. de eo per quem factum erit. Ita tenet Barto. in consilio suo, quod incipit, ex facto proponitur, quòd in causa pecuniaria. in penul. col. & est de mente Bald. & Angel. hic. Aduerte etiam, quòd requiritur, vt tale iuramentum super impedimento de-
b feratur per iudicem, ꝰ secundum Barto. in eodem consi. circa fin. Sequitur Lud. Rom. in l. 2. §. si quis in iudicio. ff. si qs cautionib. Facit tex. in l. 3. in principio. in ratione sui. ff. de iureiuran.
49 ¶ †Vltimò ad istam materiam inquantum glo. & Bart. supra circa princ. volunt, quòd prima dilatio detur cum leui causæ cognitione, vt hic. secunda detur, si doceat se impeditum in prima dilatione: vt hic per Barto. Adde quòd qualis debeat esse probatio istius impedimenti non traditur hic per Docto. Ideo de hoc vide per Dom. Abb. in consi. 170. incipiē. casus in effectu talis est: quodam statuto Senensi, &c. & per alios Doct.
50 ibi per eum allegatos. ¶ † In eadem glos. ibi, sed in crimina-

li

ADDITIONES.

a ¶ Sequitur, & communem dicit Ias. in l. 2. §. quod diximus. supra si quis caut. Roman. singu. 211. nume. 2. Afflict. decisio. 79. nume. 2. Declara, vt per Lanfran. Chærien. conclusio. 317. Ias. in l. ait prætor. primo respon. colum. 2. num. 5. ff. de iureiuran. Fely. in cap. ex parte. 2. col. pen. de referip. Rot. decisio. 302. in antiq. & an impedimentum probetur iuramento, not. Neuiz. consi. 42. nume. 10. MASVER.

b ¶ Adde, quòd ad hoc, vt iuramentum probet impedimentum ad concedendū secundam dilationem, vel aliud oporteat, quòd sit delatum à iudice: secus si à parte iuretur; quia assignatio dilationis est ipso iure nulla, ita Rolā. consi. 65. nu. 28. lib. 3. MASVER.

li causa, de qua loquitur secunda regula. habes intellectus ad tex. quòd secunda regula procedat etiam in causa criminali, & idem repetit glo. prima, in tertia, & vltima parte: & sic intelligit tex. in versic. capitalib. quòd procedat in omnibus causis, non solùm capitalib. & sic in quibus imponitur pœna personę: sed etiam in non capitalibus, quæ sint criminales. Nam causa dicitur criminalis, pro qua imponitur pœna pecuniaria applicanda fisco, vt habetur in rub. extra de iud. & hoc modo glos. restringit primam regulam tex. ad causas ciuiles tantum, quæ priuatam vtilitatem concernunt. Et iste intellectus in practica obseruatur, secundum Barto. & Ang. & Moder. hic, & per hoc pulchrè infert Dom. Lanfran. de Oria. Brix. in commento c. quoniam contra falsam. de probat. in ver. dilationes. in 2. col. q̃ in causis damnorum datorum duæ dilationes debent dari accusatori, sicut in causis criminalibus, sed Gul. de Cu. & Bart. hic, & Iac. de Are. & Cy. in l. 1. C. de dil. Do. Ant. in d. c. vltra tertiam. intelligunt text. melius, & magis realiter prout iacet, q̃ prima regula in ver. in pecuniarijs. propter dictionem vniuersalem, omnibus, intelligitur in causis criminalibus, cùm in ea infertur pœna pecuniaria solùm. Secunda verò regula procedit in causis capitalibus, vbi imponitur pœna, vel coercitio in corpus: & iste intellectus est verior de iure, secundum omnes. ¶ In gl. ibi, sed vlterior cognitio non adhibetur de probatione impedimenti. iste ver. gl. est obscurus, & recipit duplicem intellectum. Primus est, q̃ in causis criminalibus semper debeat cõcedi accusatori secunda dilatio: accusato verò secunda, & tertia absque hoc, q̃ aliquid probet de aliquo impedimẽto in prima dilatione. Sed in causis ciuilibus non est sic: quia ibi nunquam cõceditur secunda, vel vlterior dilatio: nisi probetur de iusto impedimẽto in prima dilatione. & est bonus intellectus. Secundus intellectus est, q̃ in causis criminalibus postquã accusatori est data secunda dilatio, vel reo accusato est data tertia dilatio, q̃ etiam si probarent de iusto impedimento in secunda, vel tertia dilatione, tamen non daretur eis vlterior dilatio, quia quando tex. loquitur de causis criminalibus, non dicit singulis causis, id est singulis impedimentis, ad denotandum, q̃ in causis criminalibus vltra duas, vel tres dilationes, vt in textu, etiam si in eis fuisset iustè impeditus, non daretur alia dilatio. Et ad istum intellectum magis videntur inclinare verba gl. sed iste intellectus non est bonus, quia imò in causis criminalibus si interuenerit iustum impedimentum, licèt etiam pars non peteret, iudex potest concedere etiam dilationem magis quàm in ciuilibus, per reg. l. & si non defendatur. ff. de pœ. & l. si vnius. §. cogniturum. in ver. quocũque tempore. ff. de quæstio. ¶ In ead. gl. ibi, item contrarium est primæ regulæ. habes soluta quatuor contraria, q̃ iste tex. loquitur in dilatione probatoria, quæ datur præsenti: sed contraria loquuntur in dilatione expectatoria, quæ datur absenti ad veniendum, & si non veniat ad comparendum eius malitiã. Ista solutio est bona, nisi quo ad Authen. iubemus. vbi illæ tres dilationes dantur præsenti. Vnde respondeo, quòd ille tex. loquitur in dilationibus ad allegandum in iure. hic in dilationibus probatorijs, prout etiã
51 dicit Bar. in l. 2. C. quomodo & quando iud. ¶† In ea gl. ibi, sed speciale propter eius immanitatem. quomodo crimen adulterij sit immane, dic vt traditur, & ibi dixi in l. transigere. C. de transac. Habes ex gl. & l. in ea alleg. q̃ in crimine adulterij nulla datur dilatio ad probandum: & tamen fiunt probationes.
52 ¶† Ex hoc ergo secundum Bar. & alios, maximè Alb. in 8 colu. in vers. multum etiam vidi. & Bal. in 5. col. hic colligit pulchra regula, quòd probationes factæ nulla data dilatione valeant. Idem tenet Bar. in d. l. in crimine, & in extrauag. ad reprimẽ. in ver. figura. Bal. in l. si quando. per illum tex. C. de dila. & Bal. in l. cum à nobis. per illum tex. C. eo. Spe. in tit. de dila. §. fi. ver. vtrũ autem. Dom. Ant. Imo. & alij in c. licèt causam. in prin. de dila. & in c. prudentiam. §. sexta. de offi. deleg. in c. in causis. de testi.
53 Pau. de Cast. in l. oratione. §. eod. Adde, † q̃ etiam valet sententia, nulla data dilatione ad probandum, ita no. Bal. in l. petẽdę. in 3. no. per illum tex. C. de temp. in integ. restitu. per illum tex. quod reputat tenendum menti. Sed ego intelligo Bal. dum tamen reperiantur factæ probationes, quæ etiam sine dilatione valent. Sed si nullæ probationes reperiantur factæ, & nulla est data dilatio ad probandum, tunc iudex nullam diffinitiuam sententiam posset ferre, etiam absoluendo reum: tanquã actore non probante. reus sit absoluendus: quia quando nulla dilatio est data ad probandum, licèt nihil probetur, dr̃ potius nihil actitatum, quàm nihil probatum, ideo tunc solùm potest ferri sententia absolutoria ab obseruatione iudicij, non quæ diffiniat reum non teneri: sed quando esset assignata dilatio, si non probetur, tunc reus est absoluendus diffinitiuè: & tunc p̃cedit regula, quòd actore non probante reus est absoluendus. l. qui accusare. C. de eden. Ita Bar. in l. admonendi. in 4. col. ff. de iureiu. & q̃ ibi dixi, dic vt ibi. Vtilitas est: quia primo casu poterit denuo peti non obstante sententia, quæ solùm liberat reũ ab illa instantia iudicij: sed quando reus est absolutus diffinitiuè, & sic diffinitum est reum non teneri, non potest amplius peti, quia obstaret exceptio rei iudicatæ. §. item si in iudicio.
54 Insti. de excep. † Similiter probationes factæ ante terminum valent, secundum Pau. de Cast. & alios in l. fi. C. qui admi. dummodo pars sit citata, secundum Bal. in l. eos. §. Apostolos. circa med. C. de app. Et ita intellige glo. in cle. 2. in ver. post prefixum terminum. de app. bonus tex. in l. cum filius. §. fi. ff. de ver. oblig.
55 ¶† Circa verba sequentia glo. dum dicit primum tamen fallit in l. petendæ. C. de temp. in integ. resti. peten. dic, quòd ratio est, quia actor se nimium arctauerat: ideo sibi imputatur. Subdit glo. q̃ etiam fallit in l. si quando. C. eo. Dic, q̃ ratio fallentiæ ponitur ibi in tex. quia cùm actor, in cuius facultate est, quando agat, debeat venire instructus, ideo si petat dilationem ad p o ducendum instrumentum delegationis iudicis, sibi non conce
56 ditur. ¶† In ead. gl. ibi, cùm omnia plenè instructa Imperatori remittantur. no. ex hac gl. f̃m Iac. But. Bart. & alios, q̃ postquã causa commissa est consilio sapientis, non potest cõsultor nouas probationes admittere. Ratio est f̃m Bal. in 7. col. quia cõmittendo consultori, videntur partes concludere in causa: & sic renunciare probationib. Adde Bar. in l. 1. per illum tex. C. de dila. & in l. in offerendis. C. de app. & in l. 1. §. quæsitum. ff. eod.
57 Bal. in l. 1. in vlt. col. C. de dilat. † Item adde, q̃ nedum ipse cõsultor non potest nouas probationes admittere, imò nec ordinarius, tex. est no. in l. ex illo. & ibi ad hoc no. Bar. C. de app. & qd no. idem Bar. in l. per hanc. in 3. opp. C. de temp. app. Facit ratio
58 Bal. s̃. proximè assignata. † Item adde Bal. in c. cæterum, in fi. de rescri. vbi no. ex illo tex. q̃ consultor, cui est commissus vnus articulus ad consulendum de partium voluntate, nullum aliũ
59 articulum debet admittere. † Item adde, quod no. Bal. in c. fi. in vlt. col. de confes. q̃ etiam talis consultor nõ potest cognoscere de errore, si aliqua partiũ allegaret, & diceret se errasse, imò fortius dicit ibi sing. Bal. q̃ si est statutum, prout est in ciuitate Ianuæ, q̃ consultor, cuius consilio causa committitur, debeat non solũ consulere, sed etiam diffinire ipsam causam, quòd adhuc non potest cognoscere de errore: quia licèt habeat officium cognitoris, tamen etiam habet officium consultoris: & sic promiscuo officio fungitur. arg. l. Titiæ textores. ff. de leg. 1.
60 vnde † commissio consilij est quædam conclusio in causa. d. l. cum à nobis. C. de dila. quod bene no. quia est magna extensio ad istam regulam. Aliæ partes glo. sunt claræ. Super gl. fin. dic, vt per Bar. cum addi. Alex.

De edendo. Rubrica.

¶ Capio gl. rub. quam diuide in tres partes. In prima declarat verba rub. In secunda format vnam qõnem. In tertia aliã. Partes patent. ¶ Circa hanc gloss. de duob. esset videndum. Primò quare posita sit rubrica per gerundium, & an importet necessitatem. Secundò an appellatione instrumẽtorũ veniant acta. gl. vult, q̃ non. dixi de vtroq; in rub. C. eo. Vñ hic non repeto.

SVMMARIVM.

1 *Libellus actoris debet edi clarus, & certus.*
2 *Libellus generalis, & obscurus etiam reo nihil opponente est ipso iure nullus.*
3 *Libellus generalis, & generales inquisitiones an procedant in causa criminali.*
4 *Iurisdictio quando attribuitur alicui iudici in certo, & determinato casu, non procedit libellus generalis coram eo productus.*
5 *Libellus generalis an procedat in causis summarijs.*
5 *Libellus generalissimus super damnis, & interesse an procedat.*
7 *Libellus incertus procedit super legitima filij.*
8 *Libellus generalis, & incertus in dote valet.*
9 *Libellus quòd proponatur in scriptis non est necesse, sed satis est, quòd actor dicat petitionem suam apud acta notario scribenti.*
10 *Appellans viua voce non dicitur appellare in scriptis etiam si deinde per notarium facit redigi in scriptis.*
11 *Productio instrumenti cum verbali petitione habet vim libelli, vide aliam limitationem, nu. 12.*
13 *Tria requiruntur in libello.*
14 *Libelli tota vis consistit in conclusione.*
15 *Libelli conclusio debet attendi non solùm in actionibus, sed etiam in exceptionibus.*
16 *Conclusio magis attenditur in rescriptis, quàm narratio. vide pulchras limitationes. & nu. 17. 18. & 19.*
20 *Locum, & tempus apponere in accusatione coram Papa non est necesse.*

21 *Princeps potest ferre sententiam non conformem conclusioni libelli.*
22 *Princeps debet causam terminare sola facti veritate inspecta.*
23 *Libellus procedit in criminalibus sine conclusione.*
24 *In libello in spiritualibus vbi exuberat officiū iudicis sufficit narratio facti.*
25 *Conclusio non requiritur in libello exceptionum rei.*
26 *Iudicium reperitur triplex.*
27 *Actio generalis, quæ fit in rem, non reperitur, sed semper in personam.*
28 *Libellus generalis procedit libello producto in iudicio vniuersali.*
29 *Libellus procedit in petitione hæreditatis. & nu. 30. & 31.*
32 *Exceptio licèt non possit opponi contra sententiam diffinitiuam, tamen non meretur executionem. & nu. 33.*
34 *Administrationis rationem petere sufficit in iudicio generali.*
35 *Executio facti fit per officium iudicis lata sententia.*
36 *Res debent in libello singulariter exprimi in iudicijs particularibus.*
37 *Causa habilis debet exprimi in libello, ex qua inferatur conclusio ad cō demnationem.*
38 *Causa inepta quando est expressa in libello, libellus est ipso iure nullus.*
39 *Index si videat malè actum ex vna causa, tamen ex actis apparet, ꝙ potuisset ex alia causa bene agi, licet iudex ex illa causa non posset condemnare, tamen debet in sententia iudex reseruare illud ius agendi ex illa alia causa.*
40 *Causa si sit apta in libello, & concludens, sufficit, quamuis non sit vera.*
41 *Causa ꝙ exprimatur in libello cum suis qualitatibus, non est necesse.*
42 *Causa aliqua remota non debet exprimi, quando agitur actione reali, sed bene quando agitur actione personali. Limita vt nu. 43.*
44 *Nomen actionis est de necessitate in libello exprimendum.*
45 *Causa si aptè narretur in libello, deinde exprimatur actio inepta, an vitietur libellus.*
46 *Actus non vitiatur, quando aliquid de necessitate non requiritur si exprimatur, & non rectè.*
47 *Iudex fatuus est, qui in sententia exprimit causam.*
48 *Testes non tenentur deponere de tempore, nisi quando tempus est de substantia.*
49 *Dies commissi delicti an debeat apponi in criminali libello.*
50 *Processus vitiatur, si in aliquo iudicio procedatur ordinariè præter natu am ipsius.*
51 *Lex non fingit actionem in libello.*

LEX PRIMA.

QVaquisque. Petitio actoris debet reo exhiberi, vt possit deliberare, an velit cedere, vel contendere. h.d.fm Bar.Fulg.& Ludo.hic. Istud summarium non placet: quia non complectitur totum tex. precipuè vbi est obscurus. ideo plenius summa hoc modo. Actor tenetur taliter edere petitionem suam, quòd reus possit deliberare, an debeat cedere liti, an verò contendere, & defensiones suas præparare. hoc primò. Item editio fit altero de quatuor modis. Primò producendo scripturam in actis, ex qua aduersarius possit copiam sumere. Secundò dando scripturam, vel eius copiam parti. Tertiò dictando intentionem suam notario, qui eam redigat in actis. Quartò faciendo exprimi intentionem suam per aduocatum, vel procuratorem suum, vel p semetipsum absque alia scriptura. h.d.c arè & nitidè totus tex. ¶In rex. ibi actione licèt iste terminus capiatur in iure multis modis, vt est gl. Inst.de act.in prin. tamen hic, & in l.edita.C.eodem capitur pro libello bene concepto, in quo demonstratur
1 ius actori competens. ¶†No. 1. secundum Bar.& alios, ꝙ libellus actoris debet edi clarus, & certus, taliter ꝙ reus ex eius inspectione possit deliberare, an cedat, vel contendat, aliàs non valeret. Intellige parte opponente, aliàs parte non opponente procedit libellus generalis, & obscurus l fi.vbi gl.& Doc. C. de ann.excep.& gl.hic, quam Bar.in vlt.col.ad hoc no & est text. in c.abbate sanè.de verb.sign.& talis exceptio cùm sit dilatoria debet opponi ante lit.contest. secundum Bald. in l. excep.in 4.
2 col.C.de proba.no.Pau.de Cas.in l.edita.vbi dixi C.eod. †Item intellige prædicta in causis ciuilibus: secus in criminalibus, vbi libellus generalis, & obscurus etiam reo nihil opponente est ipso iure nullus, secundum Bal.in l.vnica.in 12.col. C. de confes. & in d.l.edita.in 10.col.& in addi.Spe.in tit.de sent.in 20.col. Facit l.prætor edixit.in prin.in ratione sui.ff.de iniur. & text. in
3 l.libellorum.ver.ꝙ si libelli,& quod ibi Bar.ff.de accus.† Fallit, quando proceditur contra rectores in ciuitate in syndicatu: qa in casu etiam criminali libellus generalis procedit, & inquisitiones generales. ita no.tenet.Bal. in c.quoniam contra falsam.
4 in 18.colu.de proba †Item limita, quando iurisdictio attribuitur alicui iudici in certo, & determinato casu, quia non procedit libellus generalis coram eo productus, ēt parte non opponente: sed est necesse, ꝙ fiat mentio specifica de illa qualitate iurisdictionis, dictum est famosum, & sing.Inn.in c. cum sit generale.de foro compe.quod refert Ang. & dicit esse legistis incognitum in l.2.§.si quis in ius voc.non ierit.& in cons.6.quod incip.lata est sententia. D.Alex.in consi.32.in 4.vol.quod inci.
5 in causa consultationis motæ contra Bar.in 5.col. † Item prædicta procedunt in causis ordinarijs, sed in causis summarijs procedit libellus, quamuis generalis, ita no.Bar.in extrauag.ad reprimen.in ver.& figura.in 2.col.sequuntur Cano.in cle.sæpè. de verb.sig. Do. Alex. in l.si ita stipulatus.§.Chrysogonus.in 9. col.ff.de ver.obl.& in consi.187.in 1.vol.quod incip.in hac causa & lite, cum alijs concor.per eum alleg. Illam decisio. Bar.mirabiliter limitat. D.Alex.in consi.32.vt procedat, si non opponatur à parte, aliàs non esset verum dictum Bar. quia esset auferre defensionem parti. Item quia Bar.mouetur per l.fin.C.de ann.excep.quæ ita loquitur,& dicit, ꝙ ita aliàs fuit iudicatum de facto Bonon.eo existente aduocato. Contrariū de directo tenet D.Alex.in d.cons.187.in 2.col.& istud plus placet. quia si Bar.intelligeretur, ꝙ in causis summarijs procedat libellus ge-
a neralis, * quando non opponitur à parte, certè idem est in causis ordinarijs, vt prædixi:& tamen Bar.ibi vult facere diffe-
6 rentiam in hoc iure inter causas summarias,& ordinarias. †Item procedit libellus generalissimus super damnis, & interesse, & rerum restitutione.c.cum dilectus.de ord.cog. & ibi Bal. in 2. & 3.col.ad hoc no.illum tex. quāuis postea in 5. col. in 2.opp.
7 videatur aliter tenere. Similiter †procedit libellus incertus super legitima filij, secundum Bal.in c.conquerente.in vlt.colu. post In.no.ibi.de offi.ordi.& est tex.in l.si quis in suo. & ibi Bal. in 3.
8 not.ad hoc no.C.de inoff.testa. ¶†Similiter in dote libellus generalis,& incertus valet, cùm sit quid vniuersale l. quod dicitur.ff.de impensis.& in vniuersalibus procedit libellus generalis,& incertus, vt est hic glo.magistra.& ita tenet Bar.& Angel. in l.fina.C.de sent.quæ sine certa quantitate. Bar.in rub.ff.solu. matr.& ibid.Alex.in 12.colum.D.Math.in no.120.sed in contrarium videtur stringere tex.in d.l.fina. vbi Bald.& Salic.contrarium tenent,& Bald.hic in 4.colum.& in additio.Specu.in titu.de sent.in 4.colum.Pau.de Castr.& Raph.Comensis in rubri ff.solu.matrim. Tu tamen pro opin.Bart.potes addere duo fundamenta. Primò arguendo de dote ad legitimam, cū dos succedat loco legitimæ. l. Titio centum. §. Titio genere.ff.de condi.& demonstra. quòd quemadmodum in legitima procedit libellus generalis,& incertus, vt prædixi, ita etiam in dote. Secundò & fortius facit: quia promissio dotis incerta valet.l. 3.C.de dot.promit.ergo etiam debet valere libellus incertus: sicut in interesse.§.curare.Insti.de actionib. l. 1. C. de sent. quæ pro eo quod interest. Tamen ad hoc potest subtiliter responderi, quòd verum est, quòd libellus incertus valet, quādo promissio incerta valet de iure communi, vt est in interesse, sed in dote valet solùm de iure speciali. glo.est in l. 1. C. de dot. pro-
9 miss.& in l.cum post.§.gener.ff.de iure dot. ¶†Secundo nor. vltra ea, quæ literaliter notant Barto.& alij ex tex.ibi. vel dictare,
b quòd non est necesse, quòd libellus producatur, * in scriptis, sed satis est, quòd actor dictet petitionem suam apud acta notario scribenti: imò sufficit, quod verbo petat, vt patet ex text. infra ibi, vel dicendo. hodie autem bene requiritur libellus in scriptis, per Authen. offeratur. C. de lit. contesta.& gloss. hic in verbo edere.& glo.in clemen.sæpè.in verbo necessariè.de verbo.signific. Docto.in capitu. 1. de lib.obl.a.Barto.& Doctor.hic, ideo dicunt Bald.& clarius Ange.hic in 1. colum. in fin. quòd cautus debet esse agens, vt libellum in scriptis offerat. Nā non diceretur obtulisse libellum, si suam intentionem verbo expositam ad tribunal faceret in actis redigi per notarium causæ. nihil allega. Tu allega. gloss. ordinariam. in l. in sacris. C. de proxi.sac.scrin.libro 12.in verticu. dispositione. quam Bart. ibi multum notat, ꝙ si aliquis existens coram iudice dicat notario actorum, scribe, ꝙ ego peto à Titio decē ex cā mutui, & ita peto eū condemnari,& licèt notarius hoc scribat in actis, non per hoc dī libellum in scriptis obtulisse. Idem tenet Bal.in c.su-

ADDITIONES.

a ¶ Adde, quæ scribit Sebast.de nullit. capitulo 13. nume. 26. Rober. de ordi. iudic. 4. parte 9. distinctio. mihi. capitu. 13. numero 14.& sequentib.& capit. 31. nume. 24.& quòd libellus generalis admittatur, si non opponatur, not. Lanfran. concluf. 293.& 294. vbi declarat, cui adde Tremol. ad prac. Bonacu. tit. quibus mo. suo no. cumul. num. 31. litera Q. verticu. generalem. vbi ponit Reg. cum limit.& not. Prac. Pa. for. Resp. Rei conuen. ver. generalis. vbi dixi. MASVER.

b ¶Producatur. Adde Lanfr. in repe. cle. sæpe. de ver. sig. & Marian. de Senis in c. 1. de lib. obl.

c.ſuper quæſtionũ,ad finem principii.de off. deleg. & in Auth. offeratur.circa fi.C.de lit.conte.Lud.Rom.in l.1.in 2.col. ff. de
10 arbi.Facit†bonum ſimile. Nam non dicitur appellare in ſcriptis,qui appellauit viua voce:deinde per notarium facit redigi in ſcriptis,ſecundum Ang.& Imo.in l.à ſententia.§.fin. ff.de appel.Bal.in addi.Spe.in tit.de app.in 3.car.in ver.dubium fuit ſi dico:appello,& tu notarie ſcribe.Ang.hic.in 1.col. in fi. imò ſi quis dicat,appello:poſtea diceret notario:habeas pro expreſſo cauſas appellationis,quas cras tibi dabo in ſcriptis, talis appellatio non valet,ſecundum Ang.& Do. Alex. in l.quicquid aſtringendæ.ff.de ver.oblig.per Bal.in l.2.ad fi.C.de epiſc.aud.
11 †Limita prædicta duobus modis:primò niſi quis produceret inſtrumentum in iudicio.Nam talis productio inſtrumenti cũ verbali petitione haberet vim libelli,& ſufficit, ita Spec. in tit. de lib.concep.§.nunc videndum.vers.6.quem refert, & ſequitur Bal.in l.ab executione.in pen.colu. C. quorum app.non re-
12 cip.quod no.quia valde quotidianum eſt.¶†Secundo limita, quando ſtatutum diſponeret, quòd in certis caſibus procedatur per ſimplicem querelam: quia eſt idem dicere,quòd ſine libello.Vnde tunc ſufficeret,quòd in actis faceret ſcribi ſuã petitionem verbalem.ita tenet Bal.in l.1.ante fin.C. vt in poſſeſſ.le ga.per id,quod vult glo.not.in l.ſi quis.C.de accuſa.per quam infert ibi generaliter Bal.q̃ in criminibus ſatis eſt, quòd apud acta verbotenus fiat accuſatio: ſed iſtud ita generaliter dictũ eſt falſum:vt ibi per Sali.cùm in criminalibus requiratur libellus in ſcriptis.gloſ.eſt in §. ſancimus, in Authent.de exhib.reis. vnde ſalua illam gloſſ. in caſibus, in quibus præmiſſa eſt querela:prout eſt ibi,quando agitur de iniuria.¶Glo.magna diuiditur in quatuor partes princip.In prima timore contractus, qa tex.videtur diminutus,ponit tria,quæ debent poni in libello.ſ. res,cauſa,& actio.In ſecunda declarat,qualiter debeat deſigna ri ipſa res.In tertia,qualiter debeat cauſa in libello exprimi. In quarta proſequitur de actione.Secunda ibi,rei deſignatio. Ter tia ibi,item & cauſa.Quarta,& vltima eſt ibi.Item,& circa p-
13 poſitionem actionis.†Ex prima parte habes tria,quæ requirũtur in libello:addit Bart.quartum.ſ.concluſio. alias enim reus non poſſet eſſe certus an cedat,vel contendat, ignorans quid petatur,ex quo deficit concluſio in libello.l.ſi. C. de fideicommiſſ.lib.Item nec iudex interponit officium ſuum,niſi petatur. l.4.§.hoc autem iudicium.ff.de damno infect. Adde magiſtraliter Bar.in l.ſi prius,in 7 colum.in 5.opp.ff.de oper.nou.nunc. vbi dicit aduertendum eſſe, quòd ſicut ars logicorum habet maiorem propoſitionem,minorem, & concluſionem, & ex iſtis effectualiter conſiſtit argumentum, ita apud legiſtas libellus debet effectualiter conſtare ex tribus. Primò ex narratione facti,& illa habetur pro maiori.Secundò ex cauſa, ſiue ex medio concludendi, & illa eſt loco minoris propoſitionis. Tertiò ex ipſa concluſione.Et ſicut apud logicos ex minori ſequitur neceſſariò concluſio,ita ex medio concludendi debet neceſſariò ſequi concluſio libelli.Item aduerte, quòd tota vis li-
14 belli cõſiſtit in concluſione.Nam †ſemper debet attendi quid concludatur in libello, non autem quid narretur. ſecundum Inn.in c.ſuper literis.de reſcriptis.vnde dicit Bal.in l. nec quicquam.§.vbi decretum.in 15.colum.de off.procon.& leg. quòd
a concluſio libelli [a] reſtringit narrata ad ea,quæ concluſiuè petuntur:quia in concluſione ſtat modus agendi,qui ſemper debet inſpici,vt eſt glo.in cap.hic quippe.3.quæſt.6.Innocen.in d. cap.ſuper literis.Idem Bald.in l. edita. in 13. colum. in princip. C.de eden.dicit,quòd non inſpicitur quid,quale, & quantum narratur:ſed qualiter,& quantum ex narratis concludatur:qa modus agendi ſubſtantialiter ſtat in concluſione,vt per glo.in dicto cap.quippe.& illam glo.reputat ſing.Bald.in cap.1. de excep.Illam glo.etiam commendat Bald. in cap. cum ſeruum. C.de ſeru.fug & in l.etiam.C.de fur.in l.cum Papinianus.in penul.colum.C.de ſen.in l.1.§.cum patronus.ff.de offi.præfe.vrb. in Authen.ſed ſi quis.in 5.colum.C.de teſti.in l.presbyteri. 1.in 3.colum.C.de epiſcop.& cler.in l.1.in pen.colum. C.qui accuſa.non poſ.in cap.1.§.ſi duo. in 2. colum. de pace tenen. Item adde Bald.in l.domum.in 1.colum.C.de rei vend.vbi dicit, q̃ ſi in libelli narratione apponatur verbum generaliſſimum, & latiſſimum,quòd illud debet intelligi, & reſtringi, ſecundum concluſionem,quæ in libello ſemper attendi debet.Et quòd in libello concluſio tantum attendatur,facit tex.in l.2. ad fi. C.de peti.hæred.& ita pulchrè dicit Bald. quòd ſi in libello concludatur per duo diuerſa media concludendi,non procedit libellus,ſi excipiatur à parte.Si autem duæ diuerſæ cauſæ concludendi eſſent,& poſtea apponatur ſolùm vna concluſio, tunc bene procedit libellus,cùm libelli concluſio ſemper ſit attendenda,vt prædixi.Dicit etiam Barto.in l.Aurelius. §. Sticho. ff.
15 de lib.leg.quod ex concluſione libelli apparet, qualiter præcedentia intelligantur. ¶†Item adde,quod concluſio libelli debet attendi non ſolùm in actionibus, ſed etiam in exceptionibus,ſecundum Bald.in l.cum vltra.C.de non numer.pec. quãuis tunc non ſit neceſſaria concluſio, vt dicam infra in ſexta
16 fallentia.† Similiter in reſcriptis magis attenditur concluſio, quàm narratio,ſecundum Domin.Abb.in cap.ex parte B.in 2. nota.de foro competen.poſt Fede. de Sen.in conſi.93.Bald.ſimiliter in l.præſcriptione.in vltim. colum. C. ſi contra ius vel vtilita.pub.Similiter in contractibus, licèt multa verba interuenerint,tamen ſola concluſio attenditur.l.ſi voluntate. C. de reſcinden. vendi. & ibi Bald. ad hoc not. quòd non eſt melior
17 text.in iure ad hoc.¶†Limita prædicta ſeptem modis.Primò, quando vltra narrationem apponitur in libello aliquod verbum prægnans ſonans in concluſione, vt ſi dico, conqueror de Titio, qui me ſpoliauit de tali poſſeſſione, vel conqueror de Titio,cui mutaui decem, & non reſtituit. Nam verbum conqueror,habet vim cuiuſdam concluſionis, ſeu petitionis, ſecundum Bald.in d.l.edita.in 13.colum.per glo.in capit. quia
18 præſulatus.1.quæſtio.4.¶† Secundò limita in agente interdicto poſſeſſorio recuperandæ:quo caſu in odium violenti poſſeſſoris procedit libellus abſque concluſione,ſecundum Imo. (ſub dubio forte)in cap.examinata.de iudi.per glo.in d. c.quia
19 præſulatus.firmat Lud.Rom.hic.¶†Tertiò limita, quando libellus offertur in præſentia Principis, vel Papæ: quia ſufficit factum narrare abſque concluſione.Ita Innoc.& Doct.in c. 1. de lit.conteſt.& ſequitur Ang.in l.omnium.per illum tex.C.de teſt.Lud.Rom.hic,& in l.ſi quis arbitratu.in 3.colum.ff.de verbo.oblig.Dom.Abba.in c.in cauſis.in 1.no.de re iudi. & in cap. in noſtra.in 4.colum.de ſepult. Pro iſta limitatione adde bene facere tria.Primo:quia coram Papa, vel Principe poteſt procedi ſine libello,propoſito facto ſimpliciter.Hoſt. & Io. Andr. in cap. 1.de libel.obl.D.Abb.in c.in cauſis.de re iudi.Dom.Cardi.in clem.ſape.25.q.de verbo.ſignifi.Inno.in c. cum veniſſent. in 10.colum.de inſti.Quia præſentia principis omnem ſolennitatem ſupplet,vt d.l.omnium.C.de teſt.& c.1. de tranſac.vn de ſuccedit regula.l.vnicæ.in princ.C.de rei vxo. actio. Secun-
20 dò facit, † quia coram Papa, vel Principe non eſt neceſſe in accuſatione apponere locum,& tempus, text.eſt quem Bald. hic reputat ſing.in cap.2.in 2.colum.de confeſ. & ita limita. l. libellorum.in princ.ff.de accuſ. Quemadmodum quando inquiſitio formatur de conſenſu principis,non eſt neceſſe,quòd indicia precedant,iuxta cap.qualiter,& quando.de accuſa. ſe-
21 cundum Bald.in l.nullus.C.ad l.Iul.maieſt.† Tertiò facit:quia
b princeps [b] poteſt ferre ſententiam non conformem cõcluſioni libelli,ita ſing.Bal.in l.Aemilius.in vltim. colum. poſt medium.ff.de mino.Do.Ant.de But.& alij in c licèt hely.de ſimo. vbi D.Ant.dicit,q̃ iſtud etiam voluit Spe.in tit.de actio.& ob. in §.ſupereſt.in ver.ſed quid ergo.& ver.ſeq. Sed aduerte licèt
* *omnes ita tenent*, in contrarium fortiter facit tex. in c. in cauſis. de re iudic.vbi dicitur, q̃ in cauſis, quę agitantur in audientia Papæ,debet obſeruari ordo iuris.Et pondera rationem,quam
22 ibi tex.aſſignat.†Sed in contrarium eſt text.ſolennis in cap. ad petitionem.ad fin.de app.quem pro valde not.alleg. Bald.in c. 2.de no. for. fi. q̃ princeps debet cauſam terminare ſola facti veritate inſpecta,dato q̃ ordo iuris non ſit coram eo ſeruatus. Sed potes concordare,vt per Dom.Abb.in cap. in cauſis in 1.
23 not.de re iudi. quamuis prædicta non alleget.¶†Quartò fallit in criminalibus,in quibus procedit libellus ſine concluſione, ſecundum Barto.in l.quid ergo.§.pœna grauior.in 2.colum.ff. de infami.& in l.libellorum.in fi.prin.ff.de accuſ.& in l. 2.§. ſi publico.in 3.quæſtio.ff.de adult.Cyn.Bald.& Salyc.in l.in cauſis.poſt glo.ibi.C.de accuſ.Bal.in l.& ſi ſeuerior.in 4.colum.C. de fal.& in l.ſi quis.de accuſ.& in l.certi condictio.in princi. ff. ſi certum peta.& in l.2.C.de proba.Ang.in l.edita. C. de eden. Facit bene tex.in l.1.§.2.in fine.ff.ad Turp. Ad idem monetur Bar.quia in cauſis criminalibus agitur de vindicta publica. l. licitatio. §. & quòd illicitè. ff. de publi. quo caſu iudex poteſt ſupplere,& procedere nemine petente.Confirmo,q̃ licèt cauſæ criminales expediantur per accuſationes: tamen ſolo officio iudicis,ſecundum Barto.in l.imperium in 3. colum. ſupra de iuriſdictione omnium iudicum.& in l. iudex poſtquam. ff. de re iudic.Per iſtam rationem infert Dom.Anto.de But.in d. cap.examinata.& in cap.1.de lit. conteſt. q̃ in omnibus caſib. in quibus iudex poteſt ex officio ſupplere,parte non petente, de quibus plenè per Bartol.& alios in l. 4. §. hoc autem iudicium.

ADDITIONES.

a ¶Libelli.Adde Bal.in l.Papinianus.in pe.col.C.de ſen.in l.nec quicquam.in §. vbi decretum.in pe.col.de off.proconſ.

b ¶Princeps.Adde Hoſt.in c.querelam.de elec.Bal.in c.ſuper.in 4.col.de cauſa poſ.Ant. de But.in c.inter dilectos.in 4.col.de exceſ.prælа.

cium.ff. de dam.infect.non requiritur conclusio in libello, sed iudex ex narratis in facto potest formare sententiam.quod est
24 valde tenendum menti.¶†Quintò fallit in spiritualibus, vbi exuberat officium iudicis:quia sufficit narratio facti: conclusionem autem iudex supplet.Ita tenet Host.& alij in cap. 1.de lit.contest.Dom.Anto.in d.c.examinata.in 2.colum.dicens de hoc esse casum recte intuenti in cap.ad dissoluendum .de de-
25 sponsa.impu.¶†Sextò fallit in libello exceptionum rei,vbi nō requiritur conclusio,vt per multa iura probat Barto. in l.1. in 2.colum.ff.de excep.Bal.in l.edita.in 14.colum.C.de eden.& in Authen. statuimus.in vltim.colum.C.de episcop.& cler.Ang. in l.emptor.C.de præscrip.long.tempo.Dom.Anto. in c. 1.de lit.contes.¶Septimò fallit in causis, in quibus proceditur sine
a strepitu,[a] vel figura iudicij,vbi sufficit sola narratio facti: nec requiritur conclusio, secundum Barto. in extrauag. ad reprimen.in vers.& figura.in 3.colum.in princip.per tex.in c. afferte.de præsum.¶†Venio ad secundam partem glo. ibi, rei de-
1 bro 11. ¶† Quartò no. ex isto tex. secundum aliam lec. glos. ꝙ quando quis tenetur edere instrumentum, non tenetur edere originale, sed copiam & exemplum. Facit Leos. §. super his. & ibi glo. & Bar. C. de app. c. cum personæ, de priuil. in 6. & c. quo niam contra. de proba. ista secunda lect. licèt per alios commu niter non improbetur, imò Ray. & Alber. hic dicunt, quod est vera, tamen Pau. de Castr. eam reprobat, & bene: quia quando legatarius petit legatum, hæres non tenetur edere nec origina le, nec copiam: quia non debet in illis fundare intētionem suā. sed ipse legatarius tenetur exhibere, & probare intentionē suā, per tex. in l. postquam. §. si dies. ff. vt le. no. caue. quamuis Dom. Alexan. conetur saluare istum secundum intellectum in qua-
tuor casibus specialibus, de quibus per eum, quod esset nimiū restringere istum tex. Iason Paduæ.

SVMMARIVM.

1 *Speciale nunqnam aliud præsumitur in fisco, quàm in priuato.*
2 *Fisco debet edi etiam ad fundandam principalem eius intentionem. vide pulchram limitationem nu. 6.*
3 *Dos, & fiscus æqu parantur.*
4 *Emptores gabellarum succedunt in loco fisci.*
5 *Ecclesia non tenetur edere fisco.*

LEX III.

NE quisquam. Legitur in gl. duob. mo dis, & secūdum primū intellectum continet ius speciale in fisco, quod eda tur ad eius intentionem principaliter fundandam,
2 contra regulam. l. fi. & l. qui accusare. C. eo. ² secundum alium
1 continet ius commune. ¶ Et licèt ista secunda regula videretur tenenda, quia in fisco nunquam præsumitur aliud speciale, q̄ in priuato, nisi l. expressè dicat. l. item veniunt. §. in priuatoru, & ibi glo. ff. de peti. hæred. gl. in l. 1. C. eod. tamen tene primum intellectum, qui reputatur singularior, vt hic dicit Fulg. & per Bar. etiam in l. 2. §. diuus Adrianus. ff. de in. fis. Et secundum illū
b primum intellectum. h. d. in electu. Agenti nomine ᵇ fisci te-
netur reus edere instrumenta ad fundandam princ. intentionē fisci, nec tamen tenetur edere, nisi instrumenta ad causam fisci
2 facientia. h. d. ¶† No. vnum speciale priuilegium in fisco, quòd ei debet edi etiam ad fundandam principalem eius intentio-
3 nem. † Adde, quòd idem est fauore dotis, cùm dos, & fiscus æquiparentur. l. 2. C. de priuileg. fisci. Ita tenet Dom. Anto. in c. 1. de prob. quem refert, & simpliciter sequitur Ludo. hic. Adde, quòd idem tenet Ioan. Andr. in addi. Specu. in titu. de instr. edi. §. videndum. versic. ex præmissis. Pau. in l. 1. ff. soluto matri. & ibi Domin. Alexan. in 22. colum. & idem Domi. Alexan. in l. fina. in 13. fallen. C. eod. quamuis contrarium teneat Bal. in l. 1. in 10. colum. C. eod. & in l. 1. §. editiones. in 5. colum. supra eod. & D. Franc. de Are. in cap. 1. in 14. colum. de probatio. ¶† Secundò amplia istam l. vt habeat locum nō solùm in fisco, sed etiam in emptoribus gabellarum, cùm succedant in locum fisci, secundum Bal. in l. 1. §. editionis. in vlti. colum. C. eo. Repro bat Dom. Alex. hic per l. licitatio. §. fina. in fin. & quod ibi Bart. & plenius Lud. ff. de pub. Istud vltimum plus placet, cùm illud sit priuilegium personale in fisco: ergo non transit in sing. succeſſorem. argum. l. 1. §. si hæres præcepto. ff. ad Treb. & l. fina. §. fi.
5 ff. de contrahen. emptio. ¶† Limita istum tex. non procedere in ecclesia, quæ non tenetur edere fisco, cùm habeat par priuilegium. l. fin. C. de sacrosanct. eccle. secundum Bal. in c. 1. in 3. col. de proba. Ex quo habes tertiam ampliationem ad hanc. l. vt procedat etiam in ecclesia. Vide tamen pro veritate doctrinā Barto. in Auth. quas actiones. C. de sacrosanc. eccles. vbi ponit, an priuilegiatus vtatur priuilegio suo contra æquè priuilegia-
6 tum. ¶† Secundò limita istam. l. non procedere, quando ageretur criminaliter pro delicto, & sic pro pœna applicanda fisco. ita tenet glo in l. 2. §. diuus. in gl. magna. in ver. agatur. & ibi Angel. ff. de iu. fisci. & quia in fisco in causa criminali non est aliquid immutatum. vnde cùm ista. l. contineat in fisco priuilegium contra ius commune, & sic contra regulam. l. qui accusare. & l. fina. C. eod. certè debet strictè intelligi, & non extendi, vt habetur in l. fi. ff. de consti. princ. & in c. ex tuarum. de auth. & vsu pal. & ita tenet. Dom. Abb. in c. 1. de proba. quem latè sequitur. Domin. Alexan. in consi. 123. incip. Visa facti narratione. in vltim. colum. Tu autem subtiliter considera, quòd in cōtrarium stringit tex. in d. l. 2. §. diuus. in versic. nummaria non si de capitali. & ibi Bar. ff. de iur. fis.

ADDITIONES.

a ¶ C. eo. Adde, quòd primam tenet Panor. in c. 1. colu. 3. vbi Fely. de probatio. PVRPV.
b ¶ Adde, quod idem tenet Gramma. consil. 9. colum. 2. Fely. in cap. 1. colum. 5. extra de probatio. PANCIR.

SVMMARIVM.

1 *Argentarius tenetur cum die, & consule edere rationes, quæ pertinent ad petentem.*
2 *Iura quæ loquuntur in argentarijs, & nummularijs habent locum in notarijs.*
3 *Argentarij, & nummularij differunt.*
4 *Scripturas publicas, vel instrumenta publica conficiens potest licitè accipere salarium, etiam si essent scripturæ de causis spiritualibus. numero 5.*
6 *Officium argentariæ cadit in seruo.*
7 *Instrumentum licèt non contineat vtilitatem nisi vnius partis, tamen requiritur, quod notarius sit rogatus de consensu vtriusque partis.*
8 *Contractus quando concernit vtilitatem vnius contrahentium tantum, licèt notarius fuerit rogatus ab vtraque parte, non tamen debet tradere instrumentum in forma publica, nisi ei cuius vtilitatem continet.*
9 *Notarium qui non rogauit, non potest eum cogere, quod sibi det instrumentum in forma publica, quamuis prætendat interesse ex tali instrumento.*

LEX IIII.

1 PRætor ait. †Argentarius tenetur cū die, & cōsule edere rationes, quæ pertinent ad petentem. Et si filius tam. vel seruus argentariam exercuit, pater, vel dominus tenerentur in casibus edere si eorum expressa voluntate exerceant: vt si domino, vel patri quæstum faciunt. vt si pater, vel dominus rationes penes se habeant: aliàs non tenentur, nisi de peculio, vel de in rem verso. hoc dicit vsque ad §. is etiam. ¶ Et pro euidentia aduerte, quòd in superioribus legibus tractatum est de editione, quæ fit ex dispositione iuris ciuilis: nunc aūt tractatur de illa quæ fit de iure prætorio: ideo ponit edictum prætoris, quod commendat, & eius interpretationem prosequitur. ¶ Secundo aduerte, secundum Bald. quòd olim non erant tabelliones, aut erant pauci. Vñ scripturæ publicæ conficiebātur per argentarios, vel nummularios. Nam si aliquis mutuabat pecuniam alicui, faciebat scribi per argentarium in libro publico, & talis liber plenam fidem faciebat. Eodem modo
2 quando debitor restituebat, faciebat similiter scribi. † Vt ergo intelligas vtilitatem istarum legum, quicquid in his legibus de argentarijs, & nummularijs cauetur, inducas ad tabelliones nostri temporis: quia iura quæ loquuntur in argentarijs, & nūmularijs, habent locum in notarijs, vt per glo. l. quædam. §. nūmu. infra eodem. ¶† Tertiò præmitte, quòd inter argentarios,
3 & nummularios est differentia: quia argentarij erant, qui solū pecuniam argenteam exercebant, & etiam fabricabant: nummula-

mularij verò, qui omnem pecuniam exercebant, sed non fabricabant, quales sunt campsores nostri temporis, secundum Iaco.But.Alber.hic, Barto.& Angel.in l.quædam. §.nummularios.infra eod.& vide bonam glos.in §.pe.vers.argentariorum. in Auth.de fideius.& tex.in l.2.§.fin.ff.de consti.pec. ¶ Quartò aduerte, quòd ea quæ dicuntur hic in tex.in filiofamil. habent locum in seruo, secundum Bar.Bald.& Salyc. & istud patet in aduersatiua, sed &, posita in tex.quæ cùm sit cum copula, denotat identitatem in iure, vt per glo.in l.2.vbi supra.ne quis cũ
4 qui.¶†Not.primò in tex.in ver.quæsitum, quòd faciens scripturas publicas, vel instrumenta publica potest licitè accipere salarium, etiam si essent scripturæ de causis spiritualibus.c.1.& ibi vide glo.de simo.secundum Bald.& Angel. hic. tamen iste tex.necessariò non probat, quia non aperit, an iste quæstus perciperetur ex scriptura, an ex argentaria, & potius vult, quòd percipiatur ex officio argẽtariæ, prout etiam dicit Raph.Fulg.
5 hic.† Adde, quòd eodem modo Notarius licitè accipit pecuniam, & hoc dupliciter. Primò pro rogatione instrumenti, & sic pro breuiatura. Secundò postea pro extensione instrumenti in forma publica, glo.est in l.fina.circa med.C.de prin.agen. in re.lib.12. per quã gl.ita tenẽt Bar.Bal.& alij in l.argẽtarius.in
6 princ.ĩ.cod. †Secundò no.q̃ officium argentariæ cadit in seruo: secus in officio tabellionatus, quod non cadit in seruo, vel
a monacho. [a] l.generaliter.C.de decu.lib.10.cap.sicut. ne cleric. vel mona. Ratio, quia est officium publicum, sed officium argẽtariæ est quasi publicum, vt no.in l.si quis ex argentarijs. §.1.& in l.quædam §.nummularios.ĩ.eo.†Capio gl.in ver.meũ, quam diuide in tres partes, prout tres remouet oppositiones. Secunda ibi, sed hæc non est sufficiens ratio. Tertia ibi, sed cũ
7 hodie.¶†No.valde istam tertiam partem gl. ex qua habes tres conclusiones. Prima, quòd licèt instrumentum non contineat vtilitatem, nisi vnius partis, vt est donatio, vel liberatio, tamen requiritur, quòd notarius sit rogatus de consensu vtriusq; partis: secus si sit actus, qui consistat in voluntate vnius tantum, vt aditio hæreditatis, vel protestatio, tunc sufficit, quòd ab illo so
b lo notarius sit rogatus, [b] glo.in §.nos autem.in ver. inungant. in Auth.de tabel.per Bal.in l.2.ff.de stip.ser.per Ang.in l.fin.per illum tex.ff.pro dereli ponunt Cano.in cap. 1. de fide instrum. Si autem est actus, qui non pendet ex voluntate alicuius, sed à casu, puta natiuitas alicuius, vel mors. Nam pone, quod natus est mihi filius in ista ciuitate, & ex forma statuti gaudet beneficio ciuitatis, quia natus est hic, ego rogo notarium, quòd de hoc faciat instrumentum publicum, certè notarius nõ potest hoc facere ad rogationem meam, nisi interueniente auctoritate iudicis. Ita determinat Ioan.Andr.in addi.Specu. titu. de instru.edi. §. postquam in vers.& vide.in addi.quæ incip.hanc materiam. Sequitur simpliciter Pau.de Castr.hic, de quo vide
8 tu Bald.in rub.C.de fide instrum.in 3.colum.& in l.neque natales.C.de proba.¶†Secunda conclusio glos. est, quòd quando contractus concernit vtilitatem vnius contrahentium tantũ, vt liberatio, vel donatio, licèt notarius fuerit rogatus ab vtraque parte, non tamen debet tradere instrumentum in forma
c publica, nisi ei, cuius vtilitatem continet & sic donatario, [c] & non donanti, quod est singulare secundum Pau. de Castr. & Mod.hic. Adde Barto.& alios, qui idem no.in l.qui instrumenta.ad fi.per glo.ibi.C.de fideius. Limita in instrumento solutionis pecuniæ, quod potest etiam creditor petere sibi edi, vt possit probare, q̃ illa quantitas sit soluta ex debito præced. Ita no. Barto.in l.plures apochis per illum text.C. de fide instrumen.
9 ¶†Tertia notabilis conclusio glos. est, quod qui non rogauit notarium, non potest eum cogere, quod sibi det instrumentũ in forma publica: quamuis prætendat interesse ex tali instru-
d to. [d] quod valde not.& vide Spec.& Io.And. in titu. de instru, edi.§.postquam.vers.& breuiter.cum vers.seq.per Inn. & alios in cap.1.de fide instrum. ¶ Limita istam conclusionem tribus modis. Primò, quòd licèt notarius inuitus non possit cogi: tamen voluntariè postquam sibi constat de interesse petentis, si ei det copiam non peccat in Spiritum sanctum, secundum Ang.& Dom.Alexan hic. Bene facit quod vult glos.not.in l. in fraudem.§.neque instrumenta.in vers.edi.ff. de iure fisc. quòd si duo litigant in hac ciuitate, & quidam tertius primatus habet instrumenta, quæ faciunt in fauorem vnius, licèt non possit cogi edere, tamen si vult potest voluntariè edere. Secundò limita conclusionem glo.in instrumentis extraiudicialibus: secus in instrumentis quæ fiunt in foro auctoritate iudicis, vt instrumenta emancipationum, vel adoptionum, vel in actis, q̃ fiunt ad banchum iuris. nam quilibet, cuius interest potest cogere notarium, vt sibi det copiam, secundum Barto. in l. 1. §. editiones supra eodem, & in l.2.C.eod.¶ Tertiò limita, quando ego non rogaui notarium, sed alium cuius personam ego repręsento. Pone exemplum in creditore habẽte obligata omnia bona debitoris. nam potest petere à quocunque notario, vt instrumenta sibi exhibeantur, secundum Barto.& Angel.in l.si quis ex argentarijs.§.pertinere.infra eodem, Bartol.in l.fina. per illum text.C.de bon.auct.iudi.possid.& in l. Aristo. ff. de iure deliberan. & in l. controuersia. ad fin.ff.de transactionib. Iason Paduæ.

ADDITIONES.

a ¶Vel monacho. Adde, quòd hoc fallit in causa hæresis, vt in §.ad conscribendas.in c.vt officium.de hære.lib.6.gl.in ver.notarij.& ibi Abba. in cle. 1. de hær. Ioan.de Fan. in c.multorum.27.q.2. Bar.in l.1.§.huius studij.ff.de iusti.& iur. l.seruus.ff.de test.

b ¶Sit rogatus. Rogitus qualiter fieri debet, plenè Panor.in c.1.13.requi.col.5. de fide instr. PVRPV.

c ¶Donatario. Quando notarius teneatur dare instrumentum, adde Panorm. vbi de commu.in cap.1.colum.2.de probatio. Alexan.in l. 1. colum.2. C.de eden. PVRPV.

d ¶Ex tali instrumento. Adde Feli.in c.1.col.8.de proba.vbi plenè in vers.fallit septimo. PVRPV.

SVMMARIVM.

1 *Officio argentariæ depositio tenetur quis edere rationes in loco, in quo argentariam exercuit non alibi, nisi sumptibus petentis.*
2 *Vsuras qui desiit exercere, ita tenetur edere librum rationum ad fundidam intentionem aduersarij, sicut ille qui actualiter exercet.*
3 *Vsurarius post prestitam cautionem de restituendo, sicut potest testari, ita potest esse testis.*
4 *Notarius si non possit effici decurio ciuitatis statuto sic disponente, aliquis fuit semel in matricula notariorum, & fecit se aboleri, non propter hoc poterit esse decurio.*
5 *Testis periurus post peractam pœnitentiam admittitur in testem.*
6 *Notarius, qui desiit artem notariæ exercere, cogitur tamen pro instrumentis edendis respondere sub consulibus notariorum.*
7 *Notarius, vel mercator debẽt libros suos retinere in loco, in quo artem exercent.*
8 *Instrumenta alibi sita debent edi in loco iudicij.*
9 *Petens aliquid fieri, debet expensas erogare.*
10 *Iudex si mittat causam ad consilium sapientis, debet mittere expensis petentis tantum.*
11 *Timens offendi ab aliquo, petijt ab eo cautionem, quòd eum non offendat, & non vult præstare. Iste qui timet, si petat à Potestate familiam Potestatis, quæ eum associet, tenetur dare, sed cuius expensis, vide ibidem.*
12 *Nuncius si debeat mitti absenti ad iurandum de calumnia, debet mitti sumptibus ipsius absentis.*

1 §. Is etiam. †Etiam depositio officio argentariæ tenetur quis edere rationes in loco, in quo argentariam exercuit, non alibi, nisi sumptibus petentis, & congrua dilatione ad hæc statuta. Item argentarius habens rationes, vel instrumenta in villa, aut illas descriptas edit, aut ducit partem ad locum, vbi sunt. hoc dicit cum l. sequenti &
2 princip.sequen.vsque ad §.cogentur.† Not. primò secundum Barto.quòd ille, qui desijt vsuras exercere, ita tenetur edere li-
a brum [a] rationum ad fundandam intentionem aduersarij, sicut ille, qui actualiter exercet, iuxta clemen.vnicam.de vsu. & ita tenetur constitutionibus temporalibus. Adde Barto. in l. quis sit fugitiuus in princip. per illum text. in versic. Celsus. de ædil.edic.& in simili Barto.in l.palàm.§. non solum per illum tex.ff.de ritu nup. Angel.in l.sicut.§.superuacuum.ff.quib. mo. pigno.vel hypot.solu.& in q.per eum disputata incip. Astensis miles.in 17.colum.Ioan.de Ana.in c.quia in omnibus. in 11.q. de vsu. Limitat Bald.in rub.C.de vsu.in 2. q. nisi etiam vsuras restituisset, per c.cum tu.in versic.donec.cum glo.de vsu. ita di
3 cit se consuluisse.¶†Considera, si posset nouiter attẽtari, quòd idem non sit, si non restituit vsuras, tamen præstitit idoneam cautionem de restituendo, iuxta formam capitu.quamquam. de vsu.in 6.per illud quod no.tenet Bald.in capit. pastoralis.in princip.in vlt.colum.de offic.ordin.vbi tenet, quòd vsurarius post præstitam cautionem, sicut potest testari.dicto ca.quamquam. contrarium tamen tenet Bald.in l.improbum. C.de infam.vbi tenet fortius, quòd etiam post restitutionem vsurarii remanent tamen infames, & non possunt esse testes: multominus, quando sola cautio de restituendo præstita est. † Adde
4 ad prædicta illud, quod not.Barto.in l.2.argum.illius text. C.de primice.libro 12.quòd si statutum disponat, quòd ille qui appellatur notarius non possit dici decurio.ciuitatis, q̃ si aliquis fuit semel in matricula notariorum, & fecit se aboleri, non propter

ADDITIO.

a ¶Ita tenetur edere librum. Adde Doc.in c.quamquam.de vsur.lib.6.

5 propter hoc poterit esse Decurio.† Adde etiam,quod no. Bart. & Bald.in l.imperialis.in versi.si tales.per illum tex. C. de nupt. ꝙ ille qui deliquit, post peractam pœnitentiam , & habitā indulgentiam habetur perinde,ac si non deliquisset . quod facit pro teste periuro,qui post peractam pœnitentiam admittitur in testem.Mirandum est,quòd dixerit contra text.in cap. testi-
6 monium.de test.¶†Secundò no.ex hoc tex.secundum Bald.& Ang.& Modern.ꝙ notarius,qui desijt artem notariæ exercere, cogetur tamen pro instrumentis editis respondere subconsulibus notariorum,sicut primò per l.incola.ff.ad munici.Melius facit tex.in l.2.C.vbi de ratioci.Nam tenetur explere rogationes veteres,sicut & monachus,glos.in c.vt officium.§ ad conscrib.de hære.in 6.Bar.in l.3.§.si penes.ff.de tab.exhi. dixi in l. 1.
7 §.huius studij.supra de iusti.& iu.¶†Tertiò no.quòd notarius, vel mercator debēt libros suos retinere in loco , in quo artem exercent,& si in alium locum deferant, sunt in dolo præsumpto,secundum Ang.Fulg.& D.Alex.hic,vel melius sunt in culpa,secundum Bald.& Pau.de Cast.ex quo tex.de dolo mētionem non facit.l.quoties.§.qui dolo.ff.de proba.¶†Quartò no.
8 ꝙ instrumēta alibi sita debent edi in loco iudicij.Si tamen esset periculum itineris,vel non possint inde extrahi , serua practicam,quam tradunt Bar.Ang.Salic.& Modern. hic per text. optimum in l.iudices. C. de fide instrum. vel serua meliorem practicam,vt scribatur ad iudicem illius loci, vt mittat copiā authenticam illius scripturæ,secundum Doc. in d.l.iudices. & Fulg.hic.¶†Vlti.not.in versi. suis sumptibus.ꝙ quando aliquis
9 petit aliquid fieri, debet ipse expensas erogare.Ideo facit secūdum Bald.ꝙ si iudex mittat notarium ad aliquem locùm pro examinandis testibus,debet mittere expensis petentis. Si autē ex mero officio, tunc debet mittere expensis vtriusque partis. l.ex parte.ff.fami.ercis.l.si irruptione.ff.finium regun. secūdum Bald. a †Item per istum tex.tenet Spec.in tit.de assess. §. salariū.
10 ver.quid si alter litigatorum . quòd si iudex mittat causam ad consilium sapientis, debet mittere expensis petentis tantum. Sequitur Bal.hic,qui ad hoc dicit bene facere.l. cum sæpè. C. de erog.mili.an.lib.12.Tu dic in hoc melius,vt per Barto.in l.si postulauerit.ad fin. princi.ff.de adult.cum quo tenet Bald. in l.
11 3.C.de adult.Et conclude, quòd regulariter debet mitti expensis vtriusque partis:prout in practica obseruatur.& habes duos tex.in c.statutum.§.assessorem.in fi.de reseri.in 6.& in l.4.§.1.ff. fi. regun. & ita tenet Bald. in l. hac lege.in 1.colum.in fin.C.de sent.ex breui.recit.per Bal.in l.generaliter.§ his de præsentibus. C.de reb.credi.¶†Adde etiam,& perpetuò no. ꝙ si aliquis ti-
12 meus offendi ab aliquo,puta inimico,petijt ab eo cautionem, ꝙ eum non offendet,non vult præstare,iste qui timet,si petat à Potestate familiam Potestatis,quæ eum associet, tenetur dare: sed cuius expensis? Videretur,ꝙ expensis eius,qui non vult cauere,& qui dat causam edicto.Veritas est,quod expensis timentis tantum.glo.est no.in l.fi.in prin.C.de erog.mili.ann.lib. 12.quam ad hoc notat,& reputat mirabilem Bar. in l. illicitas. §.ne potentiores.in vlti.colum.ff.de offic.præsi.illam gl. etiam ad hoc pulchrè no.& dicit non esse alibi Bar.in l. sancitum. ff. de re.diui.illam glo.etiam notant Bal.Fulg.& Pau. de Cast. in
13 l.1.in vlt.colum.C.eod.†Adde etiam, quòd si debet mitti nuncius absenti ad iurandum de calumnia , debet mitti sumptib. ipsius absentis.gl.est in l.2.§.defendi.& ibi Bar.in fi.ad hoc not. ff.ex quib.cau.in pos.ea de quo per Ioan.And.& Gemi. in rub. de iura.cal.in 6.Vide tex.in d.l.generaliter.§.his de præsentibus. vbi Barto.Bald.& Salic.vbi est text. quòd est arbitrarium iudici,quis tales soluat expensas,de quo etiam per Imo.in l.recusare.§.fin.ff.ad Treb. Adde etiam tex.in l.eos.§. Apostolos. & ibi Docto.C.de appella.per quem text.dicit ibi Bald. quòd Apostoli, seu literæ dimissoriæ debent dari expensis appellantis tantum.

ADDITIO.

1 ¶Secundum Bal.Vide Fely.in c.1.ext.de libel.obl.Bal. in l. si hæreditas.§. quo autem.ff.ad exhib. PVRPV.

SVMMARIVM.

Argentarij si sint plures heredes , & vnus solus haberet librum rationum,ille solus tenetur in totum edere.
Testis infamis infamia facti,non censetur esse integer testis.
Libro vnius mercatoris non creditur ad plenam fidem .
Suspicio purgatur ratione adiuncti.
Notarij si duo sint rogati de vno actu,quorum alter est habilis , alter inhabilis,an valeat instrumentum.
Testes amici licèt non faciant integram fidem,tamen si tres amici producti sint, vbi integri duo sufficiunt,probant.
Testis domestici dictum sustinetur propter alios non domesticos .
Testes domestici si essent tres,non probant,vbi duo integri probarent.
Legatarius si sit adhibitus testis in testamento, non erit testis omni exceptione maior.
Instrumentum si contineat plures testes habiles,& inhabiles,tamen valet,si sufficiens est numerus.
Probatum aliquid si sit per tres testes,quorum vnus est infamis, si opponatur ei exceptio infamiæ,non est admittenda.
Notarius si sit damnatus ex falso commisso in officio, licèt ipso iure priuetur officio tabellionatus,tamen eius scriptura suppletur ex subscriptione aliorum.& nu.16.& 17.
Suspicio mali tollitur per admixtionem boni.
Notarius succedens notario an possit authenticare scripturas notarij mortui.
Notarius condemnatus pro quocunque delicto excepto crimine falsi , quamuis efficiatur infamis ,potest tamen instrumenta conficere.
Notarius condemnatus de falso,quamuis non possit de nouo instrumenta conficere,tamen potest antiquas rationes perficere.

LEX VI.

§. Cogentur. Successor argentarij tenetur ad editionem,& si sunt plures hæredes,ille solus tenetur edere,qui habet. Et si omnes habeant, tenentur omnes edere,aut vnius editioni se subscribere.Idem in pluribus tutoribus,& pluribus argentarijs. Item petens editionem,tenetur prius de calumnia iurare.hoc dicit vsque ad §.ra-
1 tiones †Not.primo ex tex.ibi,& vnus habeat solus & c.ꝙ quando sunt plures hæredes argentarij,& vnus solus habeat librum rationum,ille solus tenetur in totum edere, nō autem pro sua parte hæreditaria.Contra istum tex.fortiter facit: nam licèt in actionibus bonæ fidei,si sunt plures hæredes, & vnus solus habeat rem,puta depositam,vel commodata , ille solus tenetur ad restitutionem.l.3.§.hæres.ff.cōmo.tamen secus est in actionibus stricti iuris.l.si tibi homo.§.cum seruus.ff.de leg.1.Rayn. & Bald.hic respondent,quòd ideo est,quia editio est in rē scripta:ideo afficit solum possessorem.Facit,quod no.in l.2. C. de hæred.actio.Sed Fulg.& plenius Pau.de Cast.dicunt,quòd officium iudicis,quo mediante petitur fieri ista editio, habet instar actionis bonę fidei.& ita refert,& tenet Barto.vbi latè exa-
2 minat,& alleg.istam l.in l.4.§.Cato.ff.de verbo.oblig. Plus placet responsio Bald.pro qua bene facit tex.in l.quædam.§.is autem.infra eod.¶†Secundò multum not.tex.in versi.quid enim. ex quo not.Bald.(& est dictum famosum,quod tota die consulendo allegatur.) quod si vnus testis est iufamis infamia fa-
a cti,a quòd non censet esse integer testis,v gl.in l.3.§.duę causę.
b ff.de Carbo.& in l.1.vbi dixi.C. de summ. trin. & alius testis est multum fide dignus,quod isti duo testes faciunt plenam probationem,quasi integerrima fides vnius suppleat imperfectionem alterius.Quod est valde tenendum menti,secundū Bald. Adde eundem Bald.per istum tex.in l.1.in 3. colum. C. de test. Salic.in l.in bonæ fidei.in 10.colum.C.de reb.cred.Idem simpliciter tenet Ludo.in consi.290.incip. In casu propositæ consultationis breuiter dictum Franc.in vlti.colum.& in l.1.§. si stipulanti.ff.de verbo.oblig.Dom.Alex.in consi.57.in 2.volum.inci. Viso processu causæ vertentis inter Ant.in pen.colum.Sed Fulgos.in l.1.C.de test.dicit,quod illud,quod no.Bald. hic, procedit quando alij testes sufficiebant absque isto inhabili, alias sequeretur,quòd si in testamento essent sex testes,& septimus inhabilis,testamentum valeret:& quòd defectus illius septimi testis suppleretur per numerum aliorum, cōtra l. hac consultissima.in versic.septem testibus ciuibus Roman.C.de testa. Do. Alexand.hic dicit,quòd in puncto iuris iste tex.non probat notabile Bald.quia hic debet edi liber rationum ab hæredibus argentarij,& omnes debent facere editionem , si liber erat apud
c omnes, meritò satis est,quòd fiat ab vno hærede etiam infame,dummodo alij cohæredes subscribant: c quia aliter non potest satisfieri dispositioni legis. aliàs qui petit editionem ad finem probandi,excluderetur à probatione absque sua culpa,
3 quæ ratio cessat in producente testem non idoneum. ¶†Vltra alios adde Bald.in cap.quoniam contra falsam.in 13.columna de

ADDITIONES.

a ¶Infamis infamia facti. Adde Bald.& Abba. in capitu. licèt causam. de probation.
b ¶ Testis. Adde in hac materia testis inhabilis , qui per habilem sustinetur, Alex.lib.2.consi.47.in prin.& lib. 3.consi.43.col.pen.
† Declara,vt per Nat.consi.354.nu.6.consi.473.col.10.& seq.& dic, quòd defectus testis non suppletur per alium,quando est omnino inhabilis.Nat.cōs. 298.col.10.nu.10. MASVER.
c ¶ Subscribant. Et ꝙ testis suppleatur nedum per alium,sed per scripturam, Alex.lib.2.consi.110.in fi.col.5. PVRPV.

de proba.qui quærit,an libro vnius mercatoris a non credatur ad plenam fidem.Quid si est liber plurium mercatorum,an ei fit credendum?Videtur,quòd sic,per istum text.sed Bald.respõdet,q̃ hic non dicitur,quod debeat credi, sed bene, quòd debeat edi:tamen Bald.concludit, q̃ si scriptura vnius mercatoris facit semiplenam probationem, q̃ scriptura duorũ faciat plenam:siue vterque scripserit,siue alius scripserit,vel sigillauerit.ita dicit esse tex.solennem hic. ¶ Item pro dicto Bal. quod
4 frequenter in palatijs allegatur,adde sex principalia. † Primò adde text.in Authen. si verò contigerit.& in corpore vnde sumitur.C.de iudic.per quem not.ibi Salicet.q̃ ratione adiuncti purgatur suspicio.Sed tu subtilius induc as illum text. nam si ibi ratione adiuncti purgatur suspicio in iudice, fortius debet purgari in teste,quia facilius,& pro minori suspicione repellitur iudex quàm testis, vt est glos.in capitu.insinuãte. & in cap.
5 cum R.canonicus.de officio delega. ¶ † Secundò facit, quod per istum text.not.Bald.hic in 3.not.quòd si plures notarij sint rogati de vno actu,& vnus est habilis,alter inhabilis:tamen valet instrumentum,& sustinetur propter habilem. Idem tenet Bald in l.Imperator. j. in 5.colum.ff.de statu homin.& in c.ter-
b tio loco. b ad fin.vbi limitat.de probatio.¶ † Tertiò facit,quòd
6 licèt testes amici non faciant integram fidem,vel probationẽ. l.3.in princip.in versicu.amicus.de testibus tamen si tres amici producti sunt,vbi duo integri testes sufficerent: tunc propter maiorem numerum suppletur defectus resultans ex amicitia.Ita tenet Iacob.Butr.in l.3.post princip.ff.de test.& ibi est gl. in §.1.in versicu.numerus. Idem tenet Imo. in l.qui testamento.in princip.in 1.colum.ff.de test.licèt contrarium teneat Angel.in consilio 228.quod incip.In facto proponitur, quod Bel-
7 latior.¶ † Quarto facit,quod notabiliter tenet Angel. in consil. 1.quod incip.Porrecta fuit petitio. quòd dictum testis domestici sustinetur propter alios non domesticos,vt refert,& sequitur Dom.Alexan.in consilio 122.in 4.volum. quod incip. Viso puncto.in 6.colum. Tamen contra duo ista vltima fortiter facit text.in capitu.in literis.de testibus,vbi tres testes domesti-
8 ci non probant, vbi duo integri probarent. ¶ † Quintò facit, quod per hunc text.tenet signanter Ludouic.Roman. in consilio 486.quod incipien. In casu propositæ consultationis breuiter dicendum donationem factam,quòd licèt fides alicuius testis ratione affinitatis detrahatur:ſn ea suspicio purgatur per alium ex testibus non affinem,& sic resultat plena probatio p
9 istum tex.¶ † Sextò facit,quod notabiliter tenet Ioan.Andr.in cap.cum super.in glo.1.de testi.q̃ si legatarius sit adhibitus testis in testamento, quòd non erit testis omni exceptione ma-
c ior, c ex quo aliquid commodi expectat. cap. personas. de testib.& tunc testamentum non probabitur sufficienter. tamen si in testamento essent adhibiti octo testes, inter quos essent duo legatarij,illi duo caperentur pro vno: & tũc cum alijs sex plenè probarent.Sequitur Imo.in l.qui testamento.in princip. ff.de test.Quid tenendum in isto quotidiano passu? Ego ita distinguo.Aut testes recepti sufficiebant absque isto inhabili: &
10 tunc teneo,q̃ iste inhabilis admittatur,vt supra tetigi. † Istum casum reputo clarum,& eum confirmo. Primò ex eo, quod per istum tex.tenet Specu.in titu.de instru.edi.§.ostenso. versi. sed nunquid crederetur. Refert & sequitur Bald. hic in lect.antiqua,q̃ si instrumentum continet plures testes habiles, & inhabiles,tamen valet si sufficiens numerus est, & in istis termi-
11 nis intellige istum tex.¶ † Secundo facit,quod dicit Bald.hic in fi.in lec.ordinaria.vbi dicit,q̃ iste tex.facit ad quæstionem, q̃ si probaui per tres testes,quorum vnus est infamis, q̃ si ei opponitur exceptio infamiæ,non est admittenda: eo quia non releuat excipientem,cùm duo testes qui restant, faciant integram probationem.ita dicit esse casum hic,si quis sciuerit inducere. Ad idem facit text. in l.cum tabulæ.ff.de bono.possess.secundũ tab.& quod vult gl.no.in l.1.§.si quis neget.ff.de bo.possess.fm tabu.& ibi Barto.in duobus locis in 1.& 2.colum.q̃ si in instrumento remanent tot testes,qui sufficiant ad validitatem, alij contradicentes non reddunt instrumentum suspectum.Idem tenent Can.in cap.cum Ioan.per illum text. de fide instrumẽ. non enim quæ abundant, solent vitiare. l. testamentum non ideo.in fi.C.de test.& tex.no.in l.pediculis.§.Labeo. ff.de au. & argen.leg.Aut testes non sunt vltra numerum, & tunc aut est talis defectus,qui ipso iure annullat dictum testis:puta,quia est infamis infamia iuris:& tunc cùm eius dictum sit nullum ipso iure, non potest suppleri,per tex.not.in l.maritus.ff.de quæ-
12 stionibus,ita tenet Bald.hic in lectu. antiq. & Angel. quem se-quuntur Petr.de Ancha.& Dom. Alexan.hic † Tu tamen subtilius pondera, q̃ in contrarium videtur facere, quod volunt glo.Barto.& omnes hic,quòd si notarius sit damnatus de falso commisso in officio,licèt ipso iure priuetur officio tabellionatus.l.si aliquid. C. de suscep. & Arc. lib. 11. tamen eius scriptura suppletur ex subscriptione aliorum. Nisi respondeas, q̃ notarius tunc priuatur quo ad futura instrumenta,sed nõ quo ad præteritas rogationes,vt dicam infra in glo.Aut est talis defectus,qui non repellit ipso iure testem,nec eius dictum annullat,sed solùm attenuat, vel diminuit fidem, vt est infamia facti: vel si est domesticus, vel affinis, vel amicus: & tunc dic, quod in causa criminali, vel ciuili ardua, quæ ei æquiparatur,testes infames non faciunt plenam probationem, etiam si essent plurimi. ita Bald.in cap.ad nostram.de probat. per text. quem ad hoc dicit esse singularem in cap.licèt causam.§. quidam vero.de proba.In istis terminis intelligo loqui tex. in d.c. ex literis.vbi agebatur de separatione matrimonij,quæ est causa grauis.Nec obstat,si tu subtilis diceres, q̃ imò in separatione matrimonij propter impedimentum admittuntur consanguinei contra regulas iuris, imò & parentes.c.videtur.qui maccus.pot.c.super eo.el 2.de test. Et pondera rationem dicti c. videtur.quanto magis domestici? Quia respondeo notabiliter, q̃ prædicta iura loquuntur, quando allegatur impedimẽtum sanguinis,& naturæ:puta,quòd mulier sit in tertio gradu consanguinitatis:nam tale impedimentum plenè probatur p eius consanguineos melius,quàm per alios.Sed in d.c.in literis. allegatur impedimentum proueniens culpa ipsius mariti: puta, q̃ cognouerit vxorem consanguinei sui,ideo ibi domestici nõ admittũtur,vt separetur matrimonium,sed requiritur, vt sint testes omni exceptione maiores.Aut sumus in causis ciuilibus non arduis,& in istis procedit notab.Bald.hic,quòd inhabilitas vnius testis suppleatur propter magnã integritatem alterius,
13 arbitrio tamen ipsius iudicis.¶ † Tertiò not.ex eo.ver. quòd suspicio mali tollitur propter admixtionem boni. Facit tex.in §. 1.& in corpore vnde sumitur. in Auth.vt diffe.iud.alibi tamen persona inhabilis adiuncta nocet,& vitiat actum,vbi alia sola sufficiebat.c.cum super abbatia.de offi.deleg.¶ Quartò not.q̃ hæredes argentarij tenentur edere rationes,& instrumenta, sicut ipse argentarius:& si non edant,tenentur actione ad interesse.§.ex hoc edicto.infra eod.l.secus in sing. successore, vt in
14 legatario.l.quędam.§.is autem.infra eod.¶ † Quintò per istum
d tex. not. Barto.q̃ licèt mortuo tabellione d alius notarius non posset authenticare eius scripturas,nisi illius protocolla sint sibi commissa auctoritate iudicis. cap. cum P.tabel. de fide instrum.tamen per istam l.videtur expressum, q̃ si notarius successerit alteri notario,videtur sibi à lege commissum:& sic non requiritur alia commissio iudicis.Sequitur D. Abb.in d. c.cum P.tabellio.Tene contrarium, q̃ imò etiam isto casu requiritur commissio iudicis,& sine ea authenticare non posset,secundũ Pet.de Anch.Pau.de Cast.& D.Alex. hic per generalitatem d. c.cum P.tabel.Idem tenet Spe.in tit.de instru.edi.§. ostensum. ver.illud quoque prætereundum.& ver seq.qui incip. Quid si aliquis tabellio.& idem tenet ibi Io.And. qui testatur ita de facto seruari.Idem tenet Ang.Bal.Salic.& Pau.de Cast.in l.quædam.§.nihil.infra eo.vbi etiam Ange. & Fulg.dicunt ita de cõsuetudine seruari:& facit secundum Bal.quia complere instrumentum est ratione officij: sed officium non transmittitur ad hæredem.l.cuius.ff.de cura.fu.l.1.si quis rem min.Nec Bar. bene considerauit istum tex.q̃ loquatur in hærede argentarij, q̃ sit eiusdem professionis.Et propterea infert ad notarium hæredem alterius notarij:nam istud est ꝯ tex.in l.quædam.§. nihil. j.eo.¶ Sextò no.ex hoc tex.q̃ paria sunt,vel q̃ plures edãt,vel vnus edat,& alij se subscribant.Ex quo no.septimò correlarie, q̃ subscriptio tantum operatur,quantum ipsa scriptura. q̃ facit fm Ang.& Fulg.& Doc.consulentes, q̃ si vnus Doctor facit consilium,& alij Doc.se subscribant,est perinde,ac si illi alij fecissent.Ideo Bal.in l.fi.C.plus valere,quod agitur. innehit per illum tex.ꝯ Doc.subscribentes consilijs aliorum Doct. eis non visis nec lectis.Facit bene,quia subscribentes se scripturę p̃ aliũ factæ,ita sibi præiudicat, ac si ipse scripsisset.ita no.Bal.& Ang in l.emptor.§.Lucius.per illum tex. j.de pac.vbi multa dicam circa hoc,quæ possent hic poni:& est tex.no.in §.1.insti.de ꝯ emp.& est tex.solennis in l.si ego.§.planè.ff.de iur. do. qui probat egregiè,q̃ istud sit p̃ fictionem:dũ tex.dicit,& velut chirographũ eius.nã dictio,velut,importat fictionẽ,fm Bal. in l.pe. C.de

ADDITIONES.

a ¶Libro vnius mercatoris. Adde Bart. in l.nuda.ff.de donat. in l.admonendi.ff de iureiuran.

b ¶Tertio loco. Felyn. in d.cap. tertio loco. ad fin. in capitu. nobis. de simon. PVRPV.

c ¶Testis omni exceptione maior. Adde qui dicantur testes omni exceptione maiores.Vide glo.in versicu.idoneos.Insti.de inutil.stipu. Bartol.in l. admonendi.ff.de iureiuran.Alex.de Imo.consi. 18.incip.Viso processu causæ.in 4. col.in 1.not.

d ¶Mortuo tabellione.Adde gl.in c.cum venerabilis.de excep. Archi. in c. indicet.52.q.2.

C.de interdic.matrim. ergo non habet locum in ſtatutis,quod valde not.¶Octauò not.in ver.exigitur.ꝙ qui petit editionem, debet de calumnia iurare,in quo diſtingue,vt per Iac.But.Alb. & Ang.hic.& Sal.in l.1.in 6.opp.C.eo. ¶Vltimò not. in ver.ne forte,vel ſuperuacuas.quòd ſupernacua editio fieri non debet. Adde etiam fauore fiſci,vt eſt tex.in l.3.s̄.eo. ¶Capio gl.in ver. editionis.ex qua collige duas ſolutiones ad contrarium.l.ſi aliquid.C.de ſuſce.& arc.lib.10.alleg. in glo. facit. l. iudices. C. de dig.libr.12.† Prima eſt, ꝙ hic vtilitas erat propter malos mores,nō quia in officio deliquiſſet,& iſta eſt bona, quia notarius condemnatus pro quocunque delicto excepto crimine falſi, quamuis eticiatur infamis,poteſt tamen inſtrumenta conficere,ſecundum Bald.in l.ea.§.hac.l.ff.ad l. Iuliam pec. & in conſi. ſuo incip.Ser.Io.cum concor. Ideo, quia tunc minuitur de fide,requiritur aliorum ſubſcriptio,vt hic in gl.† Secunda ſolutio gl.eſt,quam ſequitur Bart. ꝙ quamuis commiſerit falſitatē in officio,tamen ei creditur propter ſubſcriptionem aliorum. iſta ſolutio de per ſe mihi non placet, niſi cum ea iungas vnā de ſequentib.† Vnde intellige tertiò, qñ in officio deliquiſſet, tamen nondum eſſet damnatus per ſententiam, quia ex ſolo delicto non dicitur eſſe priuatus.l. ſi quis decurio.in verſi.non ſtatim.& ibi Bal.ad hoc no.C.de fal. Bart.in repe.l.Barbarius.in pen.char.vbi dixi. ff. de offi.præto.imò ſi contra notarium actum de falſo eſſet lata ſententia condemnationis ſecretè, ita ꝙ non eſſet nota populo, ꝙ etiam inſtrumenta poſtea per eū ꝓfecta inter ignorantes valerent,ſecundū Bar. in d.l. Barbarius. in 15.col.vbi dicit ſe ita de facto conſuluiſſe. per l.cum ſententiam.C.de ſent.per quam l.idem tenet Bal.in l.2.in vlt.col.C.de ſen.& in l.1.C.de teſta.milit.idem tenet Pau.de Caſt.hic.† Vel quartò intellige, ꝙ notarius condemnatus de falſo, quamuis non poſſit inſtrumenta de nouo conficere, tamen poteſt antiquas rogationes perficere,ſecundum Ang.& Mod. hic,per gl. in §.antepen in ver.documen.in Auth.de tabellio.firmat Bart. in l.ad teſtium.§.1.ff.de teſt.& in repe.d.l.Barbarius.in pen.char. vbi dixi,& intelligit iſtum text. Bal.in l.iubemus.2.in verſi.ſanè. C. de ſacroſanct. eccle. Iaſon Paduæ.

SVMMARIVM.

Ratio dicitur,quæ continet data,& accepta. & nu.2.
Ratio dicitur eſſe negotiatio.
Argentarius ſi ſcripſerit in libro ſolutionem debiti cum eo contracti, vel cum tertio, non tenetur edere.
Argentarius ſi aliquid ſcribat de his, quæ non pertinent ad officium ſuæ argentariæ, non tenetur illud edere.
Scriptura continens conſtitutum debet edi.

§.Rationem. † Ratio dicitur, quæ continet data, & accepta non vnum actum ſolum,puta ſolutionis.Et illa ſunt edenda,quæ pertinent ad argentariam,vel ab ea dependent,vt conſtitutum,non alia. [a] Itē contra non edentem datur actio in factum ad intereſſe ei, ad quem pertinet:pertinere autē ad aliquem dicitur, qñ eo mandante,vel eius procu. confectæ ſunt rationes. h.d. vſque ad §.ſi initium.¶† No. primò,ꝙ ratio eſt ſcriptura dati,& accepti,& ſic habet denotare quid implicitum hincinde, non vnicum actum geſtum inter partes, ſm gl. *Bal.& communiter Doct.* excepto Bar.ſolo,qui aliter intelligit,& malè.† Tu pondera dictum notabile comprobari, quia tex.dicit rationem eſſe negotiationem,ſed negotiatio non conſiſtit in vno actu. l.1.§.1.ff.de tributo.gl.in l.in eum.in prin.ff.de inſt.declarat no. Bar.in l.legatis.in prin.ff.de leg.3.vbi Bar.dicit,ꝙ illa dicitur negotiatio,qñ interuenit actus vltro citroque obligatarius, non quando ſola locatio,vel conductio poſſeſſionum, & ꝙ ex vno actu non dī quis negotiator,nec mercator,vt ibi plenius per eum, & per eundē Bar.in l.mariti.§.1.ff.de adul.Bal.in rub.C.de conſti.pec.ad fi.d. Anto.de But.in c.fi de vi.& hone.cle.Pet.de Ancha in cōmento.c.canonum ſtatuta.in ver.quis dicatur mercator. de conſti. d.Abb.in conſi.6.quod incipit, caſus ſuper quo petitæ fuerunt allegationes,in vlt.col.in 1.vol.¶† Secundò pondera text.ibi, nec vllam rationem à nuda duntaxat ſolutione debiti incipere,quæ verba ſunt valde ambigua.text. videtur dicere, ꝙ ſi argentarius ſcripſit in libro ſolutionem debiti cum eo cōtracti, vel cum tertio,ꝙ non tenetur edere, quia eſt vnicus actus, qui non facit rationem. Certè ita intelligendo text. videntur reſultare abſurda.Primò enim reſultat abſurdum,quia etiam ſi nō eſſet argentarius,tenetur actor edere librum ſuum ad probandum ſolutionem debiti.l.non eſt nouum.Iuſtum,& l.ſi. C.eo. Item ſm Fulg.ſequeretur aliud abſurdum, ꝙ ſi depoſui apud campſorem mille, ꝙ non tenetur campſor edere librum ad probādum depoſitum, & tñ in contrarium eſt communis obſeruantia ſm eum.vnde Raph.Fulg.intelligit iſtum tex.ꝙ velit dicere,ꝙ ratio non incipit à ſolutione,ſed à debito, ideo ſi debitum præceſſit argentariam, ſolutio non dicitur pertinere ad argentariam.Tu verò cōſidera, ꝙ iſte tex. realiter intelligendo vult,ꝙ ſcriptura continens duntaxat ſolutionem non eſt edenda,quia non debet edi id,qđ eſt extra rationem, & dicta ſolutio non continetur ſub ratione. Non obſt.iura in ꝯrium adducta,quia loquuntur in editione inducta à iure ciuili,quæ eſt facienda à parte parti ſine die,& conſule.l.1.§.editiones.s̄.eo. Sed iſte tex.loquitur in editione inducta à prætore, quæ fit cum die & conſule.l.prætor.in prin.s̄.eo. etiam à non litigante.l. argentarius.in prin.j̄.eo.& quia prætor in illo edicto ſolùm loquitur de editione rationis. Iuriſconſultus interpretatur verbum rationem,vt hic in tex.¶†Tertiò no.ſolennem tex.ibi.hæc enim extra rationem eſſe,ꝙ ſi argentarius aliquid ſcribat de his,que nō pertinent ad officium ſuæ argentariæ, ꝙ tenetur illud edere. Ratio eſt,quia non creditur ei. Hinc eſt,ꝙ ſtante ſtatuto,ꝙ credatur libro mercatoris,intelligitur ſi ſciebat illud,qđ attinet ad artem,& mercaturam ſuam,ad aliud non creditur. Ideo ſi ſit mercator pannorum,& in libro ſcriberet ſe dediſſe tot pannos Titio,tunc creditur libro ſuo. Sed ſi ſcriberet mutuaſſe Titio centū, non ſtaretur libro ſuo de mutuo.l.3.§.eo modo.ff.nau. cau.ſtab.Ita tenet Io. And.in addi. Specu.in tit.de inſt.edi.in §. nunc dicendum.in add.magna poſita ſuper ver.priuatorum.in 1.col.circa medium,quem ſequitur Lud. Ro.in conſi.204.qđ incip.Pro diſcutienda veritate thematis, & in conſi. 205.qđ incip. In puncto prædicto breuiter dicendum.d. Fran. de Are.in conſi.33.qđ incip.conſultatio.in 1.col. & in conſi. 44. qđ incip. In propoſita cōſultatione viſo arti.& in conſi.ſeq.circa fi.Facit qđ vult idem Lud.in conſi.319.qđ incip. In cauſa Io.ꝙ prouiſio ſtatuti diſponens ſuper adhibenda fide theſaurario nō procedit,qñ agitur de materia nō pecuniaria, & ad hoc plura alia dixi in l.age.C.de tranſ. ¶†Quartò no.ex tex.ibi,nam & hoc ex argentaria venit,ꝙ ſcriptura continens conſtitutum debet edi, quia dependet ab argentaria.Et ex hoc no.Bal.& Mod.ſequuntur,ꝙ conſules mercatorum intelliguntur habere iuriſd.nō ſolum in cauſis mercantiarum, ſed etiam in dependentib.& cōnexis,& ad hoc iſte.tex.quotidie allegatur, ſm Bal.ideo habent iuriſd.ſuper pœnis appoſitis in contractib. mercantiarum, ſm Pau.de Caſt.Facit.l.cuicunque.§.ſi ei quem.ff.de inſti.& qđ no. in l.2.C.vbi cau.fiſ.Facit regula.l.quoties. C.de iudi. & ita limitatur.l.fi.& qđ ibi no. Cy.& Bal.C.de iur.om.iud. Facit,qđ vult gl.no.in c.accuſatus.in ver.iudicati.de hæret. in 6. & quod not. Bald.in l.eum actum.in ſecundo nota. per illum text.ff.de neg. geſt.dixi in l.1.C.de tranſa.Facit tex.no.in l.Lucius.§.Paulus reſpondit.& ibi Bar.no.ff.de admi.tuto.vbi etiam in ꝯctib.ſtricti iuris promiſſio facta per fideiuſſorem de geſtis,& tutela,extenditur ad geſta extra tutelam, quæ ſunt connexa ratione tutelæ. ¶Vltimò ad id,quod no.Bart.in verſi.pertinere. dic vt dixi in l. prætor.in prin.s̄.eo.in gl.mag.ad fi. Iaſon Paduæ.

A D D I T I O.

2 ¶Non alia. Limita in vſurario, qui etiam ſchedulam edit.glo. in l. prima. de vſur. PVRPV.

SVMMARIVM.

1 *Dies,& conſul poſiti in principio libri, vel in vna ratione ſunt cō̄nunes ad ſequentes rationes,quæ diem, & conſulem non habent.& nu.2.*
3 *Simulatio ſequentis contractus melius probatur per contractum præcedentem,quàm è conuerſo.*
4 *Inſtrumentum ſi ſit in medio libri,vel quinterni habens diem,& conſulem,deinde ſequuntur alia,quæ non habent,quid iuris.*
5 *Dies,& conſul appoſiti in præcedenti inſtrumento,intelliguntur repetiti in ſequentibus inſtrumentis die carentib.*
6 *Locum, teſtes,diem,conſulem,annos domini,indictionem, nomen Papæ, &c.apponere debet notarius,& nu 7. & 8.*
9 *Scriptura vna ſuppletur per aliam.*
10 *Priuilegium vnum declaratur per aliud,& clauſula vna interpretatur aliam.nu.11.& vnum ſtatutum per aliud.nu.12.*
13 *Dies poſitus in inſtrumento Titij,non debet cenſeri repetitus in meo inſtrumento.*
14 *Molendinum habens in parte ſuperiori in eadem aqua,non poteſt impedire alium habentem molendium inferius, vide nu 15.*

1 **§.Si initium.** † Dies & conſul poſiti in princ. libri, vel in vna ratione, ſunt communes ad ſequentes rationes, quæ diem & conſulem non habent.h.d, & non eſt alibi ſecundum Bald. ¶Pondera primò tex.ibi,ſi initium.nam innuit,ꝙ ſi eſſet in fi aliud eſſet. Facit tex.j̄.in verſic. propoſitio diei,& cōſulis.idem vult gl.dum exponit tex;rationis.ſ.ſequentis. Idem tenet *Bar.& communiter alij*. Quicquid teneat Imo.in l.patris & filij.ff.de vulga. & pupil. & Salic.in l.eo, qđ à multis.C.ſi cer.pet.† & not.bene regulam Bar.quā poteris ſæpè practicare, quòd clauſula præcedens habet maiorem vim,& eſt maioris efficacię ad determinationem ſequentium in

11 dum Bar. Ang. & Sal. ¶ † Septimo noto in fin. ꝙ legatarius, & sic singularis successor tenetur ex causa edere. l. in subsidium, quando hæres vniuersalis non habet facultatem edendi, nec fuit in dolo, vel lata culpa. Adde quod no. Bald. in c. 1. in 8. col. in fi. de prob. dicit hic esse tex. aureum, ꝙ qualiscunque possessor protocolli notarij tenetur edere, tanquam rei possessor cui libet, cui teneretur ipse tabellio, & hoc per officium iud. in rem
9 scriptum. [b] Similiter dicunt Bald Ang. & Pau. de Cast. hic, ꝙ si protocolla notarij à casu reperiuntur pœnes tertium, ꝙ ille tertius potest compelli ad edendum in subsidium per istum tex. & ita dicunt tenere Inno. in d. c. 1. Sed tu caue, ꝙ iste tex. loquitur in singulari successore habente causam ab argentario. nam loquitur in legatario, qui in re legata habetur loco hæredis. l. id tempus. §. 1. ff. de vsuc. l. in conuentionalib. ff. de verb. sig. vnde secus videtur in penitus extraneo non habente causam à notario, vel ab argentario, quia tamen illa deci. Docto. habet magnam æquitatem, eam bene noto pro extensione ad istum
12 tex. ¶ † In gl. nihil est. Extra gl. quærit Bar. an illud, ꝙ percipitur ex protocollis, dicatur fructus, & sic si testator legasset alicui vsumfructum bonorum suorum, an ille debeat habere emolumentum, quod percipitur ex suis protocollis. Determinat, quòd. non, per rationem, de qua hic per eum. Limitant Ang. & Fulg. hic, vt procedat in legato generali omnium bonorum, prout loquitur Bar. secus si in specie legasset alicui vsumfructum protocollorum suorum, qa cùm alius fructus percipi non possit, de ipso quæstu sensisse videtur. argu. l. si tam angusti. ff. de serui. & l. diuus. ff. de vsu & habi. Adde, ꝙ idem tenet Bart. in l. diuortio. §. si vir in fundo. in fin. & ibi plenius per Mod. ff. sol. mat. Bal. in l. 1. in 3. col. C. de fru. & lit. expen. & in d. l. diuortio. §. si fundum. Tu autem adde Ange. (de quo nullibi Doct. mentionem faciunt) in rub. ff. de vsufr. vbi alio modo notabiliter limitat, quando testator reliquisset vsumfructum reditũ, & prouentuum omnium, & singulorum bonorum suorum, tunc veniunt quæstus, qui ex protocollis percipiuntur. Facit. l. vsufructu legato. §. 1. ff. de vsufru. Iason Paduæ.

ADDITIONES.

a ¶ Quod notarius. Adde Doct. in c. cum P. tabellio. de fid. instru. Abb. in c. inter dilectos. de fid. instr.
b ¶ In rem scriptum. Adde Fely. in c. 1. col. 9. ver. fallit tertio. de prob. PVRPV.

SVMMARIVM.

1 *Edictum prætoris, licèt loquatur de argentarijs, tamen extenditur ad nummularios.*
2 *Fides plena quòd detur scripturis campsorum, vel mercatorum, potest induci per statutum, vel consuetudinem, & nu. 5.*
3 *Scripturæ priuatæ quo ad plenum credatur, potest per consuetudinem induci, & nu. 4.*
5 *Libri mercatorum, vel campsorum nostri temporis non faciunt fidem pro scribente, sed contra scribentem.*
6 *Mercator si esset infamis, vel suspectæ vitæ, nõ daretur fides eius libro.*
7 *Scripturis eorum, qui eliguntur ad recipiendas gabellas, vel collectas, datur plena fides.*
8 *Mercatores quando recipiuntur in matricula, debent iurare.*

§. Nummularios. Nummularij sicut argẽtarij tenentur rõnes suas
1 edere petentib. his, ad quos pertinent, & iurantib. de calumnia. h. d. ¶ † Nota fm Bar. ꝙ licèt edictum prætoris loquatur de argentarijs, tamen extenditur ad nummularios, quia & ipsi rationes conficiunt. Ex hoc infert, ꝙ idem est in mercatorib. nostri temporis. in campsorib. in vsurarijs [a], & stationarijs, cùm & ipsi libros rationum conficiant de consuetudine. Sed inductio Bar. de hoc tex. non videtur bona, quia argentarij, & nummularij habebant officium publicum. Nam eligebantur de publico, vt hic in gl. & est tex. in l. seq. in prin. in verbo publicam causam habet. Sed isti alij negotiatores non eliguntur de publico.
b Item contra Bart. stringit tex. in l. seq. in prin. in ver. neque vllos alios absimiles. & Ang. & Mod. ad hoc not. [b] Item ꝙ dicit Bar. de vsurarijs, videtur cõtra tex. & gl. in cle. 1. §. cæterum. de vsur. vbi glo. dicit, ꝙ de iure ciui. vsurarij non tenebantur edere. Ideo facta est illa cle. Et tu aduerte, quia si verum esset illud, qđ dicit Bar. per istam. l. frustratoria fuisset dispositio illius cle. & maximè cum fundetur ratione delicti. De hoc hoc dixi latè in l. 1.
2 C. eod. ¶ † Secundò noto ex hoc tex. secundum Bald. Ange & Mod. ꝙ per statutum, vel consuetudinem potest induci, ꝙ scripturis campsorum, vel mercatorum detur plena fides, prout est Venetijs, quia tunc eorum scriptura nititur publica auctoritate. Facit tex. in c. cum dilectus. de consue. Idem tenet Bal. in l. comparationes. in 5. colum. C. de fid. instru. & in l. cunctos populos. in 11. col. C. de sum. Trin. Io. And. in addi. Spec. in titu. de instr. edi. §. nunc dicendum. in addi. magna. in fi. Inno. in c. cum P. tabel. de fid. instru. d. Anto. in c. 2. in 3. col. & ibi Imo. in 9. col.
3 de prob. Et † dicit Bald. in rub. extra de consue. in 3. col. ꝙ per consuetudinem potest induci, ꝙ ad plenum credatur priuatæ scripturæ. Et not. ꝙ stabitur consuetudini illius loci, quantum ad plenè credendum illis scripturis, etiam si alibi iudicium agatur. Ita tenet Io. Andr. in d. §. nunc dicendum. in addi. magna ad
4 fin. & d. Anto. in d. c. 2. in 3. col. quod valde nota. ¶ † Vltra alios tu pondera subtilius nouiter probari ex isto text. ꝙ per statutũ, vel consuetudinem potest induci, ꝙ etiam scripturæ personæ aliàs inhabilis detur plena fides. Ita egregiè probat iste tex. iuncta l. prætor. §. sed & si seruus. s̃. eod. Ibi enim dicitur, ꝙ etiam seruus potest esse argentarius, & tenetur edere libros rationũ: hic autem dicitur, ꝙ libris argẽtariorum propter frequentem consuetudinem datur plena fides. Nec dicas, prout dicit Ful. ꝙ licèt isti tex. dicant, ꝙ argentarij teneantur edere, tamen isti tex. non dicunt, ꝙ eorum libri plenam fidem faciunt, quia dico, ꝙ imò istud dicit iste tex. in ver. quarũ probatio codicib. continetur. Si ꝙtinetur probatio, ergo plena, & legitima, vt no. Bar. in l. Lucius per illũ tex. ff. de ꝙd. & dem. Nec obst. si dicas, ꝙ hic plura concurrebant, quia erat argentarius, & sic habebat officium publicum. Item requiritur, ꝙ de mandato partium scribat. l. si quis ex argentarijs. §. pertinere. s̃. cod. quo casu partes videntur eum tacite approbare, per glo. singularem. in §. & licèt. in versi. supplicijs. in Auth. de test. de qua dixi in l. 1. in prin. s̃. de fer. qa etiam notarius exercet officium publicum, & debet rogari ab vtraque parte, vt est glo. in l. prætor. in prin. s̃. eo. & tamen si est seruus, vel monachus non ei credit, quia non potest esse tabellio. l. generali. C. de tabel. lib. 10. & c. sicut. ne cleri. vel monac.
5 ¶ † Limita prædictum no. nisi consuetudo esset indiscreta, puta, quæ disponeret, ꝙ omni scripturæ mercatoris, etiam per se plenè credatur, quia non valeret, cùm sit prona ad falsum committendum. c. erit autem. 4. dist. secundum Bal. in l. vnic. 4. col. C. de confes. quod reputat sing. no. d. Abb. in c. bonæ. 2. ad fi. de
c postu. præla. ¶ In glo. magna in ver. decurritur [c]. habes quatuor
6 conclusiones. ¶ † Prima secundum Bar. & Doct. ꝙ hodie libri campsorum, vel mercatorum nostri temporis non faciunt fidem pro scribente, sed contra scribentem. Sed an probent pro tertio, vel contra tertium. glos. non tangit. Bart. tenet, quòd eorum libri faciunt hodie semiplenam probationem, de quo plenè dixi in l. admonendi. ff. de iureiur. Limitat Bar. post Iaco. But. nisi talis mercator non esset persona suspecta. arg. l. si quis.
7 §. 1. s̃. cod. No. istam limitat. & pro ea † adde bene facere, quòd stante statuto, ꝙ libro mercatoris detur plena fides, intelligitur nisi mercator esset aliàs infamis, vel suspectæ vitæ. ita not. tenet Bald. in repet. l. cunctos populos. C. de sum. Trinit. in 41. col. in versicu. quintum exemplum statutum permittit. & in l. Cassius. in vltim. colum. ff. de senato ¶ † Secundò dum ista glo. dicit, ꝙ hodie non creditur pro se, sed contra se, innuit fm Bar. ꝙ olim libris nummulariorum dabatur plena fides pro scribẽte, quod Barto. reputat mirandum, & contra l. exemplo. C. de prob. & quia etiam notarijs non creditur, si scribunt in eorum fauorem,

ADDITIONES.

a ¶ In vsurarijs. Adde Doct. in c. quamquam. de vsu. lib. 6.
b ¶ Ad hoc not. Et in specie reprobat Panor. in c. 1. col. 1. de prob. PVRPV.
c ¶ Decurritur. Adde Ioan. Pagliarium in cons. 35. incip. vt prima facie. inter cons. Bar. 122. incip. Factum tale. Alex. in l. 1. colum. fin. C. de eden. Fel. in c. 1. col. 8. de prob. PVRPV.

fauorem,vt per eum,cum quo Mod.tenent.Sed facilè esset tenere contrarium,prout tenet Sal. sed quia modicæ, vel nullius
8 vtilitatis est,ideo non insisto. † Terriò notat Bar.dum glo.dicit, quia publica auctoritate eligebantur, ꝙ scripturis eorum, qui eliguntur ad recipiendas gabellas, vel collectas, datur plena fides, quia auctoritate publica eliguntur, & ita transeunt Mod. facit.l.ne casu.C.de discus.lib.10. & §.coges.in Auth. de mand. prin. ¶ Limita nisi essent duo officiales, vnus deputatus ad recipiendum pecuniam publicam, alius verò ad scribendum, quia primo non crederet.l.2.& ibi Bal.ad hoc no. C.de conue. fis.debi.lib.10.Bal in l.Imperator.ad fi.ff.de stat.hom.Sal.in pul-
9 chra.q.in l.exemplo.C.de proba.¶ † Quartò vltra Bar.dum gl. dicit,ꝙ hodie iurant vbique.no.ex glo.secundum Bald.ꝙ mercatores, quando recipiuntur in matriculam,debent iurare. Facit.c.ad audientiam.de præscr.Adde,quod vult Bald.in c.præterea.in 1.col.in fi.ff.de test,cog.No.istam gl.pro solenni,ꝙ omnes,quib.committuntur scripturæ faciendæ, debent iurare legaliter officium exercere.facit d.c.ad audientiam. Alibi Bal.in c.quoniam contra falsam.in 10.col.de proba. not. etiam istam gl.pro solenni, ꝙ si argentarius in sua matriculatione, & notarius in sua creatione iurant legaliter exercere,eis creditur: aliàs tanquam priuati homines habentur.

SVMMARIVM.

1 *Argentarij, & notarij tenentur edere instrumenta.*
2 *Iudex causæ taxat salarium tabellionum in actis palatij.*
3 *Hæc dictio, &c.quid importet.*
4 *Defuncti voluntatem nemo etiam hæres potest declarare.*
5 *Si in protocollo notarij mortui reperiatur, & renunciarunt partes, &c.de commissione iudicis potest notarius talem clausulam extendere ex communi vsu notariorum, & decide, vt nu.6.*
7 *Clausulæ solitæ apponi per notarios, etiam si sint penitus omissæ, habentur tamen pro appositis, & expressis, & nu.8.*
9 *Notarius non poterit virtute illius dictionis, &c. extendere causas in appellatione ab interlocutoria, quæ non sunt expressè, & quæ debent inferi.*
10 *Et cætera imbreuiatura non sufficit, vbi aliquid expressè requiritur.*
11 *Notarius, si in protocollo diceret, anno Domini tali,& indictione,&c. instrumentum nihil valeret, nec posset suppleri de indictione, cùm sit substantiale instrumenti.*
12 *Liber totus non debet edi, sed tantum pars necessaria petenti.*
13 *Tutor, cui opponitur de inuentario non facto,non tenetur edere totum, sed tantum principium.*

LEX X.

ARgentarius. Argentarius,& alij, qui libros conficiunt ratione officij publici,tenentur edere tam cõtra se, quã tertium.Et non debet edi totus liber,sed tota ratio,
1 prout pertinet ad petentem.h.d.vsq; ad §.cum autem. † Not. primò,ꝙ argẽtarij,& similes personæ, vt notarij,tenẽtur edere rationem,vel instrumẽta.Intellige fm gl. ꝙ tamen non cogun tur edere,nisi soluta pecunia,& fm Bart. & alios notarij licitè accipiunt pecuniam tam pro imbreuiatura,seu protocollo, q̃ pro extensione,quam faciunt, cùm redigunt in publicam formam.per l.fi.circa med.C.de prin.agen in reb.lib. 12. & l.in sacris C.de proxi.sacro scr.lib.12.Adde text.in c.statutum.§. Notarium.& ibi glo.de rescr.in 6.gl. & Doct. in c.1.de simo subdit Bart.ꝙ si notarius tradidisset instrumentum absque solutione mercedis,ꝙ fortè competeret vtilis ex locato, Idem tenet Bar. in l.1.§.1.ff.de var. & extraord.cog. Sed tu aduerte, quia si verũ esset, ꝙ notario competeret vtilis ex locato, ergo alteri patri contra notarium competeret actio ex conducto ex natura correlationis, & tamen contrarium volunt Bar. & omnes in l. quædam,in prin.s.eo.vbi volunt, ꝙ competat officium iudicis ex hoc edicto. Nisi dicas,ꝙ vtilis actio, quæ datur ex æquitate, cùm sit subdiaria,non excludit officium iudicis. gl. & Doct.in
2 l.cum filius.ff.si cert.pet.† Si autem sit discordia de salario notarij,dicit Spec.in tit de sala. §.nunc de proc.versi.sed quid erit in tabellionib.ꝙ in actis palatij taxat salarium iudex causæ. Facit text.in d.c.statutum.§.notarium, sed in extraiudicialib. consul notariorum,vel ordinarius loci debent taxare salarium no-
3 tario,& sequitur Bal.hic.† Secundò per istum tex. in ver.cæteri similes. Refert Bar. Franc. Accur.dixisse. ꝙ si notarius in imbreuiatura posuit, talis vendidit tali,pro tali pretio,præsentib. testib.&c.ꝙ sub illa imbreuiatura, &c.intelligitur id, ꝙ in carta debet,& solet apponi. Et ideo quicunque alius tabellio potest illam imbreuiaturam dicto modo implere, vt hic, per eũ.
* Sed iste tex.parum,imò nihil probat. *Communiter concluditur contra* Bar.ꝙ alius notarius,tanquam non informatus, non potest talem imbreuiaturam extendere,sed spectat ad ipsum iudicẽ,
4 vel ex commissione, & ex mãdato iudicis, † quia nemo etiam hæres potest declarare voluntatem defuncti. glo.in l. Pomp.in prin.ff.de rei vend.no. Bar.& alij in l.inter stipulantem. in prin. cum sim.ff.de verbo.oblig.Ita tenent Bar.Bal.Ang.& Mod.in l. Gallus.§.idem credendum.ff.de libe.& posth. d.An. & alij in c.
5 cum.P.tabellio.de fid.instru.cum concor. † Adde, ꝙ Bald.in c. cum iureperitus.in 9.col.de offi.deleg.tenet,ꝙ si in protocollo notarij mortui reperiatur, & renunciarunt dictæ partes, &c.ꝙ de commissione iudicis potest notarius talem clausulam extendere ex communi vsu notariorum.Nam si est mulier, censetur renunciasse Velleiano: si est fideiussor intelligitur renunciasse epistolæ di. Adriani. Si sunt duo rei,intelliguntur renunciasse constitutioni de duob.reis.arg.l.quod si nolit.§. quia assi-
6 dua.ff.de ædil.edi. ¶ † Pondera istam deci. Bal.quia vult, quòd alius notarius sine speciali commissione de extendendo non potest extendere imbreuiaturam, etiam secundum consuetu-
7 dinem notariorum. † Puto in hoc contrarium, quia clausulæ solitæ apponi per notarios,etiam si sint penitus omissæ, habentur tamen pro appositis, & expressis, vt est tex.melior de iure, secundum Bal.ibi in l.fi.in fi.& ibi glo. C.de fideiuss.Bal. Imo.&
8 Mod.in l.huiusmodi.in prin.cum concor.ff.deleg.1. † Similiter in rescrip. Papæ clausulæ solitæ apponi, si omittantur, habentur pro expressis,vt est tex.melior de iure in c.cum M. Ferra.secundum Cano.ibi,de consti.Facit tex.in c.accepimus. & ibi ad hoc no.d.Ant.de æta. & quanto magis poterit notarius imbreuiaturam extendere,secundum tales clausulas solitas apponi?
9 † Adde etiam,ꝙ virtute illius dictionis, &c. [a] non poterit etiã
a idem notarius extendere causas in appellatione ab interlocutoria,quæ non sunt expressè, & quæ debent inferi, iuxta clem.
10 appellanti.de app. † Ita no.tenet Ang.in l. quicquid astringendæ.in prin.ff.de verb.ob.quod bene no.quia vult, ꝙ ista imbre
11 uiatura non sufficiat, vbi aliquid expressè requiritur.† Facit,
b quod vult Bal.[b] in d.c.cum in iureperitus.in 9.col.ꝙ si notarius in protocollo diceret,anno Domini tali, & indictione, &c. instrumentum nihil valeret,nec posset suppleri de indictione,cũ sit substantiale instrumenti.Adde etiam de ista adiectione,&c. Bal.no.in c.quoniam contra falsam. in 12.col.de prob. Bald.& Alb.in l.si duo patroni.§.si quis iurauit. per illum text.ff.de iu-
12 reiur. ¶ † Tertio not.in versi.edi autem.ꝙ non debet edi totus liber,sed tantum pars necessaria petenti, seu capitulum tantũ, quod ad eum spectat.Concord.at.c.contingit, & ibi Doct. de fi. instr.& c.personæ.de priui.in sexto. In quo distingue, vt hic per Bar.& plenius in rub.ff.de ope.no.nun. vbi Mod.cum concor. ibi signatis,& in l. in ciuile.vbi etiam Bal. per illum tex.ff.de leg.
13 do.Ant.de But. & alij in c.1.de prob. † Ideo tutor,quando litigat nomine pupilli,& ei opponitur per aduersarium, ꝙ non fecit inuentarium, & ideo non potest se impedire de bonis pupilli: certe non debet tutor edere totum tenorem inuentarij, & res in eo descriptas, sed solum principium & finem,secundum Bar.in l.tutor,qui repertorium.in prin.ff.de admi.tut.& in l.2.§.diem. ff.quemad. test. ape. & Ang. hic. Iason Paduæ.

ADDITIONES.

a ¶Dictionis,&c.Adde Bar.in l.Gallus.in §.videndum.ff.de lib.& posth. Bart.in l.3.in §.1.ff.de viu.Spec.& ibi Io.And.in addi.in tit. de inst.edi.§.ostenso.ver. quid ergo.Anto.de But.in c.ex literis.in vlt.col.de fid. instr.in c. quoniam.de prob.† Pulchrè Pract.Pap.for.lib.pro turb. possess.ver. contra. Lanfranc.in c. quoniam contra,nu.11.extra de prob,vbi inter alia, ꝙ quando verbum,&cætera, reperitur extensum,illud est nomen; vt plenius declarant Docto.ibi in apostil.quib.adde Bard.tract.de temp.vtil.& consi.c.19.nu.21. MASVER.
b ¶Adde,quòd contrarium tenet Gallian. in l. Gallus.§. idem credendum.col. 2.versi.item. ff.de liber. & posthum. BELLAC.

SVMMARIVM.

1 *Notarius,qui non edit, est in dolo præsumpto.*
2 *Sententia absolutoria,qua absoluitur reus,dicitur diffinitiua.*
3 *Sententia lata contra actorem,quæ transiuit in rem iudicatam, non rescinditur per hoc, quòd probationes fuerint dolo occultatæ, vel subtractæ.*
4 *Index, qui noluit admittere probationes rationabiles, facit litem suam & tenetur parti ad interesse.*
5 *Testes, quos productурus eram, si studiosè se subtraxerunt, vel recesserunt ad hoc, ne examinarentur in testes, & propter hoc succubui, probato, quòd scirent veritatem, tenentur mihi ad interesse litis.*
6 *Interesse contra dolosum non probatur per solum iuramentum, sed debet probari per testes, vel legitimas probationes.*
7 *Grauius est delictum commissum faciendo, quàm omittendo.*

§. Cùm autem. Actio in factum ex hoc edicto dat ad interesse litis, quæ est amissa propter rationes non editas, quod interesse licèt non potuerit probari in priori iudicio, potest tamen nunc probari. hoc dicit. Et diuiditur in quatuor partes, vt per Paul. de Cast. & Moder. hic. ¶† Not. quòd licèt notarius, vel alius, qui tenetur mihi edere, non ediderit, & sic malè fecerit, si tamen poteram aliter probare intentionem meam per testes, vel per instrumẽta, non tenetur mihi notarius ad interesse, quia nõ videor istud damnum pati ex suo delicto, sed ex mea negligentia. Coatra istum tex. opponit Paul. de Castr. Nam notarius, qui non edit, est in dolo præsumpto. l. vbi exigitur. §. eod. ergo debet præponderare culpæ meæ, quæ fuit in negligendo. l. item si obstetrix. §. fin. ff. ad l. Aquil. & super hoc reliquit cogitandum. Respondeo dupliciter. Primò, quòd argentarius tenetur quodam iure extraordinario edere rationes, quibus non est vsurus. Vnde cùm in hoc grauetur, in alio releuatur, vt non teneatur, si pars fuit in culpa, per regulam. l. eum qui. in princip. ff. de iureiuran. Secundò respõde, quòd ex quo potuit aliter probare, quàm per librum rationum, superuacuum videbatur peti edi. ideo argentarius non tenetur ad interesse. l. si quis ex argentarijs. §. exigit. §. eod. ¶† Secundò not. quòd sententia absolutoria, qua absoluitur reus, eo quia actor non probauit, dicitur diffinitiua, & transit in rem iudicatam. patet, quia actor vlterius non auditur volens posteà agere, & probare intentionem suam. aliàs non haberet regressum contra argentarium. Et quòd sit diffinitiua, tenet glos. in Authen. qui semel. C. quomodo, & quando iudi. dixi latè post Bart. in l. admonendi. in 4. colum. ff. de iureiuran. ¶† Tertiò not. diligenter, quòd sententia lata contra actorem, quæ transiuit in rem iudicatam, non rescinditur, per hoc quòd probationes fuerint dolo occultatæ, vel subtractæ, etiã si post tententiam facultas illarum probationum superuenit. & ad hoc istum text. reputat singu. Bald. in capit. cum venerabilis. in vltim. colum. de excep. quod ideo est, quia ei succursum est cõtra tertium, scilicet contra argentarium, aliàs retractaretur sententia per restitutionem in integrum ex clausula generali, per Cyn. & Bald in l. 1. C. de condi. indeb. Barto. in l. 1. C. de sent. adu. fis. latis. libr. 10. Angel. Imol. & Mod. in l. Imperatores. cùm si. ff. de re iudi. Idem esset, quando ille tertius [illegible] esset soluendo. l. fin. in princip. ff. de eo per quem fac. [illegible] secundum Barto. Angel. & Fulg post Innocen. in capit. prætereà. de dila. ¶† Quartò not. in ver. aut de iudice, quòd iudex qui noluit admittere rationabiles probationes facit litem suam, & sic tenetur parti ad interesse, iuxta. l. fin. & quod ibi Bartol. ff. de var. & extraordi. cogn. vnde per istum text. dicit Barto. in l. mancipia. C. de seru. fugi. quòd vidit condemnarum quendam iudicem, qui accusationem sibi porrectam bene accepit sed noluit examinare testes productos, de quo etiam per Docto. in l. si quando. C. de testib. ¶† Quintò not. ex eodem text. secundum Bald. Angel. & Paul. de Cast. & Moder. quòd si testes à me producendi studiosè se subtraxerunt, vel recesserunt ad hoc, ne examinarentur in testes, & propter hoc succubui, certè probato, quòd ipsi sciebant veritatem, tenentur mihi ad interesse litis. Sed considera, quòd istud non bene probatur in hoc text. qui loquitur de argentarijs seu tabellionibus, qui habebant officium publicum, & rogabantur ab vtraque parte, quæ rationes cessant in teste simplici, quamuis possit officio iudi. compelli inuitus dicere testimonium. l. lege Iul. & l. inuiti. ff. de testib. Adde tamen Bald. cap. de testibus. in 2. colum. de testi. vbi per illum text. in ver. iurari. not. testem ex iuramento obligari ad dicendum veritatem. Si ergo non dicat veritatem vigore iuramenti, continetur actione in factum ad interesse. Nunquid autem isto casu talis testis puniatur de falso? dixi post Barto. in l. præscriptione. C. si contra ius vel vtil. publi. Ponunt Cano. in capitu. 1. vbi est text. de crim. falsi. & not. in cap. quisquis. 11. quæstio. 3. & in capit. ne quis arbitretur. & ibi glos. 22. quæstio. 2. ¶† Sextò not. quòd etiam contra dolosum non probatur interesse per solùm iuramentum, sed debet probari per testes, vel per alias legitimas probationes. In contrarium facit regula, quia contra dolosum interesse probatur per solum iuramẽtum. l. semper. §. hoc interdicto. vbi glo. & Bartol. ff. quod vi aut clàm. l. si quãdo. C. vnde vi. capitu. fin. quod met. caus. ponit Bartol. in l. in actionibus, in penultim. colum. ff. de in litem iur. In ista difficultate inuenio tres principales solu. Prima fuit Petr. Cyn. Bald. & Sal. hic, quòd contraria loquuntur, quando dolus committitur faciendo, tunc bene interesse probatur per solùm iuramentum. sed hic dolus committitur omittendo. Istam solu. per istum text. quem ad hoc reputat singu. tenet Ludo. Roma. in singu. 406. & d. Alexand. in l. qui accusare. ad fi. C. eo. Et facit, † quia grauius est delictum, quod committitur faciendo quàm omittendo. glo. in l. si mora. infra solu. matr. & glos. expressior in l. Cornelia. ff. ad Syll. facit text. in l. si seruus. in princ. ff. de verbor. oblig. istam solu. reprehendunt Angel. & d. Alexan. hic. per l. qui restituere. ff. de rei vend. Sed respondeo, q̃ ille text. procedit propter contemptam maiestatem iudicis. Sed tu contra istam solu. pondera text. hic, q̃ loquitur nedum, quando dolus fuit commissus omittendo, & sic non edendo, sed etiam quando faciendo, puta surripiendo vel corrumpendo, & tamen text. dicit, quòd etiam tunc debet interesse probari per testes, vel per alias probationes. Nisi dicas, vt in sequen. notabili. Aliter respondet Bald. in l. fin. in vltim. colum. C. eod. quòd quando notarius conuenitur ex dolo, tunc contra eum bene probatur interesse per solum iuramentum. ita loquuntur contraria. secus quando conuenitur ex culpa. Ita dicit esse tex. sing. hic. Sed certè esset nimis restringere istum text. præcipuè iuncta. l. vbi. §. eod. vnde teneas solutionem Barto. in l. si prius. in 2. quæstio. & ibi Imol. ff. de nou. oper. nunciat. quòd contraria loquuntur in eo, qui tenebatur iure actionis. hic in eo, qui originaliter solùm tenetur officio iudicis, & sic minus est obligatus. & ita respondet Angel. Paul. de Castr. & Mod. hic. ¶ Septimò pondera text. ibi cautione surrepta. iunctis sequentibus ibi instrumentis aut testibus. hic videri text. mirabilem, q̃ etiam contra furem interesse sit probandum per testes, vel per alias similes probationes. quod videtur esse contra omnia iura mũdi. contra l. si quando. C. vnde vi. & contra cap. fin. quod met. caus. Albe. hic apostillando text. eum intelligit, quando nõ agebatur contra corrumpentem, sed contra tertium, quod nihil est. solus Bald. hic in lect. antiqua aliter respondet, quòd contraria loquuntur, quando constabat de dolo, & sic de delicto: hic hic autem non constabat, sed vtrunque simul per testes probatur. ¶ Octauò per istum text. Bald. in l. id, quod pauperibus, in 12. quæstio. C. de Episcop. & cler. decidit quæst. de qua vide per eum. Iason Paduæ.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentum procuratoris debet perfectè edi cum die, & consule, & subscriptione.*

LEX XI.

EXempla. In editione instrumentorum, quæ fit ad instructionem, & de liberationem, & non ad probationem, non est necessaria subscriptio editionis. hoc dicit text. cum glo. ¶ Quando ergo editio petitur ad probationem, debet perfectè fieri. l. vbi exigitur. §. eod. † Ideo secundum Bart. l. instrumentum procurationis debet perfectè edi cum die, & consule, & subscriptione, vt si obtineat, plenè probet contra principalem, ne aliàs per interuentum procuratoris fiat deterior cõditio aduersarij, contra l. 2. in fin. ff. ex quib. caus. in pos. ea. Adde quòd idem tenent Bald. Angel. & Moder. in l. 1. §. editiones. §. eod. & ibi Albe. in vltim. colum. qui etiam subdit idem esse in instrumento syndicatus, & tutelæ, & in alijs quæ fiunt ad legitimationem personarum. & idem de instrumento iurisd.

LEX XII.

FOeminæ. Non summatur breuius, & dic, vt dixi in l. 1. C. eodem.

SVMMARIVM.

1 *Hæres notarij, qui notarius dolum commisit in non edendo instrumentum, vel minus fideliter, non tenetur, nisi lis fuerit contestata cum notario doloso.*

LEX XIII.

HÆc actio. Actio in factum ex hoc edicto ex parte argentarij est pœnalis. Ideo non datur vltra annum, nec contra hæredem; sed ex parte edentis competit ad interesse, quod est passus. Ideo transit ad hæredes actiuè. hoc dicit, † & sic secundum Bald. & Angel. hęres notarij, qui notarius dolum commisit in non edendo instrumentum, vel minus fideliter, non tenetur nisi lis fuerit contesta. cum notario doloso. In glo. dic melius, vt per Iac. Butr. & Barto. quam per te videas.

SVMMARIVM.

1 *Deus etiam obligatur ex sua promissione.*
2 *Princeps, vel Imperator tenetur seruare pacta, siue fuerit cum priuato, siue cum ciuitate, vel alio.*

3 Prin-

3 *Princeps licèt ſit ſolutus lege poteſtatiua, non tamen eſt ſolutus à dictamine rationis naturalis.*
4 *Conſtitutiones naturales ligant etiam principem.*
5 *Pax quæ eſt quando ſit concordia ſuper inimicitijs, eſt ſpecies pacti.*
6 *Præſentia partium non requiritur in pacto tacito à lege inducto.*
7 *Tranſactio eſt contractus innominatus.*
8 *Stipulatio eſt contractus. & nu. 9.*
10 *Stipulatio quando interuenit ſuper contractu innominato, ſufficit implere eatenus, quatenus impleri poteſt.*
11 *Stipulatio interpoſita ſuper aliquo contractu, regulatur ſecundum naturam illius contractus.*
12 *Actus pacis, & concordiæ eſt in pacto.*
13 *Pax & concordia differunt.*
14 *Pax quid ſit, & quotuplex.*
15 *Tactus palmarum ſignificat concordiam.*
16 *Iniuriam qui remittit tacitè, vel expreſsè, non per hoc intelligitur remiſiſſe damna.*
17 *Promiſſiua, ſeu obligatiua verba, & etiam executiua conferuntur in tertium.*
18 *Promittis mihi pacto nudo, vel per ſtipulationem, quòd dabis Titio centum, & tempore promiſſionis nihil mea intereſt, & ſic ſtipulatio nihil valet: an ſi poſtea ſuperueniat intereſſe, reconualidetur ſtipulatio talis, & nume. 19.*

De pactis. Rub.

¶Iſte titulus habet ſubtilem, & bonam materiam, ſecundum Bart. in l. 1. in prin. ff. eod. & fraternizat cum titu. de verb. obl.

Continua rubricam, vt per Bar.

LEX PRIMA.

HVius edicti. Diuiditur in ſex partes, vt p Paul.
1 de Caſtr. & d. Alexan. ¶†Not. primò illa verba moralia. Quid enim tam congruum humanæ fidei &c. Facit l. 1. in princ. ff. de conſtit. pec. Et refert Bal. Ariſtotelem admoniſſe Alexand. vt promiſſa obſeruaret, aliàs malus finis ſequeretur. Refert etiam Cyn. in l. digna vox. C. de leg. tenere, quod etiam Deus obligatur ex ſua promiſſione. Ad qđ
2 vltimum vide Bartol. in l. 1. §. non fuit. in fin. ff. de dolo. † Et q
a Princeps, [a] vel Imperator teneatur ſeruare pacta, ſiue fuerint cum priuato, ſiue cum ciuitate, vel alio, tenent omnes in d. l. digna vox. & in l. donationes, quas diuus per illum text. C. de donat. inter vi. & vxo. Bald. in l. ex imperfecto. C. de teſt. & in l. fin. ad fi. C. de tranſac. & etiam text. in cap. 1. de prob. per quem not. ibi d. Abb. q idem eſt in Papa. Ratio huius eſt ſecundum Bar. & alios in d. l. digna vox. quia pacta ſunt de iure gen. l. ex hoc iure. ff. de inſti. & iur. ergo ſunt immutabilia. §. ſed naturalia. Inſti. de iu. natu. gen. & ciu. Tu dic aliam rationem colligi ex hoc text. Nam ſecundum naturalem rationem, quilibet tenetur pa
3 cta ſeruare. † vnde ſuccedit, quod eleganter inquit Bald. in l. 2.
b in 8. col. C. de fer. & aqua. q licèt princeps [b] ſit ſolutus à l. poſitiua, non tamen eſt ſolutus à dictamine rationis naturalis, nec à
4 l. naturæ, & eſt animal rationale politicum. † Alibi Bald. in c. 1. §. fi. (vbi aliqua pulchra dicit) qui feudum dare poſſunt. ſubiũgit, q naturales conſtitutiones ligant etiam Principem, quia potentius eſt ius naturale, quàm principatus. Alibi Bald. in l. 1. circa prin. ff. de conſti. princ. dicit, quòd quamuis Princeps non ligetur. l. legis, tamen bene ligatur. l. conuentionis, & contractus. Nam vt dicunt Docto. in dictis locis, licèt Deus ſubiecerit leges Principi, non tamen ſubiecit contractus, nec cõuentiones. Ad idem etiam vide q dicit Bald. inl. Princeps. ff. de leg. quòd ſi Princeps non ligaretur pacto, vel contractu, nemo ſecũ contraheret, & pulchrè Bal. in c. 1. in prin. de natur. feu. & in Auth. peregri. in vlt. col. C. communia de ſucceſ. Facit tex. in epiſtola inter claras. C. de ſum. trin. vbi dicit nihil eſſe, quòd lumine clariore præfulgeat, quàm recta fides, & obſeruantia in Principe. ¶Secundò not. ibi pactum autem. tria vocabula, pactionẽ, pactum, ac pacem. & Iuriſcõſultus vult, q pactum ſe habeat per prius. Tamen ſecundum etymologiam, & alluſionem vocabuli totum eſt ècontra. vt hic in gl. Ideo Io. de Lign. in tit. de pac. in prin dicit, q hic pactio ſignificat actum, prout eſt in fieri. Nã prout eſt in fieri, eſt qñ duo, vel plures conſentiunt, & ſic ſignificat actum: pactum verò ſignificat effectum ipſius pactionis iã in eſſe deductæ. Nam poſtquam partes conſenſerũt in vnum, & ſic fecerant actum. i. pactionem, remanet effectus. i. pactum,
5 & quia actus præcedit effectũ, ideo hic præmittitur. † Pax autem, quæ eſt, eñ fit cõcordia ſuper inimicitijs, eſt ſpecies pacti, ideo prius ponit genus, & poſteà ſpecies. Et iſtud eſt, q voluit obſcurè dicere glo. cum dicit, Iuriſconſultus non conſiderauit hic deriuationem, quia eſſet totum ècõtra, cùm à pace veniat pactum, & à genitiuo pacis pactio, ſed voluit quandam deſignationem facere, & non aperit glo. q ſit iſtud deſignationem facere, ſed voluit dicere deſignationem eorum, quæ per hæc vocabula ſignificantur, cùm pactio ſignificet actum, pactum
6 autem effectum. ¶††Tertio not. diffinitionem pacti, quam intelige tam in pacto expreſſo, ſicut in tacito, quod à l. inducitur. l. ſi creditores. & ibi Bar. in fin. ad hoc. not. C. eo. Hinc eſt, q in pacto tacito à l. inducto nõ requiritur aliqua præſentia partium.
7 l. 2. & ibi Bar. no. C. eo. ¶††Quarto not. in verſ. tranſigendi, ſecundum Bar. q tranſactio eſt cõtractus innominatus, cùm habeat nomen generis. Facit l. 2. vbi Bar. & alij notant. ff. de iureiu. l. de fideicom. cum gl. in ver. tranſactio. quam Mod. ibi ad hoc not. C. de trãſac. per Bar. in l. ſiue apud acta. C. de tranſac. ¶Et aduerte, q dum tex. hic dicit contrahendi, tranſigendique cauſa. vult dicere, q cõuentio ſemper eſt, ſiue fiat animo contrahendi, ſiue animo tranſigendi, & ſic diſtrahendi. Nam trãſactio dicitur quidam tranſitus ab actione. l. 2. cum gl. C. de trãſac. Terminus ergo tranſigendi non ponitur in hoc text. in ſpecie pro tranſactione, prout capitur in l. 2. & in l. ſiue apud acta. C. de tranſ. ſed
8 capitur generaliter pro diſtractu, ſeu receſſu. ¶†Quintò no. ibi, nullum eſſe contractum. iuncto text. ibi, nam & ſtipulatio hic. probari ſecundum do. Alex. in vlt. col. q ſtipulatio eſt contractus. Tamen iſte tex. neceſſariò hoc non probat referendo, ſcilicet ad terminum obligationem, & non ad terminum contractum. Intellige tñ, q eſt contractus impropriè, & largè, cũ non ſit vltro citroque obligatorius. iuxta. l. Labeo. §. contractum. ff. de verb. ſign. Ita tenent Bar. & alij in l. ſi donationis per illũ text. C. quod met. cauſ. Et ideo non caderet in ſtatuto faciente mentionẽ de ƒcto, ſm Imol. Lud. Rom. & Mod. in l. 5. in prin. ff. de verb. obl. Bald. in l. contractus. in 1. col. C. de fid. inſtru. quamuis contrarium, & malè teneat Bart. in d. l. ſi donationis. Sed poſſet ſaluari, qñ militaret ratio ſtatuti, cùm tunc licita ſit extenſio à ſtricta ſignificatione vocabuli ad latam, iuxta gl. in cle. 1. in verbo eligatur. & ibi Docto. de elec. & glo. in Auth. vt ij, qui obli. ſe
9 hab. in prin. in verbo ad cura. & ibi Ang. ad hoc notat. ¶†Vltimò not. in fin. q ſtipulatio eſt contractus innominatus, & in iſtum text. notat Bart. in l. 2. in fin. C. de condi. ob cauſ. vbi ſingulariter infert, q cùm in omni inſtrumento notarij ſemper apponant, q partes ſibi ad inuicem prædicta per ſtipulationem promiſerunt, q materia contractuum innominatorum nõ habebit locum, qñ confecta eſt ſcriptura per notarium. quod eſt valde not. Sequitur Paul. de Caſt. hic, & in rub. ff. de verb. oblig. do. Alex in conſil. 40. in 4. vol. quod incip. ſuper primo dubio, quo quæritur. ad fi. Bene facit tex. in l. cùm precib. iũcta. l. ex placito. C. de rer. permu. & eſt de mente Bar. in l. in ædibus. 2. §. 1. ff. de donat. Facit quod notat Cy. in l. 1. in vlti. col. C. eod. & in l. ſiue apud acta. in 5. oppo. in addi. C. de tranſac. vbi vult, q quan-
10 † interuenit ſtipulatio ſuper contractu innominato, ſufficit implere eatenus quatenus impleri poteſt, licèt non perfectè impleatur, ad hoc vt competat actio, ſecus ſi non interueniſſet ſtipulatio, quia tunc non poſſet agi, ſi perfectè non eſſet impletus cõtractus, licèt non poſſit impleri de ſui natura. Vt ſi quis promiſit non petere, quia licèt non petat hodiè, poterit tñ cras, & ſic ſucceſſiuè, vt not. gl. mag. circa fi. in d. l. 1. C. eo. Item oblatio haberet vim perfecti implementi, ad hoc vt poſſit agi, qđ non habet locum in contractibus innominatis, vt eſt glo. no. in l. iuriſgentium. in prin. in glo. in verbo, vt aliquid facias. in fi. vbi dicam. ff. eo. Ad idem facit, quia qñ in contractu innominato apponitur ſtipulatio, non habet locũ pœnitentia, ſm Bal. & Paul. de Caſt. in l. quamuis. C. de tranſac. Idem qñ in contractu innominato adeſt ſtipulatio, facit ceſſare condi. ob cauſam. l. cum precib. in aduerſatiua. ſi verò. C. de re. permu. ſm Lud. Rom. in
11 l. ſciendum. in 7. col. ff. de verb. oblig. quamuis contrariũ in hoc vltimo teneat dom. Alex. hic in vlt. col. † Contra iſtam doct. Bart. facit quia ſtipulatio interpoſita ſuper aliquo cõtractu regulatur ſm naturam illius contractus. l. ſi ſtipula. in princ. ff. de vſu. l. damni infec. ſtipulatio. in prin. ff. de damn. infect. not. Bart. in l. cùm mota. in 2. col. circa fin. C. de tranſac. & propter iſtud arg. Ioan. de Imol. in d. l. ſciendum. in 20. col. dubitauit, an Bart. verum diceret. Sed Lud. ibi. in 7. col. per hoc reprehendit Bar.

Tu ad

ADDITIONES.

a ¶Princeps. Adde l. iuriſgentium. in §. prætor ait. ff. de pac. Specu. titu. de filiarum §. 3. verſ. quid ergo ſi liti. idem Specu. titu. de fru. & intereſſe. in §. 3. limita miſi ſint contra ius.
b ¶Licèt Princeps. Adde cap. iuſtum. 9. diſtin. Card. Alexan. in cap. ſi Romanorum. 19. diſtinct.

Tu ad idem adde bon.tex.in l.2.§.parui.ff.de priui. cred. & in l. 1.§.belliſſimè.& §.ſi quis ſub condi.ff.vt leg.no.caue.Et ponderа rationem,quam ibi aſſignat tex. Ad idem, & fortius contra doctri.Bar.facit tex.in l.cum mota. in ver. in id, quod intereſt C.de trãſac. vbi in obliga.dandi agit ex ſtipulatione ad intereſſe,& non præcisè ad dandum,quod ideo eſt ſm Barto. ibi in 2. col. & alios, quia ſtipulatio fuit interpoſita ſuper contractu innominato.& ſic de directo contra prædictam doctri. Bart.poteſt reſponderi,vt per Imo.Paul.de Caſt. & d.Alex.in l.miles.§. decem.ff.de re iud. per illum tex.quem ad hoc reputant ſingu. pro limitatione iurium præallegatorum, ſecundum quod plenè dixi in d.l.cum mota,& ponit Alex.hic in fin.col. qui diſtinguit,vt hic per eum.Gloſſ.in verbo pactum, declara, vt dixi in
1 tex. † Et not dum gloſſ.dicit, quòd in pacto eſt actus pacis, & concordiæ. Nam facit ſi inſtrumentum dicit, q̃ talis fecit pactum de iniurijs,eſt perinde ac ſi diceret, fecit pacẽ. Et prodeſſet ſtante ſtatuto,q̃ facta pace remittatur pœna delicti, ſecun-
13 dum Bald. Angel. Paul.de Caſtr.& do.Alex. hic. † Quæ autem
14 differentia ſit inter pacem,& concordiam,habes per Bal.Ang. & Moder.hic.per Bald.in l.fideicom.C.de tranſac. † Et quid ſit
a pax, a & quotuplex, & qui ſint eius effectus, ponit Bald. hic in
15 fin.& plenius in titu. de pace Conſtant.in fin.colum. & plenius Lud.in conſil.vltim.¶†Not.etiam in fin.gloſſ.quòd tactus palmarum ſignificat concordiam. Ideo tangendo manum inimico,intelligitur facta pax, & iniuria remiſſa, ſecundum Bald. in lect.antiq.Angel.& Paul.de Caſt.hic. Sunt etiam alij modi, per quos tacitè iniuria remittitur,vt per glo.in §.fin. Inſti.de iniur. Bar.in l.non ſolùm.§.1.ff.de iniu. Angel.hic.Spec.in tit.de actore.in verſ.Item excipitur contra actorem . Item per ſalutationem,ſecundum Bald.in l.filio quem pater.in princip.ff.de libe. & poſtlim. per text.24.q.1.cap. omnis qui. Alium modum ponit Bald.in l.in ipſius.per illum text. C.famil.erciſc. per gratum ſeruitium. Item quando paſſus iniuriam ſolicitat iudicem , vt offendentem puniat,text.eſt not.in l.ſed ſi vnius.§.ſi ante. ff. de iniu.& ibi Angel. not. Facit text. in ratione ſui in l. interdum.§. qui furem.ff.de furtis. Angel.in tractatu maleficiorum, in verbo,nec non ad querelam.in fin.colum. & ibi limitat niſi ſolicitans iudicem proteſtetur,q̃ per hoc non intendit iniuriam re-
6 mittere. ¶†Not.tamen diligenter in prædictis,q̃ ille qui remittit iniuriam tacitè,vt in prædictis caſibus vel expreſsè, non per hoc intelligitur remiſiſſe damna , intereſſe, vel expenſas , cùm ad omnia iſta poſſit agere non obſtante remiſſione iniuriarum expreſſa,vel tacita,licèt remittat quaſcunque iniurias.Ita Bald. in l.ſi tibi.§.1.j̃.eod.Ideo ſis cautus ſecundum eum,q̃ in inſtrumento pacis facias remitti omnia damna, & intereſſe,ſi vis, q̃ plena ſit remiſſio. Idem etiam , & plenius tenet Bald. notabiliter.in l.ſi domus.in princip.per illum text.ff.de ſerui.vrba. prædio.Et ibi ſubdit, quòd ſi vna vniuerſitas remiſit alteri iniurias, & inuaſiones,per hoc non videtur remittere damna,& intereſſe.quod eſt not. Et illud ſimpliciter ſequitur Alexand. in conſil.168.in 2.volum.inci.requiſitis. & credo, q̃ teneat in l.3. ff. de damn. infect. Confirmo per id,quod pulchrè tenet Specul. in titul.de accuſ.in ver.quid ſi vulneratus remiſit iniuriam. Vbi tenet,quòd ſi vulneratus ab aliquo remiſit ſibi iniuriam pecunia accepta , poteſt tamen agere pro expenſis factis in vulnere curando. An autem per confeſſionem peccatorum factam ſacerdoti intelligatur remittere actionem iniuriarum? ponit Bart.in Lſi tibi.§.quædam.j̃.eod.& ibi dicam. ¶Glo.in verbo,duorum. dicit,quòd pollicitatio non poteſt eſſe, niſi fiat abſenti , quia ſi fieret præſenti , præſens & tacens quo ad ſui commodum haberetur pro conſentiente.l.qui patitur. ff. mand. Ergo ibi eſſet duorum conſenſus,vt dixi in l.1.poſt Bar.C.eod.dic,vt ibi dixi. ¶Capio glo.in verb.in idem.Iſta gloſſ.declarat text. & format tres quæſt.& ſic diuiditur in 4.partes.Secũda ibi,ſed quid ſi paciſcimur.Tertia ibi,item quid ſi vt tertius. Quarta ibi,item q̃d
17 è contra. † In fin. gloſſ. pro veritate dic ſecundum Paul. de Caſtr.quòd ſi verba promiſſiua,ſeu obligatiua, & etiam verba executiua conferuntur in tertium , tunc non dicitur pactum. Vt ſi dico,promittis Titio , quòd dabis ei centum , per regulam.l.quæcunque gerimus.ff.de actio.& obl. & non valeret ſtipulatio. etiam ſi à princ. mea intereſſet , eo quia deficit forma. glo.eſt in l.ſtipulatio iſta.§. ſi quis inſulam.in ver. fieri.ff.de verbor.oblig. Sed ſi verba promiſſiua concipiantur in perſona noſtra , licèt executiua conferantur in perſona tertij , puta promittis mihi , quòd dabis Titio , tunc non eſt peccatum in forma.Ideo eſt pactum,vt dicit gl.ſed peccatur in materia, quando mea nihil intereſt paciſci, vel ſtipulari illi tertio . Ideo ſi intereſt mei paciſcentis,valeret,d.l.ſtipulatio iſta.§.alteri.& §.ſi qs
18 inſulam . ¶†Pro clara intelligentia quæro de pulchra, & dubitabili quæſtione.Pone,quòd promittis mihi pacto nudo,vel per ſtipu. q̃ dabitur Titio centum , & tempore promiſſionis nihil mea intereſt , & ſic ſtipulatio nihil valet , an ſi poſteà ſuperueniat intereſſe,puta, quia ego ſtipulator fui hæres illius tertij,an reconualidetur talis ſtipulatio? In iſto articulo,vt bene diſputabilem reddam,arguam pro vtraque parte,& ſingulis arg.
* ſingulariter reſpondebo. *Communis ſententia eſt*, b quòd talis ſti-
b pulatio reconualidetur ex ſuperuenientia intereſſe. Ita tenent Gul.de Cun.Bartol.& Albe.Bald.Angel.Sal. Paul. de Caſtr. & d.Alex.& do.Mar.Laud.hic,Cyn. & Salyc.in l.pacto ſucceſſorum.C.cod.Bar.Imol.& Lud. Roma.in l.ſtipulatio iſta.§.alteri. ff.de verb.obl.Bal.in l.1.in 1.col.C.per quas perſonas no.acqui. & in l.certi condictio.§.quoniam.ff.ſi cert.pet. Imol.in l.exiſtimo.in prin.ff.de verb. obl. ¶Pro iſta communi ſententia Bart. & Docto.allegant tex.in l.quamuis.§.ſi mulieri,in fin.ff.ad Velleia.& in l.Stichum.§.aliquando.ff.de ſol.Sed certè iſta iura parum faciũt,quia ibi in principio erat obligatio valida,licèt obſtaret exceptio,quæ tollitur per ſucceſſionẽ,ſed nos loquimur, quando erat à prin.nulla.¶Secundò ad idem allegant Barto.& Docto.bonum tex.in l.ſi remunerandi. §. ſi tibi mandauero. in ver.planè.& ibi glo.in verbo.intererat. in ſecundo intellectu.ff. mandati.qui tex.ſtringit iuncta.l.ſi curatorẽ.§.mandati.eo.titu. quem ibi gl.allegat. Reſpondet Raph.Fulg.q̃ ille text.de per ſe nihil obſtat,niſi iungendo ſecundam ſol. glo. ibi. Sed ipſe tenet vltimam.& ſic non obſtabit.Secundò reſpondet,q̃ ibi manda ui id, quod mea nõ intererat, ſperabatur tamẽ,q̃ intereſſet,qđ eſt diuinare.& prædictam ſol.tenet etiam gloſſ. in l.quoties. prima,in gl.2.& ibi Raph.& Bal.ad hoc not.ff.de ſeruit.& adducit Paul.de Caſt.hic.& gloſſ.in l.huiuſmodi.§.fin.quam ad hoc ibi notat,Imol.ff.de leg.1.& alleg.Alb.hic.Ad idem gloſſ.in l.liber homo.§.fin.ff.de verbor.oblig.quam alleg.Alb hic,& ibi Imol. notat.Aliter,& tertiò ad illum text.reſpondet Raph. Cuma. in d.§.alteri.q̃ ille tex. loquitur in contractu habente cauſam ſucceſſiuam in futurum. Et ideo ibi propter durationem ſucceſſiuam reconualidatur obligatio ex ſuperuenientia intereſſe. Iſta ſol.non placet,quia ibi intercedendo,vel mutuando,prout loquitur ille text.ſtatim implet mandatum. Tu potes quartò reſpondere,q̃ licèt ibi mandantis nõ interſit,nec etiam ſuperuenerit intereſſe, tamen quia ipſe mãdans obligatur mandatario indubitanter,certè ne contractus claudicet , tunc non orietur obligatio.¶Pro eadem parte Paul.de Caſtr. hic alleg. text.in l. cùm ſeruus. ff. mandati. & text. in l.1.C.ſi ſer.extero.quæ iura non videntur multum ſtringere. Pro eadem parte facit text. in l.exiſtimo.in prin.in verſ.Item viam.ff.de verb. oblig. quam ad hoc alleg.Gul.& Alb.& ad hoc ibidem not.Ioan.de Imol.Sed ad illum tex.reſponde dupliciter.Primò,q̃ ille text.bene loquit̃ in ſtipulat.habẽte cauſam ſucceſſiuam,ſcilicet in ſtipulat.ſerui tutis viæ.Secũdò reſponde,q̃ ille tex.loquitur in ſtipula. conditionali.vnde quando ſtipulatio fuiſſet pura,ille tex. innuit contrarium.& licèt Imol.ibi teneat,q̃ ille text.poſſit intelligi etiam de ſtipulat. pura,tamẽ obſtat dictio itẽ, quę non habet orationem perfectam,ergo repetit qualitates præcedentes, ſecũdum Bar.in l.in repetendis.ff.de leg 3.¶Contrariam opin.& quidem probabiliter tenuerunt ſubtiles Mod.Raph.Fulg. & Raph. Co. in d.l.ſtipulatio iſta. §. alteri. Et ante eos fuit opin. ſubtilitatum Principis do.Chriſt.de Caſtil.eorum præceptoris, cuius nouas opin.ſemper ſibi aſcribunt. Ita tenuit do.Chriſ. de Caſtil in l.ſi ita ſtipulatus fuero te ſiſti.§.poſſum.ff.de verb.oblig.& eum refert Imol.in d.§.alteri.¶Pro iſta parte ſecundum Raph.Fulgo. hic facit tex.in §.ſi quis alij.in ver.nihil agit.Inſtit.de inuti.ſtipu. Adde text.in l.1.§.1.in verb. nihil agit. & in §.qđ ſeruus.in verb. nullius momenti.ff.de ſtipu.ſer.quæ iura malè dicerent,ſi ex ſuperuenienti intereſſe reconualidaretur ſtipulatio. malè enim dicerent, quòd nullius ſit momenti.nam debuiſſent dicere , q̃ ſtat in pendenti.¶Sed ad iſta iura reſpõdeo dupliciter. Primò, quòd loquuntur,quando verba obligatoria,& executoria ſunt collata in perſonam tertij,quo caſu ſtipulatio eſt nulla,nec poteſt reconualidari,& non valet etiam ſi à prin.intereſſet,vt ſ.dixi,minus ergo reconualidabitur ex ſuperuenientia intereſſe.Secundò reſponde , quòd illa iura non obſtant , quia ibi non ſuperuenit intereſſe.¶Secũdò, & fortius pro iſta parte facit bon. text.in l.ſi tibi.§.pactus.j̃.eod.præcipuè ponderando rationem illius text.dum dicit, quia ex poſt facto id confirmari non poteſt. Reſpondent do.Alex.& do.Mar.Laud.hic,quòd ibi ratio eſt , quia ſtipu. fuit Titio tanquam extraneo, & non tanquam hæredi. quod nihil eſt dicere, nec per hoc tollitur iſte text. Tu

ergo

ADDITIONES.

a ¶Quid ſit pax. Adde Docto.in rub.de pac.Nicol. Moren.in trac.de fide.treug. & pac.

b ¶Adde ipſum Iaſ. in l. ſi decem. §. ſi pactus. poſt nume. 3. infra hoc titu.

MASVER.

ergo clarè rñde, q̃ ille text. loquitur in caſu cõtrario ad noſtrã quæſtionem. Nos enim loquimur, quando ſtipulator ſucceſſit illi tertio. Ibi autem èc̃tra ille tertius ſucceſſit ſtipulatori, quo caſu bene debet diſtingui, vt ibi in text. ¶ Ratio diuerſitatis patet, quia quando ſtipulator ſtipulatur ſibi, q̃ detur tertio, ex tali ſtipulat. acquiritur ſibi ſtipulatori naturalis obligatio, non autẽ
* acquiritur illi tertio, prout tenent glo. *& communiter Docto.* in d. §. alteri. Ideo ex ſuperuenientia intereſſe in perſonam ipſius ſtipulatoris reconualidatur ſtipulatio. quod ſecus eſt èc̃tra. ¶ Tertiò mouetur Fulg. quia ſi ſtipulatio, quæ à principio eſt valida, infirmatur, ſi poſteà deſinat intereſſe ſtipulantis. l. ſi ſub vna. §. fi. ff. de verb. obl. l. pro parte. ff. de fer. Fortius debet militare, quando à prin. ceſſat intereſſe. Tu corrobora iſtud arg. quia facilius quid impeditur à prin. quam ex poſt facto tollatur. l. patre furioſo. de his qui ſunt ſui, vel alien. iu. cap. ad apoſtolicam. de regulari. Ad iſtud rñdet dupliciter. d. Alex. Primo, q̃ ibi non ſuperuenit intereſſe, vt hic. Secũdo, q̃ ibi facto ſtipulatoris corrumpitur ſtipulatio. Tu dic melius, q̃ imò iſtud argu. ſtringit pro communi ſententia. Nam contrariorum eadem eſt diſciplina. l. 1. cum ſi. ff. de his, qui ſunt ſui. Sed ſtipulatio valida annullatur, ſi poſteà deſinat intereſſe, ergo à contrario, ſtipulatio inualida debet conualidari, ſi intereſſe ſuperueniat, præſertim, quia lex magis fauet validitati actus, quam annullationi. l. quoties. ff. de reg. iu. ¶ Bene fateor, q̃ à prin. ſtipulatio nõ eſt valida. & ad hoc tendit argu. Fulg. ſed recõualidatur per ſuperuenientiã intereſſe. Credo, q̃ ita voluerit dicere Alex. in 1. ſolu. ¶ Pro eadem parte mouetur Fulg. quia quando ſtipulor alteri, ego in animo meo gero quærere illi alteri & non mihi, quando mea nihil intereſt. ergo licèt poſteà ſuperueniat intereſſe, non debet mihi quæri propter deficientem voluntatem, cùm non habuerim voluntatẽ mihi acquirendi. l. obligationũ ſubſtãtia. §. fin. ff. de act. & obl. quia actus agentium non operãtur vltra eorum intentionem. l. nõ omnis. in prin. ff. ſi cert. pet. Et iſto fundamento vtitur præcipuè. d. Chriſt. de Caſtil. in d. §. poſſum. Tu rñde, q̃ iſtud fundamentum procederet, quando verba obligatoria, & executoria ſunt collata in perſonam tertij, tunc bene verum eſt, q̃ intentio mea eſt acquirere alteri, & iſta conualidari non poteſt per ſuperuenientiam intereſſe. Patet, quia ſi etiam à principio intereſſet, nihil valeret, vt ſ. dixi. Sed quæſtio noſtra loquitur, quando verba obligatoria conferuntur in perſonam ipſius ſtipulatoris, & non illius tertij, quo caſu ceſſat iſta ratio. Patet, quia tunc naturalis acquiritur ipſi ſtipulatori, & non illi tertio. ¶ Eandem opi. vt dixi tenet Rapha. Com. in d. §. alteri. in 1. & 2. col. Mouetur per text. in d. l. ſi rem meam. cum gl. magna in fi. & l. nemo rem ſuam. ff. de verb. obl. vbi ſi aliquis ſtipulatur rem ſuam, nihil valet ſtipulatio, nec reconualidatur, quamuis deſinat eſſe ſua, & ſic quamuis ſuperueniat intereſſe. Reſpõdet Imol. in d. §. alteri. & in d. l. exiſtimo. in prin. & do. Alexan. hic, q̃ interdum deficit intereſſe ex eo, q̃ quis habet penes ſe iſtud, quod ſtipulatur, & tunc ſtipulatio eſt nulla. & iſto caſu lex non curat ei ſubuenire, vt eſt quando quis ſtipulatur rem ſuam. Ita loquuntur contraria. Interdum deficit intereſſe, non quia habeat rem, quam ſtipulatur, ſed quia aliquod intereſſe non poteſt prætendere ſtipulari illi tertio, & tũc procedit communis ſententia. Sed certè iſta ſolutio diuerſificat potius caſus, quam aliter enetuet argu. ¶ Aliter reſpondet do. Mar. Laud. hic, q̃ illa iura loquuntur, quãdo peccatum eſt in forma, cùm nemo poſſit ſtipulari rem ſuam, ſicut nec rem ſacram. l. inter ſtipulantẽ. §. ſacram. ff. de verbor. oblig. Sed errat, quia tunc non dicit peccatum in forma, ſed in materia, vt patet ad ſenſum. Tu ergo reſponde, & not. quod ibi quando ſtipulatur rem ſuam, ſtipulatio eſt inutilis, q̃a nihil intereſt ſtipulari rem ſuam. Vnde ſi poſſet recõualidari ſtipulatio, per hoc q̃ deſinat eſſe ſua, certè validitas, vel inualiditas illius ſtipulationis penderet à mera, & ſola voluntate ſtipulatoris, cùm à ſua voluntate penderet facere q̃ non ſit ſua, habendo rẽ pro derelicta, vel alienãdo. Sed iſtud eſt abſurdum, & contra regulam. l. in ementis. cum gl. C. de contrahend. empt. Ideo ſtipulatio reconualidari non poteſt. Et iſta eſt vera reſponſio ad illa iura. ¶ Iſtam eandem partem tenet dom. Card. Flo. in cap. accedens. in vlt. colum. de præben. vbi dicit, q̃ iſta quæſtio eo præſente fuit diſputata per quendam do. Ludo. qui tenuit iſtam partem contra Barto. & communem opin. per tex. ſecundum eum optimum in l. ſi ita ſtipulatus fuero te ſiſti. §. poſſum. ff. de verbor. oblig. intelligendo literam plenè, prout iacet, & non deſtruendo, vt facit Barto. Sed Imol. in d. cap. accedens. dicit quòd ille tex. non probat. & dicit Alexan. hic, q̃ gloſſ. fin. ſentit, quod ſi ſuperueniret intereſſe, reconualidaretur ſtipulatio. quod nihil eſt, quia ſi non valet ſtipulatio in princip. quando adeſt intereſſe, multo minus per ſuperuenientiam intereſſe. Tu conſidera, q̃ ſi text. vellet id q̃ præſupponit do. Card: quòd ſi promitteres te daturum nomine Titij, & intereſſet de præſenti, q̃ ſtipulatio non valeret, iſtud eſſet contra omnia iura mundi, contra d. l. ſtipulatio iſta. §. alteri. & §. ſi quis inſulam. vnde oportet dicere vt ibi intendit Bar. quem per te vide as. ¶ Pro eadem parte facit, quia ſtipulationes recipiũt robur tempore contractus, & nõ debent ſtare in pendenti. l. vſusfructus. ff. de ſtipu. ſer. l. ſi filius. in prin. ff. de verbor. oblig. & l. fin. in fin. iuncta gloſſ. quæ declarat. ff. commu. prædio. ¶ Ad idem facit, quia aliàs eſſet in voluntate ſtipulat. facere quòd valeat ſtipulatio, recipiendo ab illo tertio mutuum, quod eſſet contra regulam d. l. in ementis. & ſic eluſoria eſſent iura. §. alleg. quæ dicunt, quod ſi quis alteri ſtipuletur, nihil agit. Niſi diceres, quòd imputet ſibi promiſſor, qui ita promiſit. Et pro certo diſputando iſta opin. eſt pulchra, & ſuſtentabilis. Non recedas tamen à
19 communi. ¶ † Vltimò inquantum gl. dicit, quòd non liberetur à me, ſi mihi tenebatur, ſoluendo illi tertio. Glo. malè dicit, ſecundum Fulgo. Paul. de Caſtr. & Moder. hic, quia vt declarat Bartol. hic in fin. ille tertius diceretur tunc quidam procurator meus conſtitutus ad recipiendum, ideo poteſt ei ſolui, niſi reuocet. l. ſi res. §. qui Romę. ff. de ſolu. Nam dictũ præcedẽs procedit, quando erat debitum priuſquam mandaretur, quia mea voluntate inuito promiſſore poſſum reuocare tale mandatũ. Secus quãdo aliquis eſſet adiectus ſolutioni tempore oblig. cõtractæ. Vt quando promittis mihi ſoluere 10. aut Titio, potes ſoluere illi adiecto. Nec ego poſſem reuocare te inuito, quin poſſis illi Titio ſoluere, quia debitum eſt contractum cum iſta qualitate, quòd debitor poſſit ſoluere aut mihi, aut Titio, ergo iſtam qualitatem poſitam in oblig. & ſic iſtam electionem alternatiuæ ſolutionis non poteſt creditor debitore inuito auferre. d. l. aliud. & d. §. qui Romę. & poteſt magnum eſſe intereſſe, vt ibi dicit text. q̃n debitor promiſiſſet mihi ſoluere Romæ, aut Titio Venetijs. ſecus eſt, vt dixi, quando debitum iam erat contractum. Iaſon Paduæ.

SVMMARIVM.

1 *Creditor ſi reddat debitori inſtrumentum crediti, hoc ipſo intelligitur debitum remiſiſſe. vide extenſiones nu. 2. vſque, & per totum nu. 10.*
11 *Stante ſtatuto, quod ſolutio debiti non poſſit probari niſi per publicum inſtrumentum, ille dicitur probare ſolutionem per inſtrumentum, qui producit inſtrumentum crediti cancellatum.*
12 *Quoque dictio, eſt implicatiua, ſicut dictio etiam.*
13 *Pignore reddito non intelligitur remiſſum debitum principale.*
14 *De inſtrumento reperto penes creditorem, aut debitorem, aut tertium. & nume. 15. & 16.*

LEX II.

Abeo ait. ¶ Conuentio poteſt fieri tacitè, & expreſsè inter præſentes, & abſentes, & ſi creditor reddat inſtrumentum debiti, videbitur debitum remiſiſſe. Secus ſi pignus reſtituat, niſi contrarium probetur. hoc dicit cum l. ſeq. ¶ In text. text. ibi, vel re. glo. & Docto. exponunt, ideſt tacito cõſenſu. qui intellectus ſtare non poteſt, quia text. eſſet ſuperfluus, cum ſ. dicat, ſed etiam tacito conſenſu. Vnde Raph. Fulgo. exponit re, id eſt verè, vt l. quoties. ff. de iureiurand. Tu potes intelligere re, ideſt actualiter. Vel aliter, & quartò, & melius intellige re, ideſt tacito conſenſu, qui ex rebus colligitur, vt per redditioñe inſtrumenti, prout ſ. infert. in ver. & ideo. Item tacitè, quando pactum inducitur per l. iuxta. l. 2. & l. ſi creditores. & vtrobique
1 Bart. C. eod. ¶ † Not. ex iſto text. regulam, quòd ſi creditor reddat debitori inſtrumentum crediti, hoc ipſo intelligitur debitum remiſiſſe, & debitor habet excep. taciti pacti. Adde text. in cap. eccleſia. el 2. in fin. & ibi glo. vt lite penden. & ibi Cano. reaſſumunt materiam. l. noſtræ. ¶ Et idem ſecundum glo. ſi cre
2 ditor reddit inſtrumentum cancellatum. † Et circa hoc in iſta materia teneas multum cordi, quòd ſtante ſtatu. quòd ſolutio debiti non poſſit probari niſi per publicum inſtrumentum, cui tè dicitur probare ſolutionem per inſtrumẽtũ ille, qui producit inſtrumentum crediti cancellatum. Ita ſingulariter dicit Barto. in l. eua cuatis. in fin. C. de decu. lib. 10. ad hoc not. glo. in §. quia verò. in Authen. vt ſin. proh. ma. cre. quæ glo. mihi non probat. Et in contrarium facit regula Bart. in l. 1. circa princip. C. de fid. inſtrum. & iure haſtæ fiſca. lib. 11. quòd qui habet præſumptionem iuris pro ſe, non dicitur ipſe probare, ſed eſt ipſa lex, quæ præſumit. Facit etiam, quia ſtatutum loquitur de vera probatione per inſtrumentum, non autem de iſta, quæ venit per coniecturam. l. vnic. ff. ſi tab. teſt. extab. gloſſ. in l. 1. & ibi
3 Angel. Lud. & Moder. ad hoc not. C. de teſta. mili. ¶ † Extende regulam iſtius l. quinque modis. Primò nõ ſolùm ſi inſtrumentum ſit redditum debitori, ſed etiam ſi ſit redditum illi, ſub cuius ge-

ius generali poteſtate eſt debitor, vt ſi inſtrumẽta eccleſiæ reddantur Papæ, qui ſuper omnes eccleſias habet plenitudinem poteſtatis. certè intelligeretur remiſſum debitum. Ita extendit iſtum text. Innocen. in capit. cum pridem. extra eo. Refert, & ſequitur Angel. hic. ¶ †Secundò extende regulam huius text. etiã quando in eo. inſtrumẽto eſſent duo obligati, tu, & alius. Nam reddendo tibi inſtrumentum, videtur te liberare à tuo debito, & etiam contra alium donare tibi actionem, per l. ſi is, q duos. in fin. ff. de libe. leg. quæ non facit in propoſito. & l. 1. C. de don. Gul. de Cun. Bart. Albe. Ang. & Fulgo. hic. Ego teneo contrariũ, quia cùm redditio inſtrumenti afferat vnam vtilitatem, quòd liberet eum à ſuo debito, non debet præſumi donatio. l. ſi cum aurum. ff. de ſolu. l. cùm de indebito. in prin. ff. de proba. Et dicit Bal. poſt Cyn. in l. generaliter. in 3. col. de non nume. pecu. q potius debet præſumi ſtultitia, & fatuitas quã donatio. Et hoc idẽ volunt Bart. & Docto. ſuper glo. quòd quando redditio inſtrumenti poteſt afferre aliam vtilitatem, nunquam præſumitur remiſſio debiti, & ſic donatio. Intellige ergo deciſi. Docto. procedere in caſu claro, quando apparet quòd redditio inſtrumẽti eſſet facta animo donandi actionem contra illum tertium. aliàs in dubio præſumeretur potius eum conſtituiſſe procuratorem ad exigendum ab illo, quando eſſet perſona habilis ad procurandum. ſecus ſi inhabilis, puta mulier, miles, vel pupillus, ſecundum dom. Anto. in d. cap. eccle. 2. & ibi do. Abb. in 5. col. & do. Alexan. hic. ¶ †Tertiò amplia iſtum text. vt procedat etiam quando de eo. debito extarent plura inſtrumenta, & creditor vnum ſolum traderet debitori, quia in effectu eſt vnũ inſtrumẽtum in pluribus chartis. l. vnum. ff. de teſta. ſecundum Barto. & alios hic. Sal. in l. ſi de poſſeſſione. C. de proba. Cano. in d. cap. eccleſia. quamuis contrarium teneat Raph. Fulg. hic, per l. fin. ff. de his, quæ in teſt. delen. quæ loquitur in diuerſo caſu.

¶ †Quartò amplia, quando creditor reddit inſtrumentum debitori, dato quòd originale remaneret apud notarium, tamen debitor cenſetur liberatus, ſecundum Barto. in l. fi. ff. de his quæ in teſt. delen. ſequitur Bartol. in l. noſtram. in 5. colum. C. de teſt. vbi Paul. de Caſtr. ¶ †Quintò extende iſtum text. vt procedat etiam ècõtra, quia ſi poſteà debitor reſtitueret creditori idem inſtrumentum, intelligeretur ſe reponere in prima obligatione, quando eſt talis, quæ poteſt per pactum reſuſcitari. iuxta. l. ſi vnus. §. pactus ne peteret. verſi. ſed ſi pactum. ĩ. cod. Et cauſa iſtius præſumptæ donationis reſultat pp remunerationẽ. l. ſi vero non remunerandi. §. idem Pap. ff. mand. ſecundum Gul. de Cun. Angel. & Moder. quicquid teneat Bald. in l. vnica. §. ille. C. de lat. lib. tol. & dom. Abb. in d. cap. eccle. in vlt. col. Vnum facit me dubitare, quòd in alio propoſito dicunt Gul. & Albe. hic, q diſpoſitio huius l. procedit fauore liberationis: vnde in caſu iſto eſſet totum ècontra, cùm inducatur abſolutio, tamen iſta 1 l. multum generaliter loquitur. ¶ †Limita nunc regulam huius tex quatuor modis. ¶ Primò, quando redditio inſtrumenti eſt facta à principali creditore, ſecus quando ab eius procuratore, vel actore, ſecundum Bald. hic. Patet, quia non poſſunt remittere, & ſic donare, cùm in mandato quantumcunque generali etiam cum libera, non veniat, vt procurator poſſit donare. l. filiusfam. in princip. ff. de donat. & l. contra iuris ciuilis. § fin. vbi dicetur ĩ. cod. Imò non poteſt debitori terminum prorogare. l. qui Romæ. §. Callimachus. ff. de verbor. oblig. Sed conſidera, q decilio Bald. non videtur bona, quando debitor allegaret ſe liberatum ſolutione, quam probat ex redditione inſtrumẽti, vt 9 dicam in gloſſ. ſecundum omnes. ¶ †Secundò limita, quando creditor non reſtituit actualiter inſtrumentum, ſed tantum renunciat inſtrumento, cùm intelligatur ſolum renunciaſſe probationi. a Ita limitat ſolus Bald. hic per text. in l. 3. C. de fide inſtrum. Iſta limitatio non placet. & cõtrarium dixit Bal. in l. vni. §. ille autem. ad fin. C. de lat. lib. tol. & contrarium tenet Mar. Land. hic, quia ſi tradendo ſimpliciter inſtrumentum intelligitur remittere debitum, vt hoc text. quanto fortius renunciando expreſsè inſtrumento, & ſic remittendo effectũ inſtrumenti, arg. l. poſtquàm liti. C. cod. Nec obſt. d. l. 3. quia loquitur quan 10 do quis renunciat ſolùm vſui inſtrumenti. ¶ † Tertiò limita, quando creditor prius exegiſſet illud, quod in inſtrumento cõtinetur, tradendo poſteà inſtrumentum debitori, non intelligeretur remittere debitum, ſecundum do. Anto. in d. cap eccleſia. cùm remiſſio præſupponat debitum extare. l. remitti. ff. de iureiur. l. decem. ff. de verbor. oblig. ſed hic creditum iam erat ex 11 tinctum. ¶ †Quartò limita, quando poteſt capi alia præſumptio, quàm remiſſionis debiti, vt dicunt Docto. in glo. vbi refe 12 ram. ¶ †Secundò prin. not. ex iſto tex. ſecundum Bar. q dictio, quoque, eſt implicatiua, ſicut dictio etiam. b Facit ſecundum l. ſeruum quoque, in prin. ff. de procu. Adde Bar. in l. fin. in 2. col. ff. de eo, q cert. lo. Item adde q dictio, quoque, habet includere. ita not. Angel. in l. vnica per illũ text. C. de capi. ci. cenſi. exi. lib. 11. ¶ Capio glo. in ver. ideo. Iſta glo. vult opponere contra text. q malè inferat in ver. & ideo. cùm ex puris, & meris particularibus non fiat bona illatio. Ita dicit text. in c. in Geneli. circa med. in ver. quemadmodum. de elec. ergo nõ bene ſequitur in hoc text. cõuentiones poſſunt fieri tacito conſenſu, ergo reddendo inſtrumentum liberat debitorem. Iſta non videtur bona illatio. glo. reſpondet vt in ea. & cum glo. tranſeunt Bart. Angel. & Paul. de Caſt. Tu reſponde melius ſecundum Bald. & Fulg. q Iuriſcon. non facit illationes ex aliquo particulari, ſed ex illo indefinito, q conuentio poteſt fieri tacitè, & indefinita æquipollet vniuerſali. l. ſi pluribus, & ibi Barto. ff. de leg. 2. glo. in cap. vt circa. de elec. in 6. & hoc modo Iuriſcon. bene infert ex vniuerſo. Et quòd iſtud ſit verum, apertè declarat tex. in l. item quia. in prin. ĩ. eod. quæ continuatiuè ſequitur, vbi dicit. Item, quia conuentiones tacitæ valent, ex iſto indefinito ſequitur, placet in vrbanis &c. ¶ Capio gl. magnã in l. poſtquam. quam diuide in duas par. In 1. ponit rationem diuer. inter. l. Labeo. & l. poſtquam. In 2. format. q. quam proſequitur vſque ad fin. Secunda ibi, item quid ſi apud debitorem. ¶ In 1. parte dic, q prima ratio Mar. & Irn. ſi rectè intelligatur eſt bona, non obſt. reprobatio. glo. & eam defendit Dyn. in l. ſi tibi homo. in princ. ff. de leg. 1. Albe. Bald. & Fulgo. hic. Nam non intellexerunt, q ius, oblig. cõſiſteret in inſtrumento, hoc eſt in ipſa membrana, ſed q ibi erat obligatio principalis. In pignore verò non conſiſtit obligatio principalis, ſed pignoris tantum, quæ eſt acceſſoria. Ideo ſublato acceſſorio, non debet tolli principale. l. creditricem. C. de remi pign. Quod etiam patet ſecundum Bald. quia inſtrumentum, & debitum ſupponunt pro eodem, ſed pignus, & ſors principalis ſupponunt pro diuerſis, ideo vnum poteſt tolli alio remanente. l. ſi domus. ff. de ſer. vrb. præd. Secunda ratio 10. approbatur per glo. & omnes hic, & glo. & Docto. in d. cap. eccleſia. & per glo. & Doct. in cap. ſanè. de renun. Vnde inferunt Gul. Barto. & alij, q quando redditio inſtrumẽti poſſet afferre aliam vtilitatem, prout ipſi exẽplificant in venditore, non intelligeretur remitti debitum principale. Sed tu conſidera aliter quam dicat Angel. q redditio inſtrumenti de debito principali videtur, q ſemper poſſet afferre vtilitatem, quia vbi de debito conſtat per publicum inſtrumentũ, tunc probatio ſolut. non poteſt fieri per teſtes pauciores quinque, & etiam debent eſſe rogati. l. teſtium. & Auth. rogati. C. de teſti. intelligendo, vt ibi per Docto. Vnde reddito inſtrumento, poterit debitor probare ſolu. per duos teſtes, etiã non rogatos. Nec dicas, q Doct. loquantur de vtilitate intrinſeca, dum ponunt exemplum de venditore, vt hic per Barto. & alios. Fateor tamen, q de hac vti 13 litate non eſſet multum curandum. ¶ †Item põdera, quòd ex ratione iſtarum gloſſarum, & Docto. poteſt inferri ad aliud, qđ eſt neceſſarium ſcire. Nam text. vult q reddito pignore non intelligatur remiſſum debitum principale, an ſaltem intelligatur remiſſum ipſum ius acceſſorium, & ſic pignoris, vel hypothecæ? & text. iſte nihil dicit. Ray. & Albe. hic tenent, q ſic per l. 1. ff. de libe. leg. Certè ratio glo. & Doct. vult contrarium, q ex quo remiſſio pignoris poteſt afferre aliam vtilitatem, ſcilicet vſum rei pignoratæ, vt patet in libris ſcholarium, ergo non intelligitur remiſſa obligatio pignoris. & iſtud puto verius. Et ita tenet glo. in d. l. 1. in glo. pen. in ver. fitit. & ibi Bart. ff. de libe. lega. bene verum eſt, q per redditionem inſtrumenti pignoris, intelligitur tunc pignus remiſſum, eo quia reſtitutio talis inſtrumenti non poteſt tunc aliam vtilitatem afferre, & ita loquitur text. in 14 d. c. eccleſia. in fi. & tres text. alleg. in gl. ¶ †Sum in 2. par. prin. gl. ibi. Item quid ſi apud debitorem meum. Iſta glo. melius examinat iſtum articulum, quàm alia quæ ſit in corpore iuris, ſecundum Ang. & Paul. de Caſt. hic tamen inquantum diſtinguit, an inſtrumentum reperiatur cancellatum penes creditorem, & præſumatur debitor liberatus. l. ſi chirographum. ff. de proba. an penes debitorem, & tunc aliquam præſump. faciat, ſecundum qualitatem perſonarum, prout dicit gl. in l. vnica. §. ille autem. C. de lat. lib. tol. Licèt cum glo. teneat Bart. in l. fullo. §. fi. ff. de fur. Spec. in titu. de inſtr. edi. §. poſtquam. verſ. porro. Bal. in d. l. vnica. §. ille autem. gl. & Arch. in §. ſcire debet. 76. diſt. Tamen Barto. & Bal. ſibi contrarij, & ceteri Doct. reprobant iſtam differẽtiam, cùm vtrobique ſit eadem ratio, cùm potuiſſent per alium cancellari, & ſequuntur diſt. Iac. Butr. vt hic per Bar. & ſequitur Cyn. in l. ſi de poſſeſſione. C de proba. & Cano. in d. c. eccleſia. Et dicit Ang. q ita ſeruatur de facto, quod aut debitor, qui habet inſtrumentum cancellatum, alleg. ſe liberatum pacto,

ADDITIONES.

a ¶ Probationi. pro quo facit, quia aliud eſt inſtrumentum, aliud contentũ in inſtrumento. Panor. vbi de ſtatuto in c. cum acceſſiſſent. col. 3. de conſt. PVRPV-

b ¶ Dictio etiã. Adde Doct. in cle. 1. de præben. Abb. in c. Nico. in 2. no. de conſtit. in c. ex tuæ, de cle. non reſi. in c. Rom. de appel. Cald. conſil. 2. titu. de præben.

cto, & non sufficit: aut solutione quam probat per redditionem instrumenti cancellati,& tunc secus,nisi sit persona suspecta.Rationem diuer.ponit Cyn. in d.l.si de possessione, & not. Pan.in d.cap.ecclesia, in vlt.colum.Nam quãdo debitor alleg. se liberatum pacto propter cancellationem instri,non sufficit, quia habet præsumptionem contra se, quia pactũ dicitur quædam donatio,quæ non præsumitur,quia est iactatio.l.cum de indebito.ff.de proba.Facit quod dicit glo.not.in l.cum quid.ff. si cert.pet.sed quando debitor alleg. se liberatum solutione, & eã probat ex cãcellatione instri,tunc debet obtinere,quia tunc habet præsum. pro se, quia creditor tunc cancellat instrumentum,quando sibi soluitur,ideo debitor obtineret, nisi creditor
15 probaret oppositum. d. l. si chirographum. † An autem talis
a præsumptio [a] sufficiat pro plena probatione absque iuramento debitoris?prosequitur plenè hic Alex.dic vt per eum. Ego autem dubito, quia esset imponere legem verbis,& non rebus
16 contra l.2.in fin.C.communia de leg. † Si autem instrumentũ reperiatur cancellatum penes tertium, Barto.in l.fullo.§.fin.ff. de fur.mirabiliter tenet,quod ex hoc præsumatur solutionem esse factam,& sic debitorem liberatum.l.qui tabulas. ff. de fur. & malè, cùm potius præsumatur traditum ei instrumentum causa custodiæ, quàm ad effectum liberationis debitoris, secundum Angel. in l. si vnus. C. de test. & d. Alexand.hic,& in
b consil. 201. incip. viso processu causæ tamen principalis &c. [b] in pen.col.& ad fi.sequen. Iaion Paduæ.

ADDITIONES.

a ¶Præsumptio.Et ideo contra admittitur probatio. Alexand.libr.2.consil.59. colum.penul. PVRPV.

b ¶Principalis &c. Imò est in lib.2.consil.59. PVRPV.

SVMMARIVM.

1 *Inuecta,& illata sunt tacitè hypothecata.*
2 *Hypotheca tacita rerum inuectarum,& illatarum in domum conductã, non impedit alienationem.*
3 *Locator, quamuis prouiderit sibi de certo pignore speciali, tamen eius bona inuecta, & illata sunt tacitè generaliter hypothecata pro pensione domus.*
4 *Prouisio hominis facit cessare prouisionem legis.*
5 *Etiam dictio,non debet implicare casum magis dubitabilem.*
6 *Mutus potest pacisci.*
7 *Promissio dotis habet in se tacitam conditionem, si nuptiæ sequantur.*
8 *Exceptio aliqua si non possit opponi contra instrumentum factum manu publici notarij,tamen si est instrumentum dotis, potest opponi, quòd matrimonium non est secutum.*
9 *Sors non debet peti,donec soluantur vsuræ.*
10 *Debitor an non possit soluere sortem, nisi ad placitum creditoris.*
11 *Impresti ta montis Genuæ, vel Venetiarum an sint licita,an vsuraria.*
12 *Dicta in præfationibus intelliguntur in sequentibus repetita.*
13 *Mandatum alicuius de aliquo faciẽdo,si præcedat,& ille postea faciat, licèt non exprimat se facere nomine illius,tamen præsumitur,quòd pro illo,& nomine illius fecerit.*
14 *Res inuectæ in prædium vrbanum, & res inuectæ in prædium rusticum differunt.*
15 *Fructus, qui nascuntur in prædio rustico, sunt ipso iure tacitè hypothecati,& nume.16.*
17 *Inuectura diuiditur in tres partes.*
18 *Pretium non succedit loco rei in hypothecaria.*
19 *Dominus domus non præfertur alijs creditoribus anterioribus in rebus inuectis in domo conducta ad habitandum.*
20 *Res minoris inuectæ,vel illatæ sine auctо.tuto.in domum conductam,an sint tacitè obligatæ.*
21 *Conditio expressa sicut impedit nãtiuitatem obligationis,& actionis,ita conditio tacita impedit ortum actionis, & obligationis.*
22 *Conditio tacita an insit obligationi, an executioni, quomodo cognoscatur.*
23 *Conditio tacita.l.subrogata in locum expressæ conditionis apposita à testatore, impedit natiuitatem actionis,& obligationis.*

LEX IIII.

ITem quia. Ista lex ponit tres casus. Primus est de tacita cõuentione. Secundus de tacita conductione. Tertius de tacita repet.hoc dicit.Inuecta, & illata per conductorem in domum conductam,sunt locatori tacitè obligata.hoc primò.Et in stipulat.dotis inest tacita conditio,si nuptiæ sequãtur.hoc dicit 2. Et dicta in præfationibus censentur in seq.repetita.hoc dicit.3.& vlt. ¶In tex.ibi,inuecta, & illata. Quæ differentia sit,declarat glo.in l.si non inducta. C. in quibus caus.pig.
1 taci.contraha. ¶†Not.1.reg. q̃ inuecta, & illata sunt tacitè hypothecata.concordat.l.certi iuris.vbi glo.& Doct.C.loc.§.item seruiana.Instit.de act.vbi plenè posui istam materiam. ¶Et ad hoc vt habeat locũ ista regula,quatuor requirunt, q̃ colliguntur ex ista glo.& ex gl.in d.l.si non inducta. Primò,q̃ sit prædiũ
a vrbanum, [a] secus in prædio rustico.Et dicitur vrbanum ædificium etiam in rure,vel villa.l.vrbana prædia. & l.vrbana familia.in prin.ff.de verb. sign. & non solùm illud, quod habitatur per homines,sed etiam stabulum,& horreum.l.3. & 4.ff.in qb. caus.pig.taci.contrah. ¶Secundò requiritur,q̃ illa bona sint cõductoris,& non aliena, quia si sit res aliena non potest expressè pignorari.l. rem alienam. ff. de pign.act. multominus tacitè potent induci à lege. ¶Tertiò, q̃ sint inducta eo animo, vt ibi sint,donec finiatur cõductio. ¶Quartò, q̃ sit persona,quæ possit obligari,alias secus, vt in minore, vt dicitur in glo. Istis concurrentibus inuecta,& illata intelliguntur hypothecata non solùm pro pensione, sed etiam pro deterioratione domus.l.2.ff. in quib.caus.pig.tac. contraha. Imò talia inuecta, & illata possunt pro alio debito domini retineri. Ita mirabiliter tenet Bart. in l.solutum.§.solutam.in fi.ff.de pig.act.per l.1.& 2.ff.in quibus caus.pign. tac. contraha. quæ ll.nihil faciunt.vnde teneas contrarium per reg.l.prætextu.C.commo.prout dixi in l.si nõ sortem.§.si centum.ff.de condi.indeb. per Bart. & alios in l.si filio. ff.solu.matrimo.¶Limita istum text. procedere in rebus inuectis à primo conductore, secus si ipse locaret alteri. nam inuecta per secundum conductorem,non essent tacitè hypotheca ta dño.text. est not. in l.si in lege.§.si colonus.ff.loc.quẽ ad hoc reputat singu.Ludo.Rom.in fin.g.391. quod incipit inuecta,& illata.Sed tu vide Barto. in illo.§.si colonus. qui aliter intelligit illum text. ¶Secundo limita in habitatione gratis concessa,vbi inuecta non intelliguntur tacitè hypothecata pro deterioratione domus.tex est in l.si gratuitam.aliter incipit Pomponius. lib.13.ff.in quibus caus.pign.tac.contraha.Et licèt glo.ibi dicat, hoc esse verum quantum ad pensionem,sed non quo ad deteriorationem.gloss.malè dicit,quia ineptè decideret text.an pro pensione inuecta sint obligata, ex quo obligatio erat gratuita; necessariò ergo text. decidit quo ad deteriorationem domus, & ad istam habitationem gratis concessam, vide quod decidit
2 tex.singu.in l.si mercedem.§.fi.ff.de act.empt.¶†Item aduerte, q̃ ista tacita hypotheca rerũ inuectarum, vel illatarum in domum conductam,cùm sit generalis,& tacita non impedit alienationem,ita q̃ transeant cum aliquo onere, nisi postquam facta fuerit earum inclusio, hoc est descriptio per manum notarij in præsentia testium.l.est differentia.ff.in quib. caus.pign.tac. contraha. Et dicit ibi Bartol. q̃ non potest fieri ista conclus.nisi quando conductor est in mora non soluendi pensionem, & idem tenet Angel.hic.in 1.colum.& in l.inquilino. ff. de damn. infect.Vnde diu,& multum cogita quid operetur ista tacita hypotheca,quam ista l.& similes inducunt in bonis inuectis,cùm non impediat alienationem,pro certo eluforia, & inanis videtur decisio istarum ll.Io.Fab.in §.item seruiana Instit.de act. in 9.col & ibidem Nico.de Neapo.in 1. quæst. extta glo. ponunt vnam vtilitatem, quando facta est inclusio bonorum,quia dominus potest propria autho.capere ista bona, tãquam post inclusionem eius nomine possessa.d.l.inquilino.quod non posset hypothecarius,qui habet conuentionalem, imo quando propria autho.apprehenderet, priuaretur iure quod habet, per l. extat.cum si.ff.quod met.causa.& l.si quis in tãtam. C.vnde vi. Sed ista vtilitas ante inclusionem nihil ad propositum, & tamen decisio huius text.& l.certi iuris. C. Io. & d.§. Item seruiana.volunt,q̃ bona inuecta,& illata sint tacitè hypothecata pro pensione domus,& deterioratione, quæ hypotheca est sine effectu.Vnde do.Mar. Laud. hic quamuis prædictam difficultatem non attingat,dicit posse teneri, q̃ imò ista tacita hypotheca impediat alienationem istorum bonorum,sicut impedit hypotheca conuentionalis,per generalitatem. l. si debitor. C. de dist.pigno. Ad l.est differentia.respondet, q̃ ibi loquitur in manumissione,& sic fauore libertatis. Sed tu caue cùm text.ibi generaliter loquatur, exemplificando de libertate, non debet restringere regulam.l.1.§.Labeo.cum simil. ff. de aqua pluu.arc. Tamen ne sequantur absurda prædicta, fortè ita necessarium est tenere,& potest (pro illa solutione, quòd speciale sit in manumissione,& sic in datione libertatis) allegari optimus text.q ita dicit in l.si gratuitam.§.fi.ff.in quibus. caus.pig.tac. cõtraha. aliàs non poterit de facili tolli prædicta difficultas. Nec dicas vtilitatem esse,quia habens tacitam hypotheeam à lege in reb inue-

ADDITIO.

a ¶Quod sit prædium vrbanum.Adde Barth. Cæpol.in tracta.vrb.prædio.

inuectis & illatis, præferatur anterioribus creditoribus, quia nō est verum, nisi vno casu, quando domus principaliter non esset conducta ad habitandum, sed pro necessaria conseruatione rerum in ea tantum inuectarum. text. est in l. interdum. §. fi. cum l. sequen. & ibi Bart. in 2. not. declarat vtrunque. ff. qui pot. in pig. hab. ¶ Tertiò limita istam. l. vt procedat in locatione facta in pecunia numerata, quia illa est propriè locatio, secus si esset facta pro specie, quia cùm sit impropriè locatio. l. 1. §. si qs seruum. ff. depo. & in l. 2. ff. loc. bona inuecta, & illata nō sunt tacitè hypothecata. Ita limitat sing. Spec. in tit. de loc. §. postquā. versi porrò est quædam actio prætoria. Et facit, quia ista l. continet ius exorbitans à reg. iu. communis, ergo non debet extendi ad casum improprium. l. ille. §. cum in verbis. ff. de leg. 3. Cōtrarium tenet gl. ord. in §. item seruiana. Insti. de act. quam Bal. tenet, & dicit esse æquiorem. in l. 1. in aliquibus. lect. ff. loc. & expressius Bald. in l. certi iuris in 3. quæst. C. loc. & ibidem Cyn. & Saly. quia est eadem ratio, prout in eo, qui nummis conducit. Item licèt iste sit contractus innominatus, sequitur naturam illius contractus, cui magis assimilatur. l. 1. §. si quis seruum. ff. depos. & l. naturalis. §. sed si facio. ff. de præscrip. verb. & ita etiam tenet Lud. Rom. in sing. suo. 396. ꝙ incip. Tu scis, ꝙ inuecta. vbi per hoc ponderat text. in l. si gratuitam. in princ. iuncta glo. ff. in quib. caus. pign. tac. contraha. vbi non interuenit pecunia, & tū
3 habet locum regula huius text. ¶ † Secundò not. ex text. ibi, etiā
a si nihil nominatim conuenerit. [a] in illa implicatiua, etiam, hic esse text. prout ponderat Ioan. Fab. in d. §. Item seruiana. in 2. col. ꝙ quamuis locator prouiderit sibi de certo pignore speciali, tamen eius bona inuecta, & illata, sunt tacitè generaliter hypothecata pro pensione domus. Ad hoc etiam alleg. bon. text. in l. fundus. ff. de ann. leg. Idem tenet Bal. in d. l. certi iuris, in pen. quæst. C. loc. † Contrarium tenet ibi Cyn. in 6. quæstio. Sal. in 5. post Dyn. in d. §. Item seruiana. Idem tenet Alber. de Ros. hic. Mouentur trito fundamento, quia prouisio hominis facit cessare prouisionem legis. l. fin. C. de pac. conuen. l. & habet. §. cum quis. ff. de præc. Sed istud est fragile argu. quia procedit, quando prouisio. l. est de iure speciali, secus quādo de iure cōmuni. gl. not. in l. 2. & ibi Barto. & alij. C. de iure emphy. cum simil. Facit l. creditor, qui non idoneum pignus. cum glo. ff. si cert. peta. Et ratio est, quia ius sing. facilius tollitur, quàm cōmune. l. cius militis. §. militia missus. ff. de testam. milit. Alio modo respondet Bald. ad istud argu. in d. l. certi iuris. in pen. quæst. in bonis lect.
¶ † Tu considera, ꝙ inductio 10. Fab. de isto text. non est bona,
b quia isto modo dictio, etiam, [b] implicaret casum magis dubitabilem, quod esse non debet, vt not. in l. Quod si minor. §. restitutio. ff. de min. gl. in l. illud. ff. ad l. Aquil. iuncta l. etiam. C. si tutor vel curat. &c. vnde text. iste vult implicare hoc mō, ꝙ non solum, quando nominatim conuentum est, quod inuecta sint hypothecata, erunt hypothecata, sed etiam si nihil omnino nominatim dictum sit à l. inducetur tacita hypotheca, sic etiam facit text. in l. prædijs. ff. in quib. caus. pign. tac. contraha.
6 ¶ † Tertio not. in versi. secundum hoc, & mutus. ꝙ mutus [c] po-
c test paciscì, ex quo verba non requiruntur, & quos actus possit mutus explicare, & qualiter notarius debeat instrumentū confícere, ponit Alber. hic. Bart. & Docto. in l. mutum. ff. de acquir. hæred. Docto. præcipuè Moder. in l. 1. in princip. ff. de verb. obl.
7 ¶ † Quartò not. in ver. huius rei, ꝙ promissio dotis habet in se
d tacitam conditionem, si nuptiæ sequantur. Facit l. dotis promissio, & l. promittendo. l. tali. in princip. l. stipulatio. & l. si ego. ff. de iure do. Ratio huius no. est, quia dos non potest esse [d] sine matrimonio. l. fin. C. de donat. ante nupt. Ideo matrimonium debet præcedere dotem, & ideo dicitur habere tacitam conditionem, ꝙ dos non debeatur, si nuptiæ non sequātur. Intelige,
8 siue promissio fiat ab ipsa muliere, siue ab alio pro ea. d. l. tali. in princ. & l. stipu. & l. si ego. † vnde stante statuto, quòd contra instrumentum factum manu publici notarij, non possit opponi aliqua excep. tamen si est instrumentum dotis, potest opponi, ꝙ matrimonium non est sequutum, secundum Ang. Paul. de Castr. & Moder. hic. Angel. in l. 2. §. creditum. ff. si cert. peta.
¶ Limita duobus mod. Primò, quod tacita conditio inest, verum est ex parte mariti stipulantis, non autem ex parte ipsius mulieris, quando constat dotantem ei voluisse donare, secundum Bartol. in l. qui se debere. ff. de condi. ob caut. ¶ Secundò limita in legato dotis, cùm magis faueatur vltimæ voluntati. l. in testamentis ff. de regu. iur. Ita tenet glos. in l. Titio centum. §. Titio genero. in ver. peti potest. ff. de conditio. & demonstrat. secundum Bald. & Angel. hic. Sed Barto. per plura tenet contrarium in d. §. Titio genero. & in consil. suo 200. quòd incip.
9 Quæritur de legatis filiarum, cum alijs concor. ¶ † Quintò not. in ver. idem Iuliano. quod valet pactum, quòd donec soluantur vsuræ, fors non petatur. Quando autem non adesset pactū, dato quod debitor offerret se paratum soluere vsuras, vel interesse, tamen potest compelli ad soluendum sortem. text. est
10 not. in l. fin. C. de iure do. † An autem è contra valeat pactum, quod debitor non possit soluere sortem, nisi ad placitum creditoris? Nam dicit Paul. de Castr. hic, se habuisse de facto, cùm quidam mutuasset quantitatem frumenti, & in instrumento continebatur, quòd non posset restituere nisi ad placitum creditoris, dicit se consuluisse, ꝙ pactum non valebat, quia est cōtra libertatem se liberandi ab obli. gl. est not. in l. fin. C. de pact. pign. & similis glos. in l. qui Romæ. in princip. ff. de verbor. obliga. in glos. magna, & ibi Paul. de Castr. & Com. melius dicūt, quòd valet tale pactum, si principaliter fiat, vt euitetur damnū creditoris, secus si principaliter fiat occasione vsurarum, vt hic
11 per Alexan. ¶ † Iuxta hoc tangunt Fulgo. & Paul. de Castr. hic,
e an impresti[a] [e] montis Genuæ, vel Venetiarum sint licita, an vsuraria. & ponit etiam Paul. de Castr. quid si aliquis dat omf nia bona sua monasterio, [f] cum pacto, quòd alatur donec vixerit. Quam materiam ponunt plenius Cano. in cap. ciuitate. cum simil. de vsu. cum multis concor. de quibus hic per Alexand. Quibus adde Ludo. Roma. in consil. 424. incip. pro pleniori discussione. in 3. dub. Paul. de Castr. & Alexand. in l. de fi-
12 deicommisso. C. de transact. ¶ † Vlt. not. reg. quòd † quæ dicuntur in præfationibus, intelliguntur in sequen. repetita, vt hic, & l. Titio. §. idem respondet. ff. de verbor. oblig. Quod facit, secundum Bartol. & Docto. ad conuincendum fraudes vsurariorū, vt hic per eum, de quo dixi post Bartol. & alios in l. pacta nouissima. C. eod. † Adde quod not. Bartol. & reputat diligentissimè signandum in l. qui in aliena. §. si is qui. per illum tex. cum glos. ff. de acquir. hæred. quòd si præcedat mandatum alicuius de aliquo faciendo, & ille postea faciat, licèt non exprimat se facere nomine illius, tamen præsumitur, quòd pro illo, & nomine illius fecerit. Et per hoc infert Bald. in l. multum interest, in 2. col. C. si quis alte. vel sibi. quòd si inter Caium, & Titium fuit ordinatum, quòd Titius occideret Seium, & posteà ipse Titius Seium occidit, præsumitur, quod fuerit sequutus iste tractatus, & quòd ita fuerit ordinatū inter ipsos, licèt testes dicant de finali ordinatione se nescire. Sequitur simpliciter d. Alexan. in consil. 266. incip. viso processu inquisitionis formatæ contra Anto. in penult. colum. ¶ Ad primum tamen dic, quòd contrarium videtur tenere Bartol. in l. post dotem, in 6. lect. ff. solu. matrimo. & ibi plenius per do. Alexan. in 11. colum. & sequen.
14 ¶ † Glos. in verbo, in vrbanis. habes ex glos. quòd differentia
g est [g] inter res inductas in prædium vrbanum, quia illæ tacitè sunt domino hypothecatæ, & res inductas in prædium rusticum, quæ non intelliguntur hypothecatæ, nisi dominus prædij sciat, quòd res inducātur, & sic primo casu inducitur hypotheca absque scientia domini. secundo non. Rationem diuers. assignat glo. & Docto. in d. l. certi iuris. & in d. §. item seruiana. ꝙ ideo res inductæ in prædium vrb. obligantur absque scientia domini, quia interest nostra, ne res nostræ pādantur. l. 2. C. quando, & qb. quar. pars. lib. 10. secus est in prædijs rusticis, quia rustici inducūt plaustra, ligones, & similia, & rusticitas palàm om
* nia habet. *Ita transeunt omnes vbique.* Ego semper dubitaui, quin ista ratio esset vera, si prædium diceretur rusticum, quod conducitur à rustico. Sed non est sic, quia prædium vrbanum non distinguitur à rustico, loco, sed qualitate. Nam etiam prædium rusticum est in ciuitate, & conducitur à nobili, sicut è contra prædium vrbanum conducitur à rustico, & est in rure. l. vrbana prædia. in prin. & l. vrbana familia. ff. de verbor. sign. Pone ergo, quod rusticus in villa conducat domum, dicitur prædium vrb.

ADDITIONES.

a ¶ Quid si locator prouidit sibi de pignore speciali. Adde, quòd si acceperit ademptorem à conductore, quòd inuecta, & illata desinunt esse obligata etiā si expressè fuissent hypothecata, tex. est in l. penul. §. quibus mod. pign. vel hypo. sol. BELLAC.

b ¶ Dictio etiam. Adde Abb. in cap. vnico. in 2. not. de commo. in cap. ex tuæ, de cle. non resi. in cap. cum sit Rom. de appel. Cald. consil. 4. in tit. de præb.

c ¶ Mutus. Adde Iac. Zochum, & Card. Alexan. in cap. cum apud. de spon.

d ¶ Dos non potest esse. Adde l. fin. C. de dot. promis. Innoc. in cap. per vestras. in glo. fin. de donat. inter vir. & vxo. Ioan. And. in regula accessorium. de reg. iur. lib. 6. in mer.

e ¶ An impræfitta. Adde Ioan. de Imol. in l. si maritus. ff. solu. matrimo. Bertachi. in tract. de Gabel. in 2. par. in 6. col. Archiep. Flo. in 2. parte suæ sum. tit. 1. cap. 11. Fede. de Sen. consil. 303. inci. quæst. vertitur inter cives super tali casu. Petr. de Anch. consil. 29. incip. dubitari solet à quibusdam. Anto. de Butr. consil. 17. inci. occurren. necessitatibus ciuitatis. Paul. de Catt. consil. 16. incip. prę sens in dubium, Idem Paul. de Castr. consil. 389. incip. visis, & ponderatis Alexan. de Imol. consil. 103. incip. Redemptoris nostri inuocato suffragio. visis scrip. mihi. in 2. volum.

f ¶ Bona sua monasterio. Adde Ias. in l. 1. in 3. lect. C. de sum. trini. vbi num. 63. dicit communem. PANCIR.

g ¶ Differentia est. Adde Cæpol. in tracta. de seru. rustic. prædio.

vrbanũ, etiam tñ non erunt bona inuecta obligata, niſi dominus ſciat, & tamen nihil intereſt ruſtici, ergo ratio Doctorum non bona. Niſi dicas prout in alio propoſito dicunt Doct. circa inquilinum, & colonum. Nam dicit Bald. in l. certi iuris. C. loc. quod haberi debet reſpectus ad frequẽtiam actuum, quia vt plurimum prædium ruſticum eſt in villa, & conducitur à ruſtico. ¶ Limita tamen ſecundam concluſ. de prædio ruſtico,
15 quod inuecta non ſunt ipſo iure tacitè obligata. † ſecus eſt tamen in fructibus, qui naſcuntur ex ipſo prædio, quia ipſo iure ſunt tacitè hypothecati. text. eſt not. in l. prædijs. in princip. ff. in
16 quibus cauſ. pign. tac. contraha. ¶† Capio gloſſ. in verſ. inuecta, quam diuide in tres par. prout in effectu addit tria, quæ requiruntur, vt habeat locum regula huius text. ¶ Primò requiritur, quòd ſint inuecta eo animo, vt perpetuò ibi ſint, donec conductio durat. Intellige glo. procedere in rebus, quæ inducuntur.
17 † ſecus eſt in fructibus, qui ex prædio ruſtico naſcuntur, tex. eſt in l. prædijs. in princip. ff. in quib. cauſ. pig tac. contraha. & dicit not. Bald. in l. edem. in 1. colum. in fi. C. loc. quòd etiam fructus ex fundo collectos, adhuc tamen intra fundum exiſtentes, poteſt dominus loco pignoris retinere, & prohibere, ne colonus inde exportet. Intellige in fructibus naturalibus, ſecus in induſtrialibus, qui non ſunt tacitè obligati ad penſionem. Ita ſingu. tenet Bart. in d. l. aſſiduis in 2. colum. in ver. quæro an habeat locum iſta tacita hypotheca. C. qui pot. in pign. hab. Sic nec prædium ex pretio fructuum emptum cenſetur tacitè hypothecatum text. eſt not. in l. 3. C. in quibus cauſ. pign. tac. contrahat.
18 † Ratio eſt, quia in hypothecaria pretium non ſuccedit loco rei. Text. eſt ſingu. in l. 1. iuncta glo. ff. de diſt. pign. quem Barto. dicit ſe neſcire alibi in l. qui à debitore. in princ. ff. de his, quæ in frau. cred. Ang. in l. ſi rem, & pretium. ff. de peti. hæred. ¶ Secundum requiſitum glo. eſt, quod res ſit propria. Intellige niſi ſit res aliena, in qua publicianam ex titulo, & bona fide habeam, text. eſt not. in l. ſi ab eo. ff. de pig. per quem text. dicit not. Barto. in l. ſi rem alienam. in 1. oppo. ff. de pign. act. ꝙ res aliena, in qua qs habet titulum, & bonam fidem, & ſic publicianam, poteſt pi-
19 gnorari ſine voluntate, aut conſenſu domini. ¶† Item aduerte, ꝙ pro rebus inuectis in domo conducta ad habitandum, nõ præfertur dominus alijs creditoribus anterioribus, ſed bene qã penſio domus eſt neceſſaria pro conſeruatione rei, text. eſt in l. interdum. cum l ſequen. ad fi. & ibi Bart. in 2. not. expreſsè not. ff. qui pot. in pig hab. ¶ Tertiò requiritur ſecundum glo. ꝙ conductor ſit perſona, quæ poſſit expreſsè obligari, ſecus ſi ſit mi-
20 nor. † Pro clara intelligentia huius vltimi reaſſumo in dubiũ, nunquid res minoris inuectæ, vel illatæ ſine aucto. tuto. in domum conductam ſint tacitè obligatæ? ¶ In iſto paſſu ſunt quatuor princ. ſententiæ. Prima eſt gloſſ. hic, ꝙ non. tenet Dyn. in d. §. Item ſeruiana. Barto. hic, & plenius in l. ſi conſtante. in prin. in 4. q. 3. q. princip. ff. ſolu. matrimo. & Fulgo. hic, Sal. in d. l. certi iuris in 3. quæſtio. Imol. & Raph. Comen. in d. l. ſi conſtante. in princ. Et iſta opin. eſt multum ſuſtentabilis. Pro iſta parte Bart. hic adducit duo fundamenta ad probandum, ꝙ obligatio legalis tacita non præiudicat minori, niſi cùm autho. tut. Bald & Angel. reſpondent, quod fundamenta Barto. procedunt in alienatione, & translatione dominij. Nos autem in pignore, quod non eſt tanti præiudicij. l. fin. cum glo. C. quæ res pign. obl. poſ. Item ibi minor principaliter diſponit, hic in conſequentia. Tu aduerte, ꝙ imò ſecundum fundamentum Bartol. loquitur ſolùm in tacita hypotheca, quæ inducitur per legem. Item ſicut videtur prohiberi alienatio in rebus minoris, ita hypotheca. l. fin. C. de reb. alie. non alie. & in ſpecie text. in l. lex quæ tutores. in ver. vel pignorare. C. de admin. tut. licèt mos ſit dicere, quòd loquatur in pignoratitia, quam facit tutor, non in illa, quę fit ex diſpoſitione. l. Et conſtat, quòd differt hypotheca legis, & homi nis. l. eſt differentia, ſecundum communem intellect. ff. in quib. cauſ. pig. tac. contraha. habetur in l. aſſiduis. C. qui pot. in pign. habean. ¶ Tertiò pro iſta parte facit. Nam l. introducit, ꝙ omnia bona tutoris tacitè ſint obligata pro adminiſtratione. l. pro officio. C. de admin. tut. & tamen bona minoris nõ obl gantur pro tutela. l. fin. C. de leg. tut. Tu omiſſis reſponſionibus aliorũ, reſponde, ꝙ loquitur in actu prohibito minori. Nam tutela eſt prohibita minori, vt dicit ibi text. ideo minore faciente actum regulariter prohibitum, nõ cadit tacita hypotheca legalis. Nos autem loquimur quando minor facit actum nõ prohibitum, imò permiſſum, ſcilicet conducere domum ſibi neceſſariam. Secunda fuit opin. gloſſ. in fin. in d. l. fin. C. de leg. tut. ꝙ adultus capiendo vxorem, intelligatur tacitè obligare omnia bona pro dote, quia iſta eſt obligatio legalis, tamen verè gloſſ. ibi non firmat, imò potius videtur aliter tenere, cùm dicat, quidã alij &c. prout dixi in l. ſi idem cum eo. §. fin. ff. de iur. omn. iud. Iſta ſecũda opin. per multos approbatur, ꝙ ex quo minor cum autho. tut. conducit domum, ꝙ ſuccedat diſpoſitio legalis, vt bona ſua inuecta, & illata intelligantur tacitè hypothecata, cùm vtatur iure communi. Iſtam opin. tenet Bal. Ang. & Paul. de Caſt. hic, & dicit Paul. de Caſt. quod eſt æqua opi. Idem tenet Bald. in l. vnica. §. & vt plenius. C. de rei vxo. act. & in l. ſi. C. de leg. tut.
* *vbi dicit iſtam eſſe communem ſententiam.* Ioan. And. in addi. Specu. in titu. de donat. inter vir. & vxo. §. fin. ver. quid ſi mulier. Bald. Ang. & Lud. Roma & do. Alex. in d. l. ſi conſtante. in princ. Pro iſta parte multa adducuntur, præſertim, quia ceſſat ratio prohibitiua, ne minores decipiantur. Secundo, quia licèt pupillus non poſſit principaliter obligari ſine tutore, tamen bene in conſequentiam. l. conditionibus pupillus ff. de condi. & demonſtr. Et hoc modo reſpondet ad alleg. in oppoſitum. Sed tu caue, ꝙ in fundamentis Bar. obligatio venit in conſequentiã, & tamen non permittitur in rebus minoris. Tertiò pro iſta parte dicunt ſtringere text. in l. 1. in fin. & l. ſequen. ff. de reb. eor. nec eſt bona reſponſio Barto. ꝙ ibi obligatio tranſit cum ſua cauſa. Eam reprehendit dom. Alexan. in d. l. ſi conſtante. quia antequam eſſet acquiſita minori, erat in dominio fiſci, & per cõſequens nõ potuit dici obligata fiſco, per reg. l. neque pignus. ff. de regu. iur. & ita ante eum reprehendit Bal. hic, ꝙ ibi neceſſariò dominium minoris præceſſit hypothecam. ¶ Sed tu aduerte, ꝙ Bart. voluit aliter reſpondere, ꝙ iura quæ prohibent rem minoris alienari, vel obligari ſine autho. tuto. loquuntur in re, quæ eſt libera minoris. Sed iura contraria loquuntur in re, quæ nunquam fuit libera minoris, ſed ei fuit acquiſita cum iſta qualitate, & cum iſta ſua cauſa, ꝙ eſſet obligata donec pretium ſolueretur. Item conſidera, ꝙ ille tex. poteſt induci, vt faciat pro Bart. hoc modo. Nam ibi ponunt duo caſus, vnus in fiſco, & in iſto valet obligatio ſine tutore. alius in priuato, & in iſto text. decidit, ꝙ non valet niſi confirmetur reſcripto principis. Tamen potes reſpondere, quod loquitur in hypotheca cõuentionali, ſed quę ſtio noſtra eſt in hypotheca tacita legali. ¶ Tertia fuit opi Gul. de Cun. diſtinguentis, & concordantis glo. ſequutus Cyn *in d. l.* certi iuris. in addi. in 3. & 4. q. vt hic per Bart. ¶ Vlt. fuit opi. Pet. de Bellaper. in d. l. certi. quæ potius eſt limitatio ad præcedẽtes. Nam diſtinguit. Aut minor conduxit domum conuenientem ſecundum ſtatum ſuum, & conditionem ſuam, & ſic fecit qđ quilibet diligens paterfam. faceret, & tunc cùm ſit vſus iure cõmuni, habetur loco maioris. l. fin. C. de in integ. reſtitu. min. l. verum. §. Item nõ reſtituitur. ff. de min. & iſto caſu eius bona ſunt tacitè hypothecata, ſicut ſi eſſent maioris, aliàs ſecus. Iſtã opin. tenet Cyn. & Angel. in d. l. fin. C. de leg. tut. Bald. in d. l. certi iuris.
21 & in rub. C. de priuil. dot. in 2. colum. ¶† Gloſſ. in ver. malè peritur. habes bene notare, quod quemadmodum conditio expreſſa impedit natiuitatem obligationis, & actionis. l. cedere diem. ff. de verb. obl. Ita etiam conditio tacita impedit ortum actionis, & obli. & dicunt Albe. de Roſ. & d. Alexan hic, quòd iſta gl. eſt ſingu. & non reperitur alibi. Eam reputat ſingu. Bald. in ſignificaſti. de elect. Nico. de Neap. in l. planè. in princ. ff. de leg. 1. Imol. & Alex. in l. 3. eo. titu. Tu adde concor. in l. 2. §. creditum. in ver. poſt nuptias, quam ad hoc ibi not. Ludo. Roma. ff. ſi cer. pet. & vide quod per illam glo. infert ibi Ang. Iſtam glo. approbant Docto. & Barto. in l. interdum. ff. de verb. obl. & in l. 1. ff. de condi. & demoaſtr. quamuis contrarium, & malè teneat glo. in l. ita demum. per illum text. ff. de arb. & in l. 3. C. eo. Limita conſluſ. glo. quando tacita conditio ineſt ipſi obligationi, ſecus ſi ineſt ſolùm executioni. Ita loquitur d. l. ita demum, ſecundum Iac. Bur. Bart. Alber. & alios hic, & ſubtiliter Bal. in l. 3. C. de arb.
22 & in l. ſi ex cautione. in 8. quæſt. C. de non nume pecu. † & melius quàm alibi Bald. in cap. fin. in 2. col. de præſump. vbi etiam declarat, quomodo cognoſcatur, an conditio tacita inſit obligationi, an verò inſit executioni, & dicit quod in dubio quando conditio tacita reſpicit ſubſtantialia, ſine quibus obligatio eſſe non poſſet, tunc dicitur ineſſe obligationi, & procedit tunc glo. hic. Quando verò reſpicit accidentia, vel extrinſecus exequentia, tunc non impedit obligationem, d. l. ita demum. quę verba reputat eſſe pulchra, & ſubtilia, & vtilia in omni materia. Item ad iſtam glo. adde Bald. in l. vnica. ad fi. prin. C. de cad.
23 tol. & in rub. C. de inſti. & ſubſti. † Item vltra prædicta protenſione huius gloſſ. adde, quòd etiam tacita conditio, ſcilicet ſubrogata in locum expreſſæ conditionis appoſitæ à teſtatore, eſt eiuſdem virtutis, quia impedit natiuitatem actionis, & obligationis, ſed non tranſmiſſionem. text. eſt not. in l. quæ ſub conditione. §. fina. & ibi clarè Bartol. ff. de condi. inſtit. & de eo facit feſtum Are. in d. l. 3. ff. de legatis primo. Iaſon Paduæ.

S V M M A R I V M.

1 *Conuentiones initæ per Duces belli ſunt ſeruandæ, & valent.*
2 *Promiſſa bannito non ſunt ſeruanda, & nu. 4.*

3 *Conuentio, vel fides data à persona publica, est seruanda etiam hosti. & nume. 5.*
6 *Proclamate facto per Lucenses, quòd quicunque ceperit vexillum Florentinorum, lucraretur mille, si multi ceperunt, primus tantum habebit mille.*
7 *Capitaneus guerræ an possit facere pacem.*
8 *Princeps propter pacem faciendam potest remittere damna, & iniurias subditorum.*
Ciuitas pro pace habenda potest concedere bona ciuium suorum.
9

LEX V.

1 CONuentionum. † Not. in fin. ℣ conuentiones initæ per Duces belli valent, & sunt seruandæ.[a] Nec
2 obst. quod fides hosti non sit seruãda. l. 1. §. non fuit.
b ff. de do. quia respondet Bart. quòd verum est priuato. [b] Ideo infert, quòd Capitaneus guerræ potest dare securitatem exbãnito, vel alij hosti. & quod ita fuit de facto. ¶ Ex istis verbis Bar. collige duas prin. concl. Prima est, quòd conuentio, vel fides non est seruanda à priuato hosti. Ex ista concl. duo inferuntur. Primò infertur decisio eius, quòd dicit aliàs accidisse de facto Rap. Ful. vigente guerra inter ciuitatem Bon. & Imo. dum quidam medicus fuisset captus ab vno milite Theutonico, & fecisset ei taleam de mille ducatis, & ita dimisit eum sub eius fide, quòd iret Bononiam ad capiendum illos mille ducatos, & reuerteretur: nec postea reuersus est. Nam facta pace Theutonicus petebat illã pecuniã à medico. Certè per doctri. Bar. decidit, ℣ non potest, quia fides à priuato non est seruanda hosti. sed bene ab alia persona publica. dicit tamen Fulg. quòd armigeri nostri seruant contrarium. Tu vide text. no. secundum quem limita hoc in l. nam & seruius. in prin. vbi glos. not. ff. de neg. gest. & ibi Ang. dicit, quòd principium illius. l. est sing. & famosum. Illud etiam pro valde sing. no. Bald. in c. ex rescripto. in 1. col. de iureiu. & in c. scisitatus. in 5. col. de rescr. & in rub. de his, quæ vi metusue cau. in 4. col. ¶ Secundò infertur, quod promissa bannito non sunt seruanda. Vnde si quis faceret pacem cum bannito, & promitteret sub pœna eum non offendere, certè contra faciendo non incideret in pœnam, cùm bannitus dicatur hostis ciuitatis. l. amissionem. §. qui deficiunt. ff. de capi. dimi. & ita expressè notat Bald. in l. iurisgen. §. ℣ pacisear. per illum tex. ibi. eo. & ibi no. Ang. qui refert ita fuisse seruatum à communi Perus. Item multò magis si post pacem efficiatur bannitus, prout tenet Bart. in l. 1. §. non fuit. per illum text. & in l. 2. C. quando lic. se sine iudi. vindi. Bart. & alij in l. qui seruum merentem. ff. de verb. obl. & in l. eleganter. in fin. ff. de pig. act.
3 ¶ † Secunda prin. conclusio est, quòd conuentio, vel fides data à persona publica est seruanda etiam hosti. Et per hoc infert Bart. quod si capitaneus belli det fidentiam, vel saluum conductum hosti, aut bannito, quod tenetur obseruare. Idem tenet Bald. & alij. Bar. & Bald. in d. l. 1. §. non fuit. Sal. in l. cum indulgentia. in 2. col. C. de fen. pas. Old. Lau. in q. per eum disputata, quæ incip. quæstio talis. Potestas Paduæ. quam formaliter refert, & sequitur Alb. in l. præsenti. in 3. col. C. de his, qui ad eccl. confu. Idẽ tenet Lud. Ro. in l. recusare. §. si quis alio. ff. ad Treb. Amplia istam conclu. quod non solùm tenetur seruare intra suum territorium, sed etiam extra, ita not. Bal. in l. illicitas. §. ne potentiores. in 2. col. & ibi Alb. in 4. col. ff. de offi. præsi. & Ang. in cons. 363. ℣ incip. magnifici do. Anciani. ¶ Limita concl. Bart. duob. modis. Primò secundum Ang. Pau. de Cast. & Mod. vt procedat in ducente exercitum nomine proprio: secus si nomine alieno, prout etiam tenet Bar. in seq. q. vbi dicetur. ¶ † Secundò intelli[gi]e sanè conclusio. Bart. q̃n quis esset exbannitus abillo, qui securitatem dat, vel ab eius inferiori: prout tenet Bar. in l. is qui reus. in fin. & ibi Imo. ff. de pup. iud. Ang. in q. per eum disputata, quæ incipit Bonoñ. quidam. in 7. col. Bald. in l. sed si hac. §. sed & si pro pœna. per illum text. vbi limitat, ℣ saluus conductus per iudicem potest concedi accusato, vt veniat, ad se defen. non autem actori, vel accusatori, vt ibi per eum ff. de in ius voc. quicquid teneat idem Bald. in l. reos. in 11. col. C. de accusat. secus, q̃n quis esset ex bannitus ab Imperatore: tunc inferior non potest dare saluum conductum illi bannito eundi, & redeundi, text. est in l. relegati. ad fin. ff. de pœ. in §. sed neque homicidas iuncta glo. in Auth. de man. prin. Bart. in l. non omnes. §. fin. ff. de re mili. Imò fortius tenet Bald. in c. 1. §. item sacramenta. in vlt. col. de pa. iur. fir. quod etiam si talis saluus conductus daretur ab inferiore cum iuramento, adhuc
5 non esset seruandus. ¶ † Secundò infertur ex hac concl. Bart. ad q. quam ponit Raph. Ful. in l. fi. §. sed quia quædam. in 2. col. C. de iur. delibe. & dicit accidisse in ciuitate Venetiarum, sed aliter eam non decidit. Dum Venetijs quinq; per vicos minus frequentatos expoliarent, & deprædarentur transeuntes, & plerosque occiderent, Serenissimum Dominium Venetorum fecit fieri proclama quod si quis reuelaret consocios, esset immunis, & lucraretur mille ducatos, venit vnus, & reuelauit socios, & ita successiuè singuli venerunt. Dubitatur, an dominiũ teneatur seruare immunitatè, & an omnib. Nihil decidit, sed solum dicit, quòd multa possent allegari, sed qđ similib. non est fauen. tñ non omnes debent mori, quia esset contra pub. vti litatem, quia si casus similis accideret, nullus veniret ad propalandum. Putò, ℣ immunitatem seruare teneatur, quia publica persona tenetur seruare fidem, & promissionem datam cuicunque personæ etiam hosti, vt est doct. Bar. & omnium hic. Sed an oĩb. quinq; seruare teneat̃, puto ℣ ista immunitas non
c debeat seruari nisi primo, [c] & non alijs, per reg. l. boues. §. hoc sermone. ff. de verb. sig. l. dotis promissio. & ℣ ibi Bart. ti. de iure
6 dot. & plenè dixi in l. duob. §. ei. ff. de iureiu. ¶ † Et ad hoc bene facit in specie illud, ℣ tenet Bart. in l. hoc articulo. in vlt. col. de hæ. inst. Imo. & Mod. in l. qui filiabus. §. 1. ff. de leg. 1. in quib locis concludunt, ℣ facto proclamate per Lucenses, ℣ quicunque ceperit vexillum Florentinorum, lucraretur mille, si mul
7 ti ceperunt, primus tñ habebit mille, per iura præalleg. ¶ †† Successiuè quærit Bar. an Capitaneus guerræ possit facere pacem. & distinguit, vt hic per eum. Adde inquantum concludit, ℣ si faciat guerram nomine alieno, licet non possit facere pacem, tñ potest facere treug̃am, vel inducias. In hoc malè dicit, quia cùm habeat mandatum generale tñ, vt dicit Bar. certè procurator generalis non põt etiam prorogare terminum, ℣ est minus. l. qui Romæ. §. Callimachus. ff. de verb. obl. Quantominus poterit terminum de nouo dare, cùm facilius aliquid extendatur, quàm de nouo detur. l. sed & si manente. ff. de præca. Et ita Bal. & clarius Ang. hic. ¶ Limita istud trib. modis, ſm quos poterit saluari Bart. Primo, nisi haberet mandatum generale cũ libera, ſm Bart. & alios in d. §. Callimachus. ¶ Secundò, nisi tales inducię fierent ob necessitatem belli, puta, vt cadauera sepelirentur, ſm Raph. Fulg. hic, & Alex. ponunt Can. in cap. 1. de treug. & pac. & in c. cum olim. de resti. ſpo. Tertiò limita nisi talis Capitaneus esset etiam locum tenens principis, cùm omnia possit, sicut ipse princeps, ſm Bart. in l. 1. §. à præfecto. ff. de leg. 3. & in l. 2. post gl. ibi. C. de offic. eius, qui vicem alterius ger.
8 ponit Alex. ad aliud propositum in rub. ff. de of. eius, &c. ¶ †† Secundò pondera hic esse text. ℣ cùm pax respiciat publicã causam, & publicum bonum, hic probatur, ℣ princeps propter
d pacem faciendam põt remittere danna, [d] & iniurias subditorum: ita ℣ nequaquam petere, aut querelare possint, sicut ex publica causa potest res priuatorum capere. l. item si verberatum. §. 1. vbi Doct. maximè Ang. ff. de rei vend. l. Lucius. ff. de cuic. no. glo. & omnes in l. fin. C. si contra ius, vel vti. pub. & in proœ. ff. Cano. in c. quæ in ecclesiarum. de const. ſm Bald. Ang. & Pau. de Cast. & Mod. hic, & dicit Ang. ℣ ita aliàs fuit obseruatum inter Perusium, & ciuitatem Romæ, & ita limitatur gl. in l. 2. vt dixi. C. de eden. Facit text. in c. in nostra. vbi Inn. & alij de iniu. & dam. da. & ita originaliter decidit Host. in sum. tit. de pœ. & remis. §. fin. ver. Sed pone, ℣ guerra. Bald. in l. si domum. ff. de ser. vrb. præd. Angel. in l. venditor. §. si cõstat. ff. com. præd.
9 & in l. Antiochensium. ff. de priui. cre. † Imò plus tenent Bald. & Ang. in l. bene à Zenone. C. de quadr. præsc. ℣ ciuitas pro pace habenda potest concedere bona ciuium suorum. Alle. Inn. & Io. And. in d. c. in nostra. Ad prædicta etiam adde Bald. in l. quicunque. in vlt. col. C. de ser. fug. Iason Paduæ.

ADDITIONES.

a ¶ Sunt seruandæ. Adde quod pax nomine dignitatis facta transit ad successorem. Fel. in c. 1. in 1. no. de pro. PVRPV.

b ¶ Ad le Deci. in Reg. ea est natura. col. fin. nu. 8. de reg. iur. vbi de iudice an fidem datam intitulato seruare debeat, & concludit, quod in foro cõscientiæ non licet ei fidem rumpere. Qua de re plura etiam no. Cagno. vbi Aret. in §. præterea. col. 8. in fin. & col. seq. inst. de act. vbi distinguit tres casus, aut fidantia datur hosti, aut subdito, aut alteri. de quo etiam scribit Bos. tit. de exam. Reor. nu. 15. & 16. MASVER.

c ¶ Adde Hippo. sing. 277.

d ¶ Danna. De remissione dannorum propter pacem, contrarium videtur tenere Fel. in c. 1. col. 3. ver. 2. declara. de prob.

SVMMARIVM.

1 *Conuentio nuda non est efficax ad producendum actionem.*
2 *Conuentio legitima est triplex.*
3 *Conuentio legitima nominata semper producit actionem.*
4 *Actio an oriatur ex pacto à lege fomentato.*
5 *Conuentio fomentata à lege ciuili producit actionem.*
6 *Instrumentum guarentigiæ habet vim iudicij.*
7 *Aliqua dictio, facit quod terminus præcedens sumatur largè.*
8 *Pactum nudum quomodo foueretur à lege ciuili, vt actionem pariat.*

LEX VI.

1 LEgitima. †Ad euidentiam huius l. quę est difficilis, præmitte primò, quòd regulariter conuentio nuda non est efficax ad producendum actionem. l. iurisgen. §. igitur nuda. ĵ. eo. sed solum est potens producere exceptionem, vel retentionē, & si pactum nudum tendat ad tollendum actionem, vt est pactum de non petendo, solum elidit actionem. l. si vnus. §. pactus ne peteret. ĵ. eo. Ratio est, quia quod non potest inducere, non potest tollere ipso iure: tamen aliquàndo conuentio nuda fomentatur à l. ciuili: quo casu producit actionem, si ad hoc tendit, vt in casu. l. etiā. ff. de vsur. vbi statutum est, quòd si vsuræ promittantur pacto nudo ciuitati, ex pacto nudo oritur actio. istud non prouenit alia ratione, nisi quia illa conuentio (quamuis nuda) est fomentata à l. Ad idem tex. in l. ad exactionem. C. de dot promis. & in l. frumenti. C. de vsu. Aliquando conuentio nuda fomentatur à l. ciuili, sed non tendit ad producendum actionem, sed ad tollen. & tunc propter fomentū legis tollit ipso iure actionem: aliàs non, vt dixi. Vt si sum tibi obligatus actione iniuriarum, vel furti, & facis pactum nudū de non petendo, istud pactum nudum est fomentatum à l. ciuili. Ideo tollit ipso iure actionem. l. si tibi. §. quædam. ĵ. eod. & istud est, quòd in effectu vult dicere ista. l. omissis ambagib. gl. Pactum ergo nudum non produceret actionem, nec tollit ipso iure, nisi quando fomentatur ab aliqua. l. idest quando in aliqua lege disponitur, quòd aliquod pactum producat, vel tol-
2 lat actionem. ¶ † Secundò præmitte, secundum Bart. & Alb. de Rosa. & no. Angel. quòd triplex reperitur conuentio legitima. Quædam est vera, & propria conuentio legitima, & est illa, quæ habet originem, & formam à l. & sic est nominata in specie, vt in quatuor exemplis positis in prin. glo. & ista dicitur confirmari, cùm ei forma detur, quando inducitur per l. Quædam est conuentio legitima impropria, & est illa, quæ non habet formam à l. ciuili. sed solùm recipit fomentum, & robur: ipsa tamen conuentio remanet absque nomine speciali sicut prius, & istud est vbicunque lex disponit ex conuentione nuda oriri actionem, vt patet in l. etiam. ff. de vsu. in l. frumenti. C. eod. in l. ad exactionem. C. de dot. promi. in l. si tibi §. quædam. ĵ. eod. Et de hoc potes ponere bonum exemplum in l. tale pactum. §. qui prouocauit, secundum intellec Bart. ĵ. eod. vbi tex. dicit iustam conuentionem, quod idem est dicere, quod legitimam, vt est glo. in l. 1. in gl. 1. ff. de testa. & de istis duab. specieb. loquitur ista lex. quicquid glo. velit. Quædam, & tertia est conuentio legitima improprijssimè, quando est de per se valida, & nominata, vt sunt omnes conuentiones iurisgentium innominatæ, quæ solo consensu, & sic solo pacto nudo producunt actionem. l. iurisgentium. in prin. ĵ. eod. Istæ. n. largissimè possunt dici legitimę conuentiones propter assistentiam iuris ciuilis. Nam eo ipso, quòd ius ciuile non infirmat, dicitur confirmare, sicut in sim dicitur in l. lege obuenire. ff. de ver. sign. sed debent improprijssimè dici legitimæ, cū originē, formam, & speciale nomen habuerint à iure gent. d. l. iurisgentium. in princip. iuncta. l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iur. Non intelligas tamen, ꝙ de his loquatur ista l. sed l. sequens, quicquid dixerit glo. An autem conuentio legitima nominata ita producat actionem solo consensu, sicut faciunt conuentiones iurisgentium nominatæ, dicam in l. iurisgentium, in princ. ĵ. eod. ¶ Tertiò præmitte pro intellectu text. & glo. quod glo. intelligit, & restringit principium huius l. vt loquatur in conuentione legitima, quæ est nominata, vt in quatuor casib. positis in prin. glo. Hinc resultat duplex difficultas. Primò in illatione tex. ibi, & ideo: Nam hoc
3 modo illatio erit generalior dicto, ꝙ est absurdum. † Secundò
a malè stabit dictio interdum, [a] quæ significat casualitatem, & ꝙ regulariter ꝫrium sit: sed ꝙ a casu contingat. l. interdū. ff. de condi. ind. & tñ istud est falsum, quia cōuentio legitima nominata semper producit actionem, & non casualiter. ꝓp hoc gl. dixit dupliciter. Primò, ꝙ ad principium tex. oportet subaudire ista verba, & quia pacta vestita, & nuda fomentum recipiūt à l. ciuili; ideo interdum, &c. vt sic illatio quamuis sit generalior dicto expresso, omnino tñ est generalior tacito, vel subaudito. Sed istud essēt destruere tex. Vndē gl. in fi. 2. modo intelligit, ꝙ posita sit dictio interdum, ꝓp conuentiones turpitudinē continentes. Tu istis reiectis intellige tex. planè, & nitidè prout iacet, & ita in effectu voluit intelligere Bar. ꝙ principiū huius l. non restringatur ad conuentiones legitimas nominatas tm̃, vt facit gl. quia tūc illatio, quæ sequitur in tex. non esset bona. Sed intellige principium in genere prout iacet: & sic tam de nominata, q̄ de nō nominata, quæ remansit in generali nomine cōuentionis, & sit sensus. Illa est legitima conuentio, quæ l. aliqua confirmatur. Istud autem potest esse dupliciter, aliquando dādo ei nomen specificum, & formam suam, & tunc confirmat inducendo. aliquando dat solum robur, & tunc dicitur confirmare adiuuando. Et ex isto generali dicto bene sequitur illatio
4 sequens. ¶ † Quartò habes aduerte, quid differat ista l. à l. vnica. ff. de cond. ex l. & an reddatur superflua propter illā. & Alb. hic respondet, ꝙ si quæratur, an ex pacto à l. fomentato oriatur actio, & dicit, quod sic, per l. istam. Si verò quęrit, quę actio sit illa, dicit, quòd est condictio ex l. d. l. vnica. ff. de cond. ex leg. vel melius secundum eum. Aut lex fomentat pactum taliter, quod immediatè oritur actio ex pacto, & tunc non oritur cōdictio ex lege. l. ex placito. C. de rer. permu. sed quēdo lex non fomentat pactum, sed immediate ex l. oritur actio propter pactum, tunc competit condictio ex l. d. l. vnica. Tu dic ex mente Bart. in d. l. vnica. in vlt. col. post medium. in ver. Tertius casus principalis, quòd differentia est. Nam aliter lex confirmat ipsum pactum, adeo quòd ex ipso pacto immediatè nascitur actio, & tunc actio, quæ nascitur ex tali pacto, est actio præscriptis verbis, quæ competit, vbicunque contingit, quòd ex pacto nudo producatur actio. l. in bonæ fidei. vbi Bar. no. C. eod. Bart. in l. iurisgentium. §. quinimo. in 1. col. ĵ. eod. Aliquando lex nō dat robur pacto, ita quòd faciat ex pacto oriri actionem, sed est ipsa lex, quæ dat actionem propter ipsum pactum, vt declarat exemplo naturali Bar. hic, & tunc oritur condictio ex lege. & tunc procedit illa l. vnica. ¶ Istis sic præmissis condescendo ad l. In qua primò ponitur dictum generale. Secundò secundum glo. ponitur illatio dicti, vel secundum Bar. hic in fin. col. Secundò ponitur effectus dicti, deinde declaratur illatio. Secū-
5 da ibi, & ideo interdum. Tertia ibi, quoties. ¶ † Not. ex ista l. regulam, quòd conuentio fomentata à l. ciuili, producit actionem. Per istam l. dicit not. Bald. in l. 2. in fin. C. de execu. rei iud. quod stante statuto (prout est per totam Tusciam) quòd instrumenta publica guarentigionata, seu confessionata habeāt executionem paratam, & nulla possit opponi exceptio si in tali instrumento contineatur pactum nudum, producet actionem: eo quia propter instrumentum dicitur vestitum literis. Et dicitur legitima conuentio, quia lege municipali, vel statuaria iuuatur, vt producat actionem, per hanc l. Adde, quod idē tenet Bald. in l. 3. §. si pupillus. ff. de neg. gest. & in l. ex placito. ad fin. vbi limitat. C. de rer. permu. & in l. 1. ad fi. C. de dot. promis. refert, & simpliciter sequitur d. Alex. ad fin. & in l. in bonæ fidei. in vlt. col. C. eod. ¶ Idem tenet d. Benedictus Barzius in trac. suo guarentigiæ, in 11. aliàs 12. q. 3. par. prin. Pro ista opi.
6 Bald. tria videntur facere. † Primò, quòd instrumentum gra-
b rentigiæ [b] habet vim iudicij, vt dicit Bart. in l. possessio quoque. §. & si possessio. ff. de acq. pos. & in l. non fatetur. in fin. ff. de confes. Sed ita est, quòd pactum nudū factum in iudicio producit actionem, & habet executionem paratam, vt no. Bart. in l. tale pactum. §. qui prouocauit. ĵ. eod. per illum text. secundū suum intellectum. Tamen illud, ꝙ tenet ibi Bart. est dubitabile, vt habes latè per Lud. & Moder. in l. 1. in prin. ff. de verb. obl.
c ¶ Secundò facit, quia instrumentum guarentigiæ [c] habet vim sententiæ, ita not. Bart. in l. vnica. in 3. no. & ibi Cyn. & alij. C. de confes. Sed ex sententia oritur actio etiam illi, qui alias nullum ius habet. l. cum putarem. ff. fam. erc. iuncta l. actori. C. de reb. cre. ¶ Tertiò facit, quia in instrumento guarentigionato continetur præceptum de soluen. factum à notario in confessum, vt declarat Bar. in d. §. & si possessio. dixi in l. error. C. de iur. & fac.
* ign. & ex tali præcepto oritur actio in factum, vt est gl. *communiter approbata* in l. fin. §. necessitate. in glo. mag. C. de bo. quę lib. Contrariā opi. tenuit ipsemet Bal. in l. si nō fortē. §. 1. in vlt. col. ff. de cōd. ind. Motus ꝓcipuè, qa instrm̃ guarētigiæ venit, vt q̄d accessoriū ad factū: ergo nō dēt principale vestire, aut ei robur dare. l. ex pupillari. ff. de vulg. & pup. gl. in l. iurisgentiū. §. quinimo. ĵ. eo. imò si principale esset inefficax, dēt ipsam guarētigiā inefficacē reddere. Et idē per istā rōnē sequitur Lud. Ro. in Lu. in prin. in pe. car. ff. de verb. obl. & ibi dē d. Fran. de Are. in 7. cō. Ad idē mouetur Lu. Ro. per id, ꝙ vult Bal. in l. si absentis. adi. C. si cert. pet. ꝙ si non valet id, ꝙ est principale in instrō, nō valet etiam præceptū guarentigiæ. alleg. tex. pro sing. in l. fin. ff. de const. pec. Faciunt etiam notata per Bal. in l. in ꝫctib. in fin. prin. cipij post Cy. ibi. C. de non num. pec. vbi concludit, ꝙ ꝫ instrm̃ guarentigiæ continens obligationem mutui, potest opponi exceptio non num. pecu. quia quatenus valet principale, valet, &

ADDITIONES.

a ¶ Dictio interdum. Adde Doct. in l. admonendi. ff. de iureiu. Doct. in l. 1. & 2. ff. de aq. quot. & æsti.

b ¶ Instrumentum guarentigiæ. Adde Alex. de Imo. in l. ait prætor. in prin. ff. de re iud.

c ¶ Instrumentum guarentigiæ. Adde Bart. in l. & post rem. ff. de transf. Cy. in l. certum. C. fam. ercis.

let,& accessorium.s.præceptum guarentigiæ, & non plus. Facit etiam,q̃ dicit Bal.in l.etiam.in 1.col.in ver. & quia quotidie de istis executionibus.C.de exec.rei iud.vbi dicit, q̃ si substantia, natura,vel solennitas desit, præceptum guarentigiæ nihil valet,quia oportet,q̃ assumat vim, & effectum à causa ipsam producente.Ego teneo istam partem, & confirmo, quia aliàs sequerentur duæ improprietates, & duo specialia, q̃ esse non debet,vt est glo.ꝛ̃ l.1.in fin.de dot. promis. & in l. cum post.§. gener.ff.de iu.do.Sequeretur.n.primò, q̃ instrumenta habeant executionem paratam. Istud est speciale, & contra reg.iur.cõmunis,vt statim dicam.Secundum speciale est,q̃ ex pacto nudo oriretur actio contra regulam. l. iurisgentium.§. igitur nuda.j̃.eo.& isto argum.vtitur in bono simili Bar. in l.iurisgentiũ. §.quinimo.in vlt.col.j̃.eo.Ad idem moueor, nam istud statutum, q̃ instrumentum habeat executionem paratam,est contra ius commune.l.minor 25.ann.cu i fideicom. ff.de mino.& 11.C.de exec.rei iud.ergo debet strictè intelligi, vt minus lędat ius commune,quam sit possibile,vt habetur in l.2.C.de nox.c. cum dilectus.de consue.Bar.in l.omnes populi.ff.de iusti.& iu. in 6.q.Ergo non erit extendendum,q̃ñ in tali instrumento continetur pactum nudum. Ad idem mouetur, quia bonum est argum.à præsumpta voluntate statuentium, vt est glo.in l.tale pactum.§.fin.j̃.eo.sed mens statuentium fuit priuilegiare instrumentum guarentigionatum,quantum ad executionẽ,non autem quantum ad producendum actionem. Et q̃ ista fuerit eorum mens,patet ex verbis. verba. n. sunt notæ earum, quæ sunt in animo passionũ.l.Labeo.§. idem Tubero. ff.de sup. leg. & per hoc apparet,q̃ Bald. malè se fundat in ista.l.Nam ista.l. procederet, quando statutum expresse fomentaret pactũ nudum, & actionem produceret, qd̃ non est in præsenti statuto. Considera etiam, q̃ fundamentum Bal. in alio capite videtur falsum,dum dicit,istud pactum vestiri literis, quia non est verum, cùm vestimentum literarum non habeat locum, nisi in contractu mutui,vel dotis.Instit.de lit.obl. & decidit gl.in l.iurisgentium.§.quinimo.j̃.eo. Præterea vestimentum literarum habet locum etiam siue pactum sit nudum,siue stipulatio,toto tit.Instit.de lit.obl.iuncta gl.in l.si ex cauti.C. de non nu.pec. Et de isto argum.vide etiam per Io. de Imo.in l. fin.in 12.col.ff. à quib.app.non licet.Secundò pondera text. dum dicit,aliqua l. Non.n. dixit l. simpliciter, sed adiecit aliqua. † Et de natura istius dictionis,aliqua,est facere, q̃ terminus præcedens sumatur largè,& etiam impropriè,vt est gl in cle.1.in verbo,aut eorum parte.de for.comp.quam pro singulari no.Bal.in l.1.in pe. col.C.de reuo.do. & in c.1.§. cum autem. in fin. col. de contr. inuest.Imo.in l.plures.ff.de dam.infe. & in c.fi. in 8.col. de don. Lud. in l.si cũ vel in vtero. C. de test.mili. cum alijs suis com. cor. Et hoc modo patet, q̃ comprehendit etiam plebiscitum Senatus.& ius prætorium,quæ sunt partes iuris ciuilis.l.2.§.nouissimè.s̃.de orig.iur.l.ius autem ciuile.in fi.cum l.sequ.s̃.de iusti.& iur.Et ideo gl.bene exemplificat istum rex.in iure prætorio,cum bene cadat ad text.ibi,lege aliqua.¶ Capio glo. vnicã, quæ est difficilis, & eã magistraliter diuide in quatuor partes prin.In prima exẽplicat principiũ l.quatuor exẽplis,ex quib.apparet,q̃ glo.intelligit principium huius l.in conuentionib.iuris ciuilis nominatis,de quo dic,vt dixi in tex.In 2.timore duplicis contrarij.Primò,quia illatio, videtur generalior dicto, & quia dictio,interdum,denotat regulam esse in contrarium, sed casualiter aliquando aliter contingere, & tñ hoc est falsum,quia conuentio legitima nominata semper actionem producit.Io. gl.ponit primum intellectum ad illum ver. Et ideo,subaudiendo plura verba ad tex.postea ponit multa exempla ad tex. Sed quia talis subauditio destruit text.hic intellectus nihil valet. In 3.quæ est circa fin. gl. ponit alium intellectum ad illam dictionem,interdum, quare hic posita sit.Tene, q̃ ista lex loquatur in conuentionib.legitimis nominatis.In quarta & vlt.gl. opponit,& soluit.Secunda ibi,& q̃ sequitur,& ideo.Tertia ibi,vel si vis intelligere.Quarta,& vltima ibi,sed opponitur.¶ Redeo ad secundam part.prin.quæ occupat quasi totam gl. & eam subdiuide in sex particulas.In prima facit, q̃ dictũ est. In secunda ponit sex exempla ad text.in quib. pactum nudũ confirmatur per legem ciuilem, vt actionem producat. In tertia ponit tria exempla ad tex. qñ per Senatusc.pactũ confirmatur. In quarta exemplificat, qñ pactum iuuatur per legem, vt ipso iure tollat actionem præcedentem. In quinta qñ similiter iuuatur per Senatusconsul.In sexta,& vlt aliter intelligit tex. ibi, vel Senatusc.adiuuatur,& est extranea expositio. Secunda ibi,vt ecce nascitur.Tertia ibi,& quid in fin.Quarta ibi,tollitur autẽ. Quinta ibi,Senatusc on.tollitur.Sexta, & vltima ibi, vel dic iuuatur. 2 .mulier. † In secunda particula secundę partis princip. ibi, vt ecce nascitur.habes sex exempla, in quib. pactum nudum fomentatur à l.ciuili,vt actionem pariat.Primum exemplum in a pacto nudo a don reprobant antiqui,& Bart.& Alb. *& communiter alij.*& Bart.in l.vnica.in vlt.col.ff.de cond. ex lege,quia tũc non oritur actio ex pacto,sed cõdictio ex l.propter pactũ.quic quid teneat Fulg.hic,qui reprobat Bar. & Ang. in repe. l.si certis annis.in 1.col.C.eo.Secundum exemplum de l.ad exactionem.erat olim bonum,hodie non,cùm fingatur stipulatio per l.vnicam.in prin.C.de rei vxo.act.contra hoc opponit Bar.Nãdos est contractus iurisgen. nominatus: ergo sine fomento iuris ciuilis debet producere actionem.l. iurisgen. in prin. j̃.eo.& respondet, q̃ datio dotis bene est contractus nominatus de iure gen. sed non promissio dotis. Dic clarius, q̃ ℈ctus iurisgen. innominati quidam denominantur à solo actu paciscendi, vt conuentio de emendo,& vendendo,quæ est emptio, & vendi tio. & isti statim producunt actionem sine alio fomento. De istis loquitur d.l. iurisgen. in prin. Quidam sunt contractus nominati iurisgen.qui denominantur ab actu exequendi, vt sunt contractus,qui re celebrantur. Nam non potest consistere mutuum,commodatum,depositum,nisi res interueniat. conuentio ergo de commodando non est commodatum: sic dos dicitur à donatione,& ab actu exequendi.Conuentio tñ de dando dotem non est actus nominatus iurisgen.nisi fomentaretur à iure ciuili.Ita salua glo.hic,prout etiam declarat Bar.in d.l.iurisgen.in prin.& l.si tibi.§.de pignore.j̃.eo. fm intellectum Bar. ibi.Alia exempla glo.bona sunt,quibus adde(vt prædixi)bonũ exemplum in l.tale pactum.§.qui prouocauit.fm intellectum Bar.ibi.j̃.eo.¶ In ca.gl.ibi,& q̃ in fine dicitur Senatusconsuluatur, habes tria exempla, in quib.pactum nudum fomentatur à Senatusconsulto.vt actionẽ producat. Primum exemplum est,qñ fit pactum nudum inter hæredem,& fideicom. vniuersalem, vt post restitutam hæreditatem teneatur creditorib. & legatarijs. Nam etiam sine isto pacto hoc erat dispositum per Senatusconsul.Treb. Ideo concurrit dispositio legis, & hominis circa idem.¶ Tu aduerte ad duo.Primò fm Paul.de Castr.glo.habuit bonum sensum,sed ineptè loquitur,quia si intelligimus,prout gl.exemplificat, q̃ pactum nudum esset factum inter hæredẽ, & fideicom.vt gl.dicit, tale pactum nihil prodesset creditorib. & legatarijs,& nihil operaretur, quia pactum factum cũ vno, non prodest alijs.l. quo tutela. de reg.iur.Ideo exemplifica fm eum,pactum esse factum inter creditores,& legatarios cum fideicom.Sed d.Alex.saluat glo. vno casu,vt per eum. Secundo aduerte, q̃ iura ad hoc allegata per glo. nihil dicunt de pactis confirmatis per Senatusconsul.sed est ex dispositione immediata ipsius Senatusconsulti. absque vllo pacto:nisi illa iura veniant iuncta ista l.q̃ pactum nudum esset factum super illo,q̃ Senatusconsulti.disponebat.Et per hoc elicit Bar.no. regulam,q̃ qñ in pacto nudo deducitur illud, q̃ erat omnino debitum ex aliqua parte iuris,illud pactum nudum fomentatur ab illa l. & actionem producit.Et ex hoc infert correlariè Bar. q̃ actio de constituta non est necessaria,qñ in pacto nudo deducitur id,q̃ debebatur ex dispositione legis, secus qñ ex conuentione partium,vt hic per eum. & dicit Paul. de Castr. q̃ in quodam examine publico vidit istum passum refricari in dubium,cui allegauit istam gl. & Bar.hic,& acquieuit. Circa primũ adde Bart. in l.non impossibile.per illum tex.j̃.eo.Adde etiam bene facere tèx.in l.inter socerum.§. conuenit.ff.de pac.dot.iuncta.l.nunquid si pro vxore.in prin.ff.de don. inter vir. & vxor.quẽ text. ad hoc reputat sing.& dicit à nemine in mundo ante eum fuisse ponderatum Lud.Ro.in singu.522.inc.Tu audiuisti. Sed ad idem adde text.in l.qui negotia,ad fi.principij,iuncta.l.idemq;. §.si procurator.ff.man.Circa fm adde, q̃ bene facit tex. in d.§. conuenit.& tex.in l.quoties.cum glo.ff.de præsc.ver. Imò plus tenet Ang. q̃ isto casu nedum non est necessaria actio de constituta,vt dicit Bart.imò non posset isto casu competere, cùm cesset,vbi alia competit.§.de constituta.Inst.de act.Sed respondet,q̃ ille tex.loquatur, qñ competit alia actio ordinaria, vt est actio ex stipulatione, sed qñ competit vtilis subsidiaria, vt dicit tex.no.in d.§. conuenit,in fi.illa non facit cessare actionẽ de constituta,argum.l.de pecorib.cum glo.C.ad l.Aquil.sic ponit Alex.hic.Aduerte etiam, q̃ illatio Bar.procedit, qñ ille,qui tenebatur ex dispositione legis,illemet cõstituit:tũc actio de cõstituta nõ esset necessaria, & in istis terminis intellige procedere Bar.Si aũt esset tertius,qui cõstitueret se soluturũ illud,ad q̃ alius tenebatur ex dispositione legis, tunc actio de cõstituta esset necessaria, quo ad tertiũ constituentẽ, aliàs ex pacto nudo non teneretur,iuxta l.1.§.an debitũ ff.de consti.pe. Scdm exẽplum gl. de l.quamuis. §. si cum essem.est bonum exemplum rectè intelligendo. s. q̃ creditor fecerit pactum nudum super eo,

ADDITIO.

a ¶In pacto nudo. Adde Bar. in l.fideiuss.§.qui certo.ff. de fideiuss.Bal.in Auth. ad hæc.C.de vlur.Inno.in c.nouit.de iudi.Doct.in c.1.de pac.

eo, q̃ disponit Velleianum, & tendit ad idem qđ præcedens. Ibi.n.in pacto nudo deuenerat id, q̃ à l.seu Senatuscon. Velle. erat disp̃situm, vt ibi, & clarius in l.1.§.fin.ff. ad Velleia. Tertium exemplum gl.de l.si stipulata. nõ est ad propositum, quia ibi interuenit stipulatio. ¶In ea.gl. ibi, Item exemplum potest poni vbicunq; tollitur Macedonianum, vel Velleia. &c. Istud exemplũ reprobat Bar. per duo.& rationem, quare Senatusc. Maced. vel Velleia. cùm sint pars iuris ciuilis, non tollant actio nẽ ipso iure, q̃ est de iure ciuili, vide per Bar. in l. Iulianus. verũ. in 12.col.ff.de cond.ind. Tu potes saluare, q̃n fieret pactum de non petendo illi, qui aliàs habebat exceptionem Senatuscon. Maced. vel Velle. vt licèt pactum nudum de non petendo de per se non tollat actionem ipso iure. l.si vnus.§.pactus ne peteret. ĩ.eod. tamen hoc casu tollit̃ propter duplex vinculum. Ita tenet Bar. hic in vlt.col. post Odof.& reputat no dignum. Idem tenent. Ang.& Pau.de Cast. hic vterque in fin. & cæteri Mod. Quod bene not. qa est sing. limitatio ad d.§. pactus ne peteret. Iason Paduæ.

SVMMARIVM.

1 *Contractus nominati, & innominati quomodo differant.*
2 *Emptor ad hoc, vt possit agere ad rem venditam, quæ requirantur.*
3 *Euictio venit tacitè in contractibus innominatis, etiam si nihil actum sit inter partes.*
4 *Actio natiua quæ sit, & quæ datiua, & nu. 6.*
5 *Contractus innominatus quid sit.*
7 *Permutatio quare non est contractus nominatus.*
8 *Donatio olim erat contractus innominatus, hodie verò est nominatus.*
9 *Contractuum innominatorum duæ sunt species principales.*
10 *Pœnitentia non habet locum in contractu innominato non respectiuo.*
11 *Oblatio sola in contractibus non habet vim implementi, adeo quòd possit agi, sicut si verè fuisset impletum.*

LEX VII.

IVrisgentium. Conuentio iurisgentium nominata, quę dicitur q̃n habet proprium, & speciale nomen, statim producit actionem. secus s̃ est innominata, q̃ est q̃n non transit in contractum specialẽ, quia tunc exceptionem tm̃ parit, nisi vestiatur implemento iustæ causæ, & actio, quæ ex præcedenti causa oritur, natiua appellatur, & facit, vt actio in factum datiua cessẽt. Item in contractib. innominatis venit euictio. h. d. totus text. nihil omittendo vsque ad §. si ob maleficium. ¶Et diuide in 4. partes, vt hic per Bald. Item dum tex. facit mentionem de causa, ibi, subsit tm̃ causa, accipitur causa pro implemento, mediante traditione rei promissæ. ¶† No.
1 duas differentias inter ℈tus nominatos, & innominatos. Nominati.n.habent nomen speciale, & discretiuum: per q̃ vnus contractus in specie discernitur ab alio. contractus autem in-
a nominati dicuntur, qui carent nomine speciali, & solùm stãt in nomine generis. q̃. est nomen æquiuocum, & confusum. Itẽ ℈tus nominati eo ipso, q̃ sunt in esse producti, statim producunt actionem. Sed ℈tus innominati sunt debiles, & inefficaces, & sic non producunt actionem nisi sequuta causa, hoc est nisi perfectè impleuerit ille, qui vult agere. Quæ autem sit ratio diuersitatis in hoc vlr. Gul. de Cun. hic in fin. dicit, quia lex multum curauit de ℈ctib nominatis, cùm sint fortiores, vt l.2. & q̃ ibi no. ff.de vsuc. pro emp. & l. legaui. ff.de lib. leg. sequitur Alb. hic. Sed nihil est dicere, quia posses instare, quare lex magis curauerit de ℈ctib. nominatis, q̃ de innominatis. Aliam rationem assignat Ray. de For hic: quia ℈tus nominati sunt frequentiores l. certi cõdictio. §. quoniam. ff.si cert. pet. Tu dic, q̃ melior ratio est, ſm Ang. quia ℈tus innominatus stat in nomine simplicis conuentionis, & sic in sua nuditate, & ideo non producit actionem. nisi sequatur implementum causæ, & hoc est, q̃ vult dicere tex. ibi. quæ.n. in suo nomine non stãt. Sed ℈ctus nominati saltem habent vestimentum nominis. Adde bene facere tex. in l. à nullo. in fi. C. de fer. ¶Limita istum tex. procedere in cõuentionibus iurisgentiũ nominatis: illæ solo consensu producunt actionem, & solùm nomen est elegans vestimentum, vt dixi: secus autem est in conuentionib. iuris ciuilis nominatis, quia illæ solo consensu non producunt actionem: nec sola nominatio iuris ciuilis est sufficiens vestimentum. Ita limitat, & probat Bar. in §. quinimo ĩ. ea. l. in pe. col. circa fin. in ver. quæro consuetudine, vel statuto. vbi latè vide. sequitur Bal. in rub. C. de rer. permu. Ang. in Auth. vt spon. lar. in prin. Io. de Imo. in c. quæ in ecclesiarum. extra de consti. sed considera tu de ratione diuersitatis. ¶Secundò limita istum tex. vt procedat in eo, qui principaliter facit ℈ctum iurisgentium nominatum. Nam per pactum, & solo cõsensu efficaciter obligatur, vt hic, & oritur actio: secus in eo, qui accessoriè, vt in fideiussore, qui licèt interueniat in contractu nominato, tm̃ ipse non facit illũ contractum nominatum, sed principalis, & alia est eius obligatio, q̃ principalis. l. & per iusiurandum. §. si fideiussor. ff.de accep. l.1. §. verbis, cum glo. ff.de action. & obl. Ideo tũc in fideiussore non sufficit pactum nudũ, sed requiritur stipulatio. l. blanditus. C.de fideiuss. Ita limitat Io. Fab. Insti. de fideiuss. super rub. ¶Secundò no. tex. meliorem de iure, q̃ ad hoc, vt ex ℈ctu nominato possit agi, non requiritur aliqđ implementũ ex parte sua. Aliàs non esset differentia inter ℈ctus nominatos, & innominatos. q̃ differentiam facit iste tex. quia in ℈ctibus innominatis non oritur actio, nisi sequuto implemento, vt hic, vel ĩ. ff.de
2 rer. permu. & ita eum etiam no. Ang. hic. ¶† Tertiò no hic videri tex. optimũ ℈ opi. Raph Ful. in l. filiæ licet. C.de colla. vbi tenet Ful. q̃ ad hoc, vt emptor possit agere ad rem venditã, requiritur, q̃ offerat pretiũ, etiam si non excipiatur à parte per illum tex. dum dicit non offerenti denegari actionẽ, iuncta regula, q̃ ibi tradit Bal. vbi no. Bal. per illũ tex. q̃ q̃n onus est intrinsecum, siue sit ad natiuitatẽ, siue ad exercitiũ, agens tenetur ẽt nemine opponente offerre. & dr̃ onus intrinsecũ, q̃n venit ex eadem causa, vt per eum. & per text. in l. Iuliauus. §. offerri. ff.de act. emp. vbi pondera, q̃ tex. dicit offerri pretium debet, cũ ex empto agitur, & ideo si solùm partem offerat, nondum est ex empto actio. Istam opi. reprehendit Lud. Ro. & d. Alex. in d.l. filiæ licet, vbi respondent ad fundamentum Ful. q̃ dũ text. dicit denegari actionẽ, intelligitur ope exceptionis, non ipso iure. l.1 in prin. & ibi gl. ff. ad Maced l.1. in prin. cum §. sublata. & ibi Bar. ff. ad Treb. & ibi dixi. in l. Nam & postea. in prin. ff. de iureiur. & Raph. Com. in l. eum qui ita. §. qui ita. 2. ff. de verb. obl. nam dicunt in ℈riũ esse tex. hic, cùm aliàs non esset differentia inter ℈ctus nominatos, & innominatos, si vera esset opi. Raph. Ful. & tm̃ iste text. vult esse differentiam. Breuiter veritas est ℈ Fulg. q̃ actio est ipso iure nata, etiã sine oblatione, prout etiam probatur in l. ex placito. C.de rer. permu. & vult Bar. si bene inspexeris in l. si duo patroni. §. si quis iurauerit, ad fi. ff.de iureiu. & tex. in d. §. offerri. debet intelligi si petatur, ſm Bal. in l.2. C.de his, quæ sub modo. & in l.1. in 3. col. C. ne. hic. tertio prouocare, & in l. si traditio. in 3. q. C.de act. emp. & in l.1. in vlti. col. C.de vsufr. leg. Tm̃ iste tex. non multum stringit ℈ Fulg. Nã debes aduertere, q̃ aliud est quærere, an requirat implementũ: aliud est quęrere, an requiratur oblatio. Quantũ ad primũ, verũ est, q̃ in ℈ctib. nominatis non requiritur implementũ, ad hoc, vt possit agi. aliàs non esset differentia inter ℈ctus nominatos, & innominatos. Ita propriè loquitur tex. hic. Aliud est quærere, nũquid requiratur oblatio, & tunc iste tex. nihil facit, quia dato, q̃ requireretur oblatio, esset differentia inter ℈ctus nominatos, & innominatos, quia in ℈ctib. nominatis oblatio habet vim perfecti implemẽti: secus in ℈ctib. innominatis, prout declarat gl. hic in ver. aliquid facias in fin. Ex solutione, q̃ dedi ad d.§. offerri. q̃ intelligatur, si petatur. facit doc. glo. in l. vniuersa. C.de præci. Impe. offe. cum multis sim. quæ ibi plenè accumulaui. & iõ
3 hic non pono. ¶† Quartò not. ex tex. ibi, euictus est Stichus, q̃ in ℈ctib. innominatus venit euictio tacitè, etiam si nihil sit actũ inter partes, & sic euictio est ita de natura in ℈ctib. innominatis, sicut in ℈ctib. nominatis, vt declarat gl. in l. pacta conuenta. in prin. ff.de ℈hen. emp. Imo plus in ℈ctib. innominatis ille, qui pro parte sua impleuit dando, & sic transferendo dñium, si nõ vult cauere, facit, vt sit locus pœnitentiæ, & pecunia data possit repeti. tex. est no. in l. fin. ad fi. vbi dixi. ff.de con. ob tur. caus-
4 sam. ¶† Quintò no. ibi, in factum actionem à prætore dandã, ſm Bar. & alios tex. sing. & meliorem de iure, ad cognoscen-
b dum, quæ sit actio[b] natiua, & quæ datiua. Adde Bar. in l. in 1. col. ad fi. ff.de act. & obl. in l. cum quis. in 8. col. C. de iur. & fac. & ignor. & in l.1. in 10. col. ff.de condi. inde. Bonus text. in l.2. in prin. in vers. dando vtilẽ actionem. ff. cõmo. & tex. in l. cum mota. in ver. danda. C.de transac. q̃is do. Christoph. de Castil. in l. cum mota. & Raph. hic teneant, q̃ nõ reperiatur aliqua actio datiua, sed nihil, q̃ vrgeat, adducunt: nec bene vident ad hunc tex. Ideo omitto. Pro cõi sñia addit Bal. hic post Pet. illud, q̃ dicunt Philosophi, q̃ creatio differt à generatione. Nam creatio est de nihilo, generatio autem fit ex præexistenti materia, & sic actiones natiuæ dicuntur generari. ideo natiuæ appellãtur. Sed
5 datiuæ creant̃ absque materia. † Tu adde, q̃ magna est vtilitas, an actio sit datiua, vel natiua, qa actiones datiuæ non sequuntur naturam aliarum actionũ quantũ ad transmissionẽ ad hĩdes. nam aliæ actiones ex cõtractib. transmittuntur ad hæredes. l. ex contractib. ff.de act. & obl. l. vnica. C. vt act. ab hæredi. §. ex conditionali.

ADDITIONES.

a ¶Contractus autem innominati. Adde glo. in rub. C.de rer. permu. Bal. in rub. de transact. extra. in vlt. col.

b ¶Quæ sit actio. Adde Cy. in l. cum mota. C.de transf.

ditionali.Insti.de verb.obl.gl.in l.2.C.de pac.inter emp. & ven. Sed actiones datiuæ non transmittuntur ad hæredes,ita declarat glo. peregrina paucis nota in l. cum præcario.in glo.fi.ff.de preca. ¶Sextò pondero text. ibi incertam actionem. i. præscriptis verbis,qui tex.clarius,quàm alibi assignat rationem,quare ex contractib.innominatis oriatur actio præscr.ver.eo quia ipsi contractus cùm sint innominati,sunt incerti, vnde similiter habuerunt actionem incertam,& innominatam, sine generalem.s.actionem præscr.ver.vt declarat Bar.in rubr.ff. de præscr. 6 ver.& hoc est,q propriè dicit tex. hic.¶ † Vlt. pondera secundum Ang & Sal.hic videri tex.ineuitabilem contra vnam opi. quam vbique tenet Bar.s in d.l.cum mota.in l.cum proponas. C.de dolo.in l.si intra.j.eod.& in l.ex placito. C.de rer.permu. vbi dicit, q in contractu innominato do vt facias, ex parte illius,qui debet dare, est contractus innominatus, do vt facias, & sic sibi competit actio præsc. ver. sed ex parte illius, qui debet,facere,est contractus innominatus,facio vt des: & ideo sibi competit actio de dolo.l.naturalis.§. q si faciam.ff.de præsc. ver.¶In contrarium videtur tex.hic,vbi ex parte illius, qui petijt, & sic qui manumiserit, ex cuius implemento nihil adest aduersario, tamen non censetur contractus innominatus, facio vt des.Patet,quia sibi nō competit actio de dolo, sed actio præscr.ver.Et ita ad hoc etiam ponderat istum tex. contra Bar. Sal.in d.l.cum mota, vbi dixi. Tu responde clarè defendendo Bar. q iste tex. nihil obst. nam verè hic est contractus innominatus,facio vt des,sed ideo non cōpetit actio de dolo, eo quia aduersarius impleuit,quia dedit seruum promissum, licèt fuerit euictus.vnde actio de dolo competeret,quando nullo modo implesset,prout plenius dixi in d.l.cum mota,& respondet etiam Paul.de Cast.hic.¶Capio glo.in verbo, vt aliquid facias. quam diuide in 4.partes.In 1.supplet ad tex.In 2.quærit quare permutatio non sit contractus nominatus. In 3. ponit vnum dictum.In 4.format q.Secunda ibi,sed quare. Tertia ibi,præterea donatio. Quarta, & vlt. ibi. Item quid si in permutatione. † In secunda parte quæro, quare permutatio non sit contractus nominatus.gl. hic assignat duas rationes, quæ parum valent. Caue tamen,dnm gl. facit mentionem de vestimento re, & de vestimento rei interuentu, quia est magna differentia, q a vestimentum re, habet solùm locum in contractib. nominatis,qui non possunt sine re celebrari, de quib. Inst.quib.mod.re contr. obl.& dicitur vestimentum re, quia facit actionem cōpetere ad illam rem,quæ esset deducta in contractu, nec plus, nec minus:vestimentum rei interuentu habet locum in contractibus innominatis, & facit competere actionem ad aliud quàm ad illud,quod sit datum,Vt, si conueni pacto nudo permutare librum cū veste,non possum agere nisi prius impleā, q conueni,& sic dem librum.Nam interuentu libri, non ago ad id,q dedi,sed ad vestem,secundum Cy.Bal. & Sal. in l.legē. C.eo.Paul.& Mod.hic.Aliam rationem,quare permutatio non sit contractus nominatus, assignat Gul. hic, quia ad hoc,vt sit cōtractus nominatus,requiritur, q habeat speciale nomen ex parte vtriusque contrahentis, vt emptor, & venditor, sed sub nomine permutationis continetur vterque contrahens.Istam rationem reprobant Rayn.& Bald.hic.nam societas est contractus nominatus, vt hoc text. & tamen vterque appellatur socius. *Communiter tenetur ratio*,quam assignat gl. & ibi Bar.in rub. C.de rer.permu.& illam sequuntur Bar.& alij,& Bart. in l.siue apud.in pen.col C.de transac. ¶Contra istam communem rationem obst.text. in l statuliberi à cæteris.§.quintus.ad fin.ff.de sta.lib.vbi text.dicit,q appellatione emptionis l.12.tabul.omnem alienationem complectitur. Et si respondeas, verum est largo sumpto vocabulo, certè dico, q etiam permutatio propriè, & strictè sumpta non comprehendit nisi vnam speciem contractus,vt est gl.in l.1.C.de rer.permu.Dixi,& rationem assignaui in l.2.in prin.ff.si cert. pet. & idem tenet Bar.in l.2.ff. de rer.permu.Ad istud respondeo dupliciter. Primo ex verbis Bald. in l.voluntas.in vlt.col. post medium. in ver. scias tamen.C.de fideic.quod olim in primo (vt ita dixerim) latere iuris ciuilis antequam superueniret distinctio nominum in contractibus appellatione emptionis continebatur omnis commutatio.Ita loquitur d.§.quintus.in fin.sed post factam diserctionem aliud est.Secundò, & no.respondeo ex mente Bald. & clarius Imo.in l.in ædib.§.1,in vlt.col. ff.de do. quod text. in d. §.quintus. non voluit dicere, quòd appellatione emptionis omnis alienatio contineatur,sed text.ibi arguit ab identitate rationis. Nam cū esset dispositum,quòd statuliber dando pecuniā hæredi, consequeretur libertatem, si erat venditus: similiter dando pecuniam emptori consequitur libertatem. Deciditur ibi ab identi tate rationis,quod illud,quod statutum est in venditione, ha- 8 beat locum in omni alienatione. ¶ † In tertia parte principali glo. ibi præterea est donatio, habes q donatio olim erat contractus innominatus, hodie autem est contractus nominatus, cùm solo consensu producat actionem. idem tenet gl.in l. fin.ff.de cond.ob causam.& glo.in l. in ædib.§.1.ff. de do.& glo. in l.2.ff.de cond.ob causam.Istas gl.reprehendit Bart.quia si donatio olim de iure fforum fuisset contractus innominatus,certè cum pœnitentia locum habeat in contractib. innominatis. l.si pecuniam.in prin.ff.de cond.ob causam. certè etiam pœnitentia habuisset locum in donatione.q est contra tex.in l.Aristo.in vers.deniq;.ff.de donat. *Vnde communis sententia est*, [a] q donatio,& olim,& hodie sit contractus nominatus. Et ita tenent Vltramon.& Cy.in l.2.& ibi Bar.& Bal.C.de cond.ob causam. Bar.Ang.Paul.de Cast.& d.Alex.hic.Bart.in l.fin. ff.de cond. ob causam.& in d. l. in ædibus. §.1. ¶Pro ista communi sententia duo stringunt. Primò,quia donatio habet nomen speciale,per q decernitur ab alijs contractib. ergo est contractus nominatus,per doctri.gl.approbatam in rub.C.de re.permu. Secundò stringit,quia in eo non est locus pœnitentiæ.d.l.Aristo. in ver. denique.Nisi debiliter dicas, q ibi sit speciale fauore libertatis, q est contra d. l. si pec.§.1. Nec obst. q olim non producebat actionem:quia respondeo,vt per Bar.hic, & in locis prælleg. Tu autem in puncto iuris teneas de directo contra cōmunē sententiam,q imò donatio,& olim, & hodie sit contractus innominatus,prout tenent Iac.Butr.Alb & Raph.Ful.hic,& Ful. in l.fin.ff.de cond.ob causam.Bald.in rub.C. de re.permu.Io.de Imo.Raph.Com.& in effectu Lud.Ro.in d.l.in ædib.§.1.& ibi refert Imo. q recolendæ memoriæ præceptor suus d. Fran.de Ram.tenebat istam partem in repe.l fi.in 6. op.2.par.ff.de cōd. ob causam.¶Pro ista parte omissis leuib.stringit fundamentū Doct.q retorqueo contra eos. Nā donatio non habet nomen speciale, imò nomen generis: ergo non est ℈ctus nominatus. Patet,quia sub ea continetur donatio simplex,donatio ob causam,dona.causa mor.& legatum.l.alienatum.§.do.ff. de verb. sig.imo etiam aliqñ continetur dos.l.fin.in prin. C.de iu.do. Et si dicis, verum est largè, quia similiter permutatio stricto modo sumpta non comprehendit nisi vnam speciem, vt ꝫ.dixi:tñ quia largè comprehendit sub se plures alias species, ideo censetur ℈ctus innominatus. Ad istud fundamentum respondet d.Alex.hic,q nihil valet,quia etiā venditio continet sub se venditionem puram.Item venditionem ob cām. Itē venditionē sub cōditione.l. tenetur.§.1.ff.de act. emp.& tñ venditio est ℈ctus nominatus.vt hoc tex.Tu dic,q ista responsio nihil valet. nā bene militaret, qñ donatio solū contineret sub se donationem simplicē,donationē ob causam, & donationē sub conditione,q a oēs sunt de eadē specie, prout dictū est in empt. Sed donatio cōtinet etiā illa,quæ sunt de diuersa, & alia specie.nā non solū comprehendit donationem inter viuos, sed etiam comprehendit don.causa mort.Item non solùm comprehendit ℈ctum, sed etiam comprehendit legatum. l.legatum.ff.de leg.2. & q legatū est vltima volū.Itē comprehendit etiam dotem,vt prædixi: ergo cùm donatio comprehendat etiam alias differentes species,debet censeri ℈ctus innominatus, cùm habeat naturam generis.¶Et q donatio sit nomen generis, probo per text.in l.legatum.ff.de leg.2. vbi dī,q legatum est donatio quædam à defuncto facta.Pondera,q diffinitio debet constare ex genere,& differentijs, vt no.l.omnis bona diffinitio.ff. de reg.iur.vnde cùm dī in diffinitione legati,q legatū est donatio,illud,donatio,ponitur vt genus.Et si dicas, q donatio non pōt esse ℈ctus innominatus, quia ℈ctus innominati sunt tñ quatuor,qui ponuntur in d.l.naturalis.ff. de præs.ver.sub quorum neutro cadit dona. Imo. in l.hoc iure. §. si quis dederit.ff. de don.conatur respondere,ponderando gl. in l.si cum fundū. 9 in gl.1.j.co.aliter q ibi Bar.† Tu rñde clarè, & fundamentaliter, q ℈ctuū innominatorū duę sunt.species princip.Quidam sunt ℈ctus innominati hincinde respectiui, & isti tñ sunt quatuor, nec plures esse possent,& de istis loquitur.d.l naturalis. Quidā sunt ℈ctus innominati simpliciter,& nō respectiui, & isti sunt innumerabiles,vt dicit tex.in l.Senatus.§.1.ff.de don. cā mor.s m Bar.in d.l.naturalis.in prin.in 1.op. Istud clarè patet p tex. in l.si gratuitā.in prin.ff.de p̄sc ver.Istud ēt patet. nā pactū nudā simplex est ℈ctus innominatus, & tñ non est ℈ctus respectiuus,vt est gl.in l.j.in prin.in gl.mag.in fi.ff.de act.& ob.q gl no. & sequitur Bal.in rub.& in l.1.C.de pact.& eā reputat sing Bal. in c.quantuallis.in 2.col.de iureiur.& no.Bal.in l.lecta.in 2.col.ff. si cert. pet.& hoc modo donatio est ℈ctus innominatus simpliciter, & non respectiuus. ¶Tenendo istam partem, quæ in puncto iuris

A D D I T I O.

a ¶Sequit Clar.in §.donatio.q.1.Suarez.li.cō.opi.ver.Donatio.Bar.in l.in ædib. §.ex reb.ff.de dona.& ideo semel perfecta, pœnitentiæ locū nō relinquat,secūdū cōem per Vsum.cō.opi.lib.1.concl. 84.licèt de hoc disputet Rmin.al. in Rub.inst.de don.nu.62.vbi sustinet non esse propriè contractum. MASVER.

iuris est verior, non obst. d. l. Aristo. in ver. denique. in qua se fundat Bar. quia respondet Bal. hic in 3. q. ꝙ in contractib. innominatis locus est pœnitentiæ, quando fiunt gratia vtriusque. Secus quando gratia alterius tantum, vt in d. ver. denique. gratia donatarij tantum. l. qui Romæ. §. Flauius. ff. de verb. obl. l. 2. C. si seruus extero. Alio modo respondet Imo. Raph. Co. & Lud. Ro. in d. l. in ædib. §. 1. ꝙ ideo in d. l. Aristo. ver. denique. non habet locum pœnitentia: eo quia res non erat integra. nam & in contractib. innominatis non habet locum pœnitentia, quando res desijt esse integra. l. si pecuniã. in prin. ff. de cõd. ob causam. ¶ Sed ista est falsa solutio, quia ex parte illius, ꝙ impleuit, ex cuius parte definit res esse integra, deberet esse locus pœnitẽtiæ, si esset contractus innominatus, licèt non ex parte alterius, vt habetur in d. l. si pecuniam. in prin. ¶ † Tu ergo tertiò respon. no. ꝙ illud, ꝙ dicitur, in contractib. innominatis habet locum pœnitẽtia, procedit in contractib. innominatis, qui sunt hincinde respectiui. Et ratio est, quia neutra pars põt conqueri, cùm vterque liberetur. Sed in contractu innominato non respectiuo non habet locum pœnitẽtia. glo. est no. in l. si fundum in gloss. 1. ĩ. cod. Imol. in l. hoc iure. §. si quis dederit. de don. quamuis Bar. in d. l. si cum fundum. aliter intelligat illam glo. Nam pactum nudum simplex est contractus innominatus respectiuus: certè ibi non habet locum pœnitẽtia: aliàs pactum non haberet effectum exceptionis, & retentionis, & compensationis l. etiam. ff. de compen. si haberet locum pœnitẽtia, & ita propriè cõtingit in d. l. Aristo. ver. denique. vbi ante quinquennium erat donatio simplex, & non respectiua: ideo cessat pœnitẽtia. Et istud est, ꝙ etiam in effectu voluit dicere Bal. hic, in 3. q. vt ſ. retuli. ¶ † In vlt. parte gl. no. multum istam partem, ex qua habes, ꝙ sola oblatio in contractib. innominatis non habet vim implementi: adeo ꝙ possit agi, sicut si verè fuisset impletum, imò obligatio non impedit, quin sit locus pœnitentiæ. & hanc gl. multum no. & sequuntur Doct. hic. & Cy. in l. siue apud acta. in vlt. q. C. de transac. vide tamen gl. quæ facit in cõtrarium in l. si tibi rem inspiciendam. §. fin. in versi. victori. in fi. de præs. ver. ¶ Limita istam no. conclu. gl. quatuor modis. Primò, vt procedat, quando factum esset promissum, quia factũ non potest impleri sola oblatione. Sed vbi promissa esset datio, tunc quamuis sola oblatio non sufficeret, vt hac gl. tamen si quis offerret, & solenniter consignaret, haberetur pro dato, & sic non esset locus pœnitentiæ l. 1. C. de rer. permu. & l. acceptam. C. de vsur. Ita no. limitat Alb. de Ro. hic in fin. Bal. in l. ex placito. in 13. q. C. de rer. permu. ¶ Secundò limita, nisi contractus innominatus ordinetur ad nominatum, vt si promittito vendere ob certam causam. Nam tunc regulatur secundum naturam illius contractus nominati, cui magis assimilatur. l. 1. §. si quis seruum. ff. depositi. tunc non habet locum pœnitentia, & tunc oblatio sufficit pro implemento. l. Labeo scribit. & l. cum ab eo. ff. de contrahen. emp. secundũ Bald. in l. quamuis. C. de transa. ¶ Tertiò limita, quando contractus innominatus tenderet ad liberandum. nam cùm non habeat locum pœnitentia. d. l. quamuis. certè oblatio haberet vim implementi, secundum Bald. hic, & in l. si cum fundum. ĩ. eo. per illum tex. quem ad hoc reputat sing. Facit l. si maior. C. de transac. ¶ Quartò, & vlt. limita, vt concl. gl. procedat quantum ad hoc, vt agi possit ad rem principalẽ promissam ꝙ oblatio non sufficeret, nec haberet vim implementi: sed bene sufficit quantũ ad hoc, vt agi possit ad pœnam promissam, cùm non stet per cum. ita no. limitat istam glo. Pau. de Cast. in l. si pacto quo pœnam. per illum text. C. eo.

Iason Paduæ.

S V M M A R I V M.

1 *Implementum causæ iniustæ non vestit contractum innominatum.*
2 *Promissio, quam quis facit de maleficio non faciendo sub pœna, valet.*
3 *Conditio possidentis est melior in pari causa turpitudinis.*

1 **§. Si ob maleficium.** † Implementũ causæ iniustæ non vestit contractum innominatum. h. d. ¶ In text. ibi promissum. s. nudo pacto, & tunc licet causa sequatur, tamen non vestitur pactum nudum. Et ratio est, quia iste debebat gratis à maleficio abstinere. Vnde si voluit præmium, fuit turpitudo à parte sua. l. idemque. §. 1. ff. de cond. ob tur. cau. & l. fin. vbi pulchrè
2 Bal. C. eo. † Si quis tamen promitteret non facere maleficium sub pœna, valeret promissio. ita no. Bal. in l. nõ impossibile, per illum tex. ĩ. eod. & vide omnino in materia, ꝙ notabiliter dicit Bal. in l. fin. C. de condi. ob tur. causam, per illum tex. ꝙ ciuitates, vel principes occupantes alienas terras, qui nolunt postea restituere nisi habita pecunia, turpiter accipiunt, & habitã pecuntam tenentur restituere, nec iuuantur propter capitula pacis: ex quo impressio est turpis. qđ vltimum bene not. ¶ Glo. in verb. nulla, diuiditur magistraliter in quatuor partes. In prima ponitur ratio dubitandi vnà cum ratione decidendi. In secunda, quæ est ibi, siue fuit promissio per stipulationem. glo. in effectu remouet vnum contrarium, per ꝙ limitatur regula huius tex. vt procedat in promissione facta pacto nudo. Secus si interuenisset stipulatio, quia tunc oriretur actio mero iure, licèt obstaret excepio. In 3. quæ est ibi. secus si vt fiat. glo. remouet aliud contrarium. In 4. quæ est ibi, sed quid de pignore. glo. format q. In 3. parte glo. dic, ꝙ ista glo. põt dupliciter intelligi, vt hic per Bar. & plenius Bar. & omnes in l. generaliter. ff. de ver.
3 obl. vbi videas. ¶ † In vltima parte no. istam gl. ſm Ang. & Mod. pro limitatione regulæ, quæ habet, ꝙ in pari causa turpitudinis melior est conditio possidentis, & solutum non repetitur. l. pen. ff. de cond. ob tur. cau. Ista regula procedit si translatum esset dominium. secus si dominium non fuisset translatum, vt in pignore, quia tunc reus conuenitur rei vendicatione, vt quilibet possessor. Idem tenet glo. in l. 2. in gl. fin. vbi dixi. ff. de condi. ob tur. cau. & in l. 2. C. eo.

S V M M A R I V M.

1 *Pactum nudum non producit obligationem efficacem. Limita vt nu. 4.*
2 *Iuramentum an vestiat pactum nudum.*
3 *Princeps si committeret causam alicui de veritate, & iustitia, intelligeretur de veritate, cui ius patrocinatur.*
5 *Pactum nudum de iure canon. producit actionem, & etiam in foro seculari. nu. 6. Limita vt nu. 7. 9. 10. vsque, & per totum nu. 26.*
8 *Obligationem naturalem contra alium non habet de iure canonico, qui non implet pro parte sua.*
12 *Compromissum si ita sit factum, quòd arbiter procedat secundum aquitatem, poterit arbitrari non obstante exceptione, quod pactum sit nudum.*
22 *Agi potest ex pacto nudo in ligis, & treugis.*
27 *Pactum nudum non dicitur contractus innominatus.*
28 *Promissio simpliciter facta in dubio præsumitur facta ex causa donationis.*
29 *L. si quis ex argentarijs, numquid habeat locum, quando in pacto nudo continetur factum.*
30 *Extensio ex identitate rationis est licita in correctorijs, quando ratio est expressa in lege corrigente.*
31 *Extensio ex identitate rationis est semper licita in limitatorijs.*
32 *Pactum nudum propriè est, quando aliquis promittit sine interrogatione.*
33 *Constitutum est contractus nominatus.*
34 *Fideiussio, cùm etiam sit contractus nominatus, & accessorius sicut constitutum, quare ex pacto nudo non producit actionem.*

§. Sed cum nulla. Cõuentio innominata nõ vestita implemento iustæ causæ remanet nuda: ideo non parit obligationem efficacẽ, & sic neq; actionem. sed si fiat ad liberandũ, bene parit excep. h. d. Et ideo dũ tex. dicit. non posse constitui obligationem, intelligę. s. efficacẽ cum productione actionis. & ita expone verbum
1 obligationẽ, ꝙ ĩ. sequitur. ¶ † Not. 1. in ver. igitur. regulã, ad ꝙ allegatur tota die iste tex. ꝙ pactũ nudũ non producit obligationẽ efficacẽ, & sic non parit actionẽ, sed bene exceptionem. Ratio huius regulæ colligitur subtiliter ex isto tex. hoc modo. Nam vbi non est causa, ibi non est causatũ. l. manumissionis. ff. de iusti. & iur. Sed actio est quoddã causatũ. l. licèt. §. ea obligatio. ff. de procu. ergo non põt sine cã oriri. sed pactũ nudũ dr, cui non subest cã, vt in prin. huius tex. ergo bene sequitur illa illatio, quæ ponitur in ver. igitur. Et ad hanc rationẽ adde Bal. in rub. extra eo. in 3. col. in fi. Et extende istã regulã etiã si debitor
2 suo iurõ confiteretur, & affirmaret nudũ pactũ. † Nã per hoc non teneretur soluere. Ita dicit Bal. in l. fi. in 2. col. C. de fideic. referens ita eleganter tenere Inn. in c. 1. ꝙ met. cau. An tũ iurã
3 vestiat pactũ nudum, dicã inferius in limitationib. ¶ † Scdò ampliationẽ huius regulæ, adde, ꝙ si princeps cõmitteret cã alicui de veritate & iustitia, intelligeretur de veritate, cui iusta patrocinatur. non autem, ꝙ ex pacto nudo agatur, ꝙa re vera ei non patrocinatur. Ita notabiliter Bal. in l. nemo. in vlt. no. per
4 illum tex. in fin. C. de sen. & interlo. omn. iud. ¶ † Ista regula limitatur sex modis in gl. vbi dicetur vltra alias limitationes Li-
a mita istam regulam procedere de iure ciuili. a Secus est de iure canon. c. 1. & c. 3. extra eo. gl. & Arch. in c. quocũq; suffragio 12. q. 2. & glo. & Arch. in cap. iuramenti. 22. q. 5. & glo. 2. in cap.
* 1. 21. q. 1. *Et ita communiter tenent* Can. in d. c. 1. extra eod. d. Anto. & Imol. in c. per tuas. de arb. Bald. in l. legitima. in 2. columna. supra

A D D I T I O.

a ¶ De iure ciuili. Adde Alex. lib. 2. conſ. 16. incip. viſo dicto themate. 1. dubio.

PVRPV.

ſupra eod.& in l.petens.C.eod.Ang.in l.ſi certis annis.in 3.col. C.eo.Lud.Ro.in l.2.§.ex his.in vlt. colum.ff.de verb.obl.¶ Pro iſta communi ſententia tria faciunt.Primò, quia inter ſimplicem loquelam, & iuramentum ius canonicum non conſtituit differentia m.c.iuramenti.22.q.5.Secundò,quia pactum nudum fomentatur à iure Can. d.c.1. & 3. extra eo.ergo eſt legitima conuentio,ergo debet actionem producere l. legitima. §.eo.Tertiò facit, q̃ in foro canonico proceditur de æquitate. c.dilecti.de iud.& vbicunque proceditur de æquitate,pactum nudum producit actionem,vt dicã.ĩ. in ſeq.limitatione. Hinc ex iſta concluſione infert no.Io. de Imo.in c.quintauallis.in 19. differentia.de iureiu.ſequitur d. Alex.in l.1. in 6.col.ff. de leg.2. q̃ licèt de iure ciuili compromiſſum factum pacto nudo ſine adiectione pœnæ nihil valeat, quia laudum eſſet eluſorium.l. non diſtinguemus.§. 1.ff.de arbi.tñ de iure canoni. valet, cùm
a ex pacto nudo a oriatur actio,& ita de iure cano.derogatur il-
* li l.non diſtinguemus. §. 1. licèt *iſta ſit communis opi.* qđ pactum nudum de iure cano. producat actionem, contrarium tamen tenuit Sal.in l.legem.in 7.q.poſt patruum ſuum.C.eod. quem refert,& ſequitur Ang.de Are. in §.in perſonam. in pen.& vlt. col.Inſti.de act.cùm tex.in d.c.1.dicat, ſuam obtineat firmitatem:ergo apparet,q̃ Papa ibi nihil de nouo ſtatuit,& quia non debet induci differentia inter ius canonicum, & ius ciuile.nec per ſubauditos intellectus debet induci correctio iuris ciuilis, vt dicit glo.in c. cupientes.§. q̃ ſi per 20.de elc.in 6. Tu confirma,quia licèt tex.in d.c.1.dicat, pacta cuſtodiantur,per hoc tñ non ſequitur,q̃ ex pacto nudo oriatur actio.Nam etiam prætor in edicto de pactis dicebat, q̃ pacta debeant ſeruari: & tñ non vult, q̃ oriatur actio.§ prætor ait. vbi Bart.dubitat ĩ.ea.l. Imò plus text.in l.pen.C.eod.apponit dictum præciſum,q̃ pacta omnino ſeruentur,& tamen non oritur actio. Tñ Bar.in d. §.prætor ait.multum dubitat, quia imò illa verba pacta ſeruabo,important,q̃ oriatur actio,per regulam l. ſtatuas.ff.de acq. rer.dom. & dicit,q̃ non vidit vnquam ſolutionẽ, ſed oportet præſupponere,q̃ erãt alia verba in edicto prætoris,ex quib.apparebat,q̃ pacta nuda non producebant actionem, quæ verba non ſunt in illo c.1.Magis facit tex.in c.3.extra eo. Sed ſimpliciter reſpondetur ad illum tex.Primò,q̃ intelligatur in promiſſione facta per ſtipulationem.Secundò, & melius,q̃ intelligatur de promiſſione facta pijs locis.Tertiò,& adhuc melius, q̃ tex in ver.operę impleantur.nõ intelligatur per viam actionis,quia corrigeretur ius, ſed intelligatur per viam denunciationis euangelicæ, vt ĩ. dicetur. ¶ † Tenendo tñ communem concluſionẽ, q̃ pactum nudum de iure canonico producat actionem, amplia, vt procedat non ſolùm in pacto nudo:ſed etiam (q̃ fortius)in ſimplici pollicitatione. Ita tenet d.Ant.de Butr.in c.ex parte.in vlt.col.de cenſi.Motus quia ſicut ex voto, quis obligatur,& compellitur per eccleſiam, vt ibi: ita etiã ex ſimplici pollicitatione ad ſimilitudinem voti. Idem tenet d. Abb.in d.c.3.extra eo.per illũ tex.in ver.promittuntur. q̃ ipſe generaliter intelligit,vt loquatur etiam de ſimplici pollicitatione. Et per hoc poterat allegare text. in l.ſciendum.§.dictum. ff. de ædil. edic. Puto in hoc contrarium, prout tenet ſimpliciter do.Abb.in c.cum inter vniuerſas.circa fin.de ele.Moueor,quia ſpeciale eſt in pollicitatione facta Deo,vel reipublicę, vt ex ea agi poſſit.gl.in c.ſcimus.in gl.1. 12.q.1. Item ſpeciale eſt in pijs cauſis,ſm Bal.& Bar.in l.illud C.de ſacroſan.eccl.Io.An.in addi.Spec.in tit.de ceſſ.actio. do.Abb. in c.ex parte.de cenſi Imo. in c.1.de conſue.ergo in contrarium eſt ius commune.¶ Tertiò moueor,quia dictum c.1.eſt correctorium iuris ciuilis: ergo non debet extendi: præſertim ad caſum habentem minorẽ
6 rationem,vt eſt ad pollicitationem,iuribus vulgatis.¶ † Secũdò extende ad pactum nudum, q̃ producat actionem non ſolùm in foro canonico,ſed etiam in foro ſeculari,in omnib.terris ſubiectis eccleſiæ,ſm Imo.in cap.quæ in eccleſiarum.in 23. col.de conſti. Bal. in Auth. ad hæc.in 4.col. C.de vſu.vbi dicit, q̃ iſtud procedit non ſolùm in clericis, ſed etiam in laicis ſubiectis eccleſiæ quo ad temporalem iuriſdi. ¶ Tertiò adde, q̃ dicit do.Ant.de Butr. in c. 1.in prin. de proba. quod coram eccleſiaſtico poteſt laicus agere pacto nudo. ¶ Quartò adde, q̃ iſtud in tantum eſt verum,q̃ non valeret ſtatutum diſponens, q̃ ex pacto nudo agi non poſſit.Ita tenet do. Abb. in c. dilecti.
7 in 3. col. de iudicijs. † Limita iſtam communem concluſionẽ iuris canonici procedere in pacto nudo non reſpectiuo: ſecus eſt in pactis nudis reſpectiuis: nam in contractib. innominatis ante implementum non orit actio l. ex placito. C. de rer. per-
8 mu. † Adde, quòd iure Cano. qui non implet pro parte ſua, non habet etiam obligationem naturalem contra alium. Ita tenet Bald.in l.cum quis.C.de iur.& fac. ign.in 9.col. in ver.vlterius etiam poſſint poni exempla. Refert, & ſequitur Ang.de Are.in §.in perſonam.in pen.col.Inſtit.de act. Idem tenet not. Bald.in l. ſiue apud acta. in 2.col. C. de tranſa. vbi dicit, quòd omnia iura ciuilia loquentia de contractib innomi. habent locum etiam de iure Cano. Vnde contractus innominatus non parit actionem,etiam de iure Can.niſi poſt implementum.al-
9 legat nota.in c. cum inter R.ſeniorem.de ele. † Secundò limimita non procedere,quando pactum eſſet nudum,& à verbis, & à cauſa: tunc etiam de iure Can. non produceret actionem: puta ſi pacto nudo promitterem tibi 10. ſine cauſa, quia non plus valet pactum de iure Can. quàm ſtipulatio de iure ciuili. Sed ſtipulatio ſine cauſa de iure ciuili non valet in effectu:quia obſtat exce.do.l.2.§,circa.cum glo.ff. de excep.doli. Ita limitat Bald.in l.ſi diuiſione. ad fin. C.fami.ercis. & in l. cum quis. in 9. col.C.de iur.& fac.ign.& in l. petens.ad fin. ſecundum aliquas
10 lect.C.eo.¶ † Tertio nouiter limita,niſi pactum nudum fuiſſet initum dolo, vel metu: quia tunc non produceret actionem,etiam de iure Cano.nec tunc haberet locum c.1. cũ ſim. extra eod. quia vbicunque pactum nudum de iure ciuili producit actionem:iuxta l.legitima.ſ.eod. & in caſibus hic enumeratis in glo.certè ſi fiat dolo, vel metu eſt ipſo iure nullum, & ſic actionem non producit: quamuis ſi eſſet veſtitum ſtipulatione valeret,ſed obſtaret exceptio vel doli, vel metus,tex.eſt ſing.ſecundum intellectum Bar.ibi in l.ſi mulier.§.ſi dos metu. ff. q̃ met. cau. Fortius ergo idem debet eſſe vbicunque ius canonicum diſponit,q̃ ex pacto nudo oriatur actio,cùm ius canonicum nitatur maiori æquitate,quàm ius ciuile.c.dilecti.de iud.Patet,quia contractus,qui aliàs de iure Can. firmaretur iuramento contra diſpoſitionem iuris ciuilis, tamen vbi interuenerit dolus,vel metus,non firmatur.c. cum contingat.de iureiur.cap.licèt mulieres. eod.tit.in 6.cap.quamuis. de pac.in 6. Et ſic habes expeditam primam principalem limitationem ad re
11 gulam huius text.¶ † Secundò fallit in curia mercatorum, &
b vbicunque proceditur de bono,& æquo, b ita notabiliter Bar. in l.quintus per illum tex.& in l.ſi fideiuſſor.§.quędam.ff.mãd. Bal.& Sal.in l.ſi pro ea.C.manda.Bal.in l.2.de conſti. pec.Sal.in l.placuit.C.de iud. quamuis contrarium, & malè teneat Lud. Rom.in l.ſi filiusfa.in princip.ff.de dona.Adde,quòd dicit Bal. in cap.ſi pro debilitate. de offi. deleg. quod bona fides requiritur in his, qui plurimum negotiantur, & in his non differt pactum nudum à ſtipulatione, per l. 1. ff. de conſt.pecu.& §.argen. cum gloſ. in Auth. de fideiuſ. ¶ Secundò adde,quòd dicit idem Bald. in cap. 1.in pen. colum. extra eod. de pac.quòd ex pacto nudo agunt mercatores, & nummularij inter ſe, vt di-
12 cit notari in d.§.pe. in Auth.de fideiuſ.¶ † Tertiò adde quòd ſi in compromiſſo dicatur, quòd arbiter procedat ſecundum æquitatem, poterit arbitrari non obſtante exceptione, quòd pactum fuerit nudum.Ratio,quia æquum eſt pacta ſeruari, licèt ſtipulatione vallata non ſint l.1. in princ. ſupra eod. Ita te-
13 net Lud. Rom. in rub. ff.de arbi. in 2. colum.¶ † Tertiò limita, quòd quamuis ex pacto nudo non poſſit agi: tamen verecundia eſt denegare promiſſum pacto nudo. Ita Bartol. in l. quintus, per illum text.ff.mand. & erit magni effectus, quia ſicut non poteſt imputari fideiuſſori,quando ſoluit illud, quod principalis per verecundiam negare non poterat, ita Bartol.in l.ſi pecuniæ.per illum text. in fin.ff.de adi.leg. & in l.fideiuſſor. in fin.de fideiuſſ.Sal. in l.placuit.C. de iud.Ita nec quo ad iſtud.
14 ¶ † Quartò limita, q̃ quamuis ex pacto nudo c agi non poſ-
c ſit de iure ciuili:tñ poteſt peti executio per viam denunciationis euangelicæ etiam in foro ciuili,ſm d.Ant. & Imo.in c.quæ in eccleſiarum.de conſt.per no.in c.nouit. de iud. tenet Bart.in extrauag ad repri.in ver. per denunciationem, & ibi ponit practicam, & formulam huius denunciationis. Bal. not. in Auth. ad hæc.in 4.col.C.de vſu. Ita poteſt intelligi.c. 1. & 3. extra eo.
15 ¶ † Quintò attento iure gentium quo pactum nudum erat efficax,vt manu regia mandaretur executioni, iuxta l. 2. in prin. ff. de ori. iur. vnde ſi adiretur Imperator, vel Princeps non recognoſcens ſuperiorem,qui locum Imperatoris obtinet, peccaret mortaliter, niſi faceret obſeruari deductum in pacto nudo. Ita tenet dom. Anto. de Butr. in captu. quæ eccleſiarum.

ADDITIONES.

a ¶Ex pacto nudo. Adde Bar.in extraua.ad reprimen.Ang.in repe.l. ſi certis annis.C.de pac.Arch.in c.ſunt nonnulli.1.q.1.Doct.in c.1 de pac.

† Et quod non producat actionem,ſed exceptionem,communem dicit Viu.cõ. opi.lib.1.ver.pactum.vbi ponit amplia. & limit. Suarez ver. pactum. vbi qđ iure cano. actionem parit, ſecus iure ciuili, tametſi etiam eo iure actionẽ gignat,ſi fuerit geminatum.teſte Alc.in Rub.nu. 14.ff.de verb.obl.qua in re, laudatur Oſaſſententia Deciſ.2.poſt nu.4.ex pacto nudo poſſe efficatius agi virtute clauſulæ ſolæ facti. &c. MASVER.

b ¶Bono,& æquo. Ita generaliter, vbi proceditur ſecundum æquitatem. Alex. lib.3.conſ.41.vel 42.incip.viſo puncto.col.2.ver.& per hoc. PVRPV.

c ¶Ex pacto nudo.Bella.& Io. de Fantu.in c.ſi peccauerit.2.q.3.

a siarum.de consti.d.Alex. hic reprehendens Imo. [a] ibi aliter te-
16 nentem.¶ † Sextò limita, qñ pactum nudum esset geminatũ:
quia secundum induceret constitutum, ex quo agi potest.l.1.
§.debitum.ff.de consti.pec. ſm Bal.& Ang. in l.fin. per illum
tex.C.ad leg.Fal.vbi per illum text.tenent, ꝙ obligatio natura-
lis geminata est efficax.Can.post Bal. in c. per tuas.de arb.& in
c.cum contingat.de iureiu.Alb.in §.quinimo.in 7.col.ad fin. j.
ea.l.Pau.de Cast.in l.1.in prin.ff.de const.pe.Raph.Com.in rub.
ff.de ver.ob.d.Math.in no.36. Lud.Ro. in l.si verò.§.de viro.ff.
fol.mat.in 30.fal.d.Alex.hic.& in l.legem.C.eo.Facit bene,quia
confessio extraiudicialis censetur pactum nudum.l.tale pactũ.
in prin.j.eod. Et sic ex ea non oritur actio.l. Publia.§. fin. ff.de-
posi.Tamen si cõfessio extraiudicialis sit geminata, habet vim
iudicialis,vt tenet Bart.in l.cum scimus.in fin. C.de agr.& cen-
si.lib.11.Et ꝙ ex ea oriatur actio, tenet d.Abb.in c. si cautio.de
fid.instr.Pau. de Cast.in d. l.Publia.§. fin.Lud. Ro.in l.nuda ra-
tio,in 1,col.ff.de iureiu.& in l.sed & si possessori.in prin.ff. de iu-
reiu.¶Ego in contrariũ soleo ponderare text. in l.si pacto quo
pœnam.vbi latè dixi.C.eod. & text.in l.si veritas.C de fideic.Et
considera,si in contrarium facit illud,ꝙ dicit Bar.hic super vlt.
parte gl.fin.dum dicit,ꝙ constitutum producit actionem,quia
est contractus nominatus,& legitima cõuentio, & ibi dicam.
17 ¶ † Septimò limita, qñ in pacto nudo deducitur illud, ad
ꝙ quis tenebatur ex dispositione legis, quia tunc ex illo pacto
tanquam l. fomentato,oritur actio.Ita colligitur ex glo.in l.le-
gitima.circa prin.& ibi clarius not. Bart. Ang.& Mod. vbi dixi
18 de hoc s̃.eo.¶ † Octauò notabiliter limita,vbicunque ex inob-
seruantia pacti aliquis pateretur damnum, tunc sibi competit
actio de dolo.text. est no.in l.eleganter.§. seruus pactionis.ff.de
b dolo. [b] & ibi Bar. & Bal. ad hoc not. & dicunt ita limitari totã
materiam pactorum. Idem tenet Bal.in l.cum mora. in 3.col.
C.de transa.Ang.in cons.1.ad fin.d.Alex.hic, & in l.si conuene-
rit.in 2. col.s̃.de iur. omn.iud. & in cons.45.incip. viso puncto.
& his,quæ narrantur in eo.in 2.col.Facit bene, ꝙ dicit Arch.in
c.quocunque suffragio. in fin. 12. q. 2. ꝙ licèt apud Catalanos
non detur actio ex promisso, tñ Catalanus qui detinet viato-
rem variis promissionib. & inutilib. inuitationib. tenetur ei de
dolo.allegat ita dicere Vincentium Hispanum in prooe. decre
ti,quem etiam ibi refert Ioan.An.super ver. fratrẽ Ray.d.Abb.
19 in c.cum inter vniuersas.in vlt.col.de ele.¶ † Nono limita, qñ
pactum nudum fieret in iudicio, tunc produceret actionem
quasi fomentatũ calore iudicij. ita per plura tenet Lud. Ro.
& d.Alex.& d.Fran.de Are.in l.1.in prin.ff.de verb.obl. & maxi
mè per tex.in l.cum ostendimus.§.fin.ff.de fideiuss.tuto.& Bart.
in l.tale pactum.§.qui prouocauit.in vlt.col.j.eo.per illum tex.
ſm intellectum ipsius Bar.& ibidem plenius Pau. de Cast.quã-
c uis contrariũ [c] ibi teneat Bal. in illo.§.qui prouocauit. per text.
in l.siue apud acta. circa prin.C.de transa. Bene facit l. omnes.
§.in hac.C.de Epi.& cle.& l.ne in arbitris.C.de arb.& vide Ale.
20 in rub.ff.de verbo.obl.in 2.col.¶ † Decimo fallit,qñ adesset sta
tutum, ꝙ instrumenta guarentigionata haberent executionẽ
paratam:tunc si ibi adesset pactum,produceret actionem,tan-
quam vestitum statuto propter instr̃m,ſm Bal. in l.2.ad fin.C.
de exec.rei iud.cum concor.quas dedi in l.vlt.s̃.eo.vbi istud la-
21 tè impugnaui. ¶ † Vndecimo fallit, qñ aliquid promiteretur
pacto nudo: deinde postea subijceretur iurm:tunc produceret
actionem.per l.si quis maior.C.de transa.licet aliàs ex iuro sim
plici de præstando aliquid in futurum,non oriatur actio de iu
re ciuili:nisi in liberto l.vt iusiurãdi in prin. & ibi Bar. ff.de ope.
lib.cum si.Ita tenet(sub dubio fortè)d.Mathesi. in no.11.incip.
d Nota regulam, [d] de quo per Sal.in l.legem.C. eo.per Lud.Ro.
qui contrarium tenet in l.1.in prin.ff.de verb. obl. per d.Ant.in
22 c.cum contingat.de iureiu.dixi in d.l.si quis maior.¶ † Duode
cimò fallit quantum ad conscientiam, vbi non differt pactum
nudum à solenni,ſm Bald.in rub.extra eod. in fin.& in c.1.in 2.
col.eo.tit.de quo vide per do.Abb. in c literarum. per illũ text.
23 de voto.& ꝙ no.idẽ d. Abb.in c.sicut.secundò,de iureiu.¶ † De
cimotertiò fallit in ligis,& treugis, vbi põt agi ex pacto nudo:
eo quia pacta publica non egent fomento verborum l.conuẽ-
tionum.s̃.eo. Ita tenet Bal.in c. 1.in vlt. col. ante fin.extra eod.
24 ¶ † Decimoquarto fallit in pacto, ꝙ vasallus seruiat dño ex-
pensis dñi:quia etiam si sit nudum, nascitur vtilis actio, ne fi-
des careat remuneratione.tex.est ad hoc vnicus in l.inter soce-
rum.§.conuenit. ff.de pac.dota. ſm Bald. in c. si cautio. in vlt.
25 col.de fi.instr.¶ † Decimoquintò limita, ꝙ licèt naturalis ob-
ligatio ex pacto nudo non possit intentari contra aliũ, vt hoc
tex. tñ negotiorũ gestor debet eam intentare contra seipsum,
& à seipso exigere debitum naturaliter tñ: sicut si esset debitũ
efficax. Tex.est in l. at qui natura, in prin.ff. de neg.gest.per quẽ
26 tex.ita not.Bal. in l.cum actum. in 5.no.eod. tit.¶ † Decimo-
sexto,& vltimò limita,quando pactum nudum fit sub condi-
tione,quia si conditio eueniat,habetur pro implemento, & fa
cit,ꝙ ex pacto nudo possit agi.Ita tenet Ang. in l. cum ad præ-
sens.per illum tex.ff.si cer.pet.& in l.si mora.j.eo. Bal. in l.quo-
niam.C.de re.permu.Tene contrarium, prout tenet Bald.in c.
cum inter.P.in pen. col.de renun. & in c. cum Io. ad fin.de fi-
de instr.& in Anth.cui relictum,in pen.col.in 8.no. C.de indic.
vidui.tol.quia aliàs resultarent duo specialia contra regulam l.
1.in fin.cum glo.C. de do.promis.Primò enim implementum
conditionis habetur pro causa. l.à Titio.ff.de verb.obl. Itẽ etiã
faceret ex pacto nudo oriri actionem. Nec obst.d.l.cũ ad præ-
sens. quia non loquitur ex pacto nudo, sed in stipulatione, vt
clarè patet ibi in text.in ver.stipul. Nec obst.verbum,spondes,
ibi positum: quia pp præcedentia necessario intelligitur de sti-
27 pula.argu.l.si seruus plurium.§.fin.ff.de leg.1. † Sedo principa-
liter not. in ver. igitur nusta, iunctis præcedentibus non cauil-
lan.literam,vt facit gl. hic esse tex.ꝙ pactum nudum non dici-
tur ℈ctus innominatus,& ad hoc allegatur gl. pro singulari in
l.1.in prin.in gl.mag.in fin.ff. de actio.& obli.tñ illa glo. solum
dicit,ꝙ omne pactũ est ℈ctus, & ita eam alleg. & sequitur Bal.
in rub.C.eo.& non dicit illa gl.ꝙ sit innominatus.Illã gl.etiam
pro singulari no.Bal.in c.quintauallis.in 2.col. de iureiu.vbi di-
cit,ꝙ illa gl.debet intelligi in pacto vestito: eo quia pactum nu
dum non est ℈ctus,vel impropriè dr̃ ℈ctus,quia non habet le-
gis adminiculum.l.fideiussor obligari.§.fideiussor ff.de fideiuss.
Item Bal.in l.lecta.in 3.col. ff.si cer. pet.quærit,an pactũ de per
se sit ℈ctus innominatus,& refert.glo.in d.l.2.dicere, ꝙ sic.Sed
ipse dicit, ꝙ imò videtur dicendum, ꝙ non sit propriè ℈ctus,
nisi qñ habita relatione pacti ad ℈ctum resultat ℈ctus innomi
natus.Finaliter tenet,ꝙ indistinctè dr̃ ℈ctus,cùm ex eo oriatur
obligatio,saltem naturalis,vt ibi plenius per eum.¶Tu aduer-
te,si quæratur an pactum nudum sit ℈ctus propriè, & respon-
deo,ꝙ non: quia non est vltro citroque obligatoris l. Labeo.§.
℈ctus.ff.de verb.sig. sic nec stipulatio proprie dicitur ℈ctus ea-
dem ratione,vt dixi in l.1.s̃.eod. Si posteà quæratur, an pactũ
nudum sit ℈ctus innominatus,& respondeo,ꝙ sic,ex diffinitio
ne, q̃ ponit Bart.in ver. igitur in hoc.§. ꝙ pactum est, ꝙ stat in
puris finib.conuentionis in genere,& non transit in speciem ali
cuius ℈ctus nominati:patet ergo, ꝙ pactum est ℈ctus innomi
natus, ex quo non habet speciale nomen ℈ctus.¶Sedò mo-
ueor, quia ex pacto semper oritur actio præscriptis verbis in
casib.in quib.est efficax ad agentum: etiam si resultet ℈ctus in
nominatus habita relatione pacti ad ℈ctum. Ita dicunt Bart.
* *& communiter Docti* in §.quinimo.in 1. col.j.eo. vbi dicetur, per
tex.in l.in bonę fidei.C.eo.sed actio præscriptis verbis oritur ex
℈ctibus innominatis.l.quoties.cum gl.ff.de præsc.ver.Conclu-
e do ergo,ꝙ pactũ nudũ [e] est ℈ctus innominatus,sed non respe-
ctimus,& sic non est de illis quatuor, qui ponuntur in l.natura-
lis.j.de præscriptis verbis:prout declaraui.s̃. in prin.huius legis.
¶Capio gl.in ver.cã,quæ est satis obscura. Ideo pro eius introi
to oppono ℈ tex. ꝙ impossibile sit reperiri conuentionem si-
ne causa:quia quando non apparet, ex qua causa sit facta pro-
missio,in dubio censetur facta ex causa donationis.l. Campa-
nus.in fin.ff.de ope.lib.glo.& Bart.in l.2.§.circa. cũ sim.ff.de ex-
ce.doli. In glo. ponuntur in effectu duæ sol. quòd contrarium
procedit in pacto nudo simplici, sed hic erat pactum nudum
respectiuum factum ob causam donationis, vel alterius facti
de futuro:tñ quia non fuerat per te impleta,tex.dicit,ꝙ est cõ-
uentio nuda,ideo actionem non parit.& istam tenet glo.& põt
stare. Secunda est responsio Marti. ꝙ hic promissio erat facta
per errorẽ. Vnde etiam si stipulatio interuenisset,non oriretur
actio,vt procederet iste.§.vnde cùm hic promissio sit facta per
errorem,non põt præsumi facta ex causa donationis. Ista opi-
* nio est falsa, *& communiter reprehenditur* per l. ex placito.C.de re.
permu.& quia tunc oriretur actio, licèt obstaret exceptio d.l.
2.§.circa.& Mod.in l.à Titio. ff.de verb.obl. cuius contrarium
dicitur hic.¶Vltra glo.Gul.de Cun.aliter dicit,quòd etiam de
to pro vero, quòd ista promissio censeretur facta ex causa do
nationis,& hodie ex pacto nudo donationis oriatur actio, ad-
huc hodie procederet iste. §. qñ in tali pacto nudo continere-
tur purũ factũ, quia isto casu non habet locũ d.l. si quis arger.

quæ

ADDITIONES.

a ¶Imo.Idẽ Imol.non loquitur in his terminis,vt dixi.in l.legẽ.C.eod. PVRPV.
b ¶De dolo. Alex. lib.3. conf. 41. incip. viso puncto. colum.2.ver. & per hoc. PVRPV.
c ¶Et bene secundum communem per Alex.Soci.sen.Ias.& alios in l.1.in pri. de ver.obli.vbi etiam Soc.iun. nu.35. dicit hanc communem.& nu.38.cum confirmat Iaço.Nig.in Rep.d.l.1.nu.96. vbi dicit ita tenere Imo.Aret.Socin. Seisell. & Senen. in rub. eo. tit. & Monferrat.in l.1.2. lect.Ias.in l. siue apud acta.nu.9.C.de transac.vbi quòd non vestitur calore iudicij. MASVER.
d ¶Regulã.Corneus lib.primo cons.235.incip.de pluribus.col.5. PVRPV.
e ¶Nudum.Adde Bar.in l.ex causa.ff.si cert.pet.

quæ ſolũ ꝓcedit,qñ nudo pacto promittitur res, vel ḡtitas.ſecus,qñ merum factum, per duo fundamenta, vt hic per Bart. Pro habenda veritate duo excutienda ſunt. Primò videndum eſt de ſolutione prædictæ difficultatis. Scdò videndum eſt, an d.l.ſi quis argentum. habeat locum etiam, qñ in promiſſione
28 nuda deducitur purum factum.† Circa primũ, ḡtum ad opp. ⁊.factam rñdeo trib.mod. Primò,qꝺ præſuppoſitũ Gul.& Bart. eſt falſum, dum dicit, qꝺ promiſſio ſimpliciter facta in dubio præſumitur facta ex cã donationis: prout plenius tenuit Bart. poſt gl.in d.l.2.§.circa.per tex.fm eũ clarum in l.hoc iure.ff.de don.per l.Cãpanus.in fi.præalle. Tene ⁊rium, qꝺ imò in dubio potius præſumitur per errorem, vel ex cauſa fatuitatis, quàm donationis,& hoc modo ceſſabit obiectum. Ita tenet gl. ord. in l.gñaliter.in ver.cãm.& ibi Bal.in 426.op.& ibidem Ang. & Sal.C.de non nu.pe.& dicit ibi Ang.ſe ſæpius ita cõſuluiſſe.Idẽ tenent Imo.& Mod.hic,& in l.à Titio.ff.de verb.ob.Io.And.in addi.Spec.in tit.de confeſ. §. nunc videndũ, ſuper ver.quæ eſt ratio.d.Ant.Im.& Abb.in c.ſi cautio.de fid.inſt.Pa.de Ca.in l.ſi diuortio.ff.de ver.obl.Lud.Ro.in l.gñaliter.c.tit.d. Alex.in ⁊ſil. 13.inci.ex his, quæ in themate narrata ſunt,difficultas reducitur in 1.vol. Facit bene text.in l.4.§. fi. & ibi ſubtiliter ponderat Bal.⁊.ſi quis cautio. Nec aliquid facit.d.l hoc iure.in qua ſe fundat Bart.quia loquitur,qñ expreſsè conſtabat,qꝺ promiſſio fiebat animo donandi. Sed dubitabatur, qua cã mouebatur ad donandũ. Nõ obſtat etiam.d.l.Cãpanus, quia expreſsè loquit, qñ ⁊ſtabat,qꝺ quis ex certa ſcĩa promittebat, ſciens ſe non teneri, quo caſu bene vĩ animo donandi promittere,ſed in dubio aliud eſſet,prout eſt in materia nr̃a. Scdo rñde,retento pro vero, qꝺ ꝓmiſſio in dubio cenſeatur facta animo donandi,qꝺ procedit,qñ illa promiſſio fit per ſolennem ſtipulationẽ, ſecus qñ pacto nudo, ne detur concurſus duorũ ſpãlium, fm Ray. Bal.Ang.Pa.de Caſt.& Mod.hic,Bal.in l.ſi chirographis.§.fi.C. ſi cer.pe. Sal.in l.creditori.in 5.q.C.co.Pa.de Ca.in l. quæ doris. ff.ſol.ma.d.Abb.in d. c. ſi cautio d. Alex.in d. conſil.13. Tertiò rñde, præſuppoſito etiam pro vero, qꝺ in ꝓmiſſione ſimplici præſumatur cauſa donationis, adhuc non obſtat ⁊rium, quia d.l. ſi quis arg. habet locum in donatione vera, & non in præſumpta,ne duo ſpecialia concurrant, qꝺ præſumatur donatio, & qꝺ pactum nudum producat actionem,⁊ gl.in l.1. in fi.C.de do.promiſ.cum ſi.Ita tenet Bar.in §.quinimo.in vlt.col. vbi lae
29 tẽ dicam.⁊.co. ¶† Circa fm,nunquid d.l. ſi quis arg. habet locũ,qñ in pacto nudo continetur factum. Gul. & Ray.& Bar.tenent, qꝺ non per duo fundamenta, de quib. hic per eos. Idem, & plenius tenet Alb.de Ro.in §.quinimo.in 3.col. & ibi Bar.in vlt.col.⁊.co. Bar.in l.ſi vnus in §.item pactus.⁊.co. Bal. in l.cum virum.C.de fideic. Ang.in rep.l.ſi certis annis.in 2. col. C.co. & in d.l.ſi quis argen. §.ſed & ſi quis. & ⁊.ea.l.in prin.in vlt. col. d. Ant.& Imo.in c. qualiter. extra eo. Contrariũ, & melius tenet Bal.hic allegans gl. ordinariam,iuncto text.in l. ſi cum mihi. ff. de dolo. q̃ ibi ſimpliciter ſequitur Bart. idem tenet Bal.in l. pacta,quæ ⁊.C.eo. Idem tenet Raph.Fulg.hic, qui audacter,& intrepidè dicit eſſe ita tenendum ⁊ Bar.alleg.glo.in l.permiſiſti.§. fi.de præſcr.ver. Idem tenet Pau.de Caſt. & Floria.hic. Sal. in l. legẽ.in 6.q.C.eo.& latè Ang.de Are.in §.in perſonã in 8. col. & ſeq. Inſti.de ac. Ego iſtã partẽ teneo, & vtor fundamento Bar. ⁊cum. Nam præſuppoſito, qꝺ d.l. ſi quis argen. eſſet correcto-
30 riatñ† in correctorijs, [a] qñ rõ eſt expreſſa in l.corrigente, licita eſt extenſio ex identitate rõnis. l. his ſolis. in ver. ſatis tacitè cautum putamus C.de reuo.dona. Bald. & alij in Auth. quas. actiones.C.de ſacroſ.eccl.cum ſi.quæ ibi dixi. Sed in d.l. ſi quis argen.ponitur ratio in ver.cum.n.in arbitro. Et iſta ratio militat etam qñ in pacto promittitur factũ, igitur, &c. Iſtud fundũ fortius militat,quia d.l.ſi quis argẽ.nõ eſt correctoria: cùm non corrigat regulã huius §.ſed eſt mñ limitatoria,quia limitat
31 vno caſu.f.in pacto nudo donationis.† Sed in limitatorijs licita eſt ſemꝑ extenſio ex identitate rõnis: vt eſt text.in c.cũ dilecta.§.nos igitur.de confir.vti.vel inuti.& ibi ad hoc not.d.Abb. & bo.tex.in c.poſt translationem. in ver. quamq̃.& ibi ad hoc Bal.de renun. ¶ Tertiò facit text. in d.l. ſi quis argen.in ver. tradere.Nã obligatus ad tradẽdũ,dr̃ obligatus ad factum.l. ſi rem tradi.ff.de ver.obl. Ad idem facit tex.in §.perficiuntur. Inſtit.de don.quẽ etiã alle.Ful.hic,vbi donatio ꝑ d.l. ſi quis argen. æquiparatur venditioni. venditor autem non tenetur ad dandũ,ſed ad tradendum,& ſic ad factum, vt prædixi. Non ob.fundamẽtum Bartol. quòd obligationes dandi ſunt præcisè,ſed non obligationes faciendi. Aduerte, ſi conſideras iſtas obligationes in natiuitate,ita eſt præciſa vna,ſicut alia. Vnde verum eſt, quòd poſtea in executione,qui promiſit factum,poteſt ſoluendo intereſſe liberari.l. ſtipulationes non diuiduntur. in verſi. Celſus. ff.de verbor. oblig. Sed hic agitur de natiuitate actionis, non de executione. Teneas ergo indiſtinctè, qꝺ d.l. ſi quis argen. habeat locum etiam in pacto nudo continente factum ex cauſa donationis: & iſtud plus placet, quàm concordia Imol.& Lud.in l.in ædibus.§.1.ff.de dona.quæ ante eos fuit Bal. in l.ex placito.in 9.q C. de rer. permu. & ſequitur etiam d.Alex. hic, qui dicunt,qꝺ aut in donatione deducitur factum merum:puta ex cauſa donationis promitto nudo pacto ire pro te Romam:& tunc non habet locũ.d.l.ſi quis argẽ.ita loquatur opinio Gul. & Bart. Aut in donatione non deducitur merum factum,ſed aliquid,qꝺ habet vim traditionis:puta, promitto pacto nudo, ex cauſa donationis, qꝺ poſſis eximere certam cretã ex fundo meo, & ſic eſt perinde,ac ſi donarem tibi cretã,& tunc ex illo pacto oritur actio,vel condictio ex lege:ita loquitur gl.in d.l ſi cum mihi.& in d. l. permiſiſti. Pro prima tñ opinio.potes allegare ⁊,vbi factum promittitur,ibi non eſt ꝓpriè donatio, quia non eſt ibi doni datio, arguendo negatiuè. l. Senatus.§.donatio.ff.de do.cau.mor. & d. l. ſi quis argen. dẽt intelligi in donatione vera, & non impropria: tñ potes rñdere, qꝺ ex quo ratio eſt ibi expreſſa in tex.ceſſat obiectum. Et tenẽdo opi.quam tenui,ſolutio Gul. & Bart.ad ⁊rium formatum. ⁊.in gl. nihil valet. ¶ Capio glo.in verbo, igitur,quam diuide in tres partes. In prima declarat text. ⁊tinuando cum ad præcedentes. In ſcda ponit quatuor exempla pacti nudi. In tertia ponit fallentiam ad regulam huius tex. licèt ſubijciat malè, qꝺ illis caſib.pactum non ſit nudũ: quia ⁊tineret ⁊rietatẽ, ſed dr̃ veſtitum. l.auxilio, & malè, quia non eſt propriè veſtimentum, fm Bar. vbi dicam in d.§.quinimo. Secunda ibi,ſed qꝺ eſt nudũ. Tertia ibi,ſed hæc regula. In 1.parte gl. malè dicit: dum dicit,qꝺ in hoc verſi. igitur, iuriſconſultus tranſit ad ⁊ctus nominatos: & vult, qꝺ conuentio nuda nedum non pariat actionem in contractibus innominatis, ſed nec etiam in nominatis: quia contractus nominati eo ipſo qꝺ ſunt producti in eſſe, ex pacto nudo pariunt actionẽ, vt hac l.in prin. Niſi ſalues gl. quando eſſet conuentio nominata iuris ciuilis, quia remaneret nuda,niſi ſpecialiter lex ciuilis aliter diſponeret, fm Bar.in §. quinimo.in 6.col. ⁊.ea.l. Nec placet etiam ſaluatio Alexand. intelligentis gloſſ. de pacto nudo appoſito iuxta contractum no-
32 minatum, quia verba gloſſ. non patiuntur. ¶† In 2. parte dic, quod primum exemplum eſt bonum,& proprium. Nam pa
b ctum nudum [b] eſt propriè, quando aliquis promittit ſine interrogatione. Nec obſtat, qꝺ dicit gl. de pollicitatione, quia debes ſcire,qꝺ pollicitatio ꝓpriè eſt,quæ fit abſenti. Si.n.fit præſenti,ſemper eſt pactum, cum ſemper adſit conſenſus duorum, ſaltem tacitus, cùm pñs de cuius commodo tractatur,cenſeatur conſentire.l.qui patitur.ff. mand. Ita declarat Alb. de Roſ. in §.quinimo.in 2.col. ⁊.ea.l. Io.de Imo.in commentto. c. cum
c ⁊tingat.de iureiu.dũ tractat,an ex iuro [c] oriatur actio,& eſt de mentẽ Bar.in l. 1.in duob.locis,& clarius ibi Cy. in 2.oppo. vbi dixi.C.eo.d. Alex.in l. 1.ad fin.⁊. eod. Aliud exemplum glo. de ſtipulatione inutili procedit,quando partes non agebant facere ſtipula.vt per Bart. & alios hic. per Imo. & Mod. in l.1. §. ſi quis ita.cũ concor.ff.de ver.obl. Adde,quòd Bal.in l.cum quis. in 8.col.ad fi.& prin.ſequentis.C.de iur.& fac.igno. dicit ſe ſaluare iſtam gl. quam Mod.reprehendunt,qꝺ loquatur in ſtipulatione, quæ redditur inutilis propter abſentiam partium. & ideo propter talem abſentiam cenſeri debet, quòd agebatur facere pactum nudum, vbi non requiritur ſolennitas. Adde etiam,quòd Bald.in rub.C.eod in 4. colum. per iſtam glo.dat doctrinam,quòd omnis conuentio,quæ fit per nuncium, vel per epiſtolam ſi non cadit in contractum innominatum, eſt pactum nudum. Vltra exempla gloſſ. adde aliud bonum exẽplum, quando in inſtrumento dicit, quòd partes conuenerunt. Intellige pacto nudo. l. lecta. in ver. conuenit. & ibi Bartol.no. vbi dixi.ff. ſi cert.peta. Secus eſt in ver. promiſit, quia qñ ꝓfertur in ſcriptura publica,intelligitur per ſtipulationẽ. §. ſi ita ſcriptum. Inſtitu.de inutil.ſtipula.l.ſciendum.& ibi Bartol. not.ff.de verbor.obliga.ſine in priuata ſcriptura.l. 1. C.de contrahen. & committen.ſtipulat. Secus ſi proferatur à teſte. l. 1. vbi gloſſ. & Doctor. C. de vſuc. Rationem diuerſitatis ponit
33 Bart.in dict.l.ſciendum. ¶ †In vltima parte gl. habes 6.fallentias ad regulam huius tex. quas etiam eodem ordine ponit gl. in l.

ADDITIONES.

a ¶In correctorijs. Adde gl.in ver.numerandi.in c.ſtatutum.de reſcr.libr. 6. gl. in ver.eligatur.in cle. 1.de ele. Ant.de But.in c.olim.de verb. ſig.

b Adde Alex.conſil.16.colum.2.circa med.lib.2.

c ¶Iuramento. Adde Bart.in l.ſi quis pro eo.ff.de fideiuſ. Bald. in l.actori. C. de reb.cre. Hoſt.& Dec.in c.ꝓ tuas.de arb. Archi.in c.q.cunq;.12.q.2. Inn.in c.cũ veniſſent.de inſti.† Et facit,qꝺ iuramentum eſt tantæ potentiæ,qꝺ ex ſtipulatione alteri facta,& iurata,acquiritur ius abſenti, & ſi nullus ſit, qui pro eo ſtipulationem recipiat,vt ſcribit Rom.conſil.76. Rol.conſil.19.nu.30. lib.1. Alex.conſil.31.col.pe.conſi.66.conſ.185.col.fi.lib.6. MASVER.

in l.legitima.vbi dixi.3.eo.Limita istas fallentias, per text. sing. in l.si mulier.§.si dos metu,secũdum intellectum.Bar. ff. quod met.causa.& dixi.3.in text.Inquantum tamen glo.dicit, ꝙ fallit in constituto.Bart. dicit, quòd est bona fallentia: quia constitutum est contractus nominatus, & conuentio legitima, 34 ideo ex pacto nudo producit actionem. ¶†Pro intellectu huius sol.Bart. cadit alia difficultas, quia fideiussio cùm etiam sit contractus nominatus,& accessorius, sicut constitutum,quare ex pacto nudo non producit actionem.l.blanditus. C. de fiuss.Io.Fab. Insti. de fideiuss. super rub. bene assignat rationem, quare in fideiussore requiratur stipulatio, vt retuli in princip. huius text.in secunda fallentia: tamen secundum illam rationem etiam constitutum non deberet pacto nudo producere actionem,quòd est falsum.§.de constituta.Insti.de actio.vnde considera,quòd Barto.copulatiuè duo requirit, quòd sit contractus nominatus.Item,ꝙ sit couentio legitima.constitutum enim est contractus nominatus.Item fomentatur à l.prætoria. quæ est viua vox iuris ciuilis.l.nam & ipsum. supra de iustit.& iur. & ꝙ in constituto sit propter fomentũ, prætoris, vt actio nem producat,dicit Bal.in l.fin.C.ad l.fal.Alb.de Ros.in §. quin imò.in 8.col.3.ea.l.Nico de Neap. in §. de constituta. in 4. op. glossarum, post Iac.But. ibi Insti.de actio. Nam considerauit prætor, quòd ius ciuile noluit fideiussorem teneri, nisi per stipulationem promittat.d.l.blanditus.sed prætor,qui potius sequitur æquitatem,nolùit, ꝙ si quis constituit pro alio soluere, qui in effectu est fideiussor, obligetur pacto nudo. Inde est,ꝙ fideiussio licèt sit contractus nominatus, cùm habeat speciale nomen contractus, tamen non producit actionem, quia non fomentatur ab aliqua lege:prout constitutum à prætore.Ideo Bartol.duo copulatiuè requirit.Et licèt conuentiones iurisgentium nominatæ, solo nomine dicantur vestiri, vt actionem producant,vt hac l.in princip.tamen conuentiones inris ciuilis nominatæ,vt est fideiussio ex solo nomine speciali, non dicuntur vestiri, vt possint actionem producere, nisi etiam per legem specialiter fomententur, vt expressè declarat Bart. in §. quinimo. in penult. colum. in fin. vbi dicam. infra eod. Quæ autem ratio sit,quare fideiussor accedat ciuili obligationi,sed non constitutum,dic vt per Bart.in l.1.ff.de fideiusso.per Bald. in l.pe.C.de non nu.pecu. Ias. Paduæ.

SVMMARIVM,

1 *Distinctio bene tunc adhibetur, quando pactum apponitur circa naturalia, vel accidentalia contractus.*
2 *Informare est nouam formam dare.*
3 *Pactum nudum appositum incontinenti iuxta contractum nominatum,informat actionem ex illo contractu.amplia, vt nu.4.*
5 *Pactum si apponeretur in deposito, vel commodato incontinenti de eundo Romam,illud pactum non informaret.*
6 *Actui inesse dicuntur, quæ in continenti fiunt.*
7 *Testis potest incontinenti corrigere dictum suum.*
8 *Postea,& post, differunt.*
9 *Quinimo,est coniunctio continuatiua, implicatiua,& aduersatiua.*
10 *Aduersatiua debet aduersari his, quæ sunt eiusdem generis.*
11 *Vestimentum nunquid reperiatur cohærentia contractus.*
12 *Actio ex vendito, quæ sui natura est bonæ fidei,quando informatur,vt competat ad deductum in pacto,efficitur stricti iuris.*
13 *Pactorum octo sunt vestimenta.*
14 *Pollicitatio,quæ est minus efficax, si vestitur operis initio, quanto magis debet vestiri pactum.*
15 *Cõtractus nominatus inuentus à iure ciuili,vel statuto,vel consuetudine, an solo consensu producat actionem, sicut contractus iurisgentium nominati.*
16 *Feudum est contractus nominatus.*
17 *Condictio an ex lege, vel consuetudine oriatur pro feudo, vel emphyteusi.*
18 *Pactum omne an debeat producere actionem.*
19 *Lex,si quis argentum,an habeat locum in donatione remuneratoria.*
20 *Lex,si quis argentum,an habeat locum in donatione causa mortis: & an habeat locum in donatione præsumpta. num.21.*
22 *Vestimentum re solùm habet locum in contractibus nominatis, qui re contrahuntur.*
23 *Pactum quando dicatur incontinenti appositum, & num.26.*
24 *Incontinenti dicitur, quod in actu se simul teneat.*
25 *Actio de dote constante matrimonio non est nata. vide aliam conclusionem nu.26.*
27 *Pactum appositum ex interuallo an sit vtile mulieri.*
28 *Actor censetur reus in replicationibus.*

§. Quinimo. Ad euidentiam huius §.præmitte, quòd iste §. loquitur, quando pactum nudum apponitur iuxta aliquem contractum nominatum. Istud autem potest fieri altero de trib. mod. Aliquando. n.ponitur super eo,quod est diuersum à contractu.Aliquãdo super eodem in alia tamen forma. Aliquando. n. ponitur super contrario. ¶ Primò casu propriè loquitur iste text. & l. fundi partem ff. de contrahen. emp. Puta, vendo tibi istam domum pro mille.deinde etiam appono in continenti pactũ, quòd etiam vadas pro me Romam. vides, quòd pactum continet quid diuersum à ℈ctu. ¶Secundò casu propriè loquitur.§. sequens.s. §.adeo.Puta, vendidi tibi domum pro centum.postea fit pactum, quòd sit vendita pro cẽtum & 20. vel pro minori pretio. Vides,quòd pactum est super eodem, sed in alia forma, cùm augeat̃, vel minuatur pretiũ. ¶ Tertiò casu, quando pactum est contrarium contractui, & sic venit ad resoluendum contractum. Puta, vendidi tibi domum pro centum: postea fit pactum, quòd domus sit inempta.de isto pacto contrario,& resolutione contractus loquitur.l.ab emp. 3.eo.l.1.& 2.C.quãdo lic.ab.emp. discedere.l.pacta nouissima. C.eod.& l. Titius. secundum vnum intellectum. C.de præscr. 1 verb. ¶† Secundò considera, quòd iste text.loquitur propriè quando pactum apponitur circa naturalia, vel accidentalia contractus:tunc bene adhibetur distinctio: quia si incõtinenti apponatur, parit actionem: secus si ex interuallo.Et istud est, quod propriè dicit text.hic in ver. idem responsum. Ibi,extra natutam contractus, & ibi glo. declarat. Si verò apponeretur circa substantialia cõtractus, puta circa rem, vel pretiũ in vẽditione,vt declarat gl.magistra.l pacta ℨuenta.in prin.ff.de cõtrah.emp.tũc si ex interuallo,pareret actionẽ.tex.est in §.seq.& ibi ponã rationẽ, & in d.l.pacta ℨuenta.Et sic ex istis hẽs duas dñias inter istũ tex.huius §. & §.sequentis.Prima est,ꝙ iste §.loquit̃,qñ pactũ apponitur sup diuerso à ℈ctu.Sed.§.sequẽs loquit̃,qñ ponit̃ super eod.sed in alia forma.Secũda dñia est: qa iste §. loquitur,qñ pactũ apponitur super naturalib. vel accidentalib. ℈ctus:& tunc incõtinẽti producit actionẽ:secus si ex interuallo.sed §.sequens loquitur,qñ pactũ apponitur sup sub stantialib.quo casu etiã si apponit̃ ex interuallo, ꝓducit actio- 2 nem.¶† Tertiò ad euidentiã præmitte, ꝙ Iurisc.hic facit mentionẽ de verbo informare, ꝙ ſm Bar.hic.in 3.col.est nouã formã dare;vel melius,ſm glo.est extẽdere, & ampliare, vt actio ex vendito, quæ sui natura cõpetit ad pretium,nũc ℨpetat ad factũ deductũ in pacto, vt hic, & l.fundi partẽ.ff.de cõtrahen. emp.& l.tenet̃.§.si tibi.& l.si sterilis.§.si fundum.ff.de act.emp. Reformare est renouare seu nouam formã dare remanente tamen sẽper eodẽ ℈ctu.Vt si vẽdidi domũ pro centũ: deinde reformetur, vt sit vendita pro 80.remaneret idem cõtractus: sed pretium minueretur. & de ista loquitur.§. sequens,in ver. reformari. iuncto text.ibi, quę ex eodẽ sunt ℈ctu.l pacta conueta. in prin. in ver. Paulus.ff. de ℨhen.emp.l.si ꝙ.C.de rescin. vend.l.si ita quis. §. Seia cauit.ff. de ver.obl.l.lecta, ſm verum intellectum Mod.ff.si cer.pet.¶ His sic præmissis,venio ad tex. & ſm Bar. h. d.Pacta incontinenti apposita nouã producunt actionẽ & veterem informant. h. d. ſm Bar. vel sic & plenius. Pactum nudum appositũ incontinenti iuxta ℈ctum nominatum, cũ sibi censeatur inesse, & sit pars ipsius ℈ctus,informat actionem ex illo contractu,vt etiam competat ad deductum in pacto: & etiam de se (cùm sit vestitum cohærentia contractus) producit nouam actionem, quæ appellatur præscriptis verb. secus si pactum apponatur ex interuallo post contractũ absolutum, licèt apponatur tẽpore,quo actio nascitur, quod trib.demonstratur exemplis.Et in primo exemplo deducebatur plus tempore.In secundò plus re.In tertiò quid diuersum, & extraneum à contractu.Si autem pactum nudum apponitur pro reo,quamuis ex interuallo,semper sibi parit exceptionem.h.d.totus text.¶Diuiditur in 4. partes. In 1. ponitur dictũ cum ratione. In 2. limita. dicti. In 3. limitationem probat per tria exempla. In 4 ponit aliud dictum ex parte rei. Secũda ibi sed hoc sic.Tertia ibi,vt puta post diuortium.Quarta, & vltima est propè finẽ,ibi,sed ex parte rei.¶†No.1.ex isto tex.regulam generalem, quòd pactum nudum appositum incontinenti iuxta ℈ctũ nominatũ informat,& sic extẽdit actionẽ ex illo contractu,vt etiam competat ad deductum in pacto. Ratio est in tex,quia censet̃ ei inesse:& sic censetur esse pars ipsius ℈ctus,sicut ergo si à prin.deuenisset in ℈ctu,competeret actio ex ipso contractu,ita quando incontinenti apponitur, extendit actionem ex illo contractu. Similiter cũ tale pactum sit vestitum cohærentia ℨtractus nominati de per se ꝓducit actionẽ præscr.verb.l.in bonæ fidei.& l.petens,& vtrobiq; Bar.C.eo. & ꝓbatur hic, vbi in quatuor locis dr̃, nec ex pacto nascatur actio. vbi qñ pactum est appositum ex interuallo, & sic separatim ab ipso ℈ctu, tunc ex ipso pacto non oritur actio: ergo si incontinenti oriretur. ¶Amplia istam regulam trib.modis.

Primo

Primò non solùm quando pactum nudum apponitur iuxta contractum, sed etiam qñ iuxta quasi contractum, vt hoc tex. in ver. tutelæ, quæ est quasi contractus, & not. Ang. hic. Secus est si apponeretur iuxta distractum, vt est glo. in l. si tibi. in glo. mag. in fin. C. loca. ¶ Secundò amplia, vt procedat nedum, qñ pactum apponitur iuxta ℈ctum bonæ fidei: prout tex. hic exẽplificatiuè dixit, sed etiam qñ iuxta ℈ctũ stricti iuris, vt hic in
4 glo. 2. ¶ † Tertiò notabiliter amplia, vt procedat non solùm in pacto nudo, sed etiam in stipulatione apposita iuxta ℈ctum: puta venditionis. nam stipulatio etiam tunc informat, & extẽdit actionem ex tali ℈ctu, vt etiam comperat ad deductum in
4 † Item adde,q̄ q̄ñque totum ponitur pro parte.l. Titia. & ibi notant Mod.ff.ad l.fal.l.Lucius Titius,in prin. cum glo.in verbo,hæreditate.ff.de leg.1. & ibi Bald. not.inducit, q̄ ſi teſtator inſtituit plures filios hęredes,poſtea ſi quis eorum deceſſerit ſine liberis,vult hæreditatem ſuam diſtribui inter pauperes. Intellige hr̄ditatem ſuam.i. partem hr̄ditatis relictam illi ſic decedenti. Refert,& ſequitur d. Alex.in d.l.Titia.dicens eſſe tenēdum m̄enti perpetuò , quia ſæpe de facto accidere poteſt. Similiter ècontra appellatione partis totum continetur. text. eſt in l.virilis.ff.de verb.ſig.gl.in l.ſi plures.& ibi Bar.ff.de dā.infe.gl. in l.vxori.in prin.& ibi no.Bar.ff.de leg.3. ¶ Limita iſtam regulam trib.modis. Primò,vt procedat,q̄ eſt eadem ratio.ſecus ſi diuerſa.Ita loquitur.l.Papinia. §. ſed nec impuberis. ff. de inof. teſt.de qua glo.opponit,& non ſoluit,ſed Bart. & Doct. ita r̄ndent.Scdo d.regula procedit in his,quæ diuidua ſunt : ſecus in indiuiduis.l.pro parte.ff.de ſeru.gl.in l.per fundum.& ibi Bar.ff.
5 de ſer.ruſtic.præd.¶† Tertiò limita ſingulariter in falſa demonſtratione,quæ licèt non vitiet legatum.l. demonſtratio falſa. in prin.ff.de cond.& demon. Illud eſt verum, q̄ eſt falſa in totū: ſecus ſi in parte : quia bene vitiat illam partem falſam.l. ſerui electionc.§.fi.ff.de leg.1.& ita per illum tex.no.ibi Raph.Com. & ibidem d.Alex.in fin.ſequitur , & dicit eſſe diligenter notan. Puto,q̄ ratio diuerſitatis eſt, quia primo caſu legatū eſſet inutile in totum , ſed alio caſu ſufficit legatum valere in parte, in qua teſtator non errauit. ¶Secundò pondera text. ibi dum dicit, conuentiones poſtea factæ inſunt.nam videtur mirabilis, & continere contrarietatem,pacta ex interuallo meſſe. Et pōdera,quia text.non vtitur fictione , ſed dicit inſunt. Credo, q̄d ita dicat conſiderato effectu,cùm non referat,an incontinen-
6 ti,an ex interuallo.¶† Tertiò pondera text. ibi quodammodo quaſi renouatus contractus videatur. vbi ſunt tres improprietates.ſ.quodammodo,quaſi,& verbum videtur, & geminatio debet multum operari.l.Baliſta.ad Treb.hic ergo fortiter probat text.q̄ contractus verè non ſit renouatus.vtilitas eſt multiplex. Nam ſi verè eſſet renouatus cōtractus, fideiuſſores prius dati liberarentur.l.ſi cū Hermes.C.loc.Itē vtilitas eſt, vt ſciatur ex quo contractu agi debeat. ¶Item, vt ſciatur ex quo contractu debeat ſolui gabella. Item ſi eſſet res emphyteutica, & dñs ꝑſenſiſſet,caderet res in cōmiſſum,vt hic per Alb.In iſto puncto licèt gl.in l.pacta ꝙuenta.dicat,q̄ ſit nouus ꝺ̄ctus,ſi ex
* interuallo fiat,Bar. Ang.*& coiter Doct.tenent*, q̄ ſit renouatus cō tractus.Pro iſta parte d.Alex.hic allegat tex.nr̄m, qui verè probat ꝺ̄rium,in illis trib.improprietatib.Alleg. etiam text. in d.l. pacta conuenta.in ver.Paulus.qui tex.etiam vtitur verbo vr̄, q̄ verbum etiā denotat improprietatē. Tu alleg.text.meliorē de iure in l.ſi vnus §.pactus ne peteret.ver. idē ſi vnus.ſ. eo. & bo. text.in l.2.de reſc.vend.de quo vide latè Cyn.varias opin. referentem in l.pactæ nouiſſima. & ibi Bald. C. eod.& Bald. in d.l. pacta conuenta, quam legit hic. Iaſon Paduæ.

SVMMARIVM.

1 *Pactum ad hoc vt valeat,tria requiruntur.*
2 *Pactum factum inter colludentes,non valet.*
3 *Euictioni an ſit locus in re vendita in ludo.*
4 *Pecunia numerata in ludo per vnum colluſorem, non poteſt repeti.*
5 *Acquiſitum in ludo an poſſit in foro conſcientiæ retineri.*
6 *An filij amiſſa in ludo per patrem poſſint recuperare.*
7 *Actio an oriatur ex pacto.*
8 *Pactorum quædam ſunt realia, & quædam perſonalia.*
9 *Pactum factum cum vna perſona,non extenditur ad alias.*
10 *Executio ſi petatur contra tres ſententias conformes , non poteſt amplius opponi de nullitate.& num.11.*
12 *Cauſa licèt fuerit commiſſa per principem (appellatione remota) etiam ſi intelligatur de non friuola, tamen à ſententia lata tertius comparens pro ſuo intereſſe poterit appellare.*
13 *Stante ſtatuto, quòd inſtrumenta confeſſionata debeant mandari executioni, intelligitur ad inſtantiam creditoris, cum quo eſt celebratum inſtrumentum.*
14 *Pactum factum cum vno,alij non prodeſt,nec nocet.*
15 *Verba non minus attenduntur in contractibus, quàm mens.*
16 *Mens magis ſpectantur, quàm verba in reſcriptis, quamuis ſint ſtricti iuris.ſimiliter in legibus,& in ſtatutis.num.17.18.& 19.*
20 *Pactum in dubio præſumitur reale.*
21 *Plerunque,dictio quid denotet.*
22 *Interdum dictio,quid importet.*
23 *Tacitè dicitur venire illud , q̄ venit per argumentum à contrario ſenſu.*
24 *Contractus dolo initius dicitur ſimulatus.*
25 *Contractus initius per dolum , valet contra doloſum volente aduerſario,qui paſſus eſt dolum.*
26 *Dolum paſſus poteſt petere ab eo, qui commiſit dolum, vt declaret, an velit contractum valere.*

§. Prætor ait. Pacta inita non dolo, nec contra aliq̄ iuris partē,nec in fraudē.l.debēt ſeruari.hoc primò. Item pacta quædam ſunt realia , quædam perſonalia,ſecundum quod ex verbis, vel ex mente contrahētium colligitur : & in dubio cenſentur realia , hoc ſecundo. Item pactum dolo initum non ſeruatur : ſiue dolus ſit commiſſus tacendo: ſiue mentiendo:ſiue ſimulando.hoc dicit ter-
1 tiò, & vlt. ¶† Not.1.tria neceſſaria ad hoc , vt pactum valeat. Primò,quod non ſit initum dolo.Secundò,quod non fit contra l.vel aliquā iuris partem.Tertiò,quòd non ſit factū in fraudem. l. iſtis trib. concurrentibus ſuccedit edictum prætoris,q̄ talia pacta debeant ſeruari.¶Secundò no.ex text.in ver. plebſcita:iuncta glo.exemplificante, quando Præſes paciſcitur ex-
a tra eſculentum, [a] & poculentum. Nam per iſtum text.dicunt Odo.Angel.Paul.de Caſtr.& domin.Alexand. hic, quòd ſi officiales faciant pactum, quòd communitas in fin. officij donec eis vexillum, non valet id pactum : quia non poſſunt paciſci, nec accipere præter eſculenta, & poculenta. Aduerte tamen, quòd eſculenta, & poculenta,quæ poſſunt à iudicibus capi,vt hic in gloſſ. intelligitur vbi etiam in toto anno non excedant 100.aureos.Ita dicit gl.in cap.non licet. 11.quæſt. fi: ſed eſt tex.
2 expreſſus in l.eadem.§.1.ff.ad l.Iul. repe. ¶† Tertiò no. ex hoc text.in verbo.Senatuſcon.iuncta declaratione glo. hic eſſe tex. ſecundum Angel.& Pau.de Caſtr. quòd non valet pactum factum inter colludentes, ne poſſint à ludo diſcedere, donec al-
3 ter eorum totum perdiderit. † Et not. quòd ſi aliquid vendatur in ludo, quod poſtea euincatur, non eſt locus euictioni. text.eſt in l.fin.§.1.ff.qua.re.act.non da.Ibi tamen Bartol. intellexit verum, quando venditur colluſori. aliàs ſecus. Idem te-
4 net Bartol.in l. ſi quis cùm ſciret. ff. pro emp.† Item pecunia numerata in ludo per vnum colluſorem , non poteſt repeti. Ita tenet. Flo.de ſan. Pet. in l.1.in fin. ff.de aleato.& in ſimili in
5 dict.l.ſi quis cum ſciret.gloſ.14.quæſt.5. in ſumma † An autem
b acquiſitum in ludo [b] poſſit in foro conſcientiæ retineri? Innoc.in capit.quia plerique.in 2.colum. de immu.eccl. mirabiliter tenet , quod ſi aliquis non habebat propoſitum ludendi, ſed fuit prouocatus, vel ſtimulatus,poteſt licitè retinere:dummodo non fraudulenter. ſecus in eo , qui prouocauit . Quod
* *communiter non tenetur*, imò indiſtinctè non poteſt. Ita innocen. & alij maximè Imol in capit.clerici.de vi.& hon.cler.& Bald. in rub.C.de cond.ob turp.cauſam,ſed debet talis pecunia erogari in pauperes: imò ſi ille,qui perdit pecuniam, donaret illi, qui volebat reſtituere,non poteſt retinere.Ita not.Sal.in Auth. alearum.ponderans illum text. C.de aleato. Imò tenēt Theologi,quòd ſi quis in ludo perderet totam pecuniam ſuam, excepto vno nummo,& ſtatim cum illo recuperauit pecu. perditam,non poteſt eam retinere,ſed debet eam erogare in pauperes.Et pro hoc pondero eſſe glo.in l.ſi minor 25.ann.filiof.in prin.in gl.2.circa med.ff.de min. Adde etiā in materia illud,q̄ ſing.dicit Sal.in l.ea quidem.C.de acc.in 5. q. quā ponit in materia famæ, q̄ ſi aliquis prætendit ſe deceptum in ludo,vel abbarratum per falſos taxillos,& ſimil.q̄ ad iſtud probandū admittuntur viles perſonæ: quia ſimilia per tales veriſimilius ſciri debent.Quod dictum multum confert ad multa ſimilia:vbi
6 aliquid veriſimiliter nō poteſt ſciri,niſi per viles perſonas.† An autem filij amiſſa in ludo per patrem poſſint recuperare vlq̄ ad eorum legitimam? Tangit Bald.in l.1.in fi.C.ſi quid in fraud. cred.Imol.in dict. l.ſi quis cum ſciret: Facit , quod not.Bald.in
7 Auth.ex teſtamento.in 16.colum.C.de col.¶† Quartò ponderā text.in verſicul.ſeruabo, qui innuit, quòd ex pacto oriatur
c actio. [c] Nam quādo l. præcipit aliquid ſeruari, intelligitur quo ad actionem,& exceptionem.l.ſtatuas ff.de acq.rer.dom.gl.in Auth.ſacramenta puberum.C.ſi aduer.vend. Et tanto fortius cum tex.in l.pe.C.eo.addat dictionem,præciſam,q̄ pacta omnino ſunt ſeruāda.Bar.dicit , q̄ huius ꝺ̄rij nunq̄ vidit bonā ſolutionem.

ADDITIONES.

a ¶Eſculentum.Adde c.cum ab omni.de vi.& hon.cle. & ibi Doct.
b ¶In ludo.Adde gl.ſummæ.35. diſt. Car.in cle.fi. in §.ſed & tales.In 10.quæſt. de vi.& ho.cle.Hoſt.in ſum.de ven.in §.quib.ver.quid de luſorib. & ver.ſeq. † Pro cuius articuli reſolutionē vide quę ſcribit Viu.com.opin.lib.2.concl. 163.& trib.ſeq.Ab.in c.clerici.de vi.& ho.cle.Cape.Toloſ.q.192. Quib.Adde,q̄ ludēs præſumitur dilapidator ſuorum bonorum. & malè vti ſubſtantia ſua, vt ſcribit Rol. conſi.63. nu.21. lib.2.& an ei poſſit interdici bonis, vide Dec.in c.paſtoralis.col.fi.de iud.Quid de ludēn.& vicen.cū filioſa,vel ſerua de pecunia prīs,vel dñi? vide in apoſt. ad Bar.in l.ſeruus.ff. de condi. inde.& quæ hñtur per Bal.in l.aduocationis.col.1.nu.2. C.de cond.ob cauſ. vbi ponit diuiſionem ludi.Qua in materia plura etiam not.Cur.hic.Doct. ad Abb. in c.quia plerique.col.2.extra de immu.eccl. MASVER.
c ¶Actio. Adde Iaſ.& alios in l.legem.C.eod.

lutionem,& rñdet diuinando,vt hic per eum. Tñ gl.1.huius §. quam ipse ponderat,nihil supplet ad edictum prętoris,vt dicit Bar.sed loquitur de §§.præcedentib. Raph.Fulg.rñdet,q̃ iste §. & sequentes loquuntur de pactis liberatorijs,quę non pñt dici, q̃ actionem producant, & super hoc aliqua verba mania effundit. Tñ prętor in edicto non habuit istum respectum, quia ridiculum esset dicere, q̃ edictum prætoris gñale restringeret ad pacta liberatoria tñ. Alio modo rñdet Pau. de Cast. & Do. Mar. Lau. hic, q̃ ℈rium procedit,nisi resultaret legum correctio,prout hic,vbi corrigeretur reg.§.sed cùm nulla. s.ea.l. Sed nec ista valet,quia tpe quo prętor fecit edictum,non erant ista iura,licet postea edita fuerint. Necessarium ergo est dicere, q̃ verba prætoris,pacta seruabo,intelligantur, qñ habilia sunt ad actionẽ,quia vestita;aliàs seruabo,quo ad exceptionẽ.¶† Quintono.in ver.pactorum, quædam pacta esse realia,& quædam personalia,declarando dupliciter,vt in gl. plenius Pau.de Cast. & Alex.hic.V tilitas est,quia † pactum factum cum vna psona non extenditur ad alias.l.si vnus.§. ante oĩa.ĵ.eo.sicut & in trãsactione.l.Imperatores.in prin.vbi Bal.& in §.fi.ff.de transf. Confirmo per illud,quod pulchrè decidit Imol. in l.fi.ff.à quib.appel.nõ licèt.circa antepe.chart.in vers.aduerte tñ,& c.vbi tenet, q̃ stante statuto, q̃ ℈ instrm publicum non possit opponi nisi exceptio solutionis,sed debeat statim executioni mandari,statutum intelligitur,qñ agitur ℈ illum, cum quo factum est instrumẽtum,secus si ℈ tertium possessorem. q̃a ille posset quascunque exceptiones opponere. † Et idem tenet Ange.in d.l.si vnus.§. ante omnia.Imol.in clem.1.in 3.col.de re iud. per illud quod dicitur, q̃ ℈ tres suas conformes si petatur executio,nõ possit amplius opponi de nullitate.Est verum,si petitur ℈ illũ, contra quem sunt latę.secus si ℈ tertium. † Confirmo per id, quod no.dicit Bal.in l.1.C.com.de leg.q̃ statutum disponens, q̃ instrm guarentigionatum habeat executionem paratam,& & contra illud nihil possit opponi, debet intelligi, qñ agitur ℈ principalem debitorem actione personali,vel hypothecaria.secus si ℈ tertium possessorem, quia statutum nõ habebit locũ. & sequitur Pet.de Anch.in repet.c.canonum statuta.de constitu.in vers.circa istam extensionem Ad prædicta adde Alex. in cons.33.in 3.vol.inci.viso themate.s.scripto.& his quæ copiosè, & in cons.seq.in 3.col in fi.† Confirmo per tex. no.in c.sup eo.de offi.deleg.vbi licèt causa fuerit commissa per principe, appellatione remota, etiam si intelligatur de non friuola, tñ à lata sñia tertius comparens pro suo interesse potest appellare, quia ad eum verba illa non diriguntur,& idem no.Bar.in l.1.§. 31.ff.à quib.appel.non licet.† Confirmo per id,quod vult Bal.in l.si pro te. C. de dot promis.vbi dicit, q̃ statutum disponens, q̃ instrfa confessionata debeant mandari executioni ;intelligitur ad instantiam creditoris, cum quo instrm est celebratum, non autem tertij,quod limita,vt per Bal.in l. si cui legetur.§.fi. 34 ff.de leg.1.† Limita tñ principalem conclu.dum dicit, q̃ pactũ factum cum vno,alij non prodest,nec nocet,est verum,nisi tale pactum sit celebratum cum principe, vel ciuitate, vel cum alio habente potestatem legis condẽ.quia cùm tale pactũ habeat vim legis,omnib.alijs potest nocere,& prodesse.Ita Bar.& Bal.ĩ l.donationes,quas parẽtes.C.de don.inter.vir.& vxo.Bar. 15 in l.Cæsar.ff.de pub.& in l.ciuitas.in 1.col.ff.si cer. per. ¶† Sexto no.ibi (non minus ex verbis,q̃ ex mente conuenientiũ,& c.) intelligendo literam prout iacet, q̃ in ℈ctibus non minus attenduntur verba,quàm mens.Facit l.si alij fundus. ff. de vsufr. leg. & l.si repetendi.C.de condi.ob causam.Sed conuertendo literam,vt facit gl.not. q̃ in ℈ctib.magis debet attendi mens, quã verba.Et vtrunq; no.potest esse bonum,fm Bald.Nam si mens non potest aliquo modo probari,standum est verbis.l.1.§.si is, qui nauem.ff.de exerci.Bene facit c.parochianus.de priui. Verius est, q̃ in ℈ctib.debet magis attendi mens, quã ipsa verba. tex.ff expressus in l.in conuentionib.ff.de verb.sign.in l. sed & Celsus.§.si fundus.ff.de ℈hen.emp.in l.fi. C.quæ res pigno.obpos.gl.in l.blanditus.C.de fideiuss. & glo.in l. si in venditione.in gl.fin.ff cõia præd. Ang.in cons.2.quod inci. certum est,in 2. colum.† Similiter in rescriptis, q̃uis sint stricti iuris,magis spectaẽ 37 mens,q̃ verba.gl.est no.in c.si pp tua debita.de rescri.in 6.† Similiter in legib.l.non dubium.C.de legi.l.scire oportet.§.aliud. 38 ff.de excu. tuto.† Similiter in statutis magis attenditur mens, q̃ verba.Ita dicunt Cy.& Bal.in l.1.ff.si cert.pet.Ang.no.in cõs. 68.quod inci.Magn.Io.de Florentia.in pen.col & in consi.119. quod incip.statuto Tudertinæ ciuitatis.in colu.vlt.& in consil. 170.quod incip.Item statuimus.Do.Anto.de But.in c.nouit.in pen.col.de iud.Petr.de Anch.in c. canonum statuta. de consti. in 16.col.Facit quod vult gl.no.in l.tale pactum. §.fi.ĵ.eodem. Imò dicit plus no.Bar.in l.1.ff.de leg.1.q̃ in statutis, & consuetudinibus debet attendi,& seruari mens,& ratio,licèt verba statuti offendantur.Facit d. l.non dubium. C. de leg.¶† Prædicta fortius militant in vltimis volũtatib. vbi semper debet attendi voluntas testatoris tanquam Regina, potius quàm verba. l.iii conditionib.primum locum,& l.Publius.§.fi.ff.de cond. & demon.in l.3.§.cõdi.ff.de adi.lega.& l.cum proponebatur, & ibi no.Pau.de Cast.ff.de leg.2.& l.fideicommissa.§.item si quis.ff. de leg.3.& l.3.in fi.vbi tex.no.C.de lib.prę.& l.cum virum C. de fideic.& l.cũ quęstio.in fi.C.de leg.no.Bal.in l.qñ indignum C.de testi.Dicit no.Ang.in cons.169. quod incip. super puncto supra scripto.in 1.col.mentem,& rationem testatoris esse con- 20 siderandam,etiam si sit contra eius verba.¶† Septimò not.in vers.plerunq;,fm Bar.& alios, q̃ pactum in dubio præsumitur reale,dato q̃ persona sit in pacto inserta, quia censetur adduc- * ta * ad demonstrandum,non autem ad taxandum, & vt potius determinet actum rei promissæ. De quo plenius per Bart. & alios in l.qui in futurum.ĵ.eo.& in l.si sic magis. ff. de verb. 21 oblig. ¶† Octauò noto ex tex.iunctis proximè dictis, q̃ dictio a plerunq;, a denotat regulam ita esse, & non actum casualem. Facit melius tex.in l.tutela.ff.de tute.& in l. qui duos.in fi.ff.de leg.3.in l.cum vitum,vbi gl.& Docto. C.de fideicom & in §.fi. Insti.de leg. pa.tute.not.Barto.in l.1. in prin.per illum tex.cùm 22 gl.ff.de tut.& ratio distra.† Adde secus esse in in dictione interdum,quæ facit totum ècontra,quia denotat illud esse casuale, & reg.esse in ℈rium.gl.in l.legitima.s.eo.probatur in l. admonendi.ff.de iureiu.& in l.interdum.ff.de cond.inde.¶ Nono no. in ver.dolo malo,q̃ pacta dolo inita nõ sunt seruanda, & q̃is tex.non dicat,potest teneri, q̃ talia pacta etiam non producãt exceptionem,cùm exceptio sit fundata in equitate.l.2.ff.de ex- 23 cep.doli. & non est æquum seruari pactũ dolo initum.¶† Decimò noto,ibi dum dicit,prætor ait.& gl.dicit tacitè, q̃ illud quod venit per arg. à contrario sensu,dicitur venire tacitè, cũ veniat per coniecturam.l.apud antiquos.in fi.& ibi gl.vlt. C.de fur.& facit.l.si quis ex argentarijs.§.prohibet.cum gl.1.de edẽ. & est bon.tex.in c.cum apostolicam.de his, quæ fi à præla. & in l.vnica. ff.si tab.test.nul.extab. q̃uis ℈rium notet ex hoc tex. 24 Bar.& minus bene.¶† Vndecimò no.ex fi.tex fm Pau.de Cas. & Mod.q̃ ℈ctus dolo initus,dicitur simulatus. Hoc est verum largè,propriè autem est differentia,fm eum,quia simulatio dicitur,quando vtraq; pars consentit. Sed in dolo consensit solus ille,qui dolum committit. Quæ autem differentia sit inter fraudem,& simulationem,dic vt per Bal.in c.beneficium.si de 25 feud fue.contro.inter do.& agna.¶† Vlt.no.diligenter glo.hic in ver.dolo malo.quæ no.vult, q̃ ℈ctus initus per dolum,valet tamen contra dolosum volente aduersario, qui passus est dolum,& ita limitantur iura,quæ dicunt contractum initum dolo esse nullum.l.& eleganter.in prin.ff.de dona.in l.2.§.fi. ff.pro socio,& ad hoc no.istam gl.Bald. Ang. & Mod.Adde similem gl.in l.& eleganter.in prin.in gl.parua. in vers.nulla.& in gl.magna.& ibi Bar.in 2.col.ff.de don.& gl. in l.in causæ.la 2.in princ. ff.de mino.Facit.l.1.ul.§.si quis à colluden. & §. si quis à pup.ff. de act. emp. notant Cano. præcipuè Do. Abb.in ca.dilecti.de 26 emp.& vend.† Et subiicit Barr. in illo.§. si quis à colludente.in fi.q̃ ille,qui passus est dolum,potest petere ab eo, qui commisit dolum, vt declaret, an velit contractum valere, & cogitur declarare per illum.§.quem dicit sing.Bar.in l.dolum. C.de peri.& comm.rei vend.Facit l.si quos.vbi Bar.C.de decuri.lib.10. ¶ Limita nisi lex resisteret actui,in quo interuenit dolus, quia tunc passus dolum non posset facere actũ valere. tex.est in l.à diuo Pio.& ibi gl.no.ff.de ritu nup.& illam gl.dicit non esse alibi Bal.in l.1.in 2.col.C.plus vale. quod agitur.in l.non dubium. 10.col.C.de leg.& in l.ea,quæ.C.de dona.ante nupt.quem omnino vide ad istam materiam.

A D D I T I O.

a ¶Plerunq;.Adde Doct.in l.si plures. ff.de vulg.& pupil.Doc.in c.1.de offic.de leg.lib.6.& Raph.Cuma.in consi.73.inc.D.Thom.Canonicus.Lucanus.

* Adiecta.

S V M M A R I V M.

1 *Dolus,& fraus quomodo conueniunt.*
2 *Fraus,& simulatio quomodo differant.*
3 *Fallacia quid sit quid caliditas, & quid machinatio.*
4 *Fraus aliquando ponitur pro pœna.*

§. Sed si fraudandi.

Iste est fortis, & difficilis.§.& multum variatur in intellectu.De pacto inito per fraudem, edictum prætoris non facit mentionem expressam,quia omne pactum fraudulenter extortum,aut est iniquum,quando extorquetur, q̃d de iure extorqueri non debet,aut est superuacuum, qñ deceptus tale pactũ fecit.Item fraus inest dolo,tanquam species generi.Vñ cùm prætor in edicto remotiuo dicit,pacta dolo inita

non eſſe ſeruanda, vī idem ſtatuiſſe, qñ fraude, cùm ad remotionem generis remoueatur quælibet eius ſpecies. Et ſiue dolus commiſſus fuerit à prin. ſiue ex poſt facto, obſtat exceptio
* doli. h. d. ſm primum intellectum glo. *coiter approbatum.* cum quo etiam in effectu concordat ſecundus intellectus Barto. ¶ Diuiditur iſte. §. in tres partes. In prima ponitur oppoſitio ꝺ edictum prætoris, ꝙ fuerit diminutum. In ſecūda ponitur eius excuſatio. In tertia ponitur aliud dictum. Secunda ibi, ſed eleganter. Tertia ibi, ſiue igit ab initio. ¶ Ad euidentiam huius. §. præmitte, ꝙ legit in gl. duob. principalib. modis, licèt 4. videantur. Primò, ꝙ ver. incit. n. dolo & fraus. referatur ad prin. Ibi, prętor nihil edicit, excuſando prętorem, ꝙ id, quod dixit de dolo, intelligitur dixiſſe de fraude, ꝙa dolo ineſt fraus, & hoc modo
3 tranſportatur litera. † Scdo modo legitur per gl. ꝙ ille verſ. ineſt. n. referatur ad ꝓximum dictum, ibi ſuperuacuum eſt, &c. primus intelle. gl. ſubdit dit in quatuor circa illa verba, ineſt. n. dolo, & fraus Primo, ꝙ dolus ſit genus, fraus autē ſit ſpecies doli, & ſic ineſt prout ſpecies generi. Et iſte eſt cōis, quem etiam tenet Do. Abb. in c ex tenore. de reſcri & in conſi. 69. quod inc. vī primo dictum magiſtrum. in 2. col. in 1. vol. Bal. in l. pignus. in 2. col. C. de pign. act. & eſt gl. iuncto tex. in l. 2. C. de in lit iur. Alij duo intellectus gl. præſupponunt totum econtra, ꝙ fraus ſit genus, & dolus ſpecies. Quartus ſit, ꝙ ſint ſynonima, & idē
* importent, & hoc ſequitur Bar. Ang. *& communiter Docto.* & eſt
2 gl. in l. 1. in ver. fraude. ff. de his, qui no. infa. † Quæ autem differentia ſit inter fraudem, & ſimulationem, ponit Bal. in c. ſi. beneficium, ſi de feu. fue. contro inter do. & agn Alibi habetur, ꝺctus ſimulatus eſt ipſo iure nullus, factus autem in fraudem, valet, ſed reſcinditur, vt declarat Bar. in l. poſt ꝺctum. in 3. colu. ff.
8 de don. † Quid autem ſit fallacia, [a] quid calliditas, & quid ma
2 chinatio, ponit Albe. hic, & in dictionario ſuo in verſi. fallacia, & dicit, ꝙ fallacia eſt mentiendo, calliditas in tacendo veritatem, machinatio eſt ars loquendi. l. 1. in fi. & l. quæro. ff de act.
4 emp. † Item adde ꝙ fraus aliqñ ponitur pro pœna, vt eſt tex. in l. cum autem. §. excipitur. el. 1. ff. de ædil. edic. ¶ Extra glo. alio modo legitur ſm Bar. in eo, qui tempore pacti cogitabat ſe nō obſeruaturum pactum, & ſic cogitabat fraudare. Qui intellectus reprobatur per Ful. & omnes, quia propoſitum in mente retentum nihil operatur l. ſi repetendi. C. de condi ob cauſam. l. cogitationis. ff. de pēn. Alium, & quartum intellectum vī ponere Bart. ſed non diſcrepat ab intellectu glo. Quintum tradit Pau de Caſt. & dicit ſe audiuiſſe à Bald. & ſi bene referatur, vī planius, ꝙ ideo prætor in edicto nihil dicit de pacto fraude facto, quia ſi ſolùm fraus eſt re, & non conſilio, puta quia creditor fecit pactum de non petendo. ex quo re ipſa fraudatur, certè iniquum eſſet, ꝙ creditor vellet deſtruere illud, quod bona fide ſemel remiſit, ꝙuis re ipſa fraudatus reperiatur remittendo, alias ſi fraus ſit commiſſa re, & conſilio, ſuperfluum fuiſſet, ꝙ prætor iſtud dixiſſet. Ex quo. n. dixit de pacto facto per dolum, cenſetur idem diſpoſuiſſe de pacto facto per fraudem, cū in dolo ineſt fraus Sextum intelle. tradit Iac. de Are. Parmenſis, quem ſequitur Alb. & Raph. Ful. hic, & cum ita declarando, vt declaro, ſatis poteſt procedere. Nam prætor in edicto bene facit mentionem de fraude, qñ pactum ſit in fraudem. l. dum dicitur, neque quo fraus, &c. ſed qñ pactum fit in fraudem alterius pacti, nihil eſt dictum à prætoris edicto. Et ratio eſt, quia illud vltimum pactum aut eſt iniquum, aut ſuperfluum. Nā iniquum eſt, ſi primo creditor bona fide feciſſet primum pactum de non petendo: poſtea fraudulenter extoliſſet iſtud ſecundum pactum de petendo, aut eſſet ſuperfluum. Si & primum, & ſm fuiſſent fraude facta, conſtat neutrum valere, ſicut ſi eſſent facta dolo, quia dolo ineſt fraus. In glo. ſuper verb. iniquum. Reſponde ad contraria gl. vt per Bar. & alios hic, vel aliter, vt per Ang. & Ful. hic. Iaſon Paduæ.

A D D I T I O.

a ¶ Fallacia. Adde l. 1. ff. de dolo, gl. in l. 1. in §. 2. ff. de dolo.

S V M M A R I V M.

1 *Interrogatio ſi præcedat, & ſequatur reſponſio, præſumitur ſtipulatio, niſi contrarium actum probetur.*
2 *Præſumptiones duæ ſunt pro inſtrumento, ꝙ ſit verum, & ꝙ ſit ſolenne. & nu. 3. & 4.*
5 *Verba partium quando ſunt dubia, & poſſunt trahi ad duplicem intellectum, recipiunt illum intellectum, de quo partes fuerint expreſſè proteſtatæ.*
6 *Notarius in inſtrumento non poteſt apponere niſi ea, de quibus fuit rogatus tempore confectī inſtrumenti.*
7 *Inſtrumentum non per hoc redarguitur de falſo, licèt probetur contra id, quod reſultat ex præſumptione inſtrumenti, & nu. 8.*
9 *Verba inſtrumenti quando poſſunt trahi ad falſum, & ad non falſum, in dubio ſit interpretatio, ꝙ non continet falſum.*
10 *Probatio falſi debet de neceſſitate concludere.*
11 *Probatio per teſtes contra præſumptionē reſultantem ex inſtrumento, vel contra ſolennitatem bene admittitur, licèt contra tenorem inſtrumenti non poſſit probari per teſtes.*
12 *Stante ſtatuto, ꝙ nulla admittatur probatio, vel exceptio contra publicum inſtrumentum, debet intelligi, quando vellet directo probare contra tenorem inſtrumenti, & nu. 14. & 15. vide etiam nu. 16.*
13 *Probatio quando eſt contra, vel præter inſtrumentum, vel ad interpretationem inſtrumenti, ſufficit probatio per teſtes.*
17 *Teſtes quinque requiruntur ad reuocationem legati.*

1 §. Quod ferè. † Si præcedat interrogatio, & ſequatur rñſio, præſumitur ſtipulatio, niſi ꝺrium actum probetur. h. d. Ratio huius text. eſt, quia partes præſumuntur cogitaſſe facere actum ſolennem, & efficacem. l. 3. ff. de teſt. milit. ¶ Pondera, ꝙ egregiè probat iſte text. ꝙ verba tunc non intelligantur ſm ſubiectam materiam, dū dicit nouiſſima parte pactorum, ꝙa vt verba habeant efficaciā, & actus ſubiiciatur effectui, recedimus à ſubiecta materia. Et
2 ita limita. l. ſi vno. in prin. cum gl. ff. loca. ¶ † Secūdò no. ex tex. ibi in fi. niſi ꝺrium expreſsè probetur. ꝙ quamuis regula ſit, ꝙ pro inſtrō præſumitur. l. cum precibus. C. de proba. Nam pro inſtrō ſunt duæ præſumptiones, ꝙ ſit verum, & ꝙ ſit ſolenne, ſm Bald. in c. 1. §. inſtrm. de notis feu. Item inſtrm eſt probatio probata, & non probanda, & veritas apparens, vt dicit Bal. in l. Imperator. prima in 2. col. ff. de ſta. hom. & in l. 2. in 1. col. C. qñ fiſcus, vel priuatus, & in l. quoties. in fi. C. de iud. & in l. fi. C. de vſur. pupil & in Auth. qui ſemel. C. quomodo, & qñ iud. & in c. conſuluit. in 5. col. in fi. de offi del. g. Tñ licet ita ſit, poteſt tamen probari ꝺrium, vt hoc tex. quod ideo eſt, quia inſtrm non expreſsè dicebat, ſed bene præſumebatur ex ipſo inſtrō, vt de-
3 clarat hic gl. no. † Subdit etiam no. Ang. ꝙ illud, quod dicitur, ꝙ præſumitur pro inſtrō, eſt verum, niſi in inſtrō aliquid enunciatiuè contineatur, puta, Titius filius Sempronij, nam illa verba non probant filiationem, niſi talia verba enunciatiua eſſent de ſubſtantia, vel neceſſitate. text. eſt in l. optimam. C. de ꝺhen. & commit. ſtipu. & alleg. Inno. ita tenere in c. cum in iure peritus, de off. deleg. Adde, ꝙ illum tex. in l. optimam. reputauit ad hoc ſing. Bal. in c. ſciens. de teſt. Iſtam etiam reg. ponit D. Ant. in ca
4 illud. de præſump. & D. Math. in ſuis no. dictis in no. 79. † Adde fortius, ꝙ imò ſi in inſtrō aliquid contineatur aſſertiuè, ſeu incidenter, puta, quia in eo dicatur, Sempronius, qui eſt procurator Caij, adhuc illa verba aſſertiua non probant eum eſſe procuratorem. Ita tenet no. Bal. in rub. C. de fide inſtr. in 4. col. quē ſimpliciter ſequitur Per. de Anch. in clem. 1. de prob. Idē tenet Bal. in c. 1. in 1. col. de procur. & in l. ordo. C. de execu. rei iudi. Spec. in tit. de inſtru. edi. §. reſtat. verſi. pen. Ludo. Rom. in conſ. 63. quod inc. ſolum eſt videre. Facit bene tex. in l. ne ſatiſdō. & ibi Ang. ad hoc no. ff. rem ra. ha. quam dicit ad hoc ſing. Ludo. Rom. in ſing. 368. quod inci. R. d. Card. Sancti Marcelli. ¶ Adde quod fortius, & no tenet Do. Card. Flor. (nec fortè alibi inuenies) in c. fi. de fid. inſtr. in vlt. col. in ver. vlt. pone, ꝙ tabellio, &c. vbi refert ſe alias dixiſſe in facto, ꝙ etiam ſi notarius diceret in inſtrō, Titius procurator talis, vt conſtat tali inſtrō, manu talis notarij à me viſo, & lecto, ꝙ adhuc per iſta verba non dicitur probatum de mandato illius procuratoris, quia eſſet teſtimonium reddere, non autem mandatum authenticare, vt ibi plenius per eum. Qui dicit hoc eſſe bene notandum, quia ſæpe de facto occurrit. ¶ Limita prędicta omnia, vt procedant quantū ad fauorem illius aſſerti procuratoris, tamen contra eum illa verba bene probant etiam quo ad tertium. Ita limitat Ludo. Rom. in conſi. 63. alleg. ita tenere in d. l. optimam. Tu adde Bal.
5 in terminis in c. ſeries. de teſtib ¶ † Tertio, & vlt. per iſtum text. dicit Innoc in c. cum M. Ferrarien. de conſti. & referunt Ang. & Pau. de Caſt. hic. ꝙ quando verba partiū ſunt dubia, & poſſunt trahi ad duplicem intellectum, recipiunt illum intellectū, de quo partes fuerint expreſsè proteſtatæ, quia nō debent operari vltra eorum intentum. l. non omnis, in princ. ff. ſi cert. pet. Sed quādo verba eſſent clara ad oppoſitū proteſtatio nihil operaret, quia actus ꝺrius proteſtationi tollit proteſtationem. c. ſolicitudinem. de appel. no. in d. c. cum M. Ferrarien. cum ſimi. Barto. & alij in ſimili in Auth. offeratur. C. de lite conteſt. De eo, qui dicit, talis litem conteſtatur, ſed non animo conteſtandi, & ſi proteſtatur, illa proteſtatio nihil releuat. Facit quod vult Bal. in l. ſi quis extrancus. in prin. ff. de acquir. hæred. Deo quo vltimo dixi in l. ſi. quod quiſque iur. ¶ Capio glo. in ver. probetur, quam diuide in duas partes prin. In prima opponit ꝺ tex. & ſoluit. In ſecunda format qō. Scda ibi. Item nunquid, & eſt ſing. gl.
6 ſm Ang. & Pau de Caſt. hic. ¶ † Ex prima parte gl. hēs colligere quinq; ꝓcl. Prima conclu. ꝙ quis in inſtrō dicat, Titius rogatus

tus.ſpopondit Meuius,ſi probatur non fuiſſe ſtipulationē,per hoc non redarguitur inſtrumentum de falſo; quia potuit eſſe, q̄ reſponſio ſit ſequuta ex interuallo,quo caſu non dicitur ſtipulatio.Item quia potuit pars eſſe in abſentia , vt in glo. Iſtud exemplum reprobant Bar.& cæteri omnes,cum in inſtrumentis publ.requiratur locus, & tempus, vt hic p̄ eum. Item quia notarius in inſtrumento non poteſt apponere niſi ea,de quib. fuit rogatus tempore confecti inſtr̄i,vt no.in c.1. de fid. inſtru. ¶† Secundo habes ex gl.ſing.no.f̄m Ang. & Pau. de Caſt.q̄ licèt probetur p̄ id,quod reſultat ex præſumptione inſtrumenti,non ideo per hoc redarguitur inſtrumentum de falſo. Secus ſi probaretur p̄ tenorem inſtrumenti,vel contra ea,quæ notarius atteſtatur in inſtrumento.¶† Tertiò per iſtam gl.dicit Bal. in l.Imperator.in 2.col. ff.de ſta. hom.q̄ potius præſumitur diuerſitas temporis,vel loci, quā præſumatur falſitas ſcripturæ. ¶† Quartò no.ex hac glo. q̄ quando verba inſtrumenti [a] poſſunt trahi ad falſum & ad non falſum, in dubio fit interpretatio,q̄ non continent falſum, & ita tenet Bal.in l.1.C.de ſacroſ. eccleſ.Facit reg l.meritò. [b] ff.pro ſoc.† Et ex hoc habes quintò notare ex hac gl.q̄ probatio falſi debet de neceſſitate concludere,[c] & ita per iſtam gl.no.Bal.& Ang.hic.Sal.in l.de tutela.C. de in integ.reſti.minor.D.Alex.in conſ.70.in 1.vol.inci.viſo p̄ceſſu inquiſitionis.in 2.col.& in conſi.74. quod inci. viſo teſtamento Io.in vlti.col.in eo.vol. Facit quod no. Bar.in l.quoties. §.1.per illum tex.ff.de hære.inſti.Facit bon.tex. in l. quod adhibitus.in fi.C.de his,qui in teſt. ſibi aſcri.quæ.l.eſt notabilis ad execuſationem ſimplicium tabellionum, f̄m Bal.in d.l.1.ad fin.ff. de leg.¶† Ex 2.parte gl.habes notare , q̄ licèt contra tenorem inſtr̄i non poſſit probari per teſtes: tamen p̄ præſumptionem reſultantem ex inſtr̄o, vel contra ſolennitatem bene admittitur probatio per teſtes,& ad hoc iſtam gl.multum not.Bart.& reputat tenendam menti,& ad hoc iſta gl.eſt ſolennis,f̄m Bal. in c.cum à nobis.in vlt.col.de teſt.& in c.tertio loco.in pen.col. de procu.† Et per eam inferunt Ang.& Ful.& ſæpè practicatur Mediolani,q̄ ſtante ſtatuto,q̄ contra inſtr̄m publicum nō admittatur aliqua probatio,vel exceptiò, debet intelligi , q̄n quis vellet directo probare contra tenorem inſtr̄i, ſed ſi vellet probare p̄ præſumptionem,vel ſolennitatem,puta q̄ ille, qui fecit inſtr̄m,non erat notarius:tunc poteſt probare non obſtante ſtatuto,& licèt iſta gl.allegetur pro ſingulari,habes duas alias glo. vnam in l.reos.§.cum in tabulis in ver.videbuntur, & ibi Ang. & Imo.ad hoc no.ff.de duo.re.& gl.in l.1.C.de p̄hen.& comm. ſtipu.Sequitur etiā Ang in repe.l ſciendum.in 5.col.ff.de verb. obl.Facit bene tex.in l.quicunque,& ibi Bar.ad hoc not. C.de apoc.pub.lib.10.No.etiam Bar.in l.generaliter.in vlt.col.per illum tex.C.de non num.pecu.† Et dicit Bal.hic, q̄ quando probatio eſt p̄tra,vel præter inſtr̄m,vel ad interpretationem inſtr̄i, ſufficit probatio per teſtes,vt hac gl. Alleg.etiam Cy. in l.optimam.C.de p̄h.& com.ſtip.& in addi.Facit quod no. Bar.in l.2. §.prætor.& ibi dixi.ff.qui ſatiſd.cog. q̄ licèt contra inſtr̄m nulla exceptio poſſit opponi,tñ poteſt ſtare, q̄ ille, qui fecit inſtrumentum,non ſit notarius,& iſtud poteſt opponi contra inſtrumentum,ſtatuto non obſtante.† Item ſtante dicto ſtatuto,[d] q̄ contra inſtr̄m nulla poſſit opponi exceptio , tñ ſemper poteſt opponi exceptio,quæ ex inſpectione inſtr̄i apparet,puta, q̄ p̄miſſio ſit facta ſine cauſa,f̄m Imo.in l.fi.in prin.ff.à quib.appel. non licet.Alex.in conſ.77.in 4.vol.incip. viſis dubitationib. eleganter formatis.in fi.col.[e] † Alibi etiam dicit multum ſignanter Panor.in c.ſciſcitata.in 4.col.de in integ.reſtit.per glo.ibi in verbo effectum(quam dicit ſe pluries allegaſſe circa ſtatutum diſponens,q̄ contra ſententiam nulla poſſit opponi exceptio, vel contra inſtr̄m) dicit Panor.q̄ debet intelligi,niſi opponens exceptionem legitimam offerat ſe velle probare incontinenti, quia ex quo incontinenti probationem offert , audiendus eſt, non obſtante ſtatuto.Mouetur,nam ſtatutum ideo reijcit exceptiones propter præſumptam fraudem,ſed iſta præſumptio ceſſat in eo,qui incontinenti vult probare,per multa iura,quæ ipſe alleg Idem tenet Panor.in c.ſuper eo.in fi. de off.deleg.tamen illam deci.Panor.multis modis reprobat Ale. quem vide in conſi.92.in 4.vol inci.clariſſ.Do.Vicarie, & ibi citra conſciē tiam multum inuehit contra Panor. † Item adde circa iſtam partem gl. quæ vult, q̄ contra p̄ſumptionem inſtr̄i admittatur probatio per teſtes:nam debes aduertere, f̄m Pau. de Caſt. hic,q̄ etiam ſi in inſtrumēto adeſſent tres vel quatuor teſtes,tamen ad proban.contra præſumptionem inſtrumenti , duo teſtes ſufficiunt.Sed ſi ageretur de probando p̄ tenorem, requirerentur plures.ita Bar. & alij in l. 2, §. 1. vbi vide Ang. & Imo.ff. quemadmo.teſt.aper.Cano.in c.tertio loco.de præſump.† Tol le ſimile. nam ad reuocationem legati requiruntur quinq; teſtes.l ſi.in fi. C. de codicil. tamen poſſum probare per duos teſtes , quòd poſt legatum ſuperuenerūt inimicitiæ capitales inter teſtatorem,& legatarios,propter quas intelligatur legatum reuocatum. l. fideicom. cum glo. C.de fideicom.l.3. §.fin.ff.de adim.legat.

ADDITIONES.

a ¶Inſtrumenti. Adde Bal.in l.Imperator.de ſta.homi.
b ¶L. merito.Ad illam l.merito.adde not. dicta Iaſ.in l. rogaſti.§.ſi tibi.colum. 3.ff.ſi cert. petat. PVRPV.
c ¶Concludere.Bar.conſi.111.col.2.Iaſ. in l.2.in prin.col.4. ſup. ſi quis ius dicen. PVRPV.
d ¶Statuto. Adde Bal.in l.ſi non ſortem.in §.1.ff de condi.inde.
e ¶In fi.col.Alex.in l.4.§.condemnatum.col.2.de re iud.Facit l. ſi quis teſtibus. C.de teſtibus. PVRPV.

SVMMARIVM.

1 *Tranſactio quamuis non valeat ſuper re iudicata tamen bene valet pactum.*
2 *Pactum contra publicam vtilitatem nihil valet.*
3 *Iuramentum interpoſitum contra ea,quæ principaliter publicam vtilitatem reſpiciunt,nihil valet.*
4 *Venire contra factum proprium licitum eſt.*

§.Si paciſcar. Pactum,per quod tollitur ius priuati,valet: ſecus ſi ius publicum, etiam ſi iuramento,vel ſtipulatione valletur.h.d. vſque ad §. ſi ante.

1 ¶† No.ex text. ibi, ne iudicati . q̄ quamuis tranſactio ſuper re
a iud. [a] non valeat.l.ſi diuerſa.cum gl.no.C.de tranſact.l. elegan
te,in prin.ff.de condi.indeb.& l.poſt rem.ff.de tranſac cum ſi. tñ bene valet pactum.Ratio diuerſitatis. eſt,quia tranſactio,de bet eſſe de re dubia.Secus in pacto. l. 1. & ibi glo.declarat. p̄.de
2 tranſ.ſed per rem iud.res eſt effecta clara.dictis iurib.¶† Secundò no.q̄ pactum contra publi.vtil.nihil valet , quia iuri publico non poteſt pactis priuatorum derogari.l.ius publi. p̄. eod.Si quis faceret pactum cum bannito de eo non offendendo,tale pactum non valet,quia eſt contra publicam vtil.f̄m Bal.Ang. & Mod.hic.Idem tenet Bar.in l.1. §.non fuit. ff.de dolo, & in l.
3 qui ſeruum.ff.de verb.obl.¶† Vltimò no.in verſi. & generaliter.q̄ iuramentum interpoſitum contra ea , quæ principaliter vtilitatem pub.reſpiciunt,nihil valet, quod facit ad multa , de quib.Bar.in l.ſi quis pro eo,cum concord.ff.de fideiuſſ per Cano.in c.cum contingat.de iureiur. Et iſte tex. clarè procedit de iure ciuili,attēto,q̄ olim ius ciuile poterat infringere,& annullare iuramentum,vt in ſimili patet in l. ſi inquilinos. in fi. ff. de
4 leg.1.Et quod vult gl.in l.adigere.§.quamuis. ff.de iur. patr. Tamen de iure Cano. quo ſeruandum eſt omne iuramentum , quod poteſt ſeruari ſine interitu ſalutis æternæ.d.ca. cum contingat,& iuramentum eſt res ſpiritualis,de quo leges ſeculares ſe non poſſunt impedire , videtur q̄ iſte §. hodie non procederet de iure Cano. de quo tangit aliquid Paul. de Caſt. hic , per Cano.in c.2.de pac.lib.6.& in d.c.cum contingat.cum ſuis concord.¶Gl.in ver.non liceat.diuiditur in tres.In prima declarat tex.In ſecunda format vnam.q In tertia aliam.Secunda ibi, ſed
4 an idem quia.Tertia ibi,item quid ſi partim.† Dic vt in gl.quæ bene dicit,& poſtea aſſignat rōnem,in 2. parte , quia licèt non ſit licitum venire p̄ factum proprium,quando agitur de facto priuato,quia eſſet allegare turpitudinem ſuam. l.cum profitearis.C. de reuo.his,quæ in fraud.cred.& l.ſi creditoris. C.de com. ſer.manu. Tñ quando agitur de fauore publ.licitum eſt venire p̄ factum proprium.iuxta no.per Docto.in l.iuſiu.quod ex cōuentione. §.fin.ff.de iureiur.& in l.poſt mortē,vbi latè Bar.ff.de adop.¶Gl.in ver.depoſiti.dum vult,q̄ etiam ratione futuri doli agi non poteſt', quòd ēt dolus de futuro poteſt remitti,malè loquitur,quia inuitaret ad delinquendum, p̄ l. conuenire.ff.de pact.dot.Item quia tale pactum,per quod remittitur dolus de futuro,eſſet contra publ.vtilit.cum inuitaret ad delinquēdum, ergo non debet valere,per regulam 1.huius tex.

ADDITIO.

a ¶Re iudi.Adde Bal.in l.ſi cauſa.C.de tranſa.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio pacti directa producit obligationem naturalem, per quam creditor obligatur non petere.*
2 *Filius ſperans hæreditatem patris,ſi illo viuente faceret ſe liberari à creditoribus paternis,talis liberatio valet,& prodeſt ſibi poſt mortē patris,quantum ad exceptionem doli,nu.3.*
4 *Filiusfamilias ſi promitteret magnam dotem viuo patre pro ſorore,effectus paterfamilias teneretur illam dotem ſoluere.*

§. Si ante aditam. Iuriſconſultus hic incipit tractare materiam ſatis bonam,& quotidianam , quam proſequitur vſque ad l. reſcriptum. §. ſi pacto , quando hęres non vult adire hęreditatem propter multa debita hæreditaria , ne poſtea laceretur à

creditoribus,& teneretur de ſuo ſatisfacere,vltra vires hæreditarias, niſi creditores prius ſibi remittãt partem debiti,Iſta materia non reperitur.C.eo.Circa quam occurrunt multę q.& in hoc tex.cum l.ſeq.ponitur quæſtio, quid ſi creditores hĩditarij remittant pacto futuro hæredi,anteq̃ ſit hæres,an tale pactum adita poſtea hæreditate ſibi profit? Dubium facit,quia tpe pacti non erat debitor.Tñ ideo prodeſt, quia effectus talis pacti ꝓfertur in tps,quo erit hæres, & ideo ſi efficiatur hęres abſque aliqua mutatione ſtatus perſonæ, hębit directam exceptionẽ pacti.Si aũt contingat mutari conditionẽ ſtatus,puta,quia aliquis ſeruus inſtitutus eſt hęres,& anteq̃ libertatem ꝓſequat̃,& efficiatur hæres,paciſcatur cum creditorib. qui partem debiti remittant,ſi poſtea efficiat̃ liber, & hęres de rigore iuris pactũ ſibi non debet prodeſſe,qa quod fecit ſeruus in ſeruitute, non prodeſt nec nocet ei effecto libero, quia cẽſetur nouus homo. l.quod quis.ff.de reg.iur.l.qui res.§.aream.ff. de ſol. Et certè de rigore iuris ſibi non prodeſt, & ideo ſibi non competit directa exceptio pacti, tñ ex æquitate competit vtilis exceptio pacti, vel doli,ſicut in filio ſtatum mutante,& iſto modo habes medullã huius tex.vſq; ad §.hodie.¶ Pactum de non petendo factum per creditores ei,q eſt,vel futurus eſt hęres ſtatu nõ mutato,proficit quo ad directam exceptionem pacti,ſed ſtato mutato ꝓdeſt quo ad exceptionem doli,vel vtilis pacti.h. d. cũ l.
1 ſeq.vſq; ad §.hodie.¶† Pro intelligentia neceſſario videndũ eſt cuius vtilitatis ſit,an cõpetat directa exceptio pacti, an vtilis. Videretur,n.ꝙ in effectu non diſcreparent,per l.actio.ff.de neg. geſt.Inuenio aſſignari 4.vtilitates.Primã ponit Bal.hic,in 3.no. ꝙ exceptio pacti directa producit obligationẽ naturalem, per qnã creditor obligatur nõ petere.l.ſi vnus. §.pactus ne peteret. cum gl.in verbo ipſo iure.ĩ.eo.ſed exceptio vtilis,qa de rigore non cõpetit,ſed ex æquitate,nõ obligat naturaliter ad non petendum.Sequitur Pau.de Caſt.qui reputat pulchrum, & vtile ad intelligentiam multarum aliarũ.ll.huius tit. quæ dicunt dari vtilẽ exceptionẽ,& non directã, vt in l.reſcriptum. §.fi.& in l.hĩdi.§.1.ĩ.eo.Sequitur ſimpliciter D.Alex. hic. iſta vtilitas nõ placet. Primò,qa modici eſt effectus,vt de ſe patet.Scdò,quia falſum eſt, ꝙ vtrobiq; non oriat̃ obligatio naturalis,put ẽt tenet D.Mar.Lau.hic. Nã obligatio naturalis eſt de iure gen.l.cũ amplius.§.is natura debet, ff.de reg.iur.& oritur vbicunq; adeſt cõſenſus vtriuſq;,per tex.l.Stichum,aut Pãphilum. §. naturalis.ff.de ſol.Nec ꝓderat iſtam diuerſitatẽ iuris ciuil.inter vtile, & directũ,& hoc puto verius.Scãm vtil. tradit Bal. hic ĩ 3.no. & ſequitur D. Alex. qñ ſtatutum non ꝓmitteret opponi exceptionem veri pacti,tunc bñ poſſet opponi exceptio doli, vel vtilis pacti,ſed tale ſtatutum credo,ꝙ raro inueniat̃. Aliã ſing. vtil.ponit Ang.in l.& hĩdi.§.Iul.Nam qui habet exceptio. directam,dr̃ tutus exceptione perpetua,& fauorabili,ꝓ conſequẽs ſi ſolueret, poſſet ſolutum repetere.ſecus qñ eſt tutus exceptione doli l.qui exceptionem.in prin. ff.de condi. in deb.Sed errat Ang.in fundamẽtis,qa tutus exceptione doli non dr̃ tutus exceptione odioſa,imo exceptione fauorabili fundata in rõne naturali.ideo ſolutũ repetit,vt tenent Bar.& oẽs in l.2. C.qd met. cauſa,& gl.in d.l.qui exceptionem.Vera vtilitas eſt,quia pactũ de non petendo,quod valet in propria ui pacti,& producit directam exceptionẽ pacti, tollit ipſo iure naturalem obligationem,& elidit ciuilem, & de iſta propria loquit̃ tex.in l.ſi vnus. § pactus ne peteret ĩ.eo. Secus eſt in exceptione doli vtilis pacti,quia eſt ſubſidiaria,& cenſetur quędam renunciatio.l.& hęredi.§.Iul.ĩ.eod.ita ſing.decla.Bal.in l pacta quę ĩ.in 6.& 7.col. C.eo vbi reputat hoc eſſe no. dignum. Sequitur Pau. de Caſt. hic,licèt de Bal.non recordatus,& idem Pau. in d. §. pactus ne peteret,& ibi Do.Alex. in 5.col.& idem tenet Sal.in l.pacta nouiſſima.in duob locis.ſcilicet in 6.& in 8.col C.eo.¶ Scdo not. in ver. (idem probat.) hic eſſe tex,ſing. ſm Docto. ꝙ quamuis non ſit licitum facere pactum ſuper hæreditate viuentis; niſi ille,de cuius hęreditate agitur,cõſentiat.l.ſi. C. eo. ſiue ſit extraneus;ſiue filius,vt ibi tenet glo.in verſic.alienæ.quicquid ibi te-
2 neat Fulg† Tñ ſi filius ſperans hĩditatem patris illo viuente facret ſe liberari à creditorib.paternis,talis liberatio valet,& prodeſt ſibi poſt mortem patris, quantum ad exceptionem doli,licèt videat̃ fuiſſe nimium ſolicitus.Et dicunt Bal. Pau. de Caſt. & D.Alex.hic.Bar & Doc.in d.l.ſi.ꝙ iſte tex. ſolùm procedit q̃tum ad actum liberatorium fauore liberationis ſed quantũ ad actum obligatorium,puta,ſi donarem partem hæreditatis, eſſet illicita conuentio,niſi conſentiret pater, de cuius hæreditate agitur.d.l.ſi.Sed tu ſubtilis conſidera,ꝙ alia eſt ratio ad hunc tex.prout etiam tenet Bal. quia hic iſtud pactum non fit ſuper bonis patris, ita ꝙ requiri debeat conſenſus patris,ſed fit ſuper bonis ipſius creditoris,eo quia creditum,à quo inducitur liberatio,eſt creditoris,& non patris debitoris,ideoq; patris conſenſus non requiritur,& iſtud plus placet ad hunc tex.tñ in effectu
3 ad idem tendit. ¶† Tenendo tamen *communem ſententiam* iſte
* tex.iuncta d.l.ſi.faceret, ꝙ ſi filius liberaret aliquem debitorem patris viuente patre, & eo non conſentiente, ꝙ talis liberatio non noceret ipſi filio poſt mortem patris, de quo vide Bart. & alios in l.filius.1.ff.de ſol.& in l.cum dñs.§ fi. ff.de pec.leg.Spec. in tit.de pac.§.pen.verſi. quid ſi filius. Gemi.in ca.quamuis,de pac.in 6.Pau.de Caſt.in l.filius paciſcendo.C.eo.Fulgo.& Pau.
4 de Caſt.in l.ſi C.eo.Prædicta conſidera ad id, quod † conſuluit D.Abb.in conſ.12.quod inc.Magn.d.Io.in vlt.dubio.in 1.vol. vbi conſuluit,ꝙ ſi filiusfam.promitteret magnam dotem pro ſorore viuo patre,ꝙ effectus paterfam. teneretur illam dotem ſoluere,cùm filiusfam.regulariter obligetur ex omni ĩcto, vel quaſi excepto mutuo,vel voto.l.filiusfam.ff.de act. & obl. l.filiusfam.§.1.ff.ad Maced.Sed conſidera,ꝙ iſtud procederet,niſi filius ꝓmiſiſſet id,ad quod pater tenebatur ſaltem officio iud. l obligamur.§.lege.& ibi Bar.ff.de act. & obl.l. qui liberos.ff.de ritu.nup.& vide in propoſito aliam mirabilem deciſi.Bald.in l. fi.in vlt.col poſt med. C. de dot. promiſ. Iaſon Paduæ.

SVMMARIVM.

1 *Pactum factum à maiori parte creditorum cum hærede futuro debitoris mortui,de quarta parte debiti remittenda,præiudicat alijs creditoribus,ſi in vnum conuenerint, & decretum prætoris interceſſerit, & nu.2.*
3 *Præiudicat minori parti quod maior pars facit in his, quæ pertinent ad plures,vt ad ſingulos,& agitur de præiudicando,& nu.3.& 9.*
4 *Diſcordia vbi eſt inter partes,tunc requiritur decretum iudicis, quod facit præualere illam partem,cui adhæret.*
5 *Numerus perſonarum præualet dignitati.*
6 *Perſonis duabus nobilib.vel in dignitate poſitis magis creditur, quàm pluribus alijs ruſticis,vel vilibus perſonis.*
7 *Socij ſi ſint plures, qui habeant domum communem pro indiuiſo, & vnus inhabitet totam,alijs abſentibus non tenetur ſoluere penſionem alijs pro rata.*
10 *Collectiuum totum eſt pro vna dimidia tantum, & ſingularis perſona pro alia dimidia.*
11 *Epiſcopus ſolus tantum poteſt,quantum totum capitulum in his, quæ pertinent ad Epiſcopum,& Capitulum.*
12 *Rectori,& vniuerſitati ſcholarium ſi detur poteſtas eligendi notariũ, tantam habebit vocem rector ſolus,quantum tota vniuerſitas.*
13 *Voces in aliquo actu ſi dentur Capitaneo, & Antianis, vnam vocem habebit Capitaneus ſolus,& vnam Antiani.*
14 *Tutor poteſt remittere gratis partem debiti pupilli, quando talis remiſſio fit neceſſitate cogente.*
15 *Procurator,qui habet mandatum generale cum libera,poteſt facere tale compromiſſum in arbitratorem.*
16 *Pupilli,vel tutores pro eis habent vocem, quando agitur de re familiari,vel pecuniaria,in his,quæ pertinent ad plures, vt ad ſingulos ſedin actibus vniuerſitatum non habent vocem.*
17 *Difficilè eſt,ꝙ vna perſona poſſit ſuſtinere vicem plurium.*
18 *Coacernatio ſummarum,& plurium debitorum fit,quando ſumus in fauorabilibus.*

1 **§. Hodie tamen.** † Pactum factum à maiori parte creditorum cum hærede futuro debitoris mortui,de quota parte debiti remittenda,Preiudicat alijs creditorib.ſi in vnam conuenerint,& decretum prætoris interceſſerit. Et maior pars creditorum conſideratur.Primò reſpectu cumuli debiti.Secundo reſpectu numeri perſonarum.Tertiò reſpectu dignitatis. hoc dicit cum l.ſeq. ¶ Ad euidentiam præmitte. Iſte. §. loquitur in hærede debitoris non adeunte hæreditatem, & hoc eſt planum,vt patet ex continuatione huius §.Optimè facit text. ibi, pactio huiuſmodi,iuncto §. ſi ante aditam hæred. in l.iuriſgen. in fi.ĩ. eod.ſed chrum,& neceſſarium eſt videre, nunquid etiam haberet cum in hærede debitoris, qui iam adiiſſet hæreditatem. Gl. vult,ꝙ non, quia tunc haberent creditores, quem conuenire & ſic ceſſaret ratio huius tex.& ita expreſsè tenet Gul.de Cun.
* Ray.Albe.Bal.Ang.Sal.& Dom.Alex.hic.*Et ſic eſt iſta communis ſententia.* Contrarium ſubtiliter tenet Ray. & Fulg. ꝙ imò iſte text. generaliter procedit etiam in hærede poſt aditam hæred. ponderando text.in ver. (huiuſmodi pactio) iuncto principio huius l.in ver.idem & in extraneo, qui de neceſſitate loquitur poſt aditam hæred.quia ſi intelligeretur ante aditam hæreditatem eſſet ſuperfluus, cùm eſſet iam deciſum in §. ſi ante aditam. Sed tu dic,quòd ille text.nihil obſtat,quia dato,quòd loquatur ante aditam hæredita. non ideo redditur ſuperfluus, quia ibi aliud principaliter dicitur,ſi de actione mandati,quod non eſt alibi nec ſuperius, nec inferius deciſum, imò nec tactum.Poterat Fulgn. melius ponderare iſtum text. in princip.

dum

4 cum l. seq. & prin. seq. ff. mand. ¶† Quintò no. ex eo. tex. iuncta gl. ꝙ interesse affectionis, vel consanguinitatis non est sufficiẽs causa, vt quis possit alteri paciſci, vel stipulari, de quo per Bar. in l. quod dr̃. ff. de verb. obl. Bal. in l. executionem. in 4. col. C. de execu. rei iud. Idem est in interesse remunerationis, quod non sufficit. gl. in l. si tibi. §. si pactus. s̃. eo. Facit tñ, quod actio detur, vbi aliàs non daretur, sed non in plus. l. cum seruus. ff. man. ſm Bar. & alios hic, quicquid dicat hic gl. ad illum tex. & malè. Et ad gl. & Bar. hic, ꝙ requiratur, ꝙ interſit pecuniariter, & sic non sufficiat interesse affectionis, adde Bar. in l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de verb. obl. & in l. unica. in 8. col. C. de sen. quæ pro eo, ꝙ interest. Et licèt ista glo. soleat alleg. pro singulari ſm Nico. de Neapo. in §. alteri. Inst. de inutil. stipu. tu alleg. text. expressum. in l. 4. §. sed & si fortè. ff. iud. sol. ¶† Et ad id, ꝙ dictum est, ꝙ interesse remunerationis, & obligationis ad antidora non sufficiat, est tex. in l. ꝙ dictum. j̃. eo. & ibi Bal. in lect. antiqua, Ang. & Fulg. ad hoc no. & dicit Ang. ꝙ illud melius probatur ibi, quã alibi. Sed caue pro l. idemq;. §. fi. cum l. seq. ff. manda. Sed ꝫ istã glo. & Bar. ꝙ imò sufficiat interesse resultans ratione amicitiæ, vt tenere gl. in l. si vnus. §. 1. in ver. videmus. j̃. c. & ibi Ang. Pau. de Cast. & expressius d. Alex. Tñ tenendo illud, ꝙ tenet Bar. hic post gl. ꝙ in ꝫctib. bonæ fidei sufficiat interesse affectionis, vide quod refert se de facto consuluisse Bal. Nouellus in tract. de
5 dote, in 4. parte. & in 4 q. ¶† Sextò no. in l. sed si fideiuſ. ꝙ licèt alias nõ valeat fideiussio sine principali. l. si stipulatus. §. adhiberi. ff. de fideiuſ. quia accessorium non potest esse sine principali. illud ꝓcedit in fideiussore simplici. secus est in fideiussore in rẽ
7 suam, vbi fideiusor pro reo accipitur, vt hic expresse dicit tex.
7 † Septimò no. ex eo. tex. ꝙ fideiussor in rem suam non est proprie fideiussor, ideo non veniret in statuto, vbi verba debent ꝓprie accipi. Et ideo ſm Alb. si statutum est in ciuitate, ꝙ nullus, qui sit fideiussor obligatus vltra centum admittatur ad conducendum vectigalia cõis, sub certa pœna, si aliquis esset fideiussor in rem suam, puta pro suo procuratore vltra dictam summam, & conduceret vectigalia, non incideret in pœnam statuti. Vide tñ tex. in l. si quis tutor. ff. de ritu nupt. ſm eũ. Adde simile in procuratore in rem suam, qui non dr̃ propriè procurator, vt patet ex diffinitione posita in l. 1. in prin. ff. de procu. vbi gl. illud no. Ideo non haberet locum in statuto faciente mentionem de proc. ſm Bal. in l. 1. in 5. q. C. de act. & oblig & in l. q stipendia. circa prin. vbi Sal. & alij. C. de procu. Pro confirmatione prædictorum bene facit, quia qñ aliquid non profertur simpliciter, sed cum adiuncto, apparet illud non esse propriè,
1 ſm Bar. in l. Lucius. §. quæsitum. ff. de leg. 3. cum concor. ¶† No
no, & vlt. no. ex l. idem in duob. ꝙ pactum de non petendo factum vni ex reis deben. ꝓdest alijs, qñ sunt socij omnium bonorum, vel specialiter illius debiti, quia tunc interest paciscentis, ne ab altero petatur. Nam quicquid ille solueret, repeteret à paciscente actione pro socio pro rata sua, vt hic per Bart. & plenius in l. ex duob. in 8. q. ff. de duobus reb. vbi examinat materiam istius legis. ¶ Glo. in l. nisi. format oppo. & dat quatuor solu. ideo diuide eam in 5. partes, quæ patet in glo. Bart. dicit ꝙ omnes solu. gl. sunt bonæ excepta secunda. Pro prima sol. adde gl. in l. si stipulatus esses à me. §. si ex duob. ff. de fideiuſſ. & ibi vide Bar. in vlt. col. sed ista solutio diuinat. † Secunda sol. vltra ꝙ diuinat, etiam non est vera, quia dato, ꝙ reus non sit soluendo, tamen interest fidejussoris sibi cedi actionem ꝫ cum, quia potterit in futurum fieri soluen. ꝙ lex sperat. l. si defunctus. C. arb·
10 tutel. l. 2. & 5. C. qui bon. ced. poſſ. l. vir ab eo. ff. de iure dot. † Notamen ex ista gl. ſm Bal. ꝙ fideiussor non potest opponere exceptionem excussionis, vel cedendarum actionum, quando res uera sua non interest, & ad hoc singularem reputat istam glo. Ang. & Imol. in l. exitus. ff. de acquir. poſſ. Reiectis ergo solu. gl. diuinatiuis, tene solu. quam dat Bar. & cæteri sequuntur. ¶ Gl. in l. fideiussoris. in versi. proderit reo. diuiditur in duas partes. In prima ponit quatuor fallen. ad text. & sic remouet quatuor oppo. In secunda oppo. & soluit. Secunda ibi, sed videtur, dic vt in ea. Iason Paduæ.

SVMMARIVM.

1 *Pactum personale quot modis dicatur.*
2 *Videlicet dictio, non solùm est declaratiua sed etiam restrictiua.*
3 *Pactum de non petendo à debitore factum cuilibet extraneo, parit sibi vtilem exceptionem doli, nu. 4. & 5.*
6 *Est species iuramenti dicere, in veritate sic est.*
7 *Dictio, plerunque, cuius sit naturæ.*

LEX XXV.

§. Personale. Pactum personale non egreditur personam paciscentis. Item pactum fideiussoris prodest reo principali, vel confideiussori, si hoc a-
1 ctum fuerit. h. d. vsque ad l. si vnus. † Et quot modis dicatur pactum personale, dic vt per Bart. in l. si tibi. §. pactio. s̃. eo. & in l.
2 nisi. vbi dixi. ¶† Not. in l. videlicet, ꝙ de natura huius dictionis,
a videlicet, [a] est ꝙ non solùm sit declaratiua, sed etiam restricti ua. l. cùm quidam. §. 1. ff. de vsu. not. Barto. in l. 1. ff. ad l. aquil.
¶ Capio glo. in verbo plerumque. quam diuide in tres part. In prima declarat text. In secunda respondet tacito quæsito. In tertia format quæstionem. Secunda ibi, quod semper præsumitur. Tertia ibi, sed an dices idem. In secunda parte ibi, nos
* contra. Dic, ꝙ ista opi. est vera ſm Bart. *& communiter Docto.* per l. fideiussoris j̃. eo. quæ loquitur in casu dubio, & quia persona extrinsecus non intelligitur. l. si stipulatus. §. Chrisogonus. ff. de
3 verb. obl. ¶† In tertia parte gl. hẽs, ꝙ pactum de non petendo à debitore factum cuilibet extraneo, parit illi vtilem excep. doli. Iste passus est subtilis, & disputabilis, & necessarius ad intelligendum tit. Adde, qdẽ tenet gl. in l. & habetur. §. Iul. & in l. si tibi. §. pactus. s̃. eo. & glo. & in l. Pomp. ff. de nego. gest. tñ alleg. gl. multum faciunt, q a loquuntur in exceptione pacti Nos loqmur in excep. doli subsidiaria. Non obst. l. si tibi. §. cũ possessor. alleg. in gl. q a loquitur in possessore, qui erat pactus sibi. Nos vrò loquimur, qñ extraneus est pactus debitori. Bart. tñ dicit, ꝙ ꝫrium vr̃ tenere gl. in l. non solùm. 2. §. si liberationis verba. ff. de lib. leg. quæ dicit, ꝙ confessio facta absente parte ꝓducit doli exceptionem. Sed ꝫfessio ad liberandum idẽ est, ꝙ pactum. l. tale pactum. in prin. j̃. e. tñ ſm Bal. in c. 1. de eo, qui fi. fe. agna. istæ gl. non sunt ꝫrię, sed diuersę, q a gl. in d. §. si liberationis verba, loquitur in refutatione, sed ista glo. loquit̃ in pacto de non petendo. Bal. ẽt in c. fi. in 8. col. de ꝫfes. dicit, ꝙ istę gl. quę videntur ꝫrię, concordantur hoc modo, quia gl. in d. §. si liberationis verba, procedit qñ liberatio fit per renũciationem, vel per simplicem confessionem, sed gl. hic loquitur, qñ liberatio fit ꝓ viã conuentionis, & sic per pactum de non petendo. Et licèt Bart. in d. §. si liberationis verba, vtrunq; articulum simul examinet, tñ illum passum, nunqd confessio facta absente parte, vel liberatio prosit debitori quo ad dandam ei exceptionẽ doli, omittam, q a illa materia plenè tradit̃ in l. postq̃ liti. C. eo. vbi Sal. latè Mod. præcipuè d. Alex. post Cano. in c. cum pridem de pact. & in c. veniens. de renun. cum alijs concor. Solùm ergo attingam articulum gl. de pacto de non petendo facto extraneo. Nã istã opi. gl. tenent Bar. Bal. Ang. Ful. & Pau. de Cast. hic, & Bar. in d. §. si liberationis verba. Bal. in l. & heredi. §. nos autem, & in l. reſcri. §. fi. s̃. eo. ¶ Pro ista parte stringit. q a certè personæ sunt specialiter enumeratæ, ex quarum pacto quæritur aliis vtilis exceptio. l. reſcri. §. fi. cum ll. seq. vſq; ad istum tex. s̃. eod. ergo apparet, ꝙ in quolibet extraneo istud nõ est verum. Ad idem Bart. ponderat tex. & in l. & hr̃di. §. nos autẽ, in ver. cęterum. s̃. eo. vbi etiam, qñ pater paciscitur filio vt extraneo, nõ acquirit̃ filio ẽt vtilis exceptio. Sed tenẽdo intellectum, quem ibi tenui, ꝙ imò acquirat̃ vtilis exceptio ille tex. ꝓbaret ꝫrium. Sed o põdera tex. in l. hr̃di. §. his s̃. eo. & in hoc tex. vbi cũ mysterio formatur. q. de his, q eiusdẽ pecunię sunt debitores, vt quo ad doli exceptionẽ pactũ vnius ꝓsit alij, ergo secus in penitus extraneo. Ad idẽ facit, q a spãle est, qñ qs interuenit vt minister, puta, vt ꝓcurator, vel

ADDITIO.

a ¶ Dictionis videlicet. Adde c. transmissa. de eo, qui cogno. consa. vxo. suæ, & in c. statutum. de hær. lib. 6.

vel nuncius.ꝙ per eum acquirit alij vtilis exceptio, ergo in ꝫrium eſt,quando interuenit penitus extraneus *Et iſta eſt communis opi.* Contrariam opin. tenet Gul. de Cun. in l. Pompon.ff.de neg.geſt.Idem tenet And.de Piſis Ray.de Forl. & Alb. de Roſa.hic,& Ray.in l.nuda ratio.ff.de don.Bal.in l.generaliter.C.de non num.pecu.& diſputando iſta opin.eſt defenſibilis.Pro iſta opi.tria ſtringunt.Primò ſtringit fundamentum Alb. quod ſibi aſcribit Raph.Ful.Nam clarum eſt,ꝙ pactum de non petendo factum procu.de non petendo à dño,prodeſt ipſi dño,quò ad excep.doli.d.l.reſcriptum.§.fi.modo ſic eſt,ꝙ extraneus paciſcendo ne petatur à debitore,gerit illius negotium. l.ſi ego.ff. de neg.geſt. l.qui mihi do.ff.de dona.Secundo cùm ratihabitio ſequens trahatur retro,& æquiparetur mandato l. fi. in fi. C.ad Maced.cum ſi. ergo pactum penitus extranei ſequuta ratihabitione ita habet prodeſſe,ſicut pactum procuratoris,cùm ratihabitio æquiparetur mandato. Et per hoc fundamentum retorquetur ꝫ communem illud,quod dicebatur de procuratore.Item per iſtud fundamẽtum patet rñſum ad alleg.in oppo. dum dicebatur,ꝙ certè perſonę ſunt enumeratæ,&c.quia verum eſt,ꝙ in illis certis caſib.quęritur vtilis exceptio,& ſtatim, ſed in extraneo ſolùm ſequuta ratihabitione. Scdò ad idem facit arg.ſcilicet iſte tex.loquens in fideiuſſore,cuius pactum ꝓdeſt reo,ſi hoc actum eſt, & tamen nihil intereſt fideiuſſoris.l. fideiuſſoris. ſ.eo. & eſt penitus extraneus,& ſic ꝙ intereſſe prętendit,non eſt pecuniarium,nec conſide.vt volunt gl.& Doct. in d.l.fideiuſſoris.ſ.e.Nec obſt.illud,quod dicunt Pau.de Caſt. & D.Alex. hic, ꝙ iſtud ſit propter connexitatem,quam habet obligatio fideiuſſoria cum obligatione rei principalis. Nam ſi iſta ratio eſſet vera,ſemper factum fideiuſſoris prodeſſet principali,etiam ſi non eſſet actum,ꝫ d.l.fideiuſſ. ſ.eo. Item per hoc nihil intereſt fideiuſſo. ergo in effectu eſt extraneus, ſed qñ iſta non ſufficerent pro iſta parte, tertiò ſtringit illud, quod vult, gl.quam Bar.& oēs indifferenter ibi ſequuntur in l.quod dictū. in gl.fi.ꝫ.eo.vbi ſi fideiuſſor interceſſit animo donandi:quo caſu eſt penitus extraneus. Patet,quia tunc obligatio fideiuſſoria non eſt acceſſoria ad principale, nec aliquid habet commune cum principali. Tñ adhuc iſto caſu pactum fideiuſſoris ꝓdeſt principali,eo ꝙ eſt actū.De veritate tñ illius glo.an bene dicat, ibi reſeruo dicendum.Quid tenendum in hac difficultate? Licèt paſſus ſit diſputabilis,non recedo à *communi ſententia, eam tenendo.* Difficultas eſt rñ.ad arg. de ratihabitione,quę trahitur retro,& æquiparatur mandato. Raph. Fulg in fi. reſponſ.ꝙ non omnis, qui mihi paciſcitur,facit negotium meum gerens, nec paciſcitur vt negotiorum geſtor,licèt negotium tendat ad ꝓficuum meum.alleg.l.ſi quis ab alio.in prin.ff. de calum.Ita etiã reſponſ.Io.Fab in § alteri.in 1.col in fi.& ſeq.inſti.de inutil.ſtip. Tu autem conſidera,ꝙ ſi iſtud arg.eſſet verum , certè quilibet poſſet alteri ſtipulari , quia ille poſſet ratificare, & æquiparatur mandato,quod eſt ꝫ omnes tex.de mũdo , niſi qñ ſtipularetur nomine alterius,vt ſtatim dicam.Nam quod nomine meo geſtum eſt,benè poſſum ratificare,vt dicit Bar.in l.ſi vxor.§.ſi qs vxorem.ff.de adult.& in l.pen.ff.rem rat. hab. Secũdo ad obiectum reſpon. in forma. ꝙ ratihabitio trahitur retro,& æquiparatur mandato,qñ actus à principio eſt de ſe validus , Secus ſi eſt nullus,vt dicit Bar.in l.obſeruare. in vlt.no. & ibi Bald. ff.de off.procu.& leg Facit quod vult gl.in l.Iul.& ibi Ang. ff.qui ſatisd.cog. ſed hic actus eſt à principio nullus,& ad hoc facit tex.
4 in l.ſi tibi.§.ſi pactum.ſ.eo.¶† *Tenendo communem ſententiam*,limita eam,niſi extraneus nomine debitoris pactum reciperet, tũc poſſet habere ratum,& acquireretur ei vtilis exceptio. l.reſcri. §.fi.ſ.eo.iuncta.l.ſi ego.ff.de neg.geſt.Ita limitat Bar.in d.§.ſi liberationis verba.ad fi.& Pau. de Caſt. hic, & illo modo poteſt alteri ſtipulari,vel paciſci.gl.in l.huiuſmodi.in prin.& ibi Doct. ff.de leg.1.& gl.in §.alteri.Inſti.de inutil.ſtipu.declarat Bart. in l. ſtipulatio iſta.§. ſi ſtipul.in ver.ſextus modus. ff.de verb. oblig.
5 ¶† Secundò limita ſm Ang.hic,ꝙ cùm pactum de non petẽdo habeat admixtam renunciationem,licèt tale pactum factũ extraneo non valeat,vt acquirat aliquam excep.debitori,tñ valet in vim renunciationis,& ita ſaluat glo.in d.§.ſi liberationis, per l.Pompon. ff.de neg. geſt. vnde ſm eum,vis erit in modo practicandi , quia ſi debitor fundabit ſe ex pacto, ſuccumbet, aut ex renunciatione,& tunc obtinebit,vt per Inn.in c. veniẽs. de renunc.Et dicit Ang. ꝙ iſtud eſt ſuum nouum dictum. Adde,ꝙ idem tenet Ang.in d.l.Pompon.1.Iſtam opi. ſibi aſcribit, & ſequitur Sal.in l.poſtquam liti.C.de pact.alleg ad hoc tex.in l.1.§.interdum.ff.de vſufr.acceſ. Idem in effectu tenet Bald.in c.1.per illum tex.de eo,qui fi.fe agna.Ful.reprobat,quia obligationes perſonales renunciatione non tolluntur.Secus in realib. ita loquitur Inn.in d.c.veniens. Iſtam opi.etiam reprobat Do. Alex.hic,in fi.quia eſſet imponere legem verbis, & non rebus, contra l.2.in fi.C.commu.de lega.Item per tex. in l.ſi tibi.§ pactus.in ver.non prodetit.ſ.eo. Adde meliorem tex.in l.fideiuſſoris.ſupra eo.in vniuerſali negatiua,ibi,nihil proderit.¶ Tertiò limita in foro canonico,maximè interueniente iuramento.Ita dicit gl.in c.quoties cordis oculus. 1.q.7.de cuius veritate habetur in l.ſtipulatio iſta.§.ſi ſtipuler.ff.de verb.obl.cum concord. quæ ibi traduntur.Ponit Do.Abb.poſt Do.Ant.in c.ſi cautio.in antepen. col.de fi.inſtr.Illam gl.extendit , vt procedat etiam ſi ſolùm dicatur in veritate. Bald. in rubr. C.res inter alios acta.in vlt.col.Facit quod dicit Bal.in c.literas.in vlt. col. de præſump.
6 † ꝙ eſt ſpecies iuramenti , ſi dicatur in verbo veritatis, ſic eſt,
7 prout dixi in d.l.3.§.fi.ff.de iurę̃iur. ¶† Vltimò pro complemẽ
a to iſtius tex.aduerte,ꝙ hic dictio plerunque, [a] non facit regulam,cuius contrarium dixi in l.iuriſgen.§.prætor ait. ſ.eod.no. Bar.in l.1.in princ.ff.de tute.& ratio diſtra.potes dicere,ꝙ iſtud ſit propter dictionem,videlicet,ſequentem,cuius natura eſt,vt non ſolùm ſtet declaratiuè,ſed & reſtrictiuè, vt dixi ſ. in tex. Iaſon Paduæ.

ADDITIO.

a ¶Dictio plerunq;.Adde Doct.in l.ſi plures.ff.de vulg.& pup.Raph.Fulg. conſ. 73.incip.Thomas Canonicus Lucanus.

SVMMARIVM.

1 *Societas reperitur duplex.*
2 *Socij ſi ſint plures vnius fundici,vel vnius mercantiæ, quilibet eorum potest agere inſolidum contra debitores fundici.*
3 *Solui potest multis,qui tamen non poſſunt nouare,nec paciſci.*
4 *Obligatio quando inſurgit ex contractu celebrato cum filio,vel ſeruo,ꝙ potest ei ſolui.*
5 *Pactum de non petendo ineſt in compromiſſo,& laudo.*
6 *Compromiſſum ſuper re dubia per vnum ex ſocijs,alijs præiudicat.*
7 *Leges permittunt,ꝙ vnus poſſit liberare debitorem per acceptilationem in præiudicium aliorum.*
8 *Correus an nouare poſſit.*
9 *Nec dictio,naturaliter continuat eandem materiam.*
10 *Alius,dictio quomodo intelligatur.*

LEX XXVII.

SI vnus ex argen. Iſta eſt ſolẽnis,& vtilis lex ¶† Prę-
1 mitte ad euidentiam , ꝙ duplex reperitur ſocietas, ſcilicet,incidens,& conuentionalis. Incidens ꝓpriè eſt,qñ teſtator legaret rẽ duob.inſolidum, vel qñ quis donaret vnam rẽ duobus inſolidum,de iſta loquitur. §.item ſi inter aliquos.Inſtit.de oblig.quæ ex quaſi contractu. & in l. 2. ff. commu.diui.& iſta non eſt propriè ſocietas l.vt ſit pro ſocio actio. ff.pro ſocio, & patet , quia non profertur ſimpliciter,ſed cum adiectione incidens,vt inquit Bart.in ſimili in l.Lucius. §.quæſitum.ff.de legat.3.Et de iſta intellexit hunc text. loqui glo.in duobus locis.ſed Barto.reprehendit , quia ex quo ſimul argentariam exercebant,neceſſe eſt,quod ſit ſocietas conuentionalis. Tu dic , quòd hic neceſſariò non ſequitur, quia poſſet eſſe, quòd iſti plures ſucceſſiſſent vni argentario. Quædam eſt ſocietas conuentionalis,quando duo, vel plures conuenient ſimul facere vnam ſocietatem in perpetuum,vel ad tempus,toto tit.ff.& C.pro ſocio,& de iſta loquitur tex. hic, & iſta fit dupliciter.Primò expreſsè,& hoc patet ad ſenſum.Secundo tacitè,quando duo, vel plures ſimul vnam negotiationem exercent. Nam ex iſto communi exercitio inter eos ſocietas contrahitur.l.1. C.pro ſocio. Similiter ſi plures fratres mortuo patre ſimul habitant , & non ſolùm communicant omnes reditus poſſeſſionum ſuarum , ſed etiam omnia lucra vndecunq; peruenientia,certè inter eos intelligitur contracta ſocietas vniuerſalis,ſecundum Barto. in l.Titium,aut Meuium.§.alteroſi de adminiſtr.tuto.& in tracta.de duob fratr.in 2.& 5.colum. in l.ſi patruus,vbi etiam Bald. & alij. C. commu. vtriuſque iudi.& dicam latè anno ſequenti.in l.1.C.qui teſta.face.poſſideo hic non pono.¶ His ita ꝓmiſſis diuide iſtud prin in quinq; parte.In prima ponit deciſio quorundam Iuriſconſul.In ſecunda ponitur dictum , per quod reſpondetur tacitè obiectioni. In tertia ponitur aliud dictum.In quarta adducitur ſimile.In quinta ponitur extenſio.Secunda ibi,tantum enim.Tertia ibi,nam nec nouare.Quarta ibi,ſic enim.Quinta,& vltim.eſt ibi,idemque in duobus.hoc dicit. Per pactum de non petendo,vel noquationem factam per vnum ex plaribus ſocijs creden. non ꝓiudicatur alijs . Secus per ſolutionis receptionem , vel per litis conteſt hoc dicit. ¶ In text. ibi , vt ſolidum alter petere poſſit,intellige cum effectu, ſcilicet, litem conteſtando,quo caſu cenſetur debitum præoccupare, adeo ꝙ huic agenti nõ poteſt opponi de parte ſocij , nec lite pendente alius ex ſocijs petere poſſet

posset.l.ex duobus reis stipulandi.& ibi Barto.in 5.quęstio.ff.de duobus reis.sed ante lit.contesta. non dicitur petere velle.l.amplius non peti.ff.rem rat.habe. Nec tenetur cauere, quòd alius socius habebit ratum.glo.est not.in l.non solùm. in gl.1.magna in fin.& ibi Bartol.& alij.ff.sol.matrimo. Cyn. in Auth. hoc ita. C.de duobus reis. tenetur tamen cauere de defendendo sociũ, si reconueniatur.text.est not.in l.fideicom.§.plerũque.ff.de leg. 3. Barto. in d. l. non solùm.& in l. ex duobus.§.1.ff.de duob.re. † Per istum text. dicit Angel. ꝙ si sunt plures socij vnius fundici,vel vnius mercantię,quilibet eorum potest agere insolidum contra debitores fundici, nec poterit ei obijci, ꝙ non habeat mandatum,vel & nõ debeat audiri, nisi pro parte sua,& ostendere quanta sit pars sua,cùm de ea non constet. Et ita dicit fuisse determinatum per hunc text. ¶ Contrarium tenet Barto. in eandem.in prin.in 7.q.ff.de duo.reis.per l. si tamen plures.ff.de exerci. Et ad istum text.& similes respon.ꝙ loquuntur in argẽtarijs,qui habent officium de publico.l.quidam.in princip.& §. nũmularios.supra de eden. Et ideo idem putat in his, qui emerent gabellas,de publico à communi, per l.1.cum gl.ff.de loco pub.fru.secus si essent priuati socij. Idem tenet Barto.in repe.l. 1.vel Auth.hoc ita.in 9.quæstio. C.de duob.reis. & in l.pen.in 5. col.ff.de stipu.ser.& idem contra Angel.tenent Fulgo. Paul. de Cast.& d.Alex.hic,& idem d.Alex.in consil.147.in 2.vol. quod inci. Ponperatis.in 1.col. Raph.Cuma.in consil.103. quod inci. Titius,& Seius socij Florẽ.¶ Tu aduerte,ꝙ in contrarium multum vrget iste text.in fin.in ver.idem in duobus,qui non loquitur in argentarijs habentibus officium publicum, sed in priuatis.Nec potes probabiliter dicere,quòd iste vers.fin. sit referendus ad proxima,quia non potest,vt patet, & clausula in fin.posita refertur ad omnia præcedentia.l.talis scriptura.vbi no.ff.de leg.1.C.de libe.præte.l.1.cum sim.& super hoc cogita ad istum text.& vide Paul.de Cast.hic, qui tenendo opin.Bart.& communem eam limitat.¶†Secundò not.in ver. sic enim.ꝙ multi sunt,quibus potest solui,& tamen non possunt nouare, nec paciſci.& vltra exemplum text.adde aliud de adiecto solutioni, cui potest solui.l.eum qui.§.2.ff.de verb.oblig.& tamen non potest nouare,vel paciſci.l.si quis delegauerit.ff.de noua.cum cõcor.Et aduerte,quòd text.ibi sic enim,& ijs.respon.tacitæ obiectioni. Nam si vnus ex pluribus socijs potest totam solutionẽ recipere,& ita alijs præiudicare,quanto magis debet posse facere pactum de non petendo,quod est minus?Respon.tex.quod non est minus,imò est totum ècontra,quia multi sunt, qui recipiendo veram solutionem præiudicant alijs, & tamen faciendo pactum de non petendo,vel nouando non præiudicant, qa si filiusfam.vel seruus faciat contractum, ex illo contractu potest sibi solui, & præiudicatur domino, vel patri, & tamen ipsi non possent facere pactum de non petendo, nec nouare.

4 ¶†Tertiò not.ex eo.ver. quòd quando obligatio insurgit ex cõtractu celebrato cum filio,vel seruo, quòd potest ei solui. Et dicit Bar.ꝙ idẽ est in monacho,& sequitur Paul.de Cast. Idem dicit Bartol.in l.quod seruus.ff.depo.& in l.si seruus. ff. de solu.

5 & in l.filius paciscendo.vbi dixi.C.eod.¶†Capio glo.in ver.nocere. quam diuide in tres partes,prout tria format contraria. Secunda ibi,item alia ratione. Tertia ibi,item videtur adhuc. Capio primum contrarium, quod est de l. si duo.ff. de arbi. & ibi dicit Barto.quòd istud est ita difficile cõtrarium,sicut aliud, quod sit in mundo. Tu fortifica,quia in compromisso,& laudo inest pactum de non petendo. l. si de meis. in princip. ff. de arb. Gloss. ponit quinque solu. Primam reprobat. Secunda est falsa,quia diuinat. Item secundum Bartol.ex quo simul exercebant argentariam, necessaria erat societas conuentionalis. Tu dic, vt dixi in euidentalibus supra. Præterea si iste text. intelligeretur de societate incidenti, sequeretur, quòd si duo successissent vni creditori, (quo casu dicitur societas incidens) quòd haberet locum hic text. & tamen est falsum, quia non potest quilibet insolidum agere, cùm obligatio sit diuisa per l.12.tabu.l pro hæreditarijs. C. de hære. actio. Tertia solu. quòd hic in simplici pacto,ibi in sententia,licèt reprobetur per Bartol. vt hic per eum. tamen est vera, & eam tene, & sequitur Bald. hic, quia arbitria redacta sunt ad instar iudiciorum. l.1.ff.de arbi. Item coram arbitro etiam lis contestatur. l. rem non nouam.§.patroni.C.de iud.Bald.in l.1.in princip. C. de lit. contesta. Ideo sicut in sententia iudicis secundum Bartol. præindicatur propter lit.contesta. idem etiam est in sententia arbitri.Quarta sol.glo.est vera in se, sed diuinat. *Quinta solu.communiter tenetur per antiquos, & Moder. hic.* declarando, vt hic per Bartol. Eam tenent Bald. Alber.Angel. & communiter Mod. & dicit Angel.quòd eam semper tenuit.eandem, & plenius tenet Bar.in l.ex duobus.in 6.& in 7.q.& ibi etiam Imol.ff.de duobus Ang.& Imol.in l.pen.ff.de duob.re.ꝙ lex cõtraria loquitur,qñ debitum erat dubium. Patet, quia factum est de eo cõpromissum,quod fit de re dubia.sed hoc pactũ erat super debito liquido,quod tamen est diuinare. Ratio est prout in effectu vult dicere Bar.ꝙ qñ debitum est liquidum,socius est in culpa, quia facere pactum de non petendo super debito liquido, est quædam dilapidatio, seu donatio, quæ non venit in mandato quantumcunque generali,etiam cum libera.l.contra iuris ciuilis.§. fin. j. eod. Sed compromittendo de re dubia,facit actum non culpabilem,vt statim dicam. Solus Raph. reprobat istam communem solu.quia facere compromissum est culpa.l. si dictum.§.si cõpromisero.ff.de euic. vnde dicit text. in l.si minor 25.ann.ff.de min.ꝙ eo ipso, ꝙ minor compromittit,dicitur lędi.Sed respondeꝙ non est culpa,quæ faciat teneri sociũ actione pro socio, ex quo tractat negotium commune,prout faceret suum priuatum.arg.l.socius socio.ff.pro soc. secundũ Ang.

6 & Imol.in l.ex duobus in prin.ff.de duob.re.in 9.col. † Et sic videtur,ꝙ compromissum super re dubia per vnũ ex socijs præ-

a iudicet alijs. [a] Et ita tenent Bald. hic in lect. antiqua. & Angel. quamuis aliter teneat Bart.in d.l.eandem.in 7.q.& d. Alex.hic. Cogita etiam, si ad arg. Raph.possit responderi alio modo, videlicet ex doctri. Petr.de Ancha.in c.fin.de emp.& vendi.ꝙ facere compromissum non dicitur culpa in se,sed facere cõpromissum aut de re clara, aut cum eo, qui nullum ius habet.d.§. si compromisero. ¶ Vltra alios ego contra communem sol.& contra prędicta moueo tres difficultates.Prima est,nam volũt doctr. ꝙ ideo vnus ex socijs potest facere pactũ de non petendo,quando debitum est liquidum, quia est in culpa,cùm sit dilapidatio, quare non sic est in culpa quando remittit per acceptilationem debitũ liquidum, cùm etiam sit ibi in effectu donatio,& dilapidatio? Secunda difficultas est. Nam videtur,ꝙ istæ leges sint impositæ verbis,& non rebus. Patet,quia nõ permittunt, ꝙ vnus ex socijs possit debitori facere pactum de nõ petendo,& tamen permittunt, ꝙ possit liberare per acceptilationem in præiudicium omnium,etiam si non sint socij, vt iuribus in vlt.parte glo.alleg.Si ergo socius in instrumento dicat, facio pactum de non petendo debitori, non præiudicat socijs. Sed si dicat,libero per acceptilationẽ, istud prędiudicat alijs, & tamen neutro casu non interueniunt nisi verba,& vtroque casu est in effectu donatio.& sic est ponere differentiam verbis,& non in rebus,nec in effectu. contra.l. 2. C.communia de leg.

7 ¶†Tertia difficultas est. Nam leges permittunt,ꝙ vnus possit liberare debitorem per acceptilationem in præiudicium aliorũ, & tamen non potest nouare,quod est minus, & multum parui præiudicij,præsertim secundum ista iura, secundũ quæ non fiebat nouatio, nisi secunda obligatio contineret plus quã prima,aut saltem tantundem.l.qui vsumfructum.in prin.vbi Docto.not.ff.de verb.oblig.declarat magistraliter Bar. in l.pen.ff.de præto.stipu.Istam 2.difficultatem mouet Bar.& super ea relinquit prouectos cogitantes in l.ex duobus in 7.q.in fi.ff.de duob. reis.sed Ang.Imol.& d.Fran. de Are.ibi tñdent,ꝙ quemadmodum vnus socius recipiendo veram solu. potest præiudicare alijs,vt hoc text. ita per omnem actum, qui habeat vim solutionis,aut fingatur solutio,sicut est acceptilatio, sicut etiam est iuramentum, vt hac glo in 2. parte, quia per tales actus extinguitur obligetio. Sed nouatio nõ habet vim solutionis, nec est extinctio obligationis,sed transfusio vnius obligationis in aliã. l.1.ff.de nouat.Ideo non præiudicat, sicut nec pactum de non petendo,vt hoc text.Sed certè ista solu. non euacuat difficultatem in aliquo, quia isto modo esset facere differentiam in verbis,& non in effectu, cùm nouatio (vt prædixi) minus noceat.

* Et dicere,ꝙ primi * actus habent vim solutionis,certè quãtum ad effectũ acceptilat.est donatio, nec ibi interueniunt nisi verba,& tamen per eam vnus potest præiudicare alijs, quare non sic in pacto, & multo fortius in nouatione, cùm in ea parũ lædantur socij? Cogita in prædictis,quia vehementer dubito.

¶ Ad primam,& secundam difficultatẽ potes respondere,considerando verba Bart.ꝙ quando sunt plures correi socij, ita ꝙ omne emolumẽtum debeat esse commune, illud quod vnus exigit,tenetur communicare alijs per actionem pro socio. Et ideo si culpa sua fecerit, ne possit communicare,non præiudicat alijs. Quando ergo solutionem recipit, liberatur debitor quo ad omnes,eo quia qui solutionem recipit, tenetur alijs cõmunicare. Idem euenit quando acceptum fuit, ac si sibi esset actualiter satisfactum, tenetur communicare alijs, ac si veram solutionem recepisset, ideo non præiudicat correis,sed in pacto de non petendo nihil præsupponit habitum, imo remissum,

ADDITIO.

a ¶Præiudicet alijs. Idem tenet Alex.in l.de pupillo. §.si plurium.de oper.non nunc. PVRPV.

* Legitimi.

remissum, & hoc prouenit culpa sua. Ideo exteris non præiudicat, ex quo enim verè nihil recepit à debitore, nec dicit sibi esse satisfactum, vt in acceptilatione, & sic nihil est, quòd isto casu deberet communicare alijs, ideo per pactum cæteris non præiudicat. Quantum ad tertiam difficultatem, licèt Paul. de Cast. hic conetur respondere, tamen quid sit dicendum, apparebit ex his, quæ dicam in alia glos. quam capio. ¶ Capio glo. in verbo, nam nec nouare. quæ fortiter opponit contra text. & dupliciter respondet, ideo potest diuidi in tres partes, sed solu-
8 tiones glos. nihil valent, quia diuinant. † Istud est difficile contrarium sicut aliud, quod reperitur in iure, cùm hic dicatur correum nouare non posse, & Iurisc on. in d. l. si rem. §. si duo. ff. de nou. principaliter q̃rat, an vnus ex correis credendi possit nouare in præiudicium aliorum, & per multa similia determinat, quòd sic, & sic decidit totum oppositum eius, quod text. hic Barto. ibi in princ. dicit, quòd illa lex habet fortiora contraria, quàm aliqua lex, quæ sit in corpore iuris. Bald. etiam dicit, q̃ istud est terribilius contrarium, quàm habeat ista lex. Reie-
* ctis solutionibus traditis per glos. hic. *& ibi, communis solu. Docto. est.* Gul. de Cun. Bald. Albe. Angel. & Paul. de Cast. hic, & glos. in l. ex duobus, & ibi Imol. tenet. ff. de duobus reis. tenet Barto. Angel. Imol. Paul. de Cast. & Raphael Cuma. in d. §. si duo, q̃ aut sunt socij, prout loquitur iste tex. in ver. socijs, & tunc vnus nõ potest nouare in præiudicium aliorum. Ratio, quia ex quo sunt socij, & res communiter ad omnes spectent, in re communi non potest aliquis sociorum aliquid facere alijs inuitis, nisi quando veteretur re ad vsum destinatum l. Sabinus. ff. commu. diu. Aut non erant socij, & tunc, quia quilibet potest facere quod vult, nec tenetur alij communicare, quando prætendunt causam lucratiuam, vt est tex. magistralis in l. in l. Falcid. hoc obseruan. ff. ad l. Falc. & isto modo non potest nouare. Ita loquitur. d. l. si rem. §. si duo. Ista communis solu. nõ placet Bal. nec Fulg. nec mihi, quia secundum Bald. resultaret absurdum, quòd ratione societatis quis posset minus, quàm quando non est socius. contra l. si duo. ff. de arb. & l. si duo. in princ. ff. si quis cau. Item Iurisc on. in d. §. si duo. vbi ita exactè examinauit, an vnus correus possit nouare in præiudicium aliorum, sic fuisset diminutus. Item, & fortius text. ibi dicit, q̃ sicut potest acceptũ ferre, ita & nouare, & tamen in acceptilatione non refert, an sint socij, vel non, vt iuribus supra in glos. alleg. Ergo idem debet esse in nouatione. Tertiò, quia si potest quod est plus acceptum ferre, ergo & nouare, quod est minoris præiudicij, vt dixi in alia glo. in 3. difficultate. Et ideo Sal. hic tenet solutionem de directo contrariam, quæ fuit Dyn. & glos. in d. l. si rem. §. si duo. q̃ ille text. loquatur, quando correi sunt socij, tunc vnus potest nouare in præiudicium aliorum. Si autem non sint socij, secus. Nec obst. quòd Bartol. dicat, quòd sit truffa, per istum text. in ver. socijs, quia respondet Sal. quòd in isto tex. bene erãt socij, sed non erant rei credendi, quod videtur contra versi. fin. ¶ Alium intellectum, & pro certo pulchrum, & peregrinum posuit Raphael. Fulgos. hic, secundum quem minus lęditur litera vtriusque tex. & minores diuinationes fiunt. Nam pro certo tenendum est, quòd si sunt plures correi credendi, q̃ vnus potest nouare in p̃æiudicium aliorum. Ita inuiolabiliter decidit text. in d. §. si duo, per plura similia, de quibus ibi in text. & hoc modo cessabit 3. difficultas, quã dixi. s. in text. & super qua reliquit Bartol. cogitandum in d. l. ex duobus. in 7. quæstio. in fin. Nec obst. iste text. dum dicit, nam nec nouare alium posse, quia non loquitur in alio correo, sed in alio penitus extraneo. Et licèt Barto. in d. §. si duo. dicat, quòd sit truffa, tamen respondendo, vt facit Raphael. Fulgos. & vt tollatur tam difficile contrarium, potest hoc teneri. quòd autem non loquatur in correis, patet quia non dicit alterum, vt in ver. præcedenti, qd est distributiuum duorum. Sed dicit alium, & sic penitus extraneum. q̃ loquatur de alio extraneo, & non correo, patet per simile, quod sequitur ibi, sic enim & his. vbi non loquitur de correis, & voluit text. respondere tacitæ obiectioni, probãdo, quòd aliqui possunt recipere solu. vt est extraneus adiectus solutioni, vt l. eum, qui §. 2. ff. de verb. obl. & tamen non potest nouare. l. non abstulit. ff. de noua. quod est minus quàm facere pactum de non petendo. Et dicit Fulgo. q̃ iste est stylus Pauli Iurisconsulti. prima fronte ex verbis suis videtur vnum velle dicere. & tamẽ rectè considerãdo aliud dicit, vt patet in l. si tibi. §. de pign. s. eo. & in l. lecta. ff. si cert. peta. & l. venditor hæreditatis. ff. de hære. vel act. vend. quæ omnes sunt leges Pauli Iurisconsulti. qui ex proposito ita libenter dictabat leges, vt prima fronte viderentur vnum dicere, & posteà melius considerando aliud decidunt, & hoc modo iste text. non contrariabitur. d. §. si duo. Nec obst. iste text. in versicu. fin. qui loquitur in duobus reis, & clausula in fin. posita videtur ad omnia debere referri. l. 1. in fin. C. de libe. præte. quia respondet Fulgos. quòd iste versi. fin. debet referri ad id, quod in prin. dixerat de argu. socijs. non autem debet ad alia referri, licèt iste intellectus sit subtilis, & videat tenendus tanquam minus lædat hos text. tamen contra istum intellectum mihi duo obst. Primò iste text. in ver. nam nec no-
9 uare. † Pondera dictionem, nec, [a] de cuius natura est conti-
a nuare eandem materiam l. 2. ver. nec cogitur, cum glos. & ibi Bartol. ff. solu. matrim. Secundò obst. tex. in illa dictione alium, quæ debet esse repetitiua similium. glos. in l. si fugiti. C. de ser. fug. in cap. sedes. vbi Docto. de rescrip. in cap. cum non ab homine. de iud. sed si intelligeretur de tertio penitus extraneo, nõ
10 esset repetitiua similium. † Tertiò, & fortius moueor, quia dictio, alius, etiam si ponatur cum vniuersali quicunque, tamẽ intelligitur in casu simili præcedenti, quanto fortius, vbi ponitur de per se, vt hic. Ista doctri. colligitur ex eo, quod decidit Oldr. Laud. in consil. 8. quod inci. quidam testator. vbi dicit. Pone, q̃ testator mandauit solui certis creditoribus eiusdem ciuitatis, & quibuscunque alijs habere debentibus. Illud, & quibuscunque alijs, intelligitur, qui sint eiusdem ciuitatis. Refert, & sequitur do. Anto. de Butr. in cap. cum dilecti. in 1. colum. de donat. ¶ Ad idem facit, quod tenet Ludo. Rom. in l. damni. §. si is qui vicinas. ff. de damn. infect. quòd si constituo procuratorem ad talem litem, quam habeo cum Titio, & ad quascunq; alias intelligitur. s. quas habeo cum Titio, vt sit repetitiua similium. alleg. Barto. qui non dicit in l. qui habet. § fin. ff. de tut. nisi leuando intellectum Fulgo. dixeris, quòd prædicta procederent, nisi clausula sequens aliter declararet hic in ver. Sic enim, & is qui loquitur in non correis. ¶ Quartum intellectum, quem dicit esse suum nouum, ponit d. Franc. de Aret. in l. ex duobus. in 6. colum. & sequen. ff. de duo. re. quòd d. §. si duo. loquitur in nouatione, quæ fit per interuentum nouæ personæ, quæ habet similitudinem cum delegatione, & quæ habet vim solutionis. Et quòd de ista loquitur ille text. vltra similia, quæ ibi ponuntur. Patet ex ver. alioquin. Aut nouatio fit sine vlla delegatione, quando illa met persona, quæ prius erat obligata remanet in obligatione nouante, & talem non potest facere vnus ex correis. & de ista loquitur iste text. secundum eum. Ratio est, quia talis nouatio non habet vim delegationis, & sic nec solutionis, sed potius habet vim cuiusdam præoccupationis, quæ non nocet nisi lit. contesta. Tamen ista solu. facit magnam diuinationem, & restrictionem ad hunc text. & posset in tam difficili contrario pro minus periculoso teneri intellectus Raphael. Fulgos. Iason Paduæ.

ADDITIO.

a ¶ Dictionem nec. Adde. l. sacram. ff. de rer. diuis.

SVMMARIVM.

1 *Pactum de non petendo factum ad tempus, vltra tempus non prodest, neque reo, neque fideiussori.*

2 *Prorogatio termini facta debitori principali, non liberat fideiusso rem.*

1 **§. Si cum reo.** † Pactum de nõ petendo factum ad tempus, vltra tempus non prodest nec reo, nec fideiussori. Item principalis debitor potest paciscì fideiussori, licèt sibi non paciscatur. hoc dicit. Diuiditur in duas partes, prout duas ponit decisio. Secunda ibi, quod si sine. ¶ In 1. parte ratio dubitandi erat propter l. fin. infra eod. ad quam quia glos. in verbo fideiussori, non clarè respondet. Tu responde, quòd ibi loquitur, quando pactum de non petendo factum est simpliciter, & in perpetuum. hic verò fuit pactum ad tempus. quo casu fideiussor non potest se iuuare vltra tempus, quia limitata causa limitatum producit effectum. l. in agris. ff. de acq. rer. domi. l. age, vbi dixi. C. de transact. & hoc inducitur per Bald. Angel. & Paul. de Cast. hic ad quæst. quã ponit Barto. in §. pactus ne peteret. inf. eod. l. ibi dicam. ¶ Secunda pars subdiuiditur in tres partes. In 1. ponitur thema. & opin. quorundam. In 2. assignatur ratio pro eis. In 3. ponitur contraria opin. & vera cum ratione. Secunda ibi, quia ea demum. Tertia ibi, ego didici. ¶ In text. ibi, quia ea demum. Voluit text. dicere, q̃ exceptio debet sumere originem in persona principalis, & posteà facere transitum in fideiussorem. sed hic non sumit originem in persona principalis, ergo &c. ¶ In text. ibi, non tamen illi. respondet tacitæ obiectioni, quia per liberam personam alteri non acquiritur. l. fin. C. de acquirend. possess. quod est verum, quando non interest liberæ personæ. sed hoc interest principalis, quòd fideiussor sit exemptus, quia aliàs posset habere regressum contra principalem. l. in-
debitum. ff. de condi. indeb. Addit glos. quòd etiam adest interesse amicitiæ, & ad hoc Angel. & Mod. multum notandam glo. sed quòd tale interesse amicitiæ non sufficiat, vt quis possit alteri

alteri ſtipulari,& paciſci,tenent gloſſ.& Docto. in l.fideiuſſoris. 2 ſ.eod.& eſt text.in l.3.§.ſed ſi fortè.ff.iudic. ſolu. ¶† Not.ex iſto text.ſecundum Bald.Ang.& d.Alex.hic, quòd prorogatio termini facta debitori principali non liberat fideiuſſorem, quod eſt verum, quando fideiuſſor ſimpliciter interceſſiſſet. Secus ſi ad tempus,quia prorogatio termini facta principali vltra illud tempus liberat fideiuſſorem.l.ſi cùm Hermes. C.loc. & l. item quæritur.§.qui impleto.ff.eod.quod eſt vtile pro fideiuſſoribus Caſtellanorum, qui ſe obligarunt pro ſemeſtri. Nam ſi Caſtellanus remaneret in arce vltra ſemeſtre, fideiuſſores non eſſent vltra obligati,ſecundum Specul. & Ioan. And. in titul. de fideiuſ.§.1.in ver.illud.Cano.in cap.conſtitutus.eod.titul. & dicit Bartol. in l. Lucius. 2. §. Paulus. ff. de admin.tuto.quòd ita aliàs fuit conſultum, & iudicatum de facto, & ibi ſingu. limitat Bart.vt ſit verum, quando fideiuſſores ſimpliciter fideiuſſiſſent. Secus ſi promiſiſſent, ꝙ Caſtellanus Caſtrum reſtitueret. De quo puncto dixi plenè in l.1.C.de iudi.Ideo hic non repeto.

SVMMARIVM.

In ſtipulationibus continetur ius.
Pactum de non petendo tollit ipſo iure actionem.
Stipulatio ſequens nouat, & tollit actionem ipſo iure.
Pactum nudum de ſui natura eſt producere replicationem.
Res de facili reuertitur ad ſuam naturam.
In correctorijs quando ſit licita extenſio.
Cauſa ordinaria de conſenſu partium non poteſt fieri ſummaria, tamen ſic èconuerſo.
Secundum teſtamentum minus ſolenne quando tollat primum ſolenne.
Licèt exemptus non poſſit ſe ſubmittere alieno ſuperiori ſine licentia Papæ,tamen ſuo aliàs ordinario poterit.
Valet conſuetudo, quod Epiſcopus prouideat de Prælato omnibus eccleſijs etiam collegiatis,licèt in his habeat ſolam confirmationem.
Pactum,vel tacita renunciatio prælati poteſt præiudicare eccleſiæ.
Per pactum non poteſt mulier fieri deterior in dote reſtituenda.
Dictio,totus, aliquando exponitur pro omnis.
Secundum pactum non tollit primum ipſo iure.
Quid operabitur tertium pactum de non petendo.
Pactum de non petendo, & pactum ècontrario, quos operentur effectus.
Si poſt pactum de non petendo ſequatur abſolutorium, tollitur actio ipſo iure.
Exceptio compenſationis poteſt opponi contra inſtrumentum.
Sola abſolutoria tollit ipſo iure in totum ciuilem obligationem.
Qui fecit pactum de non petendo, obligatur naturaliter non petere.
1 *Mulier non poſſet facere pactum de non petendo, ſtante ſtatuto, quòd mulier non ſe poſſit obligare ſine conſenſu propinquorum.*
2 *Vbi tractatur de obſeruatione iuramenti, tractatur de fauore animæ.*
3 *Vbi in iure fit mentio de oblig. intelligitur de ciuili, & non naturali.*
4 *Quando ſtatutum dicit, quòd mulier non poſſit contrahere ſine licentia propinquorum,bene poterit facere pactum de non petendo.*
5 *Pactum dicitur eſſe contractus.*
6 *Statutum loquens in contractu, habet locum in diſtractu.*
7 *Idem cenſetur ſtatutum in caſu omiſſo,in quo ſtatuentes idem veriſimiliter ſtatuiſſent, ſi fuiſſent interrogati.*
8 *Statutum loquens in contractu mulierum, habet locum in aditione hæreditatis.*
9 *Mulier poteſt facere quitationem neceſſariam, ſe obligare nomine alieno, & ad pias cauſas, & etiam contrahere matrimonium non ſeruata ſolennitate dicti ſtatuti, & nu.30.31.& 32.*
33 *In obligationibus deſcendentibus ex delicto, vel quaſi poteſt ſe mulier obligare,non obſtante dicto ſtatuto.*
34 *Stante dicto ſtatuto, nedum impeditur obligatio naturalis ex pacto de non petendo, ſed etiam omnes alij tres effectus pacti de non petendo impetrantur.*
35 *Quatuor effectus pacti de non petendo.*
36 *An ſit differentia inter pactum de non petendo, & pactum de non agendo.*
37 *Cui debentur duæ ſeruitutes, vnam remittendo non intelligitur ambas remittere, ſed illam tantum.*
38 *Qui præſcribit, cenſetur ſoluiſſe.*
39 *Ratio diuerſitatis inter pacta, & ſtipulationes eſt, quia in ſtipulatione continetur ius, in pactis factum.*
40 *Quando quis habet mero iure ius, licèt elidibile per exceptionem, vel replicationem, niſi pars aduerſa opponat, vel excipiat, etiam ſi de ea conſtet iudici per confeſſionem partis, non poteſt iudex ſupplere.*
41 *Si creditor confiteatur in actis, quòd fecit pactum de non petendo, quòd iudex non poteſt ſuppliere, niſi per partem excipiatur.*
42 *Notorium licèt relevet ab onere probandi, non tamen ab onere opponendi.*
43 *Acta iudicij faciunt notorium poſt concluſionem in cauſa.*
44 *Qui vult probare ſtipulationem, tenetur probare tria.*
45 *Quando ex actis conſtat actorem carere actione, iudex ex officio nemine excipiente debet eum repellere.*
46 *Abſolutus à pœnis, & culpis hoc acto, quod de cætero non audeat ſimilia attentare, aliàs in eaſdem pœnas, & cenſuras incidat, quid iuris ſi attentet.*

§. Pactus ne peteret.

Iſte. §. ſecundum Paul. de Caſtr. eſt ſubtiliſſimus,& magiſtralis,& difficilior,præſertim in gl.quam habuerimus hoc anno. Pro inductione literæ, gratia iuuenũ, habes præſupponere in facto, quod mutuauit decem ducatos amico, ex quo mutuo eſt mihi naturaliter, & ciuiliter cum effectu obligatus: poſteà, quia fecit mihi aliud magnum ſeruitium,feci ſibi pactum de non petendo amplius illud debitum. Accidit poſteà,quòd verſa vice ego feci aliud magnum ſeruitium illi amico meo, vnde ille nolens eſſe ingratus, fecit mihi pactum de petendo,quòd poſſem illud debitum petere.dubitatur in hoc text.de virtute, & effectu iſtius vltimi pacti.

1 ¶† Item habes aduertere, quòd difficultas huius text. ſtatim intelligendo rationem text. dum dicit, quia in ſtipulationibus ius continetur, in pactis factum verſatur. gloſſ. hic. in verſicul. factum. diu laborauit ponendo quinq; intellectus, ſed nihil ex paucis. Verus ſenſus eſt iſte,quia in ſtipulationibus ius continetur, ideſt tota ſubſtantia ſtipulationis conſiſtit in iure. Nam ſi eam conſideras prout eſt in fieri in contrahenda ſtipulatione, licèt contrahatur per actum facti.l.conſilio.§. penul. ff. de cur. fu. tamen oportet, quòd interueniat miſterium iuris, ſcilicet quòd præcedat interrogatio ſolennis, & ſequatur reſponſio. Poſteà dum eſt in eſſe deducta, ſtipulatio eſt ver. ob. l. 5. §. ſatisacceptio.ff.de verbor.oblig.& ſic iuris vinculum, quia obligatio eſt iuris vinculum. Inſtitu. de obl. in princip. ſubſtantia autem pacti conſiſtit in mero facto,abſque aliquo myſterio iuris,cùm ſolo nudo conſenſu fiat, qui eſt nudi facti, vt patet ex diffinitione poſita in l. 1. ſupra eodem. Vnde ſtipulatio, quæ eſt ius,poteſt ipſo iure tollere ſtipulationem,ideſt effectum datum ſtipulationi per ipſummet ius:pactum autem non poteſt tollere effectum pacti,quia in eo non eſt robur iuris, ſed conſiſtentia nudi facti. Hinc eſt,quòd ſi pactum eſſet roboratum à iure,tunc bene ipſo iure tollit.l.legitima. & l.ſi tibi.§. de pignore ſupra eod. Et ſic aduerte, quod licèt Bald. in rub. extra eod. in 1. colum. dicat, quòd pactum de non petendo eſt magis factum, quàm ius, & ad hoc alleg. gloſſ. quam dicit eſſe ſingularem in l.auus.ſ eod.debuit alleg.text.expreſſum hic, præſertim cùm illa gloſſ. non dicat. ¶ Diuide iſtum. §. omiſſa diuiſione Bartol. quam alij communiter ſequuntur, magiſtraliter in 4. partes. In 1.loquitur,quando actio ex contractu per pactum de non petendo erat ſolùm eliſa, quia tale pactum non ſuſtulit ipſo iure. Quamuis enim naturalem obligationem ſuſtulerit,tamen ciuilem ſolùm eliſit,ſeu debilitauit, ideo ſequens pactum de petendo non inducit de nouo actionem, ſed facit vt prima actio,quæ remanſerat tantum eliſa,nunc ſaluetur,& efficiatur efficax, & ſic pactum producit replicationem ad actionem adiuuandam. In 2. quæ eſt in ver. ſed ſi pactum. loquitur quando actio per pactum fuit ipſo iure extincta. quia orie batur ex maleficio,& ſic erat odioſa,& ſic per pactum poterat ipſo iure tolli.l ſi tibi.§.quædam ſ.eod. vnde tunc per pactum de petendo non poteſt reſuſcitari. In 3. quæ eſt in ver. idem dicemus. loquitur quando actio ex cõtractu per pactum erat ipſo iure ſublata, quia eramus in contractibus iuris gentium, in quibus ſicut actio ſolo pacto inducitur,ita ſolo conſenſu ipſo iure tollitur, tunc ſi fiat ſecundum pactum, licèt actio prima ipſo iure extincta non reſuſcitetur,tamen ex nouo conſenſu noua actio inducitur ex iſto contractu innouato per vltimum pactum. In 4. quæ eſt in ver. quod in ſpecie, loquitur quando prima actio nec erat extincta, nec eliſa, ſed erat aucta in tempore, tunc per vltimum pactum conforme primo contractui redditur ad primæuum ſtatum. Nec poteſt dici per hoc effici deterior cõditio mulieris perdentis tale augmentum temporis, ex quo actio reducitur primitiuæ naturæ, & formæ. Rurſus prima principalis, quæ eſt cæteris difficilior, & vbi ſunt gloſſ. mag. ſubdiuiditur in 4. partes. In 1. ponuntur duo dicta inter ſe contraria, vnum in pacto, aliud in ſtipulatione. In 2. aſſignatur ratio diuerſitatis. In 3. ponitur vna illatio. In 4. ponitur alia, & illa quarta intelligitur neceſſariò, quando fideiuſſor huic vltimo pacto conſenſit. Secunda ibi, quia in ſtipulationibus. Tertia ibi, & replicatione. Quarta ibi, eadem ratione. hoc dicit in effectu. Pactum de petendo non tollit ipſo iure pactum liberatorium præcedens, ſicut vna ſtipulatio tollit aliam. ſed

ope replicationis,etiam quando actio est ipso iure extincta per pactum liberatorium,vt in maleficijs,non pōt postea per aliud pactum reuiuiscitari, sed bene noua actio creari in contractibus, qui solo consensu actionem producūt.Item res de facili reuertitur ad naturam suam , & tunc mulieris conditio non dicitur
2 deterior fieri,hoc dicit. ¶†Not.1. ex isto text.regulam,q̄ pactū de non petendo non tollit ipso iure actionem. Fallit in ver. sed si pactum,iuncta,l.si tibi.§.quędam.s̄.eo.Fallit etiam in ver.seq. idem dicemus,iuncta.l.iuris gen.§.adeo. vbi posui rationem.s̄. eo.& iuncta.l.ab empt.s̄.eo. vbi plenè dicam. ¶Vltra alios,adde 4.alias not.limitationes.Fallit ergo secundo, quādo pactum de non petendo fieret illi debitori , qui antea erat tutus aliqua except.puta Macedoniani,vel Velleiani,quia tunc ipso iure tolleret.Ita colligitur ex gl.1.in l.legitima. in gl.magna circa med, s̄.eo.quam Bal.ibi in vtraque lect.ad hoc ponderat , & reputat not.dignam.& ibi Ang.Paul.de Cast.& d.Alex.vt ibi dixi,quic quid ibi dicat Fulg. ¶Tertiò fingu.limita,quando reus principalis esset tantum naturaliter obligatus , quo casu si fideiussor interueniat,obligatur naturaliter, & ciuiliter, & sic efficacius.l. 1.vbi gl.ff.de fideiuss. Certè si creditor faciat pactum de nō petendo principali debitori, qui erat tantum naturaliter obligatus,ipso iure tollitur eius obligatio.l. Stichum , aut Pamphilū. §.naturalis.ff. de solu. certè tunc in consequentiam etiam ipso iure tollitur omnis obligatio fideiussoris,licèt esset naturalis,& ciuilis,Ita limitat Gul.de Cun. in l,& post rem. §. 1, & ibi Albe. & Bald.& Ang.j.de transact. per illum tex, & in l.3. de rescind, vend.¶Quartò limita, quando pactum apponeretur inconti-
nenti in natiuitate actionis,quia bene ipso iure impediret,licèt quando apponitur post,non possit ipso iure tollere,per regulā l.patre furioso ff.de his qui sunt sui vel alie.iur.Ita not.Bald,in l. rogasti.¶si tibi per illum text.in vtraque lect. & ibi Albe.Paul. de Cast.& d.Alexan.in 1.not.1ª,si cert.pet.& ibi plenius dixi, & ideo hic non repeto,& ponit Alex.hic in 4.not. ¶Quintò limita, quando post pactum de non petendo ferretur sententia absolutoria , quia licèt pactum de non petendo solùm de per se non possit ipso iure extinguere, nec etiam sola sententia absolutoria, tamen ambo simul iuncta bene tollūt ipso iure: patet, quia per pactum de non petendo fuit sublata ipso iure naturalis,& elisa ciuilis,ergo absolutoria illam ciuilem sic elisam omnino tollit.de quo j. dicam, & allegabo authoritates ad hoc.
3 ¶†Secundò not.q̄ stipulatio sequens nouat,& tollit ipso iure, si hoc agatur,vt hic.& in l.2.ff. de nou.& l.Aquiliana.j.de transact.Intellige siue actum sit expressè , siue etiam tacitè.l.2.cum gl.& ibi not.Bart.ff.de nou. secus in pacto , vt hic. & l.si ex pretio.vbi text.not.C.si cert. peta. nisi tale pactum sit vsitum , vt ibi etiam not. Bald. in l.rescriptum.§.si pacto. in vlt.col.s̄.eod.
4 ¶†Tertio not. q̄ pactum nudum de sui natura est aptum producere replicationem,licèt non actionem.Limita,nisi hoc modo sequeretur augmentum condemnationis in re,vel etiam in tempore,tunc si fiat ex interuallo,non producit etiam replicationem.Item probat text.ad hoc reputatus singu.in l.iuris gentium.§.quinimo,in ver.vt puta.s̄.eod. secundum Ang. & Paul. de Cast.ibi in vlt.colum. quod an sit verum , ibi plenius dixi.
5 ¶†Quartò not.in verſi. q̄ res de facili reuertitur ad naturam suam,& ad hoc tota die alleg.iste text.concordat text.in cap.ab
6 exordio.cum glo.35.distin.¶†Pro ista regula adde sex prin.Pri-
a mò adde , q̄ licèt in correctorijs [a] non sit licita extensio etiam ex maioritate rationis.l.præcipimus.in fin.& ibi Barto.C.de appel.not.in Auth.quas actiones.C.de sacrosanc.eccl.& in l.si verò.§.de viro.ff.solu.matrimo. tamē etiam in correctorijs fit extensio,quando reditur ad ius commune, quasi materia sit tunc fauorabilis , eo quia res de facili reuertatur ad naturam suam, glo.est not.& melior de iure in cap.statutum.in ver. numerandum.de præb.in 6.not.do.Anto.de Butr. in c. olim tibi. per illū tex de verb,sign.d.Alex.in l.si constante, in princ.in 6.col.ff.sol.
7 matrimo.¶†Secundò facit,quod vult gl.not. in clem.sæpè , in glo.fin. & ibi Ioan. de Imol.in 41.col.de verb.sign.q̄ licèt causa ordinaria de consensu partium non possit fieri summaria, glo. in cap.de causis. cum simil. de offic. deleg.tamen ęconuerso si sit summaria,potest de consensu partium fieri ordinaria,per regulam huius text. quia res de facili reuertitur ad suam naturā,
8 & sic ad ius commune. ¶†Tertio facit text. in l.hac consultissima.§.si quis autem.C.de test.& in l.2.ff.de iniust.rup. vbi secundum testamentum minus legitimè factum, tollit primum testamentum solemne præcedens , quando per illud ad ius commune reditur , quia in eo sunt instituti venientes ab intesta.per quæ iura determinat signanter Barto. in l.omnes populi. in penult.colum.3.quæst.princ.ff.de iusti. & iu. quòd si populus,qui
b non potest [b] statuta condere sine authoritate superioris, condidit statuta, quæ fuerint per superiorem confirmara , quòd si vult ea tollere , & redire ad ius commune , & sic ad naturam suam,potest sine authoritate superioris , vbi aliàs nō potuisset, Similiter dicit Bald.in l.ex placito.in 3. colum. ad fin. C. de rer. permu. q̄ si Papa confirmauit statutum populi disponens , q̄ pater possit instituere filium legitimum , tale statutum dicitur Papale, tamen quia est constitutū in fauorem populi,ideo ille populus solus absque licentia Papæ potest illud statutum reuocare,& reuocando redire ad ius commune, quod aliàs non
9 posset.¶†Quartò facit,quod tenet do. Abb. in cap.significasti. in 4.colum.de foro compe.post Fede.de Sen.in cōsil.14.& plenius idem do.Abb.in dispu.sua quæ incipit,Duo clericali ordine , q̄ licèt exemptus non possit se submittere extraneo superiori sine licentia Papæ, tamen ordinario aliàs suo bene potest se submittere,quia res de facili reuertitur ad naturam suam,& hoc modo res redit ad ius commune simpliciter.Idem d.Abb. in consil.25.quod incipit.Canonicus regularis, in 2,col.in 1.vol. concludit, q̄ licèt clericus non possit consentire in alium iudi-
cem sine consensu sui Episcopi.d.cap. significasti. tamen clericus,qui est subiectus prælato inferiori ab Episcopo ex iure speciali,si consentiat in ipsum,non requiritur licentia ipsius prælati,cum ex hoc iurisd.redeat ad naturam suam,& sic ad ius cō-
10 mune.¶†Quintò facit,quod vult idem d.Abb.in cap. cum venissent.in 1.colum.de in integ.restit. q̄ valet consuetudo,quod Episcopus prouideat de prælato omnibus ecclesijs etiā collegiatis,licèt in illis habeat solam confirmationem,quia hoc modo res reuertitur ad naturam suam,& sic ad ius commune. ad quod vide glo.magnā in cap. Quanquam. in prin.de elec.in 6.
11 †Facit, quod tenet d.Abb in cap.veniens.in 9.col.in vers. concludendo.de præscrip. vbi tenet, q̄ pactum , vel tacita renunciatio prælati potest præiudicare ecclesiæ , quando per hoc reditur ad ius commune , & hoc siue præiudicium sit leue , vel graue,per text.not.in cap. 1. de pac. in 6. Facit etiam ad prædicta,quod decidit Specu.in titu. de inquisi.§.1.ver. sed nunquid inquisitiones. Vbi tenet,quod si non apparet,an superior voluerit dare inquisitorem,vel iudicem,in dubio præsumitur,q̄ iudicem , quia cùm inquisitio dicatur remedium extraordinariū, per hanc interpretationem res reuertitur ad naturam suam.Se-
12 quitur Pan,in c.exhibita.in 3.col.de iudi. ¶†Vltimo no.ex isto vers.fin.limitationem ad l. de die. & l. sequentem. ff. de pac. in quibus dicitur q̄ per pactum non potest fieri deterior cōditio mulieris in dote restituenda. Nam illa iura procedunt,quando mulier facit conditionem dotis deteriorem , aliter quàm ipsi lex ordinet.Secus quando reditur ad ius commune in præiudicium pacti facti per ipsam mulierem.text. est hic not. ¶Capio glo.magnā in ver.ipso iure,quam diuide in tres partes. In 1.oppo.& multipliciter soluit. & illa 1.pars durat per totum vsque ad ver. si obijciat.ibi est secunda pars in qua glo. format alia oppo. & respondet duobus mod. Et sic ista secunda potest diuidi in duas. In 3 quæ est ibi,porro secundum pactum.glo.findet tacitæ quæstioni,deinde enumerat effectus pacti de non petendo , item effectus pacti de petendo. ¶Redeo ad primam partem,q̄ subdiuide in tex particulas. Nam vt dixi oppo. & si bene inspexeris dat quinq; solu. primas tres solutiones gl.reprobat & bene.quartam solu.Azo.glosſ.videtur tenere, & eam sequuntur Cyn.& Vltramon.in l.pacta quæ contra. C. eod.in 6. & vltim.dum glosſ. videtur confirmare solutionem Azo. Aduerte quia ponit aliam solu. quæ est vera, & omnes comprobat,Secunda ibi,solue, dicunt quidam. Tertia ibi,alij dixerunt. Quarta ibi,alij dicūt ècontrario. Quinta ibi,qualiter ergo huic §. Sexta, & vltim. ibi, præterea alia ratione. ¶Aduerte etiam dum glosſ. bis alleg.l.fina.ff.de iureiuran.videtur in alleg.illius. l.esse sibi contraria. Primo enim allegat, quòd quando naturalis est sola,quòd ipso iure tollatur per pactum.d.l.fin. Postea inferius dicit , quòd quando naturalis esset iuncta cum ciuili, quòd ipso iure tollitur per pactum.d.l.fin.& videtur,quod verè ibi adesset sola naturalis , quia si verè ibi fuisset ciuilis, & naturalis, naturali sublata per pactum non esset liberatus fideius-
13 sor. ¶†Aduerte etiam dum glosſ. in 3. solutione dicit, expone totā,idest omnem.Bart.hic in 2.col.dicit,quòd dictio tota,habet denotare totalitatem circa eandem rem. Alleg.glosſ. Inst. pro soc. in princ. Dic clarius , q̄ vera differentia est inter distributiuum totum,& distributiuum omnis , quia totus est distributiuum

ADDITIONES.

a ¶Correctorijs.Adde glo.in vers.mera liberalitate. in cap.statutum.§.iasuper, vers.nisi forsan.de rescrip.lib.6.glo.in vers.obligatur. in clem.1.de elec.Anto. de Butr.in cap.olim.de verb.sign.

b ¶Non potest.Adde Doct.in l.omnes populi.ff.de iusti.& iu. Ang. de Are.in §. ius autem ciuile.Instit.de iur.nat.gen.& cun.Petr.de Anch. in c.1.de constit. Anto.de Butr.& Ioan.de Imol.in cap.cum omnes.de consti. Inno.in cap.cum accessissent.eod.titu.Abb.in cap.quæ in ecclesiarum.eod.titu.

butiuum vnius rei particularis, vt hic est totus liber Virgilij, vel totus homo. Ineptè enim diceretur, hic est omnis liber Virgilij. omnis autem est distributiuum plurium, vt omnes homines, omnis obligatio. Ineptè enim diceretur, toti homines. Ita declarat Ioan. Fab. in §. restituta. & ibidem Angel. de Are. Instit. de fideicom. hære. & pro hoc glo. supra in 1. constit. florum exponit omnem sanctionem, idest totam, quicquid ibi dicat Bartol. in 1. colum. & in oppo. Cùm ergo duæ sint obligationes, text. qui dicit tota, rectè exponitur per glo. 1. omnis. Quæ autem sit differentia inter totum, & vniuersum, habes glo. in l. ni-
14 hil aliud est hæreditas. ff. de verbor. sign. ¶†Pro expeditione ergo primæ partis principalis oppo. contra text. dum dicitur, ꝙ secundum pactum non tollit primum ipso iure, contra. Nam ex primo pacto de non petendo orta est naturalis obligatio, qua paciscens obligatur naturaliter non petere, vt declarat gl. ꝯ. Sed ego habeo, ꝙ naturalis obligatio tollitur ipso iure per pactum, & per iusiurandum l. Stichum. §. naturalis. ff. de solu. Ratio est, quia vnumquodq; tollitur ipso iure eo modo, quo inducitur. l. prout. ff. de solu. sed prima obligatio naturalis erat per primum pactum solo consensu inducta, ergo debet tolli ipso iure per secundum pactum de petẽdo, & sic per secundum consensum contrarium. Si ergo ita est, quòd naturalis obligatio tollatur ipso iure per pactum, ergo etiam ipso iure debet tolli primum pactum. cuius contrarium dicitur in text. nostro. Glo. propter istud laborat ponendo varias solutiones, eo quia clarè non perpendit de fallacia, quæ est in hoc argum. Breuiter licèt glo. laboret, tene solutionem, quæ colligitur in 6. parte ibi, præterea alia ratione, quòd si pactum de non petendo solùm haberet vnum effectum, quòd obligaret naturaliter, tunc opp. esset vera, ꝙ secundum pactum ipso iure tolleret primum. Sed ex quo primum pactum habet tres alios effectus vltra naturalem obligationem; de quibus hic in fin. glo. dato ꝙ secundum pactum ipso iure tollat naturalem obligationem primi, non tamen ex hoc sequitur ergo ipso iure tollit ipsum primum pactum, cùm habeat alios effectus. *Istam solutionem tenent communiter Docto. hic.* Bald. in l. pacta quæ contra. C. eod. in l. cùm quis. in pen. col. C. de iur. & fact. ign. Sal. in l. pacta nouissima. C. de pact. ¶Aduerte tamen, dum glo. in 3. solu. præsupponit, ꝙ naturalis, & ciuilis obligatio dicantur vna in substantia, truffa est, vt patet ex diuerso nomine, & ex diuersitate effectuũ, vt hic per Barto. ¶Quartò sol. Azo. quam tenet gl. ibi, qualiter ergo huic. §. respondebimus. fuit relata per glo. per plura verba. Sed vult dicere breuiter, ꝙ interdum obligatio naturalis ordinatur ad agendum, vt est illa, quæ oritur ex primo contractu, & illa bene tollitur ipso iure per pactum de non petendo. Et ad istos terminos secundum glo. restringitur regula. d. l. Stichum. §. naturalis, & hoc propter regulam, quia fauorabiliores sumus ad liberandum. l. Arrianus. ff. de act. & oblig. interdum obligatio naturalis ordinatur ad liberandum, vt est illa quæ oritur ex pacto de non petendo, & ista non tollitur ipso iure per pactum de petendo, & ita loquitur. §. noster, quia tunc lex non ita fauorabilis est ad obligandum. Et si dicas, quòd ista solutio implicat cõtradictionem, dum dicitur, quòd obligatio tendit ad liberandum. Iste sermo continet contradictionem, scilicet obligare, & liberare. Respondet glo. ꝙ istud non est mirabile obligationem appellari liberationem, quia etiam libertas dicitur seruitus. Nõ obst. quòd videatur continere contradictionem. Item acceptilatio, quæ est liberatio, & dissolutio, tamen appellatur vinculũ. l. vbi pactum. in ver. acceptilationis vinculis. C. de transac. ¶Secundo contra sol. Azo. & eius distinctionem facit ratio, de qua in hoc text. Quare enim per pactum non tollitur ipso iure præcedens pactum est, quia in pactis factum versatur. Ista ratio militat siue prima obligatio naturalis ex primo pacto ordinetur ad agendum, siue ad liberandum. Respondet glo. quòd prædicta ratio huius text. debet restringi in pactis ad liberationẽ tendentibus, vt in exemplo text. Secus si ad obligandum per rationem prædictam. Et istam solu. Azo. & glo. nostræ tenent etiam Vltramon & Cyn. in d. l. pacta, quæ contra. vt s. retuli. Sed ista solu. non est tenenda, quia nimium restringit. d. §. naturalis. & text. nostrum. Item est contra communem concluſ. quã nunc dicam. Tene ergo quintam sol. vt declaraui. s. ¶Vlt. circa istam primam partem glo. facias vnam conclu. generalem, quòd obligatio naturalis semper ipso iure tollitur per pactum. l. Stichũ. §. naturalis. alleg. in glo. siue sit naturalis sola, siue iuncta cùm ciuili, siue posterius pactum sit de non petendo, siue de petendo, & sic siue ordinetur ad liberandum, siue ad obligandum, semper tollitur naturalis obligatio pacti præcedentis, & isto modo generaliter (prout iacet) procedit regula. d. §. naturalis. & isto modo confunduntur quatuor primæ solu. glo. quæ aliquo ex illis modis restringebãt regulam. d. §. naturalis. tamen per hoc non sequitur, ꝙ ipso iure tollat totum pactum præcedens, cũ alios effectus habeat. ¶Limita, istam conclusionem quinque modis. Primò, vt procedat, quando expressè ita actum est, aliàs actus agentiũ non operarentur vltra eorum intentionẽ. l. non omnis in prin. ff. si cert. pet. secũdum Gul. de Cun. & Iacob. Butr. vt refert Bar. hic circa 4. col. Idem tenet Ray. vt hic refert Ang. Ista limitatio potest optimè comprobari. nam fortior est stipulatio ad tollẽdum, quàm pactum nudũ, vt hoc text. & tamen stipulatio nõ tollit nisi expressè actum sit, vt hic dicit text. & §. præterea. Insti. quibus mod. tol. obl. Solus Lau. hic respondet ad istud, ꝙ ideo istud procedit in stipulatione, quia stipulatio non solùm tẽdit ad tollendum præcedentem obligationem, sed etiam ad inducendam nouationem, quæ est vnius obligationis in aliã transfusio. l. 1. ff. de noua. & d. §. præterea. Ergo cùm stipulatio tendat circa duo, scilicet circa tollendam primam obligationẽ, & circa noua. Ideo grauius agitur vt stipulatio ista non faciat, nisi sit actum, sed pactum de non petendo ex æquitate iuris gen. & ex contrario sensu solùm tendit ad tollendum naturalem obligationem. Ideo potest tollere, etiam si non agatur. Ista tamen solutio posset morderi. Ista limitatio reprobatur per Bar. & alios omnes. & in contrarium adducit Barto. text. in §. sed si stipulatus. ꝯ. ead. l. & rationem d. l. Stichum. §. naturalis. Angel. etiam in contrarium alleg. text. in d. §. præterea. Tu allega tex. optimum in l. creditori. C. eo. quem ad hoc ibi ponderat Sal. & Moder. & Raph. Fulg hic. Et ad obiectum respondet, ꝙ procederet quando ageretur de inducenda nouatione, quæ est vnius obligationis in aliam transfusio. Ita loquuntur contraria. Secus quando ageretur simpliciter de tollendo, vt hic. ¶Secundo limita prædictam conclus. procedere in pacto de non petendo. Secus est in pacto de non agendo, quia illud naturalem obligationem nullo modo tollit, secundum Bar. hic circa 5. col. in ver. expeditus sum de ista glo. & ibi plenè dicetur. ¶Tertio limita, quãdo pactum de non petendo fieret super actione personali. Si autẽ fieret super actione reali, quæ nullam obligationem præsuppo nit. §. 1. Insti. de act. tunc non potest dici, ꝙ pactum de non petendo tollat naturalem, ex quo non est, sed bene impedit effectum actionis, secundum Bart. hic. ¶Quartò notanter limita prædictam conclus. vt procedat in pactis, quæ habẽt in prouincia vim pacti. Secus qñ in subsidium, vt qñ producunt except. doli, vel vtilem, vt in l. & suum. in prin. & l. rescriptum. §. fi. & l. & hære. in prin. in ver. Iul. s̃. eod. tunc tale pactum non tollit ipso iure naturalem obligationem. Ita tenet Bald. in l. pacta quæ contra. in 6. & 7. col. C. eod. vbi reputat not. dignum. Sal. in l. pacta nouissima. in 6. & 8. col. C. eod. Paul. de Castr. in l. iuris gentium. §. fin. supra eod. Paul. de Cast. & d. Alex. hic. ¶Quinto limita secundum Gul. de Cun. Albe. Bald. Angel. & Paul. de Castr. hic, vt procedat in pacto de non petendo facto simpliciter, vel in perpetuum. Secus in pacto facto ad tempus, quia tale pactũ ipso iure non tollit naturalem obligationem, aliàs sequeretur, ꝙ illo tempore elapso creditor amplius agere non posset, quia obligatio semel extincta resuscitari non potest. l. qui res. §. areã. ff. de sol. & tñ potest, cùm tps non sit modus tollendæ, vel inducendæ obligationis. l. obligationum ferè. §. tps. ff. de act. & obl. imò fortius per eandem rationem tenet Paul. de Cast. hic, ꝙ tale pactum non elidat etiam ciuilem, sed vtrunque præsertim ſm ꝙd subtiliter reprehẽdit do. Alex. vt hic per eũ. ¶In 2. parte principali gl. ibi. si obijciatur. Pro expeditione opp. Nam si per primum pactum de non petendo fuit sublata naturalis obligatio primi contractus, ergo sola ciuilis remansit, posteà per ſm pactum de petendo non resuscitatur prima naturalis extincta, ergo sola ciuilis remansit inefficax, quia sola ciuilis non potest actionem producere, ergo est impossibile, ꝙ ſm pactum prosit ad replicationem, quia cum non sit actio, nõ potest replicatione iuuari. Glo. ñdet negãdo assumptum, dum dicebatur, ꝙ sola ciuilis, quæ remansit non est efficax ad agendum, quia imò est efficax, vt videmus in chirographo confessionis mutui, lapso biennio, vbi sola ciuilis producit actionem. Illud quod tenet in chirographo, non est bene dictum, cùm ibi post biennũ adsit naturalis saltem prẽsumpta. l. sub specie. & ibi ad hoc not. Bal. C. de postu. & similiter in re iud. Vel potest dici, ꝙ ibi adsit naturalis procedens non ex consensu, sed ex æquitate iuris gentium, prout etiã est, qñ quis vtiliter gerit negotia furiosi. Nam furiosus obligatur ei naturaliter, & ciuiliter. l. 3. §. pupillus. ꝯ. de neg. gest. & tñ illa naturalis non oritur ex consensu, cùm furiosus non habeat consensum. Sed oritur ex æquitate, vt magistraliter declarat Bar. in l. Iul. verum debitorem, vbi dixi. ff. de cõdi. indeb. Rñde ergo melius ad obiectum, vt per Bar. & Doct. hic, & in d. l. Iul. in 12. col. & in l. 1. ff. de condi. indeb. & in l. cũ quis. C. de iur. fact. ign. ꝙ licèt ab initio ad producendum actionem requiratur concursus vtriusque obligationis tam naturalis, ꝙ ciuilis, tñ posteà ciuilis est sufficiẽs sola, vt hic declarat Barto. per
15 exẽplũ materiale. ¶†In gl. ibi porrò ſm pactũ de nõ petendo,

habes ex gloſſ. ꝙ ſi poſt ſecundum pactum de petendo de quo in text. fieret tertium pactum de non petendo, tale pactū non operatur illa tria, de quibus ℸ. quia non amplius tollet naturalē obligationem ex primo contractu, quia erat ipſo iure extincta per primum pactum de non petendo. Item non elidet ciuilem obligationem, cùm eſſet iam eliſa. tamen ſecundum Ang. hic operatur tres alios effectus. Primò, quia vlt. loco paciſcens non petere, obligatur naturaliter non petere, quia licèt prius ſimiliter fuiſſet ita obligatus ex primo pacto de non petendo, tamen illa erat ipſo iure ſublata per pactum de petēdo, vt dixi in prę-
cedentibus. Item operatur duplicationem aduerſus excep. pacti de petēdo. Inſti. de replica. in prin. Item tollit naturalem ob-
16 ligationem ortam ex ſecundo pacto de non petendo. ¶† In vlt. parte glo. habes quatuor effectus, quos operatur pactum de non petendo, & pactum ècontrario. Primus effectus eſt, & verus, quia tollit ipſo iure naturalem obligationem. Limita quin que modis, vt dixi in 1. parte gloſſ. Secundus effectus, ꝙ elidit, ſeu debilitat ciuilem obligationem. Bart. in hoc conſiderat tria tempora. Primum, ꝙ antequam opponatur excep. nō perimit, nec elidit per iſtum text. ibi. & ideo replicatione eliditur exceptio. Idem tenent Petr. & Cyn. in l. pacta quæ contra. C. eod. & in l. exceptionem. in 3. q. C. de proba. Contrarium tenent Bald. Angel. Fulgo. & d. Alexand. hic. Bald. in l. pacta quæ contra. C. eod. Sal. in l. pacta nouiſſima. eod. titu. per duo fundamenta. Primò, quia text. in l. Stichum. §, naturalis. ff. de ſolu. dicit, ꝙ ipſo iure per pactum tollitur actio naturalis. ſi ergo ipſo iure, ergo antequam opponatur exceptio. Item quia aliàs ſolutū non poſſet repeti, quia non eſſet omnino indebitum, quod tamen eſt falſum. l. ſi non ſortem. §. adeo. & §. indebitum. ff. de condi. indeb. ¶ Tu aduerte, quòd æquiuocant, quia Barto. non loquitur de eliſione obligationis, prout loquuntur prædicti Docto. ſed loquitur de eliſione actionis, & inter iſta eſt magna differen tia, vt declarat idem Bart. in l. Iul. verum debitorem. in 12. col.
17 ff. de cond. indeb. ¶† In tertio tempore concludit Bart. quòd ſi poſt pactum de non petendo appoſitum à parte ſequatur abſolutoria, ꝙ propter iſta duo ſimul iuncta tollatur actio ipſo iure, quia licèt alterum de per ſe non ſufficiat, vtrunque tamē ſimul iūctum ſufficit. & ita limitatur. §. item ſi in iudicio. Inſtit. de excep & ita dixi in text. in 5. fal. Ad hoc mouetur Barto. per text. in l. ſi plures. in prin. vbi etiam Barto. idem firmat. ff. de fideiu. & text. in l. 2. ff. de excep. rei iud. Idem tenet Bart. in d. l. Iul.
* in 2. col. in fin. d. Matheſ. in no. 97. contra Bart. *tenent communiter alij.* Bald. Angel. & Fulg. hic. Petr. & Cyn. in l. excep. C. de proba. & in l. pacta quæ contra. C. eod. Sal. in l. pacta nouiſſima. C. eo. Imo. Rapha. Cuma. & Paul. de Caſt. in d. l. ſi plures. & Paul. de Caſt. in d. l. Iul. in 10. col. moti, quia ſequeretur, ꝙ excep. rei iud. non eſſet propria, & vera exceptio, cum non eſſet actionis excluſio. l. 1. ff. de excep. quod eſſet multum violare titulum. ff. de excep. rei iudi. Sed ad hoc facilis eſt reſponſio, ꝙ excep. rei iud. eſt propria, quando ſimul cum ea concurrit exceptio pacti de non petendo. Prætereà hoc non eſt abſurdum, quia etiam exceptio ſolu. non eſt propriè exceptio, cùm non ſit actionis excluſiua, ex quo actio per ſolutionem fuit ipſo iure ſublata. Inſtitu. quibus mod. tol. obl. in princip. ¶ Secundò, & fortius ſtringit ſecūdum Imol. in d. l. ſi plures. quia ſpeciale eſt in excep. cōpenſationis, vt oppoſitio iſtius excep. ſi omittatur à iudice, ipſo iure tollat actionem. § in bonæ fidei. Inſtit. de act. l. ꝙ ſi in die. §. 1. ff. de compe. Barto. in d. l. ſi plures. eo. quia compenſare eſt ſol
18 uere. l. ſi debitor. in fin. ff. qui pot. in pign. habe. ¶† Hinc not. con ſuluit Ang. in conſil. 211. inci. quidam nomine Nico. ꝙ ſi ſtatutum prohibeat, ꝙ nulla penitus exceptio opponatur contra inſtrumentum, vel ſententiam, niſi ſolutionis, poteſt tamen opponi excep. compenſationis. & ſequitur. d. Alexan. in cōſil. 111. in 2. volum. incip. viſo themate anteſcripto. in pen. col. Si ergo eſt ſpeciale in iſta excep. compenſationis, ergo contrarium erit in alia excep. Sed ad hoc reſpōde clarè, ꝙ ſpeciale eſt in excep. compenſationis, ꝙ ex ſola admiſſione iudicis abſque hoc, ꝙ feratur ſententia, tollatur actio ipſo iure. Sed hic loquitur, qñ interuenit ſententia, & ſic concurrunt duę exceptiones, vna pacti, alia ſententiæ. Ibi autem eſt vna except. tantum ſcilicet cōpenſationis. Aliam rationem aſſignat Paul. de Caſt. in d. l. ſi plures. quæ nihil eſt contra. Nam ibi Barto. adducit talem rationē, quia actus agentium non debent operari vltra eorum intētionem. l. non omnis. ff. ſi cert. peta. Sed iudex in ſententia abſolutoria non agit tollere actionem ipſo iure, ergo &c. Reſponde, ꝙ iſtud non procedit ex ſola ſentētia iudicis, ſed ex iuris diſpoſitione, vt ſtatim dicam. Tene ergo opin. Bald. per text. in d. l. ſi plures. in princip. Nec eſt vera ſolutio Imo. ibi, quòd ibi ſit ſpeciale in exceptione diuiſionis. Nam ſicut ibi oppoſita except. peremptoria diuiſionis tollitur actio ipſo iure, vt patet ibi, dum dicitur de reſtitutione, ergo idem in propoſito oppoſita excęptione pacti de non petendo, & ſequuta ſententia debet actio ipſo iure tolli, cùm non poſſit reddi ratio diuerſitatis. Dicere etiam prout dicit Paul. in d. l. ſi plures. quòd text. dum dicit de reſtitutione, debet intelligi ipſo iure, corrumpitur tex. ¶ Secundò pro Barto. adduco ſtringens argu. Nam licèt ſola exceptio pacti de non petendo oppoſita non poſſit tollere actionem ipſo iure, vt hoc text. eod. modo ſola ſentētia abſolutoria de per ſe. tamen iſta duo ſimul iuncta bene tollunt actionem ipſo iure. quod oſtendo. Nam clarum eſt, quòd pactum de non petendo tollit ipſo iure naturalem obligationem. d. l. Stichum. §.
19 naturalis. & dixi in prima parte huius glo. † Item clarum eſt, ꝙ ſola ſententia abſolutoria tollit ciuilem obligationem ipſo iure in totum, quia cùm ciuilis obligatio deſcendat à iure ciuili, & ſententia ſit etiam iuris ciuilis, vnum ius ciuile tollit aliud ipſo iure. Ita tenent Barto. & omnes in l. Iulianus verum, per illum text. ff. de condi. indeb. Si ergo pactum de non petēdo tollit ipſo iure naturalem obligationem, & ſententia abſolutoria ciuilem, ergo cùm ipſo iure ſit extincta naturalis obligatio, & ciuilis, ergo ipſo iure extinguitur actio, quia hic non durat ciuilis, quæ conſeruet actionem, vt declarat Barto. hic. in 7. col. & in l. 1. in 4. colum. & in d. l. Iulia. verum. in 14. colum. ff. de condi. indeb. & in l. cùm quis. C. de iu. & fact. ignoran. Fortius, dato quòd ſententia abſolutoria non poſſet tollere ipſo iure ciuilē obligationem (quod tamen eſt falſum) eſt verum, quando ciuilis obligatio non eſſet eliſa. ſed cùm in caſu noſtro ſit eliſa per pactum de non petendo, debet ipſo iure poſſe tolli per ſententiam. Tamen cogitabam ſi dici poſſet, quòd non ſit bona conſequentia, quam feci, ſcilicet per pactum, & per ſententiam eſt ſublata vtraque obligatio. Iſtud eſt verum. ſed dum dixi ſi eſt ſublata vtraque obligatio, ergo ipſo iure tollitur actio Iſta non videtur bona conſequentia. Et aſſumo doctri. Bartol. hic, & in locis ſtatim alleg. Nam licèt à principio ad hoc vt oriat actio, requiratur obligatio naturalis, & ciuilis, quia ciuilis habet ſe vt pater, naturalis vt mater, ergo vtriuſque concurſus requiritur ad generationem actionis. Tamen poſtquam actio eſt in eſſe producta, dicit Bartol. quòd licèt tollatur naturalis, & remaneat ſola ciuilis, tamen ex ſola ciuili durat actio, ſicut videmus, quòd poſtquam eſt natus filius, licèt moriatur mater, tamen durat filius. Si ita eſt (& eſt doctri. Bartol. vbique approbata) ergo poſtquam actio eſt in eſſe producta, dato quòd moriatur pater, & mater, tamen durat filius, ita dato, quòd ſit mortua obligatio naturalis, & ciuilis, tamē debet durare actio. cogita. Et tenendo iſtam partem quæ eſt vera, non obſtat fundamentum Docto. dum dicebant, quòd excep. rei iudica. eſt propria, & vera. §. Item ſi in iudicio. Inſtitut. de excep. quia reſpondeo, quòd illę text. procedit in ſola exceptio. rei indica. ſed hic concurrunt duæ exceptiones, ſcilicet pacti de non petendo, item rei iudicatæ. & ita limita d. §. item ſi in iudicio. Item text. ibi non dicit, quòd excep. rei iudi. ſit propria, vel
20 impropria. ¶† Tertius effectus pacti eſt, quia qui facit pactum de non petendo, obligatur naturaliter non petere. Idem tenet Bartol. & alij, & Bartol. in l. vbi pactum. in 1. & 2. colum. C. de tranſact. vbi etiam per eum, quid in acceptilatione. Cuius autem vtilitatis ſit iſte effectus, Docto. plurimum laborant. Tu dic, quod effectus eſt planus, quia ſi obligatur naturaliter, poteſt accedere fideiuſſor, qui obligatur naturaliter, & ciuiliter. l. 1. cum gloſſ. ff. de fideiuſſ. Secus quando non obligaretur naturaliter. l. fideiuſſor obligari. §. fideiuſſor. ff. de fideiu. Iſta eſt propriè vtilitas. Aliam vtilitatem quorundam per l. ſi quis argen. C. de donat. reprobat Bartol. & omnes alij hic. Aliam pulchram vtilitatem aſſignat Bartol. hic poſt Iacob. de Are. in l. Męuia. in princip. ff. ſolut. matrimo. Nam mulier non poteſt obligari viro, niſi appareat, quòd ex tali obligatione mulieris conditio melior efficiatur. Authen. ſi
21 qua mulier. C. ad Velleia. † Ergo non poſſet mulier facere marito pactum de non petendo, quia obligaretur naturaliter. Hinc infertur in ſpecie, quòd ſi ex forma ſtatuti non poſſet mulier ſe obligare, niſi interueniente aſſenſu duorum propinquorum, non poſſet etiam facere pactum de non petendo debitori non ſeruata forma ſtatuti. Ex quo per tale pactum obligatur naturaliter non petere. Adde, quòd
* idem tenet Bartol. in d. l. Męuia. §. 1. ff. ſolut. matrimo. *Et eam ęq communiter ita tranſeunt Docto.* tam hic, quàm ibi. Paul. de Caſt. hic in pen. colum. dicit, quòd de hoc vidit magnam altercationem, & remittit ſe ad Bartol. hic. & aliud non dicit. Raphael. Fulgoſ. hic tranſit cum principali deciſ. Bartol. à maioritate rationis ſtatuti. Nam ratio huius ſtatuti eſt propter fragilitatem ſexus, & imbecillitatem intellectus, ergo fortius debet habere locum in liberatione, quæ eſt grauior, quàm obligatio. quod probat ſic. Nam ſeruus fugitiuus poteſt obligare dominum ignorantem, & inuitum. l. cùm fundus. §.

ſertum tuum imprudens.ff.ſi cert. pet. & tamen non poſſet liberare debitorem etiam peculiarem.l.nã & nocere. ſ. co. Eandem opi.ſequitur Raph.Fulgo.in conſil.39. quod inci.ad id,de quo quæritur.in vlt.col.per rationem. Quia cùm iſtud ſtatutũ ſit factum fauore mulierum propter earum imbecillitatem, latè debet interpretari, vt etiam liberationem comprehendat. Iſtud probat per Auth.ſacramenta puberum.C.ſi aduer.vend. quæ eſt ius correctorium, & vtitur verbo contractibus, & tamen extenditur ad liberationem,vt ibi not.per Docto.& eſt gl.
22 reputata ſing.in l.3.§.1.ff.de contra.iudi.tut. † Tu potes ad hoc reſpondere, ꝙ ratio ibi eſt, quia tractatur de obſeruantia iuramenti,& conſequenter de fauore animæ, ideo fit extenſio, vt per do.Anto.de Butr.in cap.ſin in 1. fallen. de conſue. Imol. & Gemi.in cap.quamuis.de pact. in 6. Gemi. in cap.1. de tempo. ord.in 6.Vltra alios ad illud,quod colligitur ex gloſſ.in l.contra iuris ciuilis §.fin.in verſ. inutile. in fin.ſ.co.quod l.fin.§.filijs autem.C.de bon.quæ libe. quæ loquitur in alienatione prohibita filiofam. habet locum in pacto de non petendo. quam gloſſ. Raph.Fulg.ibi reputat not.digniſſimam, & vtilem pro ſtatutis prohibentibus minores, aut mulieres alienare ſine conſenſu propinquorum, quòd non poſſint facere pactum de non petendo. Secundò conſidera, ſi poſſet teneri noua opin. contra Barto.& omnes. Nam ſtatutum diſponit, ꝙ mulier non poſſit ſe obligare.Barto. & Docto.intelligunt illud verbum obligare, etiam de ſola naturali obligatione. quod poteſt comprobari, quia ſtatutum loquitur indefinitè,& indefinita æquipollet vniuerſali.l.ſi pluribus,& ibi Barto.ff.de leg.2.glo.in cap.vt circa.de
3 elect. in 6. † Tu caue,quia vbicunque in iure fit mentio de obligatione ſimpliciter,intelligitur de ciuili obligatione, & non de naturali. Text.eſt in Liuriſgen.in princip. in verſ. ſed ſi in alium. & in §.ſed cùm nulla.& in §.igitur nuda.ſ.cod. & text. §. ſi ſeruus. Inſtitu.de inuti.ſtipulat.iuncta.l.naturaliter.ff.de condi.indeb.& text.in §. pupillus. Inſtitu. de inut. ſtipul. iuncta l.1.ff.de nou.ergo ſimiliter ſtatutum loquens de obligatione debet intelligi de obligatione ciuili, cùm ſtatuta recipiant interpretationem à iure communi.l.2.C.de noxa.glo.in l.fin.§.in computatione. C.de iure delibe. cùm ſola naturalis ſit minoris præiu-
4 dicij. Cogita tamen, quia non pono pro conſtanti.† *Tenendo ſententiam Bart.& communem*,eam limitant [a] Angel.& do. Alex. hic, vt procedat quando ſtatutum loqueretur per verba, quibus vtitur Barto.ſcilicet per verbum obligari. Secus ſi vteretur verbo contrahere, puta quia diſponeret, ꝙ mulier non poſſit contrahere ſine conſenſu propinquorum. tunc bene poſſet facere pactum de non petendo,quia cùm iſtud ſtatutum ſit ſtricti iuris, & exorbitans à iure communi, debet ſtrictè intelligi. Similem diſtinctionem in verbis ſtatuti ponit d. Matheſ.in no. 167.concordando Barto.in l. apud Iulianum.§.fin.ff.ex quibus cauſ.in poſ.eatur.& in l.more.ff.de acquir.hæred. Nam in d.l. more.tenuit Barto.ꝙ mulier prohibita contrahere ſine conſenſu propinquorum,non poteſt etiam adire hæreditatem, & ſic quaſi contrahere. Contrarium tenet Bart.in d. l. apud Iulianũ. §.fin.ſed Mathe. concordat, ꝙ aut ſtatutum loquitur per verbum obligari & tunc verum dicit Barto.in d.l.more. Aut per verbum contrahere,& tunc verum dicit Barto.in d.l.apud Iul. §. fina. Pro iſta limitatione facit,quod vult Bald. in l. ſine apud acta.in 1.colum. C. de tranſact. vbi refert ſe conſuluiſſe, quod ſtatutum diſponens, ꝙ non valet contractus mulieris,niſi inſinuetur coram iudice, non extenditur ad ſimplicem liberationem, ſeu diſtractum. & ibi ſequuntur Moder. & ibi plenè dixi allegando plura pro & contra.Et ideo hic non repeto. Sed ꝙ quid ſit ibi in caſu noſtro,teneo contra Angel.& dom.Alex. ꝙ etiam ſi ſtatutum vtatur verbo cõtrahere, adhuc mulier non poſſet facere pactum de non petendo abſque ſolennitate ſtatu
25 ti,prout etiam tenent Ang.& d.Mar.Laud.hic.¶† Moueor primo, quia pactum dicitur eſſe contractus, vt eſt gl.ſing.in l.1.in princ.glo.magnę ad fin.ff.de act.& oblig.dixi,in Liuris gentium. §.ſed cum nulla.ſ.eo.per illum tex.Et ſi dicas.ꝙ eſt contractus, ſed impropriè, cùm non ſit vltrò citroque obligatorius.l. Labeo.§.contractum.ff.de verbor.ſign. ergo non habet locum in ſtatuto.Quia dico,ꝙ vbicunque in ſtatuto non poteſt aſſignari niſi vnica ratio,illa habetur pro expreſſa.glo. eſt in l. Quamuis.& ibi expreſſius Bald.& Paul.de Caſt. C. de fideicom. cum ſimil. Quo caſu ex identitate illius rationis licitum eſt arguere ad caſum,qui ſub lata,& impropria ſignificatione continetur, vt eſt glo.in Auth.vt hi qui obli,per hi. in princip.in ver. ad curationem.& ibi Angel.not.& gloſſ.in clem.1.in ver.eligatur. & ibi Cano.de elect. Sed huius ſtatuti nõ poteſt aſſignari niſi vnica ratio, ſcilicet propter fragilitatem ſexus, & imbecillitatem intellectus,vt not.Bald in l.2.per illum text. C.de adop.& in l.2.
26 in 9.q.C.de reſcin. vend. ¶† Secundò moueor. Nam ſtatutum loquens in contractu habet locum in diſtractu, concurrente identitate rationis.glo. reputata ſin.in l.2.§.è contrario.ff.de contrar.iudi.tut.quæ gloſſ.eſt ad hoc vnica in iure ſecundum Bald. in rub.extra de iureiu. Idem tenet Barto. & alij in Auth. ſacramen.pub.in 6.colum. C. ſi aduer. ven. & tamen diſtractus non eſt proprié contractus. Secus vbi non eſt identitas rationis. Ita loquuntur contraria.¶ Tertiò moueor,quia ſtatutum loquens in contractu,habet locum in renunciatione,concurrente identitate rationis,ſecundum Bald.in rub. & in l.1.C.de pac.& pulchrè Bald.vbi limitat in l.pactum.in 21.q.C.de coll. Facit l.ſi ad reſoluen.C.de prædi.min.Secus vbi eſt diuerſa ratio. Ita poteſt ſaluari Bald.in l.tres fratres.ſ.cod.¶ Quartò facit,quod not.Bar. in Auth.contra ſi filij.in 2.not.per illum text.C.de repu.vbi no. ꝙ cuius conſenſus in contrahendo requiritur, eiuſdem requiri
27 tur in diſtrahendo. ¶† Quintò facit doctrina glo. reputaræ ſingularis in l.tale.§.fin.ſ.eo.quæ vult,ꝙ idem cenſeatur ſtatutum in caſu omiſſo,in quo ſtatuentes idem veriſimiliter ſtatuiſſent, ſi fuiſſent interrogati.Pro qua facit text.in l.fin.ſecundum intellectum Bart.Ang.& Moder.C de poſthu.hær.inſtit.facit l. Bar-
28 barius.in verſi.ſed ſi ſciſſet.ff.de offic.præto. ¶† Sexto facit. Nã ſtatutum loquens in contractu mulierum habet locum in aditione hæred.& ſic in quaſi contractu.ſecundum Barto.in l.more,in princip.ff.de acquiren.hæred.Paul. & Lud.in l.mutum.in princ.ff.de acquir.hæred.Lud.in conſil.393. incip. Præſuppoſito, ꝙ viua voce. quam opinionẽ defenſaui in l. Barbarius.ff.de offic.præto.licèt contrarium teneat Bar.in d.l. apud Iulianum. §.fin.& Bald.Angel.& plerique Moder.in d. l. mutum. in princ.
29 ¶† Secundò principaliter limita concluſ. communem,niſi talis liberatio ſeu quitatio fieret per mulierem ex neceſſitate, puta quia maritus reddidiſſet vxori id,quod debet. Quo caſu mulier tenetur quitare virum per inſtrumentum. l. diſſolutè. C.de condi. ob cauſ. Certè in tali quitatione non requiritur ſolennitas ſtatuti.Ita per plura ſimilia tenet Ludo.Roma.in con-
30 ſil.394.incip.Præſuppoſito,ꝙ viua voce dictum eſt. ¶† Secundò intellige dictum ſtatutum procedere, quando mulier, vel minor ſe obligat ſuo nomine.Secus ſi alieno, puta procuratorio, quia poteſt non obſeruata ſolennitate ſtatuti, ſecundum Lud.& Alexan. in l.quæſitum. per illum text. ff. de in ius voc. vbi libertus, qui non poteſt vocare in ius patronum ſine venia proprio nomine, tamen alieno poteſt. Confirmo per illud qđ vult Angel.in l.quamuis.in princip.ff.de acquir. poſſeſ.vbi quærit,an ſtante dicto ſtatuto, quòd mulier, vel minor non poſſit ſe obligare ſine conſenſu propinquorum, an poſſit conſtitui procurator pro alio, abſq; ſeruata forma ſtatuti? Et tenet,ꝙ ſic,quia tale ſtatutum debet intelligi, quando ſe obligat nomine proprio,non quando alieno ad damnum, & vtilitatem alterius,argumen.d.l.quæſitum.Facit l.lis nulla.vbi gloſſ. not. ff. de iudi.Tamen Raph.Cumã.in d.l.apud Iulia.§.fin. ff. ex quibus cauſ.in poſ.ea.refert ſe vidiſſe iſtam quæſt. de facto in muliere, quæ ex forma ſtatuti non poterat ſe obligare ſine cõſenſu propinquorum. An poſſet mulier tutotis nomine ſe obligare non ſeruata forma ſtatuti ſi eſſet nutrix? Et dicit,quòd non, per l.ſi. C.de leg.tut.vbi qui neſcit gubernare propria,non debet alij in tutorem dari. Tamen iſtam deciſ per prædicta impugnat Ale-
31 xan.in d.l.quæſitum. ¶† Tertiò limita dictum ſtatutũ non procedere in contractu, vel obligatione ad pias cauſas, in quibus ſolennitas dicti ſtatuti non requiritur, quia pia cauſa non ſubiacet tali ſtatuto ſecundum.Pan.in cap.relatum.de teſta. per illũ tex.Bald.& Saly.in Auth.caſſa.C.de ſacroſanc.eccleſ Bal.in l.generale.C.eo.de quo per Io.And. & d.Anto.in c.in præſentia.de
32 proba. Limita vt ibi per eos. ¶† Quartò dictum ſtatutum debet intelligi de contractu,vel obligatione circa res,non autem circa perſonam. Ideo poteſt contrahere matrimoniũ ſine conſenſu propinquorum non ſeruata ſolennitate. l. in copulandis,& ibi Bald. C. de nup. ¶ Quintò dictum ſtatutum intelligitur de contractibus damnoſis non de vtilibus, qui poſſunt fieri non ſeruata ſolennitate ſtatuti, ſecundum Bald. in l neque tutores.C.de inutil.ſtipul.per illum text.Angel & Imol. & Mod. in l.mutum.in prin.ff.de acq.hæred.Dixi plenè in d.l.Barbarius.
33 ¶† Sextò limita dictum ſtatutũ procedere in obligationibus ex contractu, vel quaſi. Secus ſi obligatio deſcenderet ex delicto vel quaſi,quia tunc mulier aſtringitur ẽt non ſeruata ſolennitate dicti ſtatuti,ſm gl.not.& ibi Bar.& alij in l.ſi qs in tãtã.C.

vnde

ADDITIO.

a ¶Eam limitant. Adde latè Iaſ.in l. Barbarius. 5. not.ſupra de offi. præto. vbi dixi, & ad Pract. Pap.for.lib. Act.Rea.verſi.veriſimile.65.cui Adde Mating. Cent.2.obſer.34.Catel.verſicu.ſtatuta Italiæ. & in proprijs terminis verſicu. ſtatutum requirens. vbi plenè articulum declarat referendo communem, de qua per Iaſ. hic. & not. Alexand. in l. more. 2. not.ff.de acquirend.hæredita. MASVER.

vnde vt.Bart.in l.is cui bonis.ff.de verb. oblig.Ita limitat Math. not.167 Facit gl in l.ex patre.§.Quanquam.ff. de in rē verſo.Et
34 vide prædicta omnino vltra ea,quæ dixi in l.Barbarius. ¶†Vlt. diligenter aduerte,& valde ſigna illud, quod ſubdit Bar.q̄ ſtante prædicto ſtatuto, nedū impeditur obligatio naturalis ex pacto de non petendo,ſed etiam impediuntur omnes alij tres effectus pacti de non petendo, & ſic effectus exceptionis pacti. Item quòd tollat naturalem, & ciuilem elidat per rationem ſubtilem, de qua hic per eum, ſolus Raph. Fulgo. hic dubitat, quia cùm ſtatutum vetet tantum obligationē,non videt quare pactum nō debeat eſſe vtile quo ad alios tres effectus pacti. Nec obſt.quòd ſi datur replicatio, ergo ceſſat exceptio.l.reſcriptum.§.ſi pacto.ſ.eod.ſecundum Bartō.quia reſpondet Fulgo. & bene, quòd ibi non tollitur exceptio per replicationem, eo quia ibi eſſet naturalis obligatio, vt præſupponit Barto. ſed eo quia ibi tacitè actum intelligitur, vt pro altero ſit contentus. Ideo ſi peteret pœnam,& vellet excipere de pacto,bene tolleretur exceptio per replicationem,& ēcontra,vt ibi,& l.ſi pater. §.ſi mulier.ff.de iure dot. Alij nihil tangunt. ¶Ego teneo contra Bart.per tria. Primò per illud,quod tenet glo.hic magna in 6.ſolu.& Bart. & omnes ſequuntur, q̄ licèt ſecundum pactum tollat ipſo iure naturalem obligationem præcedentis pacti, nō tamen tollit alios tres effectus reſultantes ex primo pacto.Niſi reſpondeas per regulam. l. patre furioſo.ff.de his,qui ſunt ſui. ¶Secundò pondera quod vult idem Bart.in d.l.reſcriptum.§. ſi pacto.& ibi alij ſequuntur,q̄ licèt per nouationem tolleretur naturalis obligatio reſultans ex pacto de non petendo, tamen per hoc non tollunt aliæ res virtute ipſius pacti. ¶Tertiò pondera illud quod vult Bar.hic in 6.col.q̄ exceptio pacti non cauſatur ex naturali obligatione,ſed ex equitate, quam habet pactum,quia ſic conuentum eſt,ergo licèt ceſſet obligatio naturalis per hoc tamen non debet ceſſare exceptio pacti. ¶Quartò effectus eſt,q̄ exceptionem parit.& iſte eſt indubitatns.Inſti. de repli.§. 1.& 2.& in l.iuriſgentium.§. ſed cùm nulla. & §.qui-
35 nimo.ſupra eod ¶†Vlt.glo.ponit quatuor effectus pacti de petendo,ſed ſecundus eſt ſuperfluus,quia ſi tollit naturalem obligationem,clarum eſt,q̄ elidit exceptionem, & eadem ratione ſuperfluus eſt quartus. & ſic remanerent tantum duo effe-
36 ctus,vt in glo. ¶†Iuxta iſtam glo.quærit Bartol.an ſit differentia inter pactum de non petendo, & pactum de non agendo. Et refert verba Inno.in cap.1.de lit.conteſta.in 6.quæ tamen videtur Bartol.firmare. Et quia obſcurè loquitur, collige per te ex verbis Inno.quatuor not. differentias inter pactum de non petendo,& pactum de non agendo, quas ſimpliciter ſequitur Paul.de Caſt.hic.in 6. colum. Prima differentia eſt, quia pactū de non petendo impedit peti in iudicio, & extra. Secus eſt in pacto de non agendo, quia ſolùm impedit coram iudice agi. Secunda differentia correlariè ſequitur ex prima,quia ſi fiat pactum de non petendo ſub pœna, non poſſet aliter paciſcens recipere ſolutionem,cùm ſit actus extraiudicialis l. amplius non peti.ff.rem rat.habe.Secus in eo,qui fecit pactum de nō agendo. Tertia ſingularis differentia eſt,quia pactum de non petendo tollit ipſo iure naturalē obligationem, cùm ad hoc tendat. Secus eſt in pacto de non agendo. Et ita ponderant Angel. & Paul. de Caſtr. hic. & eſt magna limitatio, vt ſupra retuli in 1. parte huius gloſſ. Quarta differentia eſt,quia exceptio pacti de non petendo non impedit litem conteſtari, ſicut exceptio de non agendo. Iſtam doctri.reprehendunt Angel.Fulgo.& Paul. de Caſt.hic per text.cum glo.in §.præterea. t. inſti.de excep.vbi glo.æquiparat pactum de non agendo,pacto de non petendo, tamen illa glo.vt dicit Angel.non facit ad propoſitum,quia loquitur in actione reali,non in perſonali.Secundo allegat l.& heredi.§.filia.& l.contra iuris ciuilis.§.ſi filius.ſ.eod. ¶Adde tu, q̄ contra Imo. latè tenet Bald. quem videas in rub. extra de poſtula.præla.in vltim.colum.& in l.eleganter.§. ſi quis poſt.in 6. col.ff.de condi.indeb.Tu etiam pondera, q̄ Barto.in l. Nam & poſteà. in primis verbis.ff.de iureiu.vult,quòd d.l.amplius non peti.habeat locum in pacto de non agendo ſub pœna. & eſt bona glo.in l.ſi poſteà,in glo.1.in ver. egi. ff. de pec. quam ad hoc reputat ſingu.Bald.in cap.quoniam contra falſam.in 7. colum. de prob.licèt idem Bald. cum reprobet in l.cùm quis.in penul. colum.C.de iur.& fact.igno.Item dum Innoc.vult, quòd exceptio pacti de non agendo, impediat litis conteſta. ſecus in excep.pacti de non petendo. Adde,quòd idem tenet Bal. & not. in l.peremptorias. in penul. colum.C. ſenten.reſcind non poſ. vbi dicit, idem eſſe in pacto de non eundo ad iudicem, quod in pacto de non agendo. l. dedi.in princip.ff.de condi. ob. cauſ. quæ autem ſit ratio,quare exceptio pacti de non petendo,non impediat litis conteſta.declarat Bartol.in d.l.nam. & poſteà, in princip.vbi dixi. Ponit latè Imol.in capit.conſtitutus.in vltim. colum.poſt dom.Anto.& alios.de præſcrip.In contrarium tamen fortiter vrget text. in l. creditori. C. eod. & ibi Fulgoſ. & Moder. ad hoc not. & non poteſt ſine diuinatione reſponderi,
37 vt ibi dixi. ¶†Vltra Barto. quæro de no. quæſt. in materia huius.§.Pone,aliquis ex contractu mutui, vel alio erat efficaciter obligatus: Creditor facit tali debitori pactum de non petendo,& poſt tale pactum tranſierunt 30.aut 40.ann.Iſtis peractis poſteà debitor fecit creditori pactum ſimpliciter de petendo. Quæritur,an creditor vigore ſecūdi pacti poſſit petere.Prima facie videtur,quòd non,quia debitori cōpetunt duæ exceptiones pacti de non petendo.Item exceptio præſcrip.& ideo licèt poſteà faciat pactum de petendo, per quod tollat aliud de non petendo,tamen debitor renunciando vni exceptioni, ſcilicet pacti de non petendo, non intelligitur renunciare excep. præſcrip.arg.l.ſi domus.ff.de ſeruitu. vrba. prædio. vbi ille, cui debentur duæ ſeruitutes,vnā remittendo,non intelligitur am-
38 bas remittere,ſed illam tantum. ¶†Secundò facere dicitur, qui præſcripſit,cenſetur ſoluiſſe.text. eſt not. in l.ſi pupillus. in fin.ff.de admin.tuto.Sed ſi debitor verè ſoluiſſet, ipſo iure eſſet ſublata actio,quia ſolutione eius,quod debetur,omnis tollitur obligatio ipſo iure. Inſtitu. quibus mod. tol. obl. in princ.ſed actio ipſo iure ſublata non poteſt per pactum reſuſcitari, vt hoc text.in verſ. Sed ſi pactum. Tamen iſtud vltimum fragile eſt. Iſtis non obſt.Iaco. de Rau. hic tenet quòd creditor virtute ſecundi pacti poterit agere prima actione non obſt.pacto de non petendo. Item non obſt.præſcriptione, mouetur,quia debitor faciendo pactum de petendo.& ſic conſentiēdo,quòd peti poſſit,intelligitur remiſiſſe omne obſtaculum nedum pacti negatiui,ſed etiam præſcrip.quia aliter agere non poſſet.argumen.l ſi ſtillicidij. ff. quemadmo. ſer. amit. Et per hoc patet non obſtare.d.l. ſi domus. quia ibi remiſſio vtriuſque ſeruitutis non veniebat in neceſſarium præambulum, ſicut hic. Pro iſta opin. facit fortiter text.in l.quod debitori.ff.de donat.cauſ. mort.licèt ibi Bartol. videatur aliter intelligendo deſtruere illum text.ſed ſecundum verum ſenſum ille text. multum ſtringit.quem alibi not.Angel.in l.certi condictio.in princip.ff.li certum peta. vbi dixi de illo text. & ibi Ludo. reputat illum text. ſingu.Illum etiam multum not.Angel.in l. cum qui.ff.de iureiuran.in fin. princip.imò plus tenet Iacob. de Raue. quòd non eſt verum,quòd per lapſum dictorum 30. vel 40. ann. ſit cauſata præſcriptio. Mouetur, nam cùm creditor feciſſet pactum de non petendo, non poterat vigore pacti agere, ergo non valenti agere non currit præſcriptio. l. 1. in fin. C. de ann. excep. Contrariam opinio.tenet Gul.hic in fi.quæſtio.quia falſum eſt fundamentum, ſcilicet quòd hic nulla currebat præſcriptio tanquam non valenti agere &c. dicit Gul. quod eſt verum, niſi creditor non poſſit agere facto ſuo,vt in caſu noſtro, propter pactum de non petendo quod fecit. Secus quando non valeret agere aliter,quàm facto ſuo,quia primo caſu ſibi imputatur. ¶Secundò mouetur. Nam primum pactum de non petendo ſuſtulit ipſo iure naturalem obligationem, prout firmaui in 1. parte huius gloſſ. licèt ipſe Gul. & malè teneret in hoc contrarium, referentem Bartol. Et vltra hoc, quòd tollat naturalem,& elidat ciuilem,vt tenet gloſſ. hic in fin. ergo præſcriptio ipſo iure ſuſtulit ciuilem obligationem. vt eſt gloſſ. in l.obligationum ferè. in §. placet. ff. de actio. & oblig. Et ſic ex quo vtraque obligatio, tam naturalis per primum pactum, quàm ciuilis per præſcrip. ſit ipſo iure ſublata, ergo actio fuit ipſo iure extincta, ergo pactum vltimum de petendo nihil poteſt operari, ex quo actio eſt ipſo iure ſublata, vt hoc text. in verſic.ſed ſi pactum. Et ſi dicas,quòd pactum de petendo interrumpit præſcript. Reſpondet Gul. quod illud poſſet procedere ſi præſcriptio non fuiſſet completa, ſed cùm præſuppo-namus, quòd eſſet completa ante ſecundum pactum de petendo, ergo pactum non potuit præſcrip. interrumpere. Et ſic vides, quòd vtraque opinio eſt bonis argumentis firmata. Breuiter opin. Iacob. de Rauen. tenent Odofred. & Franc. Tigri. in l. pacta nouiſſima. & ibi Bartol. in 2. lectu. C. eodē tenent Rayn. Alber. Bald. & Ludo. hic. mouentur, quia fundamentum Gul. dum præſupponit, quòd obligatio ciuilis tollatur præſcriptione, eſt falſum, quia tempus ſolùm numquam eſt modus tollendæ, vel inducendæ obligationis. l. obligationum ferè. §. tempus. ff. de actio. & oblig. Et ita declarat Dyn.& Bartol.in l.fin.ff.rem rat.habe. & Bartol.in l. cùm quis. C.de iur. & fact. ignoran. ergo cùm remanet ciuilis obligatio, eius virtute poteſt agi, cùm ſola ciuilis ſit potens ad conſeruandum actionem iam natam, vt declarat Bartol. hic. in 7. colum. & ſupra retuli. Et ſi contra agentem opponatur de primo pacto de non petendo, replicabitur de ſecundo pacto de petendo, per quod intelligitur tacitè remiſſa præſcriptio, & ita reſident præfati Docto. Diſputando. tamen ſi velles ſuſtinere Gul.poſſes reſpondere ad hoc,dum dī,q̄ per præſcriptio-

scriptionem non tollitur ciuilis obligatio, quia solùm tempus non est modus tollendæ obligationis. Fateor, qñ solum interueniret præscriptio. Et ita loquuntur iura præalleg. & Dyn. & Barto. in d.l.fi. Sed in casu nostro interuenerunt duo. 1 pactum de non petendo. Item præscriptio 30. vel 40. ann. vnde per primum pactum de non petendo sit subłata ipso iure naturalis obligatio, & elisa ciuilis, vt firmat ista glo. in fi. Ergo cùm actio ciuilis non esset elisa, facilius potuit tolli præscriptione, quia tunc non est sola præscriptio, quæ tollit, vt in iurib. s̄. alleg. sed mediante pacto de non petēdo elidente ciuilem. Cogita, quia passus est pulcher, & subtilis. ¶ Capio glo. in ver. per stipulationem, quā diuide in quatuor partes. In prima exponit text. vno modo. In secunda remouet vnum contrarium, & malè, quia iure florum, qñ secunda stipulatio continebat plus quam prima, semper fiebat nouatio. l. stipulationes nō diuidunt in prin. ff. de verb. obl. declarat Bar. in l. pen. ff. de præto. stip. Sed ita est in l. si dari. allegata in gl. vbi primæ stipulationi obstat exceptio, secundæ non. In tertia parte gl. ponit aliam declarationem ad tex. In quarta contra eam opponit, & soluit. Secunda ibi, & sic non est contra. Tertia ibi, vel dic per stipulationem. Quarta ibi, sed videtur. ¶ In fi. gl. licèt Doct. transeant cum declaratione glo. non videtur, ꝙ sit bona, quia tunc differentia, quæ fit in tex. inter stipulationem, & pactum, non esset in eisdem terminis, si loquimur in stipulatione nouante, cùm in pacto de non petendo non cadat nouatio, vt est tex. not. in l. si ex pretio. C. si cer. pet. Ang. hic, & d. Alex. in 1. not. Vnde planius videtur intelligendus tex. qñ stipulatio de petendo facta est post stipulationem de non petendo, ꝙ ipso iure tollat, prout etiam in discursu voluit Bal. hic, per regulam. l. nihil tam naturale. ff. de reg. iur. & l. ab emptione. ī. eo. & hoc tex. in versi. Idem dicemus. ¶ Capio gl. in versi. factum. Ista glo. secundum Pau. de Cast. est difficilis, sed modicæ vtilitatis. Sed certè magnæ est vtilitatis ſm qd eā not. Bar. ad plura, & infra dicetur. Ista glo. videtur ponere quatuor intellectus, & ita videtur diuidi in quatuor partes. Secunda ibi, vel dic factum. Tertia ibi, imò ideo factum. Quarta, & vlt. est ibi, vel melius ponitur. Tamen ſm Bar. & Doct. reducuntur ad duos intellectus, quia tertius intellectus tendit ad idē cum primo, & ad eius declarationē. Quartus intellectus tendit ad declarationem secundi. Mihi plus placet, ꝙ quartus sit intellectus de per se, & valde diuersus, si bene consideres gl. Et dum illum quartum intellectum approbat glo. per simile de acceptilatione. & Fulg. putat gl. esse corruptā, & ſm eum non est dare contrariam acceptilationem. Tu dic, ꝙ glo. bene stat. Nam pone, ꝙ debitor liberatus per acceptilationem dicat creditori. Sum contentus facere contrariam acceptilationem. Certè per hoc non resuscitatur prima actio, eo quia acceptilatio est inuenta ad extinguendum, non autem ad inducendū actionem, vel resuscitandum. Breuiter intellectus gl. non conueniūt literæ. Vnde tene intellectum, quem dixi in tex. in euidentia.

39 ¶ † Sed quia glo est difficilis, & obscura, ideo pro eius declaratione oppono contra tex. dum ponit rationem diuersitatis inter pacta, & stipulationes, & dicit, quia in stipulatione ius continetur, in pactis factum versatur. Contra, aut volumus pactū, & stipulationem, prout sunt contractus, & tunc pactum, & stipulatio sicut & alij contractus pariter sunt facti. l. consilio. §. pen. ff. de cur. fur. Et isto modo ista stipulatio est facti, sicut, & pactum. Aut consideramus effectus resultantes tam ex pacto, quàm ex stipulatione, & vtroque casu non est differentia, quia sicut effectus stipulationis sunt à iure producti, ita etiam effectus pacti, & sic non videtur bona ratio text. nostri. Glo. vt declaret tex. & remoueat dictam obiectionem, quā sentit, ponit primum intellectum, qui est, ꝙ ideo in pactis dicitur versari factum, quia qui opponit de beneficio pacti, non habet necesse aliquid allegare, qđ consistat in iure, per consequens nec probare, sed sufficit, ꝙ alleget factum. i. tale pactum sibi fuisse factum. Ille verò, qui allegat stipulationem, non solùm habet necesse allegare, & probare factum, imò etiam tenetur probare solennitatem, quæ consistit in iure. Vnde non sufficeret si allegaret interrogationem præcessisse, & responsionem sequutam esse, vt in gl. Et aduerte, ꝙ gl. ī. in tertia parte ibi, imò ideo factum. quæ tendit ad idem cum isto primo intellectu, plenius sic declarat. Nam ille, cui factum est pactum, si vult, quòd sibi prosit, debet opponere, aliàs sibi non prodest, etiam si ex confessione aduersarij constaret de pacto, vel etiam ex confessione aduersarij constaret, ꝙ pactum esset extortum dolo, vel metu, non sic in stipulatione interposita ad nouandum præcedentem, quia si de ea constet in actis, licèt pars non alleget, tamen prodest, & iudex ex officio suppleat. Ratio diuersitatis est, ſm glo. Nam cùm in pacto quis releuetur in vno, ꝙ non teneatur aliud probare, nisi nudum factum, certè grauatur in alio, quia necesse habet illud opponere, licèt constet in actis per confessionem partis. Sed in stipulatione est totum ècōtra, quia cùm grauetur, vt non solùm habeat necesse probare factum, sed etiam iuris solennitatem, ideo in hoc alio releuatur. Ista est intentio gl. in hac prima, & tertia parte, quæ sunt simul iungēdæ.

40 ¶ † Ex ista tñ glo. habes tria diligenter notare ſm Bar. & alios. Primò, ꝙ quando quis mero iure habet ius, licèt elidibile per exceptionem, vel per replicationem, nisi pars aduersa excipiat, vel replicet, etiam si de ea constat iudici per confessionem partis, tñ iudex non potest supplere. Istam conclu. tenet Bar. cum duab. limitationib. de quib. hic per eum, & in l. cum qui ita. ff. de verb. obl. & dicit Pau. de Cast. hic, ꝙ secunda limitatio Bart. est

41 sing. & no. ¶ † Sed aduerte inquantum gl. & Bar. volunt, ꝙ si creditor confiteatur in actis, ꝙ fecit pactum de non petendo debitori, ꝙ iudex non potest supplere nisi per partem excipiatur. Idem tenet d. Ant. in c. bonæ. de postu. præla. Imo. in l. 4. §. hoc autem iudicium. ff. de dam. infect. Imo. & do. Alex. in d. l. cum qui ita. §. qui ita. post Bar. ibi, & d. Ale. in l. vnic. C. vt quæ desu-

42 aduo. † Et facit trita ratio, quia notorium licèt releuet ab onere probandi, tñ non releuat ab onere proponendi. gl. est reputata sing. in cle. appellanti. de appel. Bar. in l. 1. ff. de excep. Bonus tex. in l. si quis ex aliena. ff. de iud. sed contrarium tenet Ange. & Pau. de Cast. hic. Ange. in l. 1. ff. de excep. Bal. in l. postquam liti. C. de pac. Lud. Ro. in d. l. 4. §. hoc autem iudicium. Moti, quia in pactis ad excipiendum non refert, an sint apposita incontinenti, vel ex interuallo. l. iurisgentium. §. quinimo. s̄. eo. sed si essent apposita incontinenti, iudex posset supplere, etiam si pars non excipiet, vt Bart. met hic, & in d. §. qui ita. & in l. lecta. vbi dixi. ff. si cert. pet. Ergo idem si ex interuallo. Sed fragile est fundamentum. nam dum dicitur, ꝙ in pactis ad excipiendum nō est differentia, an sint apposita incontinenti, vel ex interuallo, verum est, quantum ad hoc, vt reus habeat exceptionem, si opponat. Sed si non opponat, longa est differentia, quia si pactū fuit appositum incontinenti, quo casu censetur intrinsecum, iudex supplet ēt si non opponatur, ſm Bar. Secus si ex interual

43 lo, vt declarat Bar. in d. l. lecta in 4. col. & in d. §. q ita. ¶ † Secundò, & fortius mouentur, q̄a acta iudicij faciunt notorium post conclusionem in causa, gl. est reputata sing. in c. significauerūt. de testib. Sed in notorijs iudicij iudex supplet, etiam si non opponat̄ à parte. Gl. est in l. 2. in ver. atrox, s̄. de fer. Doc. in l. vnica. C. vt quæ desunt aduoca. & in d. §. hoc autem iudicium. Subdit tñ Ange. ꝙ iudex hoc non tenetur facere, sed potest ex officio. Ita saluat gl. & Bar. hic. Potes respondere, ꝙ obiectum non procedit, vbi sumus in his, in quibus lex requirit, ꝙ pars opponat, vt est hic. Pau. de Castr. hic in vlt. col. etiam contrarium tenet, quia ex quo apparet per confessionem partis de eius calumnia, certè iudex ex officio etiam altera parte non opponēte debet supplere, per gl. ordi. in l. 2. §. ꝙ si actor. C. de iur. cāl. & per id, quod no. Inn. in c. constitutus. de fil. presb. Facit, quod vult gl. not. in l. qui cum maior. §. ꝙ si in patris. ff. de bon. lib. de cuius gl. veritate dixi in l. 1. in gl. in verbo libellus. ff. de off. assess.

44 ¶ † Secūdò habes ex hac gl. ꝙ qui vult probare stipulationē, habet necesse probare tria, & alterum de per se non sufficeret, ꝙ præcessit interrogatio, & sequuta est responsio, ꝙ partes fuerunt præsentes, ꝙ incontinenti sequuta est responsio, & ad hoc multum no. istam gl. Bal. & Ang. hic. similem gl. vidistis in l. iurisgentium. §. quod ferè. s̄. eo. dum gl. ibi dicit, quia posset esse, ꝙ ex interuallo, vel in absentia fuisset responsum. quib. casibus non dicitur stipulatio. ¶ Limita tamen, qñ probatio stipulationis debet fieri per testes: secus si per instrumentum, vt per Bar.

45 & Pau. de Cast. hic, not. in l. sciendum. ff. de verb. ob. ¶ † Tertio habes ex hac gl. ꝙ qñ ex actis constat actorem carere actione, vt est qñ fatetur per acceptilationem liberasse debitorem, tunc iudex ex officio nemine excipiēte, debet eum repellere. Adde gl. in l. vbi pactum. & ibi Bar. & alij, vbi dixi. C. de transac. Iste primus intellectus non congruit literæ. Respicit enim modum proponendi, & probandi tam pactum, quàm stipulationem. Istud autem non congruit verbis literæ, quæ non spectant ad modum proponendi, vel probandi, sed præsupponunt subtilitiam stipulationis esse in iure: pacti verò in facto. Ideo secundus intellectus ponitur in gl. ibi. Vel dic, ꝙ factum capitur hoc pro iure naturali, quod est immutabile. Ideo vnum pactū non potest per aliud tolli, vt in gl. quæ reprobat istum intellectum per duo, vt habes in ea. Sequentia illa verba gl. obscura, ꝙ pactum non tollit factum, sed ius bene tollitur, & reliqua declara, vt per Bar. hic in pen. col. Aduerte etiam, ꝙ licèt Bart. dicat, ꝙ quartus intellectus gl. ibi, vel melius, tendat ad declarationē huius secundi intellectus, & idem cōtineat. Mihi vī (vt s̄. dixi) ꝙ sit valde separatus à secundo, quod patet. Nam in secundo intellectu dicit gl. ꝙ ideo in pactis dicitur factum versari, quia adest obligatio naturalis, & si factū capiatur pro iure naturali, sed in quarto intellectu dicit gl. ꝙ ideo ſm pactum non tollat

ipso

ipso iure primum,quia secundum pactū de non petendo non fuit factum ad tollendum,vel extinguendum, prout tendebat pactum de non petendo. Secus in stipulatione nouante,quam lex principaliter inducit ad extinguendum. probat per simile,
46 vt supra declaraui.¶† Extra gl.Bart. post antiquos inducit istū tex.in ver.sed si pactum. ad quæst.quā dicit fuisse de facto Bononiæ in persona Marchionis de Ferra.absoluti à pœnis,& culpis, hoc acto, q̄ de cætero non auderet similia attentare, aliàs in easdem censuras,& pœnas incideret.distinguit, vt hic p̄ cum. Adde Barto.in l. tale pactum.§. qui prouocauit.in fi.per illum text.ĩ.eod. & in l.non solum.§. iniuriarum. ff. de iniur. Paul.de Cast.in §.præcedenti.post Angel.ibi, & idem Ange.in quæstio. per eum disputata, quæ incipit exorta guerra.in 16.colu. Caue tamen, quia hodie talis adiectio posita à iudice non valet. c. Romana.§.caueant.de sent.excom.lib.6. Secus si à statuto, vt in c.2.de consti.in 6. secundum Lud. Rom. in l. si qui accepto. ad fin.ff.de condi. ob causam. Iason Paduæ.

SVMMARIVM.

1 *Dolus de futuro non potest remitti: remitti potest tamen culpa etiam lata.nu.6.*
2 *Si aliquis iuret se non denunciaturum maleficium, non valet iuramentum.*
3 *Stante statuto, quòd quilibet exbannitus soluendo mille extrahatur de banno,non habet locum illud statutum in eo,qui fuerit exbannitus post statutum conditum.*
4 *Rescriptum dans remissionem pœnæ infligendæ non valet.*
5 *Dolus præsumptus futurus remitti non potest.*

§.Illud nulla. Dolus de futuro non potest per pactum remitti, sed dolus præteritus sic.Item pacta turpia,vel contra publicam vtilitatem nō sunt seruanda.h.d.secundum verum intellectum Doc.licèt gl. intelligant totum istum.§. in dolo de futuro. & dicunt, quod non potest remitti expressè,vt in primo dicto huius tex.Sed bene tacitè,& generaliter,vt in ver.quamuis. Idem tenet glo.in l. iurisgentium.§.sed & si quis pacisc̄atur. ĩ. eod. Iste intellectus nō est bonus,per tex.ibi, nulla pactione,& sic nec expressa,nec tacita,& quia subest eadem ratio, ne detur via delinquendi,vt statim dicam. Tene ergo, quòd principium loquatur in dolo futuro.versi.quamuis, in dolo præterito: qui enim paciscitur ne depositi agat, intelligitur ratione culpæ, vel doli præteriti,
1 res tamen deposita debet restitui.l.ei cui.ff.de lib. ieg. ¶† Not. ex hoc tex.regulam,quod dolus de futuro ideo non potest remitti,quia inuitaretur quis ad delinquendum.contra l.conuenire.ff.de pac.dota. ¶† Adde quod not. Bald.in c.1.§.Item sacramenta.in vltim.colum. per illum text. de pa.iur.fir. quòd si aliquis promittat se non denunciaturum maleficium,& iurauerit,non valet iuramentum, quia aperiret viam iniquitatis ad delinquendum. Allegat Imo.in cap.ad nostram. de iureiuran.
3 ¶†Secundò adde,quod not.Barto Bald.& alij in l.cum lex per illum text.ff.de leg.quod si fiat statutum, quod quilibet exbannitus soluendo mille extrahatur de banno, non habet locum in eo,qui fuerit exbannitus post statutum conditum,sed intelligitur de bannitis in præteritum.l.2. & ibi Salicet. C. de gener. aboli.quia si traheretur ad futura, daret materiam delinquendi.Idem tenet Bar.in l.omnes populi.in 6.q. principali.in versi. quid de tempore,ff.de iusti.& iure.& in l.2.in fin. ff.de condi.& demonstr.Bald.in l.leges & constitutiones. & ibi Sal. C.de legi. Bald.& Imol.in l.cum tale.§.pen.ff.de condi. & demon. Bal.in l.cum in secundo.ff.de iniu.rup. do. Abb.in c.2.de consti.dom.
4 Anto.& Imo.in c.fin.eod.titu.¶† Tertiò adde, quod vult Bal. post Iaco.But.in l.castitati.in 1.colum. C.de adult.quòd rescriptum dans remissionem pœnæ infligendæ ante delictum commissum, non valet, quia inuitat ad delinquendum,& quia remissio fit pœnitenti, sed pœnitere, & malè operari simul stare
5 non possunt. ¶† Amplia istum text.vt procedat non solùm in dolo de futuro vero,sed etiam in dolo præsumpto futuro, qui remitti non potest, secundum Pau.de Cast.hic per l.quod Nerua.ff.depos. Adde,quòd contrarium tenet dom.Anto.de But. post Ioan. Andr.ibi in cap. fraternitatis. de testib.in 18.colum.
a versic.quartò fallit si de voluntate.[a] ¶† Limita istum tex.no-
6 tabiliter,quod licèt dolus de futuro remitti non possit, vt hic, tamen quelibet culpa etiam lata potest remitti, quia sic non inuitat ad delinquendum.l.si vt certo.§. interdum. ff.commo. & est tex.in l contractus.ff.de reg.iur.glo. in l.1.§. si conueniat. ff.depo.Dyn.in reg.contractus.de reg.iur.in sexto. Pau de Cast. hic.dom. Alex.in l.si mora.in 1.colum. ff.solut.matrim. Adde tex.no.in l.qui plures.ff.de admin.tuto. Facit l.si seruus vetitus. ff.de leg.1. Iason Paduæ.

ADDITIO.

a ¶De voluntate.Amplia idem in dolo præterito habente radices in futurum, secundum Bal.in §.similiter.col.2.ver.fuit quæst. PVRPV.

SVMMARIVM.

1 *Conuentio facta cum vna persona,non extenditur ad aliam, & nu.2.6. & limita vt nu.7.*
3 *Fratres si duo sint,vel plures,& vnus eorum maritat sororem,& illa ei facit pactum de non petendo hæreditatem paternam,an illud pactū proderit alijs fratribus.*
4 *Statutum,quòd contra instrumentum publicum non possint opponi nisi certæ exceptiones, tale statutum quando habeat locum.*
5 *Executio instrumenti guarentigionati,vel sententiæ diffinitiuæ non potest peti contra tenentem aliqua bona obligati.*
8 *Pactum factum super vna re non extenditur ad aliam rem.*

1 §. Ante omnia. † Iste.§.ponit duas regulas,ad quas quotidie allegatur. Prima regula est,q̄ conuentio facta cum vna persona,non extenditur ad aliam, [a] & sic alij non nocet, neque prodest. Idem in transactione.l.1.C.de transactio.l. Imperatores.in princi. & ibi not. Bald. ff. de transac. Idem in renunciatione. l. iubemus. C.ad Velleia.Idem in sententia.l. sæpe.in princ.ff.de re iudic.& toto tit.C.res inter alios acta. Idem est in iuramento.l.3.versic. pen.ff.de iureiur.c.licet.& in c.intellecto.co.tit. Bar.in l.Titia.§. Imperator.ff.de leg.2. Bal.in l.1.C.de inoffi.don.& no.do.Fran. de Aret.in consil.157. quod incip. visis diligenter narratis.in 1.
2 colum.† Facit,quod pulchrè determinauit Ioan. And.in addi. Spec.in tit.de obl.& sol.§.fin.& in addi.quæ incip. Ordine,quo suprà. quòd si aliquis diuisit hæreditatem paternam cum fratribus tanquam eorum frater, postea,vt posset matrimonium contrahere cum certa puella, iurauit se non esse filium illius, cuius putabatur,& cuius hæreditatem diuiserat.Certè per hoc fratres non poterunt aliquid repetere per condictionem indebiti, vel per condictionem sine causa,quod benè, & diligenter
3 no.† Item ad regulam tex.adde,quod no.Bald. & Moder.in l.si actionem.per illum text.C.eo.q̄ si sunt duo, vel plures fratres, & vnus eorum maritat fororem, & illa ei facit pactum de nō petendo hæreditatem paternam, q̄ istud pactum non proderit alijs fratribus, quin aduersus eos possit soror pro eorum rata experiri.Et dicit Pau.de Cast. ibi, & in l.plane.§ si duob.ff.de leg.1. q̄ istud est perpetuò tenendum menti, quia quotidianū. Idem tenet Ioan. And.in addi. Spec.in tit.de testa.§.in primis.in addi.quæ incip.quid de præcedenti. ad fi. Bal. in l.pactum.in 8. & 9.q.C.de colla. Item ad istam regulam adde, q̄ pactum factum inter cohæredes,licèt inter eos sit seruandum,tamen nō
4 præiudicat creditoribus.l.licèt.& ibi Bar.C.famil.ercisc.† Item ad istam regulam adde, q̄ stante statuto, q̄ contra instrumentum publicum non possint opponi nisi certæ exceptiones, tale statutum habet locum,quando agitur contra illum, cū quo factum est instrumentum: secus si ageretur contra secundum possessorem,vel contra alias personas. Ita per regulam huius tex.determinauit Io. de imo.in l.fin.ff.quis & à quo appel.circa antepe.char.mag.in ver. Aduerte tamen,quia inquantum dixi, q̄ potest opponi exceptio,&c.Idem tenet ipsemet Imo.in cle. 1.in 3 col.de re iud.per id,qđ ibi sentit gl.no.in ver.contra se.& ibi clarius Doc.vbi habetur, q̄ dispositio illius cle.1.volentis, q̄ non possit opponi exceptio nullitatis contra tres sententias conformes,non habet locum, quo ad tertium comparentem pro suo interesse.Facit,qđ vult Bal.in l.1. C cōmu.de leg.q̄ statutum tribuens priuilegium instrumento guarentigionato,valet,qñ agitur personali,vel hypothecaria contra istum principalem debitorem. Secus si ageretur hypothecaria cōtra tertium possessorem,arg.l.1.C.si cer.pet.sequitur Pet. de Anch.in c.cnonum statuta.in versi. circa istam extensionem alibi, &c.dx Alex.in consi.83.in 3.volu.incip.viso themate.s̃. scripto. & ibi quæ copiosè.in pen.col.& in consi.seq. qđ incipit.in causa,quæ
5 vertitur inter agentes.in 3.col.& seq. † Facit,qđ volunt Bald.& Ang.in l.2.C.si aduer cre. q̄ executio instrumenti guarentigionati,vel sententiæ diffinitiuæ non potest peti contra tenentem aliqua bona obligati,per l.expressam in l.ea lege.C.de cond.ob cau. qđ dicunt esse notandum contra ignorātes procuratores, & aduocatos.Facit etiam,qđ no. Bal.in l.si pro te.per illum tex. C.de dot.promis.q̄ statutum disponens, q̄ instrumenta cōfessionata debeāt mandari executioni,intelligitur ad petitionem creditoris,non autem ad petitionem tertij,etiam si sua interest.

Facit

ADDITIO.

a ¶Ad aliam.Et in verbis enunciatiuis,Alex.libr.5.consi.16,colum.4.versic. præterea. PVRPV.

Facit etiam,quod tenet Io.de Ana. post d. Car.in c.ad petitionem.in 3.col.de acc.q̃ si princeps concedit priuilegium,in quo vult haberi pro infectis aliqua gesta, iuxta gl. in clem. 1.in ver. pro infectis.de immu.eccle.intelligitur respectu partium , non autem respectu tertij. Ad prædicta facit bonus text. in c.super eo.de offi.dele.vbi est tex.q̃ quãdo Papa,vel princeps causam inter aliquos vertentem committit cum clausula , appellatione remota , non impeditur tertius pro suo interesse appellare, quamuis principalis appellare non possit.Idem vult Bar.in l.1. §.1.ff.à quibus appel.non licèt. & per illum tex.in d.c.super eo. quem ad hoc reputat sin. refert. d. Ant.de But. in c.vt debitus. de appel.se de facto pronunciasse Perusij,q̃ cùm ex forma statuti non possit appellari à certo actu , qđ deberet intelligi quo ad ipsos litigantes,non autem quo ad tertium comparentem pro suo interesse. † Istam primam regulam tex.ita ampliatam limita,vt procedat in conuentione facta cum priuata persona. Illa namque non prodest,neque nocet alijs. Secus in conuentione,vel pacto inito cum ciuitate,vel cum principe,quia tale pactum seruatur pro l.quo ad omnes,& potest publicè allegari sicut tex.in l.donationes quas parentes.C.de dona. inter virũ & vxo.& ibi Barto. not.per illum text.ita limitat regulam huius tex. Idem tenet Bar.in §.pactus ne peteret. in pen.col.s̃.eo. & in l.Cæsar.ff.de publi.& in l.ciuitas.post prin.vbi dixi.ff.si cer. pet.Bal.in l.1.in prin.& ibi Pau.de Cast.ff.de constit.princip.Bal. in l.1.in 2.col.C.de hær.vel act.ven. ¶ † Secundò limita ex præsumpta voluntate paciscentium , quia tunc pactum extenditur de persona ad personam, tex.est no.in tale pactum.§. fin.& Ang.ad hoc no.j̃.eo.¶ † Secunda regula huius tex.est,q̃ pactũ factum super vna re,non extẽditur ad aliam rem. Adde,quod pulchrè decidit Pau.de Cast. in consi.117. quod incip.breuiter in casu præsenti dicendum est,q̃ si filius expresse cõsensit venditioni certarum rerum paternarum factæ per patrem, licèt vi deatur renunciasse iuri hypothecæ,quod habebat in illis bonis venditis occasione dotis materne.l.sicut.§.si voluntate.ff.quib. mod.pig.vel hypo. non tamen per hoc intelligitur renunciasse doti,vel hypothecæ, quo ad alia bona paterna non vendita.Et de hoc dicit esse casum in Iubemus.C.ad Velle.Not. ꝑpetuò, quia sæpe fui de hoc interrogatus in ista ciuitate. ¶ Limita istã regulam tribus modis.Primò,vt procedat in alia re æquè principali.Secus in alia re,quæ veniat per quandam consequentiã, puta si fiat pactum prorogatiuum fortis,extenditur ad vsuras, quæ sunt accessoriæ.Ita limitat Car.in l.lecta. circa prin. per illum tex.ff.si cer.pet. ¶ Secundò limita,nisi alia res sit præambulum, vel necessarium consequens secundum Bart.in l.postquã liti.in 1.opp.& ibi Bal.& alij.C.eo. ¶ Tertiò limita in casu.§.sed si stipulatus.j̃.ea.l.& ibi Pau.de Cast.ad hoc no. ¶ Quartò limita in connexis,vt est glo.in c.accusa.in ver.iudicari. de hæret.in sexto.quam valde no.Pau.de Cast.& d.Ale.in l.si de certa.C.de transac.Ang.& Im.in l.qui Romæ.§.duo fratres. ff. de ver.obli.

SVMMARIVM.

1 *Pactum de maiori summa non petenda, prodest in minori summa, quæ verè debetur.*
2 *Minor summa continetur in maiori,etiam negatiuè prolata.*
3 *Pactum de non petendo æquiparatur solutioni,& acceptilationi.*
4 *Solutio vnius,vel acceptilatio,vel pactum tollit totam obligationem in alternatiua obligatione.*
5 *Pactum ex interuallo appositum licèt non prosit, vt possit peti plus tempore : tamen prodest, vt possit peti plus causa.*
6 *Pactum de certa specie non petenda si fiat in obligatione generis, perimit obligationem in illa specie tantum.*
7 *Quid sit exceptio intentionis.*

1 **§.Si cùm mihi.** † Pactum de maiori summa non petenda prodest in minori summa,quæ verè debetur,sed non è conuerso.Item pactum de non petendo vnam ex rebus alternatiuè debitis , parit exceptionem etiam quo ad alteram nisi aliud expresse actum sit. Item in obligatione generis pactum in vna re prodest in illa, sed nõ in alijs. Item excluſus per pactum à toto , censetur etiã excluſus à singulis partib,integralibus , vel subiectiuis.h.d.cum seq.vsque ad §.si acceptilatio.¶ Antequam vlterius procedam quæro de intellectu ver.sed si stipulatus.glo.& Doc.intelligunt istum text.q̃ si ego stipulatus sum Stichum aut decẽ,paciscor de non petendo decem,q̃ istud pactum obstat in totum,adeo q̃ non possum Stichum petere, & ita limitatur regula.§. ante omnia.præcedentis. Item intelligunt istum tex. siue electio sit creditoris,siue debitoris.Ita tenent gl.& Doc.in ver.seq. qui incip.sed generaliter.Solus Raph.Fulg.tenet ibi subtiliter contrarium, q̃ imò non obst.pacto possum petere Stichum,quia nõ venio contra pactum , quod feci de non petendo decem,per regulam d.§.ante omnia. & istud patet ex natura stipulationis. Nam stipulator, quãdo eius est electio, potest vnum ipsorum petere,quem velit.l.vbi autem non apparet.§.qui illud , aut illud.ff.de verb.ob.vnde si petat Stichum, rectè agit considerata stipulatione , & pactum factum de non petendo decem non est in contrarium,ex quo non petit decem, sed Stichum. Nec obst.iste tex.quia respon.subtiliter Fulg.q̃ hic nõ dicitur,q̃ paciscens de non petendo decem,non possit petere Stichum:sed bene dicit,q̃ si postea petat Stichum,aut decem, & sic formet petitionem alternatiuam,q̃ obstat exceptio pacti.Nam petendo Stichum, aut decem petuntur ipsa decem , quæ promissa sunt nõ peti.Ita expresse cantat litera huius tex. Iste intellectus videtur multum coloratus, & etiam sustentabilis,eo quia verba pacti non suadent neutrum posse peti , nec hoc apparet de mente paciscentium, imò potius apparet contrarium, per regulam, quæ habet , q̃ qui de vno negat, vĩ de alio affirmare.l. cum prætor.in princ.ff.de iudic.c.nonne.de præsum. Item verba dubia interpretantur contra fundantem se ex pacto , per l. veterib.j̃.eo.& l.quicquid astringendæ.ff.de ver.ob.Sed tu considera in isto tex.duo.Primò decisionem tex.Secundò rationẽ decidendi, quam assignat text. nam lex se habet tanquam corpus,seu superficies.Ratio autem legis se habet tãquam anima, dicit Bal.in l.si quis seruo persuaserit.C.de fur. Ideo semper debet attendi ratio legis,magis quàm ipsa decisio , vt inquit gl.in l.cum tale.§.legato falsam.ff.de cond.& demon. Si tu inspicias decisionem tex.videntur verba text.sonare,vt dicit Fulg.q̃ hic alternatiuè petebat vel decem,vel Stichum. Tñ si creditor peteret solum Stichum, obstaret exceptio per rationem text. arguentis per simile de solutione,vel acceptilatione. Nam si debitor soluisset decem,liberaretur etiam à Sticho. Idem est in pacto,vt clarè litera infrà subiungit, ergo etiam Stichus solus de per se peti non posset,& iste est verus intellectus ad hũc tex,
2 ¶ † No.primo, q̃ in maiori summa etiam negatiuè prolata cõtinetur minor,& hoc,quia dispositiuè : aliàs dic, vt per Bar. &
3 Doc.in l.1.§.si stipulanti.ff.de ver.ob.¶ † Secundò noto in ver. sed si stipulatus , q̃ pactum de non petendo æquiparatur solutioni,& acceptilationi.In contrarium est de directo tex.in istam.l in princ.& in l.4.§.nunc de effectu.& in l. si quis reum. ff. de lib.leg.Fulg.& Pau.de Cast.respondent, q̃ æquiparatur quo ad quid, vt hic , sed non simpliciter, seu regulariter, vt iuribus prælleg.quæ sol.nihil est. Tu rñ.clarè,& notabiliter , q̃ ista lex in prin.loquitur qñ agitur de præiudicando alij. Tunc pactum non æquiparatur solutioni,nec acceptilationi. Sed iste text.loquitur,quando agitur de præiudicando non alij, sed sibi soli paciscenti . Ratio diuersitatis est in promptu , quia qñ agitur de præiudicando alij,diuersa ratio est inter pactum , & solutionẽ. Nam quãdo vnus socius recipit solutionem , ideo præiudicat alijs , quia possunt contra eum habere regressum , vt cum eis communicet id, quod recipit à debitore soluente : sed qñ fuit pactum,vt alij socij non possent habere regressum contra eũ, quia in effectu donat , ideo tunc non præiudicat alijs. Et ideo, quia ibi diuersa est ratio, pactũ non æquiparatur solutioni, nec acceptilationi, vt ibi dixi : sed hic agitur de præiudicando sibi soli paciscenti. Ideo hic pactum æquiparatur solutioni, &
4 acceptilationi.Et ista est clara veritas. ¶ † Tertiò noto ex hoc tex, q̃ in obligatione alternatiua,solutio vnius,vel acceptilatio,vel pactum tollit totam obligationem.¶ Limita notabiliter istum tex.vt procedat in pacto expresso. Secus est in pacto tacito resultante ex renunciatione litis,iux.l. postquam liti. C. eod. ibi, omni alij non præiudicat,& sic tantum non operatur pactum tacitum, sicut expressum. Ita probat text.in l.si quis stipulatus sit Stichum.in prin.& ibi Bar.circa fi.prin.declarat.ff.de ver.ob.
5 ¶ † Quartò not.in versi. sed si id actum, vt subtiliter ponderat Raph.Ful.licèt pactum ex interuallo appositum non prosit,vt possit plus tempore peti.l.iurisg.§.quinimo. in ver. vt puta.s̃.e, Tamen pactum nudum ex interuallo appositũ facit, vt possit peti plus causa.Cùm enim ex duabus rebus alternatiuè debitis vna petitur,dicitur peti plus causa.§ huic autem.Insti.de act.& tamen si pactus sim , vt solum Stichum petam, certè pactum nudũ prodest,vt solum Stichum possim petere,& super ratione diuersitatis relinquit cogitandũ. Tu dic,q̃ ratio est euidens, quia ita paciscendo censetur facta electio illius rei , vt dicit gl. j̃.in ver.prox.& facta electione si res electa petatur,non dicitur
6 peti plus causa,& hoc modo clarè procedit iste tex. ¶ † Quintò no.in ver.sed si generaliter , q̃ si in obligatione generis fiat pactum de certa specie non petenda , perimit obligationẽ in illa specie tantum,sed non in alijs. Secus est in debito alternatiuo, vt in ver.præcedenti, Ratio diuersitatis est, quia in obligatione generis nulla res est in obligatione , licèt quælibet dicatur esse in solutione,hoc est,q̃ debitor possit quam velit soluere.& illa

quæ

quæ soluitur,fingitur sola retro fuisse in obligatione.l.Metius. §.duob.ff.de leg.2.l.cum incertus.ff.de lega.1. Ideo pactum factum super vna re non dicitur factum, super re debita, cum nulla res in specie deberetur, ideo non tollit obligationem in alijs.sed in obligatione alternatiua quælibet res censetur in obligatione.l.illud.ff.de const. pec.& l.si duo.ff.de ver.ob.Ideo pactum factum super vna, dicitur factum super re debita, ideo tollit obligationem in alia.¶ Capio gl.in ver.opponetur,quam diuide magistraliter in sex partes. In prima opponit, & soluit. In secunda ibi,sed contra, vī gl.oppo.& malè soluit,quia dicere,ꝙ hic de æqnitate, nihil aliud dicere, quàm ꝙ iste.§.corrigit illum,vt dicit gl.in l.cotem ferro.§.qui maximos.ff.de pub. Vn de respon.vt dixi in tex.in vlt.no.In tertia,quæ est ibi, vel verius dic.gl.videtur ponere secundam solu.ad præcedens contrariū. Sed re vera fm Bar.soluit aliud contrarium,qđ est istud. Nam pactū debet sic intelligi,vt aliquid operetur.l. si qñ.ff. de lega.1. sed si hoc non tollit totam obligationem generis, nihil operaretur,quia omnino absque pacto Stichus peti non poterat.§. præterea.Inst.de act.glo.respondet,ꝙ iste tex.debet intelligi,qñ electio erat creditoris, quo casu pactum operatur, vt creditor, qui poterat Stichum eligere,nunc non possit.In quarta,quę est ibi,sed an eadem glo.format quæst. & bene dicit,præterquam dum dicit de illo mortuo,quia debes distinguere, vt facit text. in l.Stichum aut Pamphilum.in princ.ff.de sol. In quinta,quæ est ibi.Item ad id,qđ.gl.opponit, & tripliciter respon.Tene secundam sol.In sexta,& vlt.quæ est ibi,item opponitur,gl.simpliciter opponit,& dupliciter sol. Tu respon.melius fm Iaco.
7 But.Bar.& alios hic. ¶† Redeo ad primam partem glo.quia in alijs non est addendum.Ibi exceptio intentionis non iuris.quid sit,declarat gl.in l.2.ff.de excep.& in l.qui se debere. in glo.ff de cond.ob cau.Istā sol.gl.sequuntur Bar.Bal.Alb.& Ang.hic,sed mihi nō placet,cùm text.loquatur de exceptione pacti, sed exceptio intentionis,& facti non est propriè exceptio. Et ideo nō caderet in statuto faciente mētionem de exceptione. Ita tenet Bal.in l.peremptorias.in 4.col. C.sent.rescin.non pos.& in l.sancimus.in 2.col.C.de dona.& in l.in reb.in fi.C.de iur.dot. Vnde intellige tex.plenè,quod electio erat creditoris, prout dicit gl. j̄.in 3.parte.Quo casu cùm posset petere Stichum, ideo valuit pactum super Sticho non petendo,& ex tali pacto oritur propria exceptio pacti, vt dicit text.non autem exceptio intentionis,& facti,vt dicunt gl.& Doct.& minus bene,

SVMMARIVM.

1 *Acceptilatio,quæ non valet vt acceptilatio, valet saltem vt pactum nudum. Idem de transactione. nu.2.*
2 *Maior est defectus formæ,quàm materiæ.*

§.Si acceptilatio.

Inutilis acceptilatio habet vim pacti.Item seruus hæreditarius nō potest paciscī nominatim hæredi futuro, sed fm
1 pliciter.h.d. ¶ † No.primo ex isto tex.ꝙ acceptilatio,quæ non valet vt acceptilatio,valet saltem vt pactum nudū. Ex quo vt generaliter no.Bar.ꝙ in pactis liberatorijs si non valet, qđ ago, vt ago,valet,vt valere potest.Limita verū in pacto merè liberatorio.Secus est in transactione,quæ non est pactum merè liberatorium. Imò vltro citroque contrahitur obligatio, cùm transactio fieri non possit,nisi aliquid detur,vel retineat.l.transactio.C.de transactio. † Ideo transactio,quæ non valet vt trā-
2 sactio,non valet etiam vt pactum nudum.l.si causa cognita.& ibi declarat Bar.C.de trāsactio.l.tuus quoque.& ibi Bar. & Bal.
3 C.de repu.hæredi.¶† Secundò limita istum tex.vt procedat,qñ acceptilatio peccat in materia: puta,ꝙa interposita super j̄ctu iurisgē.l.si acceptolatum.ff.de accepti. Tunc valet vt pactū,vt hoc text. Secus si peccat in forma, quæ traditur in §. præterea. Insti.quib.mod.tol.obl.quia tunc non valet etiam, vt pactum. l.an inutilis.in prin.ff.de accepti.& hic glo.Maior.n.est defectus formæ,q̄ materiæ,cùm forma sit, quæ dat esse rei.l.Iulianus.§. sed & si quis.ff.ad exhiben. De intellectu tamen d.l.an inutilis. dic,vt per Bar.& latè Moder.in l.1.§.si quis ita.ff.de verb.ob. In secunda parte distingue tres casus,vt in gl.& adde quartum casum secundum Gul.de Cu.Bar.& alios, per quem datur notabilis limitatio ad l.si seruus communis.ff.de stipu.ser. Et ibi etiā Bar.ponit,& Imo.in l.quod dicitur. ff.de verb.obl. Facit.l.1.§.1. ver.quid enim si duo.ff.quod fal.tut.auct. Iason Paduæ.

SVMMARIVM.

1 *Actus quando fit lege resistente,nulla oritur obligatio, neque naturalis neque ciuilis.*
2 *Pupillus habet personam, vbi agitur de fauore, & commodo pupilli, & num.3.*
4 *Pupillus sine tutore potest se obligare naturaliter, & ciuiliter ad finem, vt liberetur per acceptilationem.*
5 *Persona prohibita obligari sine certa solennitate, potest tamen se obligare absque illa solennitate ad finem consequendæ liberationis.*
6 *Minor si non possit contrahere sine præsentia officialium mercantiæ,& auctoritate trium eius consanguineorum, statuto sic disponente: tamen potest facere contractum societatis sibi vtilem absque dicta solennitate statuti, & nu.7.*
8 *Pater prohibitus alienare bona aduentitia filij, potest tamen alienare pro vtilitate ipsius filij.*
9 *Ecclesia potest facere contractum sibi fauorabilem, & vtilem absque solennitate legali, vel canonica.contrarium verius, secundum communem ibi.*

LEX XXVIII.

Contra iuris. Pactum pupilli factum sine tutoris auctoritate, valet ad eius commodum, & sic ad eum liberandum: sed non ad eius incommodum. Et idem est in pacto curatoris.h.d.¶ Pondera in primis tex.dum dicit, j̄ iuris ciuilis regulas. qui de directo confundit vnam solutionem
1 Bar.& communem in l.1.in vlt.col.ff.de noua. † Nam quando fit actus lege resistēte, nulla orit obligatio neq; naturalis, neq; ciuilis.l.si non sortem.in prin.vbi Bar.& alij notant. ff.de cond. inde.l.cum lege.& ibi Bar.ff.de fideiuſ.ergo ex contractu pupilli sine auctoritate tutoris nulla deberet oriri obligatio, & tamē oritur naturalis.d.l.1.cum simil. Respon. Bar.ꝙ lex non resistit, sed non assistit,& sic non est contra legem,sed præter. Ista solutio est de directo contra istum tex.qui dicit contra iuris ciuilis regulas. Vnde respon plenius ad obiectum, ꝙ quando lex resistit actui,ex illo actu nulla oritur obligatio,verum est,quando lex simpliciter resistit. Secus quando vltra procedit disponendo,tex.habes, & exemplum in l.1.§.biduum.ff.quando app.sit. declarat Bart.post glo.in l.non dubium. C. de legi.Sed ita est in proposito,ꝙ quamuis sit contra regulas iuris, pupillum cōtrahere sine auctoritate tutoris, vt hoc text. tamen lex vltra procedit declarándo, & disponendo, ꝙ si contrahat,obligetur naturaliter.d.l.1.ff.de noua.l.pupillū.ff.de reg.iur.§. pupillus. Insti.
2 de inutil.stip.¶ † Secundo nota,ꝙ vbi agitur de fauore,& commodo pupilli, pupillus habet idoneam personam.Facit tex.in §.1.Insti.de auct.tut.in l.non ideo. C.de procur. & in l.neque. C.de contrah.& commit.stipu & in l. Iulianus.§. si à pupillo.ff.
3 de act.empt.† Idem est in prodigo,cui bonis est interdictum.l. qui bonis.ff.de noua. aliàs illud, quod est inductum in fauorē, retorqueretur in odium,& damnum,contra l.qđ fauore.C.de
4 legi. † Imò plus pupillus sine tutore potest se obligare naturaliter,& ciuiliter ad finem,vt liberetur per acceptilationem.glo.
5 est reputata fin.in l.2.ff.de accepti.† per quam notant Ange.& Imo.ibi,ꝙ persona prohibita obligari sine certa solennitate,potest tamen se obligare absque illa solennitate ad finem consequendæ liberationis.† Adde etiam, quod consuluit Lud.Ro.in
6 consi.453.quod incip.visa principali constitutione, qua cautū est, ꝙ stante statuto, ꝙ minor non possit contrahere sine præsentia officialium mercantiæ, & auctoritate trium eius cōsanguineorum: tamen minor potuit facere contractum societatis sibi vtilem absque dicta solennitate statuti.† Facit,quod no,
7 Bal.in l.neque.per illum tex.C.de cōtrahen.& commi. stip. vbi dicit illum tex.tenendum menti ad statuta, quæ disponunt, ꝙ contractus mulierum non valeant sine præsentia propinquorum. Nam intelliguntur de contractibus damnosis: non autē de vtilib.Adde etiam,quod volunt Ang. Imo. & Pau.de Cast. & cæteri Mod.in l.multum.ff.de acq.hære.Raph.Cu.in l.more. co.tit.ꝙ stante statuto, ꝙ mulier non possit se obligare sine cō sensu propinquorū,ꝙ si sit ei delata hæreditas,quæ sit sine one-
8 re,poterit eam adire sine solennitate dicti statuti.† Adde etiam gl.no.in l.quicunque.C.de bo.quæ libe.quam Bal. ibi dicit perpetuò tenendam menti, ꝙ pater prohibitus alienare bona aduentitia filij, potest tamen,quando alienat pro vtilitate ipsius
9 filij. ¶ † Vltimò per istum tex.arguendo de minori ad eccliā
a infert Bal. ꝙ ecclesia a potest facere contractum sibi fauorabilem,& vtilem absque solennitate legali,vel canonica.Et ita tenet glo.ord.in l.cum hi.§.causa.ver.quid ergo j̄.de transac. Tu
* dic,ꝙ Bart. *& communiter Doct.* ibi aliter tenent, & contrarium tenet

ADDITIO.

a ¶Ecclesia. Adde Doct.in l.cum huiusmodi.ff.de transactio. & sac.quæ scribit Fel.in c.de quarta.in prin.de præscr.& dic ecc.rerum alienationem fine causæ cognitione inutilem esse secundum communem per Socin.consi.25.lib.1. Dec.consi.242.nec solennitates requisitas consuetudine antiquari posse,secundum communem dicat Suarez.lib.compu.opi.ver, eccl. MASVER.

tenet Bal. sibi ꝓrius in c.1.de transa. de quo per Cano.in c.1.de his,quæ fiunt à præla.sine cõsensu cap.& in c.1.de his, quæ fi. à ma.par.cap.glo.& Doc.in c.1.ne sede vacan.d. Mathes.in not. 155,& no.Bal.in l.fi.§.necessitate.in 5.col.in fi. C.de bon.quæ lib.

SVMMARIVM.

1 *Persona paciscentis si adijciatur verbo executiuo,redditur pactum personale.*
2 *Liberatio gratuita debiti liquidi non venit in generali administratione etiam cum libera.*
3 *Tutores,& curatores, & alij legitimi administratores, quamuis à lege habeant plenam administrationem cum libera, tamen non possunt donare.*
4 *Prælati ecclesiastici, & similes non possunt remittere exceptionem peremptoriam.*
5 *Mandatum ad transigendum habens, & ad componendum cum generali, & libera administratione, non potest gratis liquidum remittere.*
6 *Procurator cum libera non potest renunciare appellationi per eum interpositæ.*
7 *Filiusfamilias, quamuis habeat liberam administrationem, tamen non potest donare.*
8 *Donationem non continet omne pactum de non petendo, quando paciscens tantundem,vel plus consequitur.*
9 *Filius,vel seruus possunt per pactum tempore contractus factum nocere patri,vel domino, cùm eis acquiratur cum sua causa.*
10 *Administratores possunt in actu contrahendi nobis præiudicare, apponendo pacta pœnalia, vel resolutiua contractus.*
11 *Tutor tempore,quo emit nomine pupilli, potest apponere pactum de retrouendendo,quandocunque venditor restituat pretium minori.*
12 *Confessio qualificata debet acceptari cum omnibus qualitatibus suis.*
Acceptare an quis teneatur omnia, quæ in instrumento continentur.
Instrumentum producens in iudicio, non videtur confiteri vera ea, quæ ibi enunciatiuè dicta sunt.
Filius non potest remittere actionem iniuriarum quæsitam patri ex iniuria illata filio.
Iniuriarum actio non censetur esse in bonis nostris.
Debitum non liquidum remittere quando probationes deficiunt, dicitur bona fide fieri.
Debitum non liquidum est alicuius æstimationis: non tamen tantæ, quantæ est liquidum.

§. Si filius. Pactũ personale filij, vel serui est nullũ. Ideo non nocet patri,vel domino. Pactũ verò reale per eos factum in re peculiari nocet patri, vel domino: si filius, vel seruus habeant liberam peculij administrationem,& sic factum pro vtilitate peculij. Secus si ex causa meræ donationis. Item pactum factum in re patris, vel domini eis non nocet: nisi in ipso contractu tempore acquisitionis tale pactum fuerit appositum.h.d.cum l.seq. vsque ad §. qui pecuniam.¶No.primò, ꝙ filius,vel seruus faciunt pactũ personale, quod est inutile, cùm etiam sine pacto petere non possent in
1 iudicio.l.& hæredi.§.1.s̃.eod.† Et ex hoc diligenter no.ꝙ si persona paciscentis adijciatur verbo executiuo, redditur pactum personale,licèt ex hoc efficiatur inutile, qđ est notabile ad ea,
2 quæ traduntur in l.qui in futurum.vbi dicam.j̃.e.¶ † Secundò not.regulam, ad quam semper allegatur iste text.ꝙ in generali administratione etiam cum libera,non venit gratuita liberatio debiti liquidi,quia est in effectu donatio.Et sic habes,ꝙ in mãdato quantumcunque generali,& cum libera, & plena administratione non venit potestas donandi,vt hic,& in l.filiusfam. in princ.ff.de dona.Bald.post Iaco.de Butr.in l.si procurator.C.
3 de procu.† Hinc est,ꝙ tutores,& curatores, & alij legitimi administratores,quamuis à lege habeant plenam administrationem cum libera,vt est gl.in l. mandato generali.in glo.fin.ff.de procura. tamen non possunt donare.l.1.post princ.ff. de tut.& ratio.dictra.l.prohibitione. §.planè. ff.quod vi, aut clam.l. non
4 quicquid.cum gl.C.arbi.tute.Hinc † etiam est,ꝙ prælati ecclesiastici, & similes administratores legitimi, quamuis habeant liberam administrationem, vt not.in l. præses. & ibi dixi C. de transac.Cyn.& Bald.in l.1. C.etiam per procuratorem. tamen non possunt remittere exceptionem peremptoriam, quia est in effectu donare.Ita tenent Ioan.Andr.& alij, in c.2. per illum tex.de dona.Inno.in c.1.de depos.& in c.cum olim.el 1.de offi. deleg.vbi etiam idem dicit in procuratore habente liberam, & sequitur ibi Imo.in 9.col.Bar.in l.si quis delegauerit.ff.de noua. & notat Bar.in l.fi.& ibi Ange.ff.de his,quæ in frau.cred. Item
5 per istum text.& similes consuluit Fed.de Sen. in consi.2.quod incip. quidam habet potestatem transigendi, &c. ꝙ † habens mandatum ad transigendum, & ad componendum cum generali,& libera administratione, non tamen potest liquidum
6 gratis remittere ¶ † Item per istum tex. & similes tenet Ange. in l.ab executore.§.fi.ff.de appel.ꝙ procurator cum libera non potest renunciare appellationi per eum interpositæ. Idē Ang. in l.bonorum.ff.rem ratam habe.& in l.1. §.1. ff. à quib. appel.
7 non licet.Bal.in l.fi.§.1.C.de temp.appellatio. † Ista regula,quę
a habet,ꝙ filiusfamilias, a quamuis habeat liberam administrationem,tamen non potest donare,fallit in filijs Regum,Principum,vel Baronum, secundum Imo.& alios in c.grandi.de supplen.negligen.præla.¶Secundò fallit,nisi sit iusta causa. Et quæ sint iustæ causæ vltra gl.hic,& glo.in d.l.filiusfamilias.in prin.ff. de dona.vide tex.in l.1.§.1.ff.de tutel. & ratio.dictra. & in l.cum plures.§.pen.ff.de administ.tuto.¶Tertiò fallit,quando filiusfamilias remitteret debitum vsurarium, & hoc fauore animæ. glo.est in l.præses.& ibi dixi.C.de transac.¶Quartò fallit,quando debitum non est liquidum,secundum glo.hic. (sub dubio tamen fortè) quæ gl.an verum dicat,ibi reperuo. Quintò fallit, quãdo remitteret debitori pauperi partem debiti, quia totum soluere non potest,vt singulariter probatur in l.fi.& ibi ad hoc not.Barto.C.de anno.& tri.lib.10. Facit in simili.l.si plures.cum materia s̃.eo.¶Sextò fallit pro bono pacis,& concordiæ: tunc filiusfamilias potest donare.Ita not.Ang.in l.Imperator.j̃. eod.
8 ¶ † Secundo noto,secundum Bar.notabilius,secundum Ang. & alios,ꝙ non omne pactum de non petendo continet donationem,quando paciscens tantundem, vel plus consequitur. Ad qđ vide latius Bar.in l.j.j̃.de trãsa. & istud est vtile scire propter insinuationem. Quando enim paciscens de non petendo tantundem,vel maius commodum consequitur, (quia tunc non dicitur donatio, vt hoc tex.) isto casu non requiritur insinuatio. Sed quando esset gratuita remissio debiti liquidi, tunc esset donatio,& egeret insinuatione.gl.est in l.si quis obligatione.ff.de reg.iur.& gl.in l.1.§.1.in gl. magn.ff.quib.mod. pig.vel hypo.sol.de quo per Bart.in l.Modestinus.in prin.ff.de don.Io. And.in addi.Spec.in tit.de instr.edi.§.porrò. in vlt.addi. Alb.& Bald.in l.si mulier.ff.de condi.ob cau.cum multis alijs concor. ibi signatis per d.Alex.Et sic intellige Ange.in l.pacta quæ contra.C.eo.vbi dicit,ꝙ semel vidit iudicari in Perusio,ꝙ pactum de nõ petendo egeret insinuatione: sicut pura, & simplex do-
9 natio.¶ † Quartò noto b ex l.sinaũt.ꝙ filius,vel seruus possunt
b per pactum tempore contractus factum nocere patri,vel domino,cùm eis acquiratur cum sua causa.l.2. ff.de reb.eo. & ad
10 hoc iste tex.est sin.secundum Pau.de Cast.hic. † Istum text.dicit Ang.esse diligenter notandum,ꝙ administratores, puta tutor, vel procurator, prælatus, & similes possunt in actu contrahendi nobis præiudicare,apponendo pacta pœnalia, vel resolutiua contractus,vt hic,& l.apud Celsum.§.in hac. ff.de exceptio.do.Secus ex post facto,per l. ꝙ Romæ.§. Callimachus. ff.de verb.ob.sic procedit.l.si procurator.primo respondo,ff.de
11 iur.fis.† Item per istum tex.dicit Pau. de Cast. ꝙ tutor tempore,quo emit rem nomine pupilli, potest apponere pactum de retrouendendo,quandocunque venditor restituat pretium minori,& tale pactum præiudicabit pupillo. De quo vide Ioan. And.in addi.Spec.in titu.de pact.super rub.Item ad istum text. adde Bald.in l.certi condictio.§. si nummos.in 2. col.in fin.ff.si cert.pet.¶Quintò ex eo.tex.collige secundum Bald.pulchram regulam,ꝙ ille,cui acquiritur ius ex contractu, debet acceptare contractum cum omnibus pactis, & omnibus clausulis in
c eo appositis. c Facit l.Caius.ff.manumiss. & tex.in ratione sui in l.2.ff.de reb.eorum. Vnde iste tex.præstat arg.secundum eum, ꝙ clericus,qui vtitur statuto laicorum, non potest eo vti, nisi cum oneribus prouenientibus ex eo. statuto: licèt aliàs clericus non sit statuto laicorum astrictus. Alij scribẽtes de hac regula non faciunt mentionem. Tu adde bonum tex.in simili in
12 l.Pompo.§.cum quis.ff.de acquiren.possess.¶ † Secundò adde simile, ꝙ confessio qualificata debet acceptari cum omnibus qualitatibus suis; aliàs non posset in parte acceptari, secũdum Bar,

ADDITIONES.

a ¶Filiusfam.Adde Anto. Corse. auditorem sacri palatij in repet.c.grandi, de supp.negli.præla.in 6.

* b De materia quæstio. quòd facilius tollitur ius quærendum, quàm quæsitum,addę Abb.in cap.ad audientiam.secundo, in secundo notab.de rescrip. in cap.cum contingat,primo, colum.fin.versic.in eadem glo.de sentent.excommunica.& consi.31.Felin.in cap.quæ in ecclesiarum.column.10. versicu. modo aduerten.de constitutio.an princeps possit tollere rem meam. Item facit Reg.quia quando ius non est quæsitum, dicitur tractari de lucro, quando verò quæsitum de damno, Castrens. in l.2. §. fin, ff. qui satisda. cogant. Iason in l.cum quis. colum.1. C.de iur. & fact. ignor. Dec.in cap.pastoralis. col.fin.in prin.de excep.gl.in l.1.§.si quis autem.versi.per in integ. ff.de tem. actuque prius. BELLOT.

c ¶In eo appositis. Fran.Cur.consi.1.col.3.& 4. PVRPV.

Bar.& Bald.in l.si quidem.C.de excep.Bar.in l.Aurelius.§.idem quæsijt.ff. de lib.leg. Bald.in l.si quidem. C.de transactio.& in l. vnica.in 3.col.C de confess & in l. cum præcum. C. de lib.cau. d.Abb.vbi pulchrè limitat in c.1.in 6.no. per illum text.de po-
13 stul præla.¶ † Tertiò adde pulchram quæstionem,quam dicit de facto fuisse in ciuitate Perusij Bal.in c.series. de test.ex cuius decisione habes notabilem limitationem ad notabile dictum, ꝙ teneor acceptare omnia, quæ in instrumento continentur. Verũ est,quæ sunt dispositiuè dicta,nõ quæ assertiuè,vel enun-
14 ciatiuè,vt ibi plenius per eum. Facit †,quod egregiè dicit Bal. (& est in practica vtile,verbum) in c. cum verabilis,in pen.col. de excep ꝙ qui producit instrumentum in iudicio, non videtur confiteri vera esse ea, quæ ibi enunciatiuè dicta sunt: sed ea quæ dispositiuè.De hoc dicit esse tex.sing.in l.Aurelius.§.fin. ff.de libe.leg.vbi habes,ꝙ qui profert testamentum,videtur cõ fiteri testamentum verum.sed non ea, quæ enunciatiuè in te-
15 stamento per testatorem proferuntur. ¶ † Sexto not.ex l. in persona.ꝙ filius non potest remittere actionem iniuriarum quæsitam patri ex iniuria illata filio. Econtra autem pater po-
a test remittere iniuriam a filij inuito filio l. sed si vnus.§.filio.& §.fi.ff.de iniu.& hic in glo.Et istud est vtile secundum Barto.& Doct.ad statutum remittens pœnam habenti concordiam de offensa.Nam si offenditur filius,sufficit concordia patris. ¶ Limita tribus modis.Primò,nisi pater esset persona vilis, & abiecta : tunc non potest remittere iniuriam illatam filio. Text.est in d.§.filio.& ibi Bar.gl.hic,& Bart.in l.Lucius. per illum tex.secundum vnam lec.ff.solut.matri. Sicut pater,quando est vilis, vel abiecta persona, non potest pupillariter substituere filio : secundum Bar.in l.2.in prin.ff.de vulg.& pup. cum concor.ibi traditis.¶ Secundo no.limita dictam conclusionem,vt procedat, quando iniuria fuit illata filio per extraneum : tunc pater inuito filio potest talem iniuriam remittere. Secus quando iniuria esset illata filio per personam sibi coniunctam.Ita probat tex.not.in l.Lucius.& ibi Bar. Ang.& Imo.& Lud. Rom.ff.sol. matri.¶ Tertiò limita dictam conclusionem procedere secundum ista iura.Hodie secus est per l.1.C.de bon.mater.quia ista causa censetur aduentitia, vbi pater filio præiudicare non potest,& sic hodie correcta est d.l.sed si vnus.§.filio.Ita tenet Hostiens.in summa in tit.de iniur.in 3.col.ante medium.sed Ang.
b & Raph Ful.tenent contrarium : eo quia etiam hodie pater b potest remittere iniuriam illatam filio : quia pater videtur magis iniuriam pati, quàm filius.l. isti quidem.§.fin. ff.quod met.
16 cau.Inno.in c.non dubium.de sentent.excom. † Facit,quia iniuriarum actio non censetur esse in bonis nostris.l iniuriarum. in prin.ff.de iniur.gl.not.in l.2.in prin.ff.de collatio. bono. Ideo cessat regula dict.l. 1. C. de bon. mater. Item ipso iure de facili tollitur etiam per pactum nudum. l.si tibi.§.quædam.supra eodem. Item per lapsum fõlius anni.l. si eum. §. iniuria-
17 rum.ff.si quis cau.l.si non conuicij. C.de iniur. ¶ † Capio gl in ver.amplius.quam valde signa,quia vult,ꝙ remittere debitum non liquidum,quando probationes deficiunt,dicatur bona fide fieri, & potest præiudicare patri, vel domino, vel pupillo. Ang.hic sequitur istam gl.& reputat fin.Salic. aliqualiter dubitat.Raph.Fulg.reprehendit istam gl. & putat, ꝙ tale pactum de non petendo non intelligatur bona fide fieri, quia licèt de præsenti non habeantur probationes, tamen in futurum poterunt emergere.l.fin prætextu instrumentorum.C.de transa. & l.admonendi.ff.de iureiuran. Nisi alia ratio mouerit pacisscentem,fortè pacis,& concordiæ inter cognatos facien, secundum eum.Adde,ꝙ istam gl.sequitur, & reputat signanter notan.do.Alex.in l.pactum curatoris. C.eo. vbi dicit, ꝙ cum ista gl.videtur concor.gl.ibi in prin.& ꝙ ex quo debitum non poterat liquidari deficientibus probationib. ꝙ dicta remissio non videtur præiudicium afferre,per regulam l. qui accusare.C.de edend. Ita etiam tenet d.Ant.& Alex.in d.l.pactum curatoris. Tene contra istam gl.contra quam tenẽt etiam Bald. & Sal.in l.1.in 4.col.C.eo.Ioan.de Imo.in l.ex duobus. la 2.in 8.col.ff de duob.reis.quia secundum Imo. melius videtur dimittere rem sic in suspenso,quàm ipsum ius pacto gratuito extinguere : licèt non sit liquidum, quia prosperior fortuna posset succedere.¶ Contra istam gl.etiam tenet d.Alex. sibi contrarius in cõsi.
24.quod incip.viso instrumento syndicatus.in penult.col.in 1.
18 vol.† Pro ista parte bene facit,quia debitum non liquidum est alicuius æstimationis: licèt non tantæ, quantæ est debitum liquidum l.Lucius.§.fi.cum glo.ff.ad Treb. habetur in l. 2. C. de rescin.vend.& in l.per diuersas.C.man. Et ideo non subsistente alia causa, est species dilapidationis. Facit tex.arguendo à speciali in l.tutor in prin.ff.de iureiur. Ang.tamen in l.1.ff.de duob. reis.saluat istam gl.vno casu,quando erat inchoata lis, & plus expendisset, quàm potuisset consequi. Isto casu remissio talis debiti non liquidi non dicitur detrimentum afferre. l.mediterraneæ.& ibi ad hoc not.Barto.C.de anno. & tribu.libr.10. Sed certè imò tunc etiam si debitum esset liquidum, posset remittere,vt dicit Bar.in d.l.mediterraneæ. Iason Paduæ.

ADDITIONES.

a ¶Adde facere.doctr.Bar.in l.1.§.vsque adeo. ff.de iniur. vbi licèt quis remittat furtum, non tollitur ius quæsitum nico. PANCIR.
b ¶Pater. Adde gl.& Doct.in c.cum illorum.de sen. excom.

SVMMARIVM.

1 *Seruus quamuis ex contractu naturaliter obligetur, tamen fideiubendo nullo modo obligatur.*
2 *Mandatum quantumcunque generale etiam cum libera, non inducit, vt quis pro alio fideiubeat.*
3 *Maritus quando implicat se multis fideiussionibus, vxor constante matrimonio potest agere ad restitutionem dotis.*
4 *Stipulatio nouans tollitur ipso iure.*

LEX XXX.

§.Qui pecuniam. Per interuentũ nouæ personæ non fit nouatio: nec oritur exceptio pacti, quando illa noua persona nullo modo obligatur, vt seruus : vel quando erratur in conditione personæ.Secus quando ex aliqua causa obligatur dominus. Item ex nouatione conditionali ꝙditione defecta nõ oritur exceptio.
1 h.d. ¶ † Et præmitte,ꝙ ꝙis seruus ex ꝙctu naturaliter obligei. l.naturaliter. ff.de condi. indebi. Tñ seruus fideiubendo nullo modo obligatur etiam naturaliter.l. seruus inscio. ff.de fideiuss. quia lex resistit,& quotiescunque lex resistit,non oritur naturalis,nec ciuilis obligatio.l.si non sortem.in prin. & ibi Bart. ff.de condi.inde.l.cum lex.& ibi Bar.ff.de fideiut.Et si dicis,quare lex magis resistit hoc casu? Respon. quia talis fideiussio continet donationem,quæ aliena est à seruo.l.2. ff.quæ res pig. obli.pos. Item seruus fideiubendo non obligat dominum ignorantem etiam de peculio, quia istud non venit in administratione peculij: cùm non sit administrare, sed dilapidare, vt inquit text.
2 in l.3.filius.ff.de pecu.¶ † Nota diligenter ex hoc tex.ꝙ in mandato quantumcunque generali etiam cum libera non venit, vt quis pro alio fideiubeat,quando non resultat alia vtilitas ei,
3 qui liberam concessit. † Et ex hoc not.Ang. ꝙ quando maritus se implicat multis fideiussionibus, vxor constante matrimonio potest agere ad restitutionem dotis, quia maritus dicitur malè vti substantia sua : iuxta. l. vbi adhuc. in princ. C.de iure dot.& l.si constante.in prin.ff.solut.matrim. ¶ Capio gl.in ver. putat.quam diuide in duas partes, prout duo remouet cõtraria. Secunda ibi, sed secundum hoc. In prima parte habes,ꝙ quinque sunt modi intercedendi pro alio,quos etiam enumerat glo.in Auth.de fideiuss.in prin In primis tribus procedunt beneficia fideiussorum. In duobus vltimis non. Sunt etiam aliæ duæ differentiæ, vt per Gul.Bart.& alios hic. In secunda parte habes difficile contrarium, ꝙ quando nouatio valet, ꝙ detur exceptio pacti,imo ipso iure tollit. Prima sol.gl.ꝙ cùm tex.loquatur de exceptione intentionis & facti,desinit uitur tex.qui loquitur de excep.pacti. Secunda sol. ꝙ hic fuerit actum, ꝙ nouatio ipso iure non tolleret,sed ope excep. nimium diuinat.& tamen in se notat,ꝙ ex voluntate partium potest restringi effectus stipulationis nouantis. † Tertia solutio gl.est in se singularis,secundũ Bar.Ang.& alios,per quam multum limitatur tit. de noua.ꝙ stipulatio nouans tollitur ipso iure,verum est quãdo simpliciter interponitur. Secus si simul cum alia obligatione, quia tunc stipulatio accumulatiua nõ nouat ipso iure. Ista
* glo.reprehendunt Bar. *& communiter alij*, quia imo quando secunda continet plus, quam prima, isto iure fiebat semper nouatio, a per l.qui vsumfructum.ff.de verb.ob.l.si pupillus.§.qui actum.ff.de noua.Declarat magistraliter Bar.in l.pen.ff.de pacto.stip.& hoc modo cùm omnes solutiones glo. impugnent contrarium in ea formatum,remanet insolutum.Pro solutione placet mihi intellectus, quem tradit Rapha. hic. Nam per interuentum nouæ personæ ipso iure tollitur obligatio. Verũ est, quando interuenit noua persona, quæ de iure ciuili reputetur aliquid.sed hic,quando interuenit seruus,certè pro nihilo per ius ciuile reputatur.l.quod attinet.ff.de regul.iur.& hoc est quod propriè dicit tex.in §.præterea.in versi. ac si nullus stipulatus. Instit. quib. mod.toll.oblig. Nimirum ergo si isto casu in isto tex.per nouationem ipso iure non tollitur, tamen cum ex æqua-

ADDITIO.

a ¶Declara,vt per Gabriel.com.opi.l.b.3.tit.de noua.conclu.1.

ex æquitate habeatur regressus contra dñm propter nouationem ſerui in caſib. ſpecialib. hic poſitis, ex eadem æquitate tex. dicit dari exceptionem pacti. ſic in ſimili acceptilatio, quæ de iure ciuili non valet vt acceptilatio, quæ ipſo iure tollat, valet tamen vt pactum ope exceptionis l. ſi vnus. §. ſi acceptilatio. ſ. eo. Ita hic nouatio, quæ de iure ciuili non valet vt nouatio, vt ipſo iure tollat, valet tamen vt pactum ope exceptionis.

SVMMARIVM.

1 *Pacta nunquid valeant contra legem.*

LEX XXXI.

PAcísci contra. Cõtra tenorem legis priuatam vtilitatem reſpicientis licitum eſt pacíſci. h. d. ſecundũ Bar. Vel ſic, & proprius ad tex. Redhibitoria poteſt remitti per pactum, ſiue incontinenti, ſiue ex interuallo factũ. hoc dicit. ¶ Capio glo. primam quam diuide in tres partes. In prima declarat tex. In ſecunda opponit contra tex. & dupliciter ſoluit. In tertia no. ex tex. arg. Secunda ibi, & dic ſ, ideſt, præter. Tertia ibi. Item no. hic arg. ¶ Pro clara intelligentia ſecundę partis diſtingue plenius, quàm Barto. & cæteri hic, & in l. pacta quæ contra. C. eo. & in l. vbi ita donatur. ff. de don. cauſa mort. ¶ † Si quæratur, nunquid pacta ſ legẽ [a] valeant, ex quo vulgò dicitur, q̃ pacta frangunt leges, dic, aut lex expreſsè prohibet pactum fieri, prohibet enim lex facta turpia, vel flagitioſa fieri. l. iuriſgen. §. prætor. & §. fi. & l. ſi vnus. §. pacta quæ turpem. ſ. eo. & tunc clarũ eſt, q̃ tale pactum nihil valet, cùm fiat lege expreſsè reſiſtente, & tali legi prohibitiuæ renunciari non poteſt. gl. in l. 1. cũm ſim. C. ne fideiuſſ. do. den. Aliquando lex non prohibet pactum fieri, & tunc aut lex aliquid diſponit pro ſolennitate, & forma, & tunc etiam pactum in contrarium nihil valet. l. nemo poteſt. cum ſim. ff. de leg. 1. Aut illud, quod diſponit lex, non eſt de forma, nec de ſolennitate, & tunc aut illud diſponit principaliter ad publicam vtilitatem, & tunc etiam pactũ in contrarium nihil valet. l. iuriſgen. §. ſi paciſcar. & l. ſi vnus. §. ante omnia. ſ. eo. Aut illud, quod diſponit lex, principaliter reſpicit priuatam vtilitatem, & tunc pactum contrarium bene valet, quia tunc nihil aliud eſt, quàm renunciare fauori ſibi priuato, per legẽ inducto, cui quilibet poteſt renunciare, per regulam. l. pen. C. eod. Et ita propriè loquitur tex. hic. Not. etiam eſt illa glo. dum dicit, q̃ venditor tenetur certiorare emptorem, quia ſecundum Angel. & Pau. de Caſtr. facit contra venditores equorum ſcientes eos eſſe morboſos, aut vitioſos, & dicunt ſe vendere cum omnibus ſpinelis ſuper oſſibus, & magagnijs, q̃a nolunt de illis teneri. Nihilominus tenentur, ſi non certiorauerint in ſpecie de morbis, & vitijs equi. imò plus non ſufficeret enumerare multa vitia, & in illis ponere verum vitium, quando apparet, q̃ illa enumerata non ſunt vera. Puta, ſi aliquis vendat equum dolentem ſpatulam, ſed quia erat calidus, non apparebat de dolo, & dicit, vendo eum pro ceco, claudo, dolente ſpatulas, & cum omnibus vitijs, adhuc iſtud nõ ſufficit. Ita determinat Spec. & Io. And. in tit. de emptio. & vendi. ver. quid ſi venditor. Cyn. Bald. & Salic. in l. 1. C. de ædi. act. Ange. Imo. & Moder. in l. ſi quis cum aliter. ff. de verbo. oblig. do. Abb in cap. inſtum. de rer. permut. & vide ad hoc, quod dicit glo. in l. ea quæ commendandi. ff. de contrahen. emptio.

ADDITIO.

a ¶ Legis. Adde Spec. tit. de loca. in §. 6. verſi. 35.
† Quid de pactis approbatis, vel improbatis, vide Aretin. in §. Illud quoque. inſti. mat. Pract. Pap. for. libe. vt pacta ſer. ver. pacta. MASVER.

SVMMARIVM.

1 *Pactum de non petendo factum reo principali, quando proſit fideiuſſori, & quando non. nu. 5. 6. & 7.*
2 *Legis ratione ceſſante, ceſſat eius diſpoſitio.*
3 *Legis ratio quæ ſit, & quæ verba.*
4 *Legis dictum reſtringitur per aliam rationem.*
Intereſſe remunerationis, & ſic obligatio ad antidora non eſt ſufficiens, vt pactum rei proſit fideiuſſori.
Fideiuſſori, qui interceſſit animo donandi, ſi ſoluat, non habet regreſſum contra debitorem. Idem eſt in hærede grauato. nu. 10.
5 *Paciſci, vel ſtipulari alteri nemo poteſt, niſi ſua interſit pecuniariter.*

LEX XXXII.

1 QVod dictum. † Pactum de non petendo factũ reo principali, tunc demum prodeſt fideiuſſori, quando fideiuſſor ſi ſolueret, haberet regreſſum per actionẽ mandati contra ipſum reum. aliàs ſecus. h. d. ¶ Not. primò ex iſto tex. rationem quare pactum de non petendo factum principali debitori prodeſt eius fideiuſſori, quia niſi prodeſſet eius fideiuſſori, certè in effectu non prodeſſet etiam reo, ex quo fideiuſſor, qui cogeretur ſoluere, haberet regreſſum ꝓtra ipſum debitorem. Vnde ceſſante ratione, &c. Secus eſt, q̃n fideiuſſor
2 interceſſit animo donandi. † Et ex hoc collige regulam, ꝙ ceſ-
a ſante ratione legis, [a] ceſſat eius diſpoſitio. Facit l. adigere. §. quãuis. ff. de iure patro. l. cum pater. §. dulciſſimis. ff. de leg. 2. c. cum
b ceſſante. de appel. Ratio enim legis [b] eſt mens ipſius legis, ſecũdum Bar. in l. cum mulier. in prin. ff. ſol. mat. & in l. nõ dubium. & ibi Bal. C. de leg. Bal. in Auth. poſt fratres. C. de ſuis, & leg. & in l. maximum vitium. in 5. col. C. de liber. præte. & in l. omnes populi. in 14. col. vbi multa pulchra dicit. ff. de iuſt. & iur. Ange. & Imo. in l. 2. § fi. ff. de don. & eſt bonus tex. in l. ſcire oportet. §. ſed & ſi maxime. in verſi. mens legiſlatoris. ff. de excuſa. tut. quẽ
3 ad hoc allegat Bal. in l. 1. in 8. col. ff. ſol. mat. † Item ratio legis eſt ſicut anima: verba ſunt ſicut corpus, ſiue ſuperficies, ſecundũ Bal. in l. ſi quis ſeruo perſuaſerit. 2. col. C. de fur. Alibi dicit Bald. in l. fi. in 15. q. C. de hære. inſti. ꝙ ratio ideo appellatur viua, quia eſt anima ipſius legis, & ipſius ſcripturæ. Item ratio eſt facies cordis, dicit glo. in c. hinc etenim. in §. gibboſos. 49. diſt. Ideo ratio legis non minus attenditur, quàm ipſa lex dicit glo. in l. 2. in gl. fin. C. quæ ſit longa conſue. & gl. in l. cum tale. §. falſam cauſam legato. cum ſimil. ff. de condi. & demonſt. Adde, ꝙ ſimili-
c ter correcta ratione legis [c] intelligitur eſſe correcta ipſa lex. ita dicit gl. reputata ſing. in l. 1. ff. de leg. tut. quam ad hoc not. & ſequitur Salic. in Auth. ingreſſi. C. de ſacroſan. eccle. & in l. fin. C. de leg. hær. Bal. in l. 1. ff. ſolut. matr. & ibi d. Alex. in 4. colum. latè Imo. in l. 2. §. fi. ff. de don. & in l. ſi vero. §. de viro. ff. ſol. mat. & in c. poſt tranſlationem. de renun. vbi per Ioan. And. & alios. ¶ Limita prædictam regulam, vt procedat, quando eſſet vna ratio legis. Si autem ſint duæ, licèt vna ceſſet, tamen durat diſpoſitio. §. affinitatis. cum glo. Inſti. de nup. l. ſi venti. § fi. cum glo. ff. de priui. credi. Bar. in l. liberorum. in princ. ff. de his, qui not. infam. Et eſt bonus tex. in l. ſi non lex eliaſcentia. & ibi Barto. not. ff. de
4 hæredi. inſtit. ¶ † Secundò not. ex hac l. aliam regulam, quòd dictum legis reſtringitur per aliam rationem. Facit l. cum pater. §. dulciſſimis. & ibi Bar. ff. de leg. 2. Imo plus not. Bald. in l. ſi ſeruus legatus. §. q quinq;. ff. de leg. 1. ꝙ ratio adiuncta facit recedi à proprio ſignificatu verborum antecedentium. Et illud, quod dubitatiuè erat dictum, habetur pro dicto ſine dubitatione. Et per hoc infert, ꝙ ſi teſtis dicat, Credo, quia vidi, valet eius teſtimonium, nõ ratione dicti, ſed ratione adiuncti. de quo
5 vlt. dixi in rub. ff. de iureiuran. ¶ † Tertiò not. ꝙ pactum de non petendo factum principali debitori non prodeſt eius fideiuſſori, quando fideiuſſor non eſt habiturus regreſſum contra eum. Adde idem eſſe, ſi pro debitore meo de centum fideiuſſit aliaquis, qui ſimiliter erat debitor eius in centum. Tunc pactum factum reo non prodeſt fideiuſſori, quia ſi ſolueret, à reo nihil repeteret. Et ita tenet gl. valde not. in l. 1. §. fi. in ver. patronus. ff.
6 quarum rerum act. non da. † Item diſtinctio huius text. habet locum in ſententia lata pro reo, ſecundum Bar. & alios in l. fin. §. fi. ff. de iureiuran. Bald. & Pau. de Caſtr. hic. ſecus in iuramento, vel acceptilatione, cùm habeant vim ſolutionis, indiſtinctè proſunt fideiuſſori, ſicut vera ſolutio. l. duob. §. à fideiuſſore. ff. de iureiuran. & per l. iuſiurandum. §. ſi legatorum. ff. de excep. & l. exceptiones. la 2. ff. de exceptio. tenet Pau. de Caſt. hic, licèt
7 Bald. aliter videatur dicere. † Item fallit iſta lex in excep. velleia. quæ prodeſt fideiuſſori, quia animo donandi interceſſit. l. ſi mulier, quæ ſenatus. §. 1. ad Velleian. eo quia eſt fauorabilis. Secus eſt in except. Macedoniani, quæ eſt odioſa. l. ſi pater. §. non ſolum. & ibi glo. ff. ad Macedon. & vide l. fideiuſſoris. cum glo. ff.
8 de don. ¶ † Quartò no. ex hoc tex. ſecundum Bald. in lect. antiq. Ange. & Fulgo. ꝙ intereſſe remunerationis, & ſic obligat. onis ad antidora non eſt ſufficiens, vt pactum rei proſit fideiuſſori, & iſtud melius probatur hic, quàm alibi ſecũdum Ang. Adde gl. in l. ſi tibi pactus. ſ. eo. vide tamen tex. in l. idemque. §. fin. & l. ſeq.

ADDITIONES.

a ¶ Legis. Adde gl. in ver. deſtruxerit. in c. quia ſan. 63. diſt.
b ¶ Legis. Adde l. cum pater. in §. dulciſſimis. de leg. 2. Ladigere. in §. quamuis. de iure pat. l. milites agrum. de re iud.
c ¶ Ratione legis. Adde Fel. in c. tua nos. in fi. 2. col. de iureiur.

9 seq.ff.mand. ¶ † Quintò no.q̃ fideiussor, qui intercessit animo donandi,si soluat, non habet regressum contra debitorem,nec
10 ab eo aliquid repetit per actionem mandati.† Adde idem esse in herede grauato per testatorem,vt fideiubeat pro aliquo. Nã si soluit,nihil potest repetere ab illo.text. est reputatus singularis in l.trib.in ver.pen.ff.de vsufru.earum rerum , quæ vsu consum.& dicit ibi Bal. q̃ semel interrogauit vnum scholarem in examine, qui de directo respondit contra illum text. & ita illũ tex.pro mirabili allegat Bal.in Lindebitam. ff.de condi. indebi. in l.Arethusa.ff.de statu.homi.in l.sancimus. C.de vetb.sig.in l. si fideiussor.in princ.ff.de leg.1.& in l. si pro ea.in 1.col.in fin.C. man.cum ẽt reputat sing.Ang. in l. si quis mandato. ff. de neg. gest.Vide tamen omnino Bal.in l.vnica.§.ne autem.in pen.col. in 2.q.C.de cad tol.vbi mirabiliter limitat illum tex.quando fideiussio affert modicum præiudicium, vel dicit esse recurren-
11 dum ad coniecturas,secundum Per.& Cy. ¶† In gl si in verbo fideiussit.licèt omnes Docto.cum ea transeant, puto q̃ non sit vera per regulam,quia alteri pacisci,vel stipulari nemo potest, nisi sua interslit pecuniariter.gl.in l.fideiussoris.& in l. idemque. §.1.supra eo.Bar.& omnes in l.& hæredi.§.fin.s̃.eod. Nec obst. fundamentum glo.de d.l.idemque.§ si.cum l.seq.s̃.eo.quia loquitur, quando fideiussor interscssit non animo donandi, quo casu non censetur penitus extraneus,quia tunc obligatio fideiussoria est accessoria principalis: sed hic,quando fideiussor interscssit animo donandi , censetur penitus extraneus , ex quo eius obligatio non est accessoria ad principalem. Non ob.etiã quod hic sit obligatio ad antidora, quia non præstat sufficiens interesse,vt dixi in tex.Considera tamen pro solutione gl.si posset attentari, q̃ obligatio ad antidora non sit in proposito considerabilis,quando est circa aliud diuersum. sed quando est circa idem , super quo interuenit pactum expressum , tunc consideretur,vt hac gl.Nam hic ista obligatio ad antidora cadebat circa istam obligationem fideiussoris,circa quã etiam cadebat pactum de non petendo,& ita in simili dicit Bal.in l.si vero nõ remunerandi.§.inde Papi.ff.manda.Non pono tamen pro constanti propter gl.in l.idemque.§. fi. quæ etiam videtur loqui in eisdem terminis,& videtur tutius vt supra tenere , quã hęc gl.

SVMMARIVM.

1 *Auus an teneatur dotare neptem.*
2 *Auus non tenetur alere neptem, quando eius pater habet vnde alat.*
3 *Auus si paciscatur ne dos promissa petatur,nec à se,nec à filio, pactum istud non prodest hæredi.*
4 *Filia si fecerit pactum de non succedendo in hæreditate patris vni fratri,& postea pater susceperit alios filios, quos instituerit simul cum primo,illud pactum non prodest aliis fratribus, & nu.6.*
5 *Pactum dicitur personale duobus modis.*
7 *Pater si promiserit dotem filiæ , deinde moriatur filio, & filia hæredibus institutis,onus dandi dotem promissam ad quem spectet.*
8 *Princeps , vel communitas si imponat aliquod onus communitati sibi subiectæ , postea faciat aliquos exemptos : nunquid debeat in solutione defalcari illa pars, quæ spectabat ad hos factos exemptos.*
9 *Comitatenses tenentur soluere salarium Potestati.*
10 *Rustici, qui concedunt immunitatem alicui fabro , ipsi tenentur pro eo soluere.*
11 *Exemptio vnius grauat alios , qui non sunt exempti , quando est onus vniuersitatis.*
12 *Papa si imponat collectam clero, & aliqui sint exempti, an alij clerici teneantur soluere pro parte exemptorum.*
13 *Pauperes,quorum industria est necessaria ad alimenta , & eorum victum,non debent contribuere ad onus impositæ collectæ.*
14 *Collectam soluere si vnus de vniuersitate non potest, an alij teneantur pro eo soluere.& nu.15.*
16 *Obligationes quare sint perpetuæ.*
17 *Pactum de non petendo est magis factum, quàm ius.*

LEX XXXIII.

AVus neptis. Ista lex, & eius materia est subtilis,& secundum Pau.de Cast.non est alibi in iure. Sed tu dic, q̃ est alia omnino similis in l.auus. ff.de pac.do.hic allegata,per gl.& cum difficultate defensatur propter contrariam gl.& vide materiam huius l.per Bar.& latius per Imo.in l.continuus.§.fin.ff.de verbo,oblig hoc dicit in effectu. Per pactum liberatorium potest vni hæredum prouideri. hoc dicit. & est commune summarium.¶Diuide subtiliter hũc text.in quinq; partes. In prima ponitur thema , ex quo insurgit duplex tacita dubitatio.In secunda respon.primæ quęst.negatiuæ ibi,si à cohærede filij. In tertia , quæ est ibi, filius vero ; respon. secundæ quæstioni affirmatiuæ In quarta,quæ est ibi,quippè.assignat rationem secundæ decisionis.In quinta,& vltim. quæ est ibi,nec quicquam obstat.respon.tacitæ obiectioni , cõtra primam de-
1 cisio.¶ † Pondera in primis in hoc text.q̃ auus promittit dotẽ
2 pro nepte ex filio.Adde,q̃ etiam sine pacto auus tenetur [a] dotare neptem.tex. est in l.dedit dotem. & ibi Bar.secundo not.ff. de colla.bon.& tex.in l.& ideo.§.fin.cum l.seq.ff.de in rẽ verso. ¶Limita duobus modis. Primò, vt procedat in auo paterno. Secus est in auo materno.gl.1.& ibi expressius Bar.& alij in l.fi. C.de do.promis.& Bart.in d.l.dedit dotem. ¶Secundò limita, quando filius esset soluendo , & haberet vnde dotaret filiam suam, tunc auus non tenetur eam dotare. Ita tenet signanter Bald.in Auth.res quæ.in 2.col.C.commu.de leg. Sal. in l. fin.in 7.quæst. C.de dot.promis.Et illam decis.Bald. sequitur pro singulari Lud.Rom.in l.1.ff.sol.matr.do.Fran.de Are. (vbi videas) in consi.17.quod incipit, consideratis diligentissimè. in 12.col. ad fin.& seq.vbi alleg.bonum tex.in l.profectitia.§. si filius.iuncta glo.ff.de iure dot.¶ † Tu confirma per illud , quod in optimo simili dicit Bar.de alimen. q̃ auus non tenetur alere neptẽ, quando eius pater habet vnde alat.in l. non quemadmodum.
3 ff.de libe.agnoscen.¶ † Secundò not. si auus paciscatur,ne dos promissa petatur,nec à se,nec à filio,q̃ istud pactum non prodest hæredi,cùm habeat duas partes,& ex prima sit personale, adeo , vt mortuo paciscente nõ transeat ad hæredes.l. si tibi.§. pactum conuentum.& ibi Bar.& l.iurisgen.§ pactorum.s̃.eod. nec etiam ex secũdo capite , cùm voluerit prouidere soli filio. Et adde,quod ponit Spec.tit.de loca.§.nunc aliqua. versi.78.& 168.Limita istum tex.vt procedat , quando testator cogitabat plures sibi futuros hæredes , & noluit prouidere nisi vni: tunc illi soli prodest exceptio pacti,vt hic.Si autem credebat vnum tantum sibi futurum hæredem, puta quia vnum filium tantũ habebat , nec plures habere sperabat , tunc si postea susceperit alios filios , qui succedant cum primo, tale pactum proderit omnibus.l.tale pactum.§.fi.j̃.eo.gl.hic in 2.parte.& est singula-
4 ris limitatio secundum Pau.de Cast.hic. ¶ † Tertiò per istum tex.decidunt Gul.de Cen. Ray.de Forli.& Ange. hic in fin. q̃ si filia fecerit pactum de nõ succedendo in hæreditate patris vni fratri , & postea pater susceperit alios filios,quos instituerit simul cum illo primo , vel cum illo primo instituerit alios hæredes extraneos, q̃ illud pactum non prodest aliis etiam fratribus.Adde Bal.in l.ius autem agnationis j̃.eo. & Bal.in l.si actionem.per illum tex.& ibi Pau.de Cast.& Moder.C.eo.dixi in l.si vnus.§.ante omnia.s̃.eo. Facit tex.in l.cum hic status.§. si mari-
5 ritus.ff.de don.inter vir.& vxo.¶ † Quartò not.hic esse text.fin. prout eum not. Alber. de Ros.& Fulg.hic pro limitatione doctrinæ Bar.& Doct.in l.nisi.in fin.& in l.si tibi.§. pactum.s̃.eo.& in l.qui futurum.j̃.eo.q̃ pactum dicitur personale duob.mod. & q̃ ad hoc , vt dicatur merè personale , ita q̃ non egrediatur personam,requiritur,q̃ sit adiecta dictio taxatiua.Nam illa doctrina procedit , quando sola persona paciscentis insertur pacto. Secus quando persona paciscentis , & vnus ex hæredibus, quia licèt in persona hæredis non adiiciatur taxatiua , tamen pactum censetur merè personale : eo quia inclusio vnius hæredis cæteros excludit.l.maritus. C. de procur.l.cum prætor.ff. de iud Facit bene tex.in l.eum qui.§.1. ff.de verb.ob.¶Vltimò pondera tex.in ver.quippè hæredi. Supra enim dixerat de filio, nunc eum appellat hæredem. hoc facit cum mysterio , quia si pactus fuisset filio sub nomine proprio filij,non valeret : dato, q̃ auo successisset. Similiter si pactus fuisset filio vt filio,non acquireretur ei directa exceptio pacti.l.si tibi.§. si pactus.vbi gl. s̃.eo.Fuit ergo pactus sub nomine appellatiuo, quo casu intelligitur pactus filio vt hæredi,vt tenet gl.in d.§.si pactus.Et propterea text.hic dicit , quippè hæredi, & infra dicit,si hæres,&c. ¶Glo.mag.in ver.non erit.diuiditur in sex partes In prima formal quæstionem. Postea formal quatuor opp.deinde sexto lo co allegat concordan.ad hanc legem. Secunda ibi, ei ergo dicit. Tertia ibi.Item ad idem est contra. Quarta ibi,item dicit filio. Quinta ibi,item ei,qđ dicit partem. Sexta,& vltima est ibi,& facit ad hanc legem. In prima parte vltra glo.q̃ cohærede possit peti tota dos,facit iste tex. in versi dos peteretur. Non enim dicit pars dotis, & sic indefinita æquipollet vniuersali.l.si pluribus.vbi Barto.ff.de lega.2.glo.in c. vt circa. de elec
6 in sexto. ¶ † Breuiter concludunt Doct.omnes , excepto Bart. qui nihil tangit,quòd cohæres non conuenietur ad dotem,nisi pro

A D D I T I O.

[a] ¶ Tenetur. Adde Barto. in l.fi. C. de dot. promis. Cyn. in Auth. sed quamuis.C.de rei vxo.actio. ¶Et hanc conclusio. late examinat, & declarat Gabriel.comm.opin.lib.3.tit.de dot.& dot.promiss.conclu.5.Catel.ver. Aust. Nat. conk. 363. MASVER.

pro eius parte hereditaria: quia ista obligatio inchoauit in persona defuncti. Ideo eo mortuo ex dispositione. l. 12. tabu. diuiditur pro hæreditarijs portionibus l. pro hæreditarijs. C. de hæredi. act. l. 2. §. 1. ff. de verbo. oblig. Nec obst. l. ab omnibus. ff. de leg. 1. alleg. in glo quia vt dixi, hic obligatio inchoauit in persona defuncti. Ideo necessario transit in hæredes pro portionib. hæreditarijs: etiam si in contrarium esset actum. l. pacto succesforum. C. eo. l. 1. C. si cer. pet. & arg. l. inter debitorem. ff. eod. Sed vbi obligatio inchoauit in persona hæredum: quo casu quando testator in vltima voluntate liberat vnum cohæredem, & legatum consistit in quantitate, censentur cohæredes grauati, vt solidum præstent: quia testator in vltima voluntate istud facere potest. Si autem legatum consistat in specie, vel in re, tunc si testator legat hæredibus vno excepto, quilibet tenetur pro patrib. suis hæreditarijs, & non vltra Loquitur ita tex. in l. si fundus sub conditione. §. si libertus. ff. de leg. 1. allegatus in glo. Ratio est: quia sicut illa res non transit ad cohæredem, nisi p eius portione hæreditaria, & sic nec in plus tenetur, vnde non tenẽtur pro portione exempti, eo quia portio exempti non potest interuenire in portione cohæredis. quæ ratio cessat, quando legatum consistit in quantitate. ¶ †Aduerte tamen, q̃ si pater p̃- 7
misit dotem filiæ, deinde moriatur, filio, & filia hæredibus instítutis, onus dandi illam dotem promissam non pertinet ad filium pro dimidia, pro qua est hæres: sed tantum est in parte filiæ. = tex. est vnicus in iure in l. 1. §. pen. ff. de col. do. qui texr. est ad hoc mirabilis, & singularis, secundum Lud. & D. Alex. in l. post dotem in 19. col. ff. fol. matr. †Prædicta inducuntur p Pau. de Cast. ad vtilem, & quotidianam decisionem, q̃ si princeps, vel cõitas imponit aliquod onus communitati sibi subiectæ: puta de soluendo decem milia: postea princeps, vel communitas facit aliquos exemptos, nunquid debeat in solutione defalcari illa pars, quæ spectabat ad hos factos exemptos, an verò debeat alijs accrescere? † Bar. in d. l. ab omnib. in princi. notat ex illo tex. q̃ Comitatenses tenentur soluere salarium Potestati, & si vna villa eximatur, cæteri tamen tenentur ad integrum salarium. Sequitur Ang. ibi, & Imo. cũ aliquali distinct. Pet. de Anch. in cle. præsenti. de censi. Sed in ꝓrium videtur *esse communis sententia*: quia priuilegium vni concessum, non debet in dãnum aliorum redundare. l. nec auus. C. de emanci. lib. l. cum filius. ff. testa. mili. Ita tenet Gul. de Cu. hic. Spe. & Io. And. in titu. de censi. §. 1. versic. quid si aliqua communitas. Et dicit Pau. de Cast. q̃ vidit istã partem de facto obseruari, & q̃ est benignior pars, quia beneficia, & priuilegia sunt interpretanda ꝯ ipsum concedentem, vt c. cum dilecti. de dona. & c. cum olim tibi. de ver. sig. Idem tenent Gul. Ray. Alb. & Ang. in l. si vnus. §. item si pactus. s̃. eo. Ibidem Bal. & Lud. in §. sed si generaliter. Bald. in l. etiam, in vlt. co. C. de execu. rei iudi. Lud. Rom. in l. 4. in prin. ff. de re iud. Io. And. D. Ant. & alij in c. peruenit. de immu. eccle. Ita tẽ. D. Abb. post D. Card. in c. accedentes. de præscri. D. Alex. in consi. 178. in 2. vol. quod incipit in occurrenti iu casu. in pe. col.
b Ego pro concordia puto considerandos esse tres casus. ¶ Aut n. Rex, vel Princeps, qui debet recipere censum, est ille, qui facit exemptum: & tũc teneo, q̃ debeat detrahi de censu Principis: & alij grauari non debeant, per l. 1. C. vt nullus ex vi. lib. 10. & quia priuilegium Principis non debet in aliorum præiudiciũ redundare, vt dixi. & ita in istis terminis tenent Io. And. D. Ant. & alij in d. c. peruenit, de immu. eccl. Aut verò vniuersitas, vel cõitas, quæ tenetur soluere talem censum superiori, est illa, q̃ fecit aliquem exemptum: & tunc portio illius exempti accrescit cæteris de vniuersitate. Ita tenet gl. ordin. in l. euacuatis. in 10 ꝯ ii. C. de decu. lib. 10. † Et no. ex illo tex. arg. ꝯ rusticos, qui q̃nque concedunt immunitatem alicui fabro, vel simili artifici, q̃ ipsi teneantur pro eo soluere: & est rationabile: quia factum eorum non debet præiudicare superiori. & ita ẽt tenet D. Alex. in consi. 150. quod inci. visis instrumentis exemptionis. in 1. col. in 1. vol. & in consi. 125 in 2. vol. quod inci. in causa, & lite vertente inter lac. in 6. col. in fi. & Lud. Rom. in consi. 252. quod in 11 cip. pro decisione propositæ consultationis. † Facit quod dicit Bal. in c. secundo requiris. in fi. de appel. quod exemptio vnius grauat alios, qui non sunt exempti: quando est onus vniuersitatis. Secus si obligatio sit diuisa per capita d. l. ab omnibus: quia vnusquisque onus suum, & non alterius portare debet d. l. 1. C. vt nullus ex vi. lib. 10. Aut agitur de censu, seu salario præstando tertio. Puta, Comitatensis teneatur soluere salarium Potestati, & Princeps facit vnam villam exemptam. Certè alij tenẽtur soluere integrum salarium Potestati. Ita propriè loquitur Bar. in d. l. ab omnibus. & sic nulla diminutio fiet de salario Potestatis: quia non est præsumendum Principem per talẽ exemptionem voluisse p̃iudicare tertio, & sic Potestati. d. l. nec auus. & cap. super ꝯ. de off. deleg. Istam puto esse veritatem in hoc 12 quotidiano passu. † Adde etiam prædictis q̃. quam dicit Imo. fuisse de facto in d. l. ab omnibus. in fin. principij. q̃ si Papa imponit collectam clero, & aliqui ex clero sint exempti, q̃ non teneantur soluere aliquam collectam, quacunque ex cã impositam, an alij clerici teneantur soluere pro parte exempti? Et dicit, q̃ sic. Et si dicatur: clerici nimium grauantur, ex eo, q̃ soluunt pro exemptione. Respon. Imo. q̃ alij clerici debent supplicare, vt priuilegium exemptionis reuocetur, & Papa debet reuocare: ex quo est alijs permitiosum. cap. suggestum, de decim. 13 ¶ †† No. etiam diligẽter (& vidi malè obseruatum) q̃ pauperes, quorum industria est necessaria ad alimenta, & eorum victũ, non debent concurrere, vel contribuere ad onus impositæ collectæ. Ita Bal. in Auth. defuncto. C. ad Tertul. alleg. gl. fi. in l. omnes. C. de ann. & tribu. lib. 10. idem dicit Bal. in l. ẽr, in fi. C. de exe 14 cu. rei iud. ¶ †† Adde etiam prędictis, quod no. Barto. in l. 2. C. de apochis. lib. 10. vbi quærit, quando vnus de vniuersitate nõ potest soluere collectam, an alij teneantur pro eo? dic vt ibi, & in 15 l. legatorum. ff. de leg. 2. ¶ †† In 2. parte gl. tene primam fol. quæ approbatur per gl. & Doc. hic. licèt gl. in l. continuus. §. fin. ff. de verb. oblig. teneat contrarium. & Raph. Fulg. hic, qui multum se innoluit. Distingue ergo. Aut loquimur in conuentione obligatoria, & adiectio vnius hæredum nihil operatur: imo reiecta illa persona omnes hæredes pro rata tenentur. Ita propriè loquitur l. eum qui ita. §. te & Titium. de qua glo. opponit. Aut loquimur in cõuentione liberatoria: & tunc adiectio vnius hæredum valet, & sibi soli prodest pactum de non petendo. Ita propriè loquitur ista lex. Secunda solu. gl. est vera in se, & ex ea habes limitationem ad hunc tex. vt dixi in notabilibus, sed di-
* uinat. *Tenendo ergo communem sententiam*, quod in conuentione liberatoria possit vni hæredum prouideri, vt hoc text. secus in conuentione obligatoria, vt in contrario. Necessarium est inuestigare, quæ sit ratio diuersitatis. Glo. hic assignat rationem: q̃ fauorabiliores sumus ad liberandum, quàm ad obligandum, iuribus vulga. Ista ratio non est sufficiens: quia etiam vbi tractatur de actu fauorabili: & sic de acquirendo, non potest vni hæredum acquiri, quin omnibus acquiratur pro hereditarijs portionibus. d. l. continuus. §. fina. Secundam rationem assignat Pet. de Bellaper. hic. & est pulchra, & subtilis. & eam sequitur Barto. in effectu in l. continuus. §. fin. licèt non videatur directo 16 impugnare ipsam rationem, sed ipsam illationem Petri. † Quę autem ratio sit, quare obligationes sint perpetuę, nec possit ista perpetuitas alterari conuentione partium, dic vt subtiliter per Barto. in l. seruitutes. magna. ff. de ser. tit. generali. Tertiam rationem assignat Bar. hic, & in d. l. continuus. §. fi. quæ similiter iuncta cum præcedenti est vera & optima: & cum ea concordat in effectu ratio, quam assignat Imo. & Pau. de Cast. in d. l. continuus. §. fin. Aliam rationem assignat Angel. hic, quia pacta liberatoria non habent certam regulam firmam, & limitatam à iure sicut conuentiones obligatoriæ. Ideo per pactum potest in eis disponi, vt hic: alias quàm in conuentionibus obligatorijs. Aliam rationem assignat Bald. hic in lectu. antiqua: quia pactum liberatorium non respicit substantiam obligationis, sed eximit personam ab obligationis exercitio, quæ fieri potest l. idem in duobus. §. 1. supra eodem. Secus est in conuentione obligatoria. Aliam rationem alij assignant: & sequitur etiam Imo. in d. l. continuus. §. fin. quia in pactis liberatorijs attendimus æquitatem, in obligatorijs rigorem. Limita istam materiam per l. Iulianus. in princip. ff. de verbo. oblig. & per Angel. & plenius Raph. Fulgos. hic. ¶ In tertia parte glo. Respondẽ, & melius, vt per Bart. & Pau. de Cast hic. ¶ In quinta parte ibi, sed dic, quod exceptio magis videtur datio, quàm factum. cu glo. tenet simpliciter Bar. ista gl. sibimet contrariatur in eo, quod dixerat supra in tertia parte, dum respond. q̃ ibi in dando, hic in retinendo, & sic præsupponit, q̃ exceptio pacti de non petendo non sit datio. Cuius contrarium dicit hic in fi. Respond. ergo, q̃ d. l. quod dicitur. ff. de ver. oblig loquit in eo, qđ pater stipulatur filio, viuente ipso patre, quo casu stipulatur pr̃ filio nõ vt hĩdi, sed vt patri p̃ filiũ acquirat. Quo casu dẽt distingui put ibi

ADDITIONES.

a ¶ In parte filiæ. Adde Ias. in Authen. præterea. col. um. 8. C. unde vir & vxo. PVRPV.
¶ De qua etiam scribit Alex. consi. 178. col. pen. lib. 2. Cast. in l. ab omnib. de leg. 1. Rola 1. consi. 76. nu. 5. lib. 2. vbi q̃ exemptorum exgrauatio cedere dẽt incommodo conceden. immunitatem, & non aliorum, ut portio exemptorũ soluenda erat concedenti exemptionem, quia principis beneficium in aliorum præiudicium redundare non debet. quam conclu. declara, vt latius per eum. Quid de ciuitate conceden. alicui immunitatẽ? & vide Bar. in l. fi duos. §. grammatici. nu. 8. ff. de excus. tut. Iacob. in intest. tit. de homag. nu. 38. Osas. decil. 95. nu. 18. 19. & seq. Nat. consi. 304. Ripa in l. fi ex toto. primo respon. de leg. 1. MASVER.
b ¶ Adde. Doc. in apostil. ad Abb. in c. cum delegati. de do.

ibi habetur, sed hic pater stipulatur filio non patre viuente,sed eo mortuo, & sic tempore quo filius erit hæres: & tunc valet stipulatio.Bal.etiam in rub.extra eo.in 1.col. allegat istam glo.
17 pro singulari,†ꝙ pactum de non petendo est magis factum, quàm ius.i.magis accedit facto,quàm dationi.Tamen re vera glo.hic dicit opp.& malè,quia imò potius dicitur factum, quã datio: quia non petere consistit in facto.facit l.si vnus.§.pactus ne peteret.s̃.cod. Iason Paduæ.

SVMMARIVM.

1 *Filiationem à se abdicare quis per pactum non potest.*
2 *Statutum loquens de coniunctis, intelligitur de coniunctis per naturam.*
3 *Liberum in singulari numero an inueniatur.*

LEX XXXIIII.

1 VS autem agnatio. † Per pactum nõ potest quis à se abdicare nec filiationem, nec iura, quæ eius occasione deferuntur.h.d. tex. cum gl. Et prosequere,vt pulchrè per Bar.quem videas in l. is potest.ff. de
2 acqui.hære.†Adde etiam ad hanc l.quod decidit Lud.Roma. in cõsi.82.quod incipit.Quo ad id,quod quæritur, an Andreas
a Bonauenturæ.vbi quærit,Florentiæ est statutum,[a] quòd agnati, & cognati adinuicem litigantes teneantur ad compromissum.Contingit,ꝙ dum inter duos coniunctos,& agnatos esset capitale odium per reformationem ciuitatis, statutum est, ꝙ isti cẽseantur penitus extranei,& non de eadem agnatione,nec coniuncti,nisi in certis casibus. Dubitatur, an si contingat eos adinuicem litigare,an possint compelli ad compromissum, cùm verè secundum sanguinem sint agnati,licèt per reformationem sint pro extraneis iudicati?Et arguit,quòd sic: quia statutum loquens de coniunctis,debet intelligi de coniunctis per naturam:quia verba sunt naturaliter intelligenda.l.fi.C. de his, qui ven.æta.l.fideicom.ff.de condi.& demonst. Item per regulam tex.nostri:quia iura sanguinis non possunt pacto repudiari.Sed ista lex nihil facit: quia licèt agnatio non possit tolli per pactum,potest tamen per statutũ imò per sententiam, vel iurisiurandum,vt in gl.Ipse determinat contrarium,ꝙ non compellantur ad compromissum, cessante agnatione: & adducit simile de filio emancipato.Sed errat:quia imò statutum disponens,ꝙ agnati teneantur ad compromissum, habet locum in emancipatis.Ita Bal.in l.qui se patris.in fi.col. C. vnde liberi. & sequuntur Salic.Pau.de Cast.& ipsemet Lud.vbi plenè exami
3 nabitur.¶†Vltimò istum tex.multum no.Bar.in ver.liberum,[b]
b ꝙ apud Iurisco.reperitur liberum in singulari. & dicit Bar. se nescire alibi.contra regulam l.non est sine liberis. ff.de verb.sig. & licèt Laurẽ.Val.in lib.3.elegantiarum,in c.106.dicat,ꝙ in libris fforum apud Pau.& Caium reperit liberũ pro filio in singulari, credo, ꝙ malè dicat,quia nullibi habes, quàm in hoc tex.vnde de iure Codi. dignitas vocabulorum non seruatur. Sæpè enim reperitur liberum pro filio in singulari. Tex.est in l. si quis in suo.in prin.in ver.libero.& ibi gl.no.C.de inoffic.testa. & in l.si quis prioris.§ fi.& ibi no.Bal.C.de secun.nup.in §. licèt quoque Institu. per quas perso.no.acqui. ¶Item vide Aulum Gellium in lib.3.noctium Atticarum.c. 13.

ADDITIONES.

a ¶Florentiæ est statutum.Adde Bartol.consilio 72. incipien. ex facto. columna 2. PVRPV.
b ¶Ver.liberum.Vide Soc.in c.super eo.col.2.de condi.appo.Feli.in c.humanum genus.col.6.1.dist. PVRPV.

SVMMARIVM.

1 *Pactum principale liberatorium factum cum generali cõfessione super actione vniuersali ad omnia etiam ignorata mero iure porrigitur.*
2 *Fratris appellatione an veniat soror.& nu.4.5.12.13.14.& 15.*
3 *Statuta recipiunt interpretationem à iure communi.*
6 *Fratribus tertij ordinis si aliquid relinquatur, an veniant sorores moniales tertij ordinis.*
7 *Legatum si fiat fratri talis Abbatis,an intelligatur de fratre religionis, an de fratre sanguinis, & nu.8.*
9 *Rex si scriberet Potestati,quòd faceret decapitari aliquem, & fratres suos,tunc non comprehendentur sorores.& nu.10.*
11 *Fratres,quando profertur in plurali,an contineatur soror.& nu.12.*
16 *Fratres si memorantur in statuto,de quibus intelligatur.*
17 *Fratrum quinque sunt species.*
18 *Fratribus defuncti stantibus si statutum disponat,quòd soror non admittatur,sed debeat dotari,an intelligatur de fratribus vtrinque coniunctis,an etiam de consanguineis.*
19 *Ignorantia præsumitur ex absentia.*
20 *Banna generalia ciuitatis non ligant bannitos.*
21 *Diuisio dicitur esse transactio.*
22 *Pactum de non petendo,licèt dolo malo debitoris factum, tamen producit exceptionem.*

LEX XXXV.

1 TRes fratres. †Pactum principale liberatorium factum cùm generali confessione super actione vniuersali,ad omnia etiã ignorata mero iure porrigitur.Sed si ignorantia processit dolo cohæredis subtrahentis,& occultantis aliquas res,tunc contra exceptionem pacti competit replicatio. hoc dicit.Et cogita,an congruentius esset situata ista lex sub titu.seq.propter tex.in verb.transegerunt.in fi.Nisi dicas, quòd ista dictio latè potuerit dici transactio,non strictè,vt ſ. dicam. ¶In text.ibi,qui absentes erant. Adde, quòd idem si præsentes fuissent,& ignorassent:licèt tunc videatur minus iustam causam ignorantiæ habere:tamen adhuc potest subesse iusta cau-
2 sa,vt in casu in pecunia,quæ de facili occultatur. ¶ †Not.primo ex isto tex.melius quàm alibi in tribus locis, quòd appella
a tione fratris [a] continetur soror. [b] & ita no.glo.1.& alij hic. Fa-
b cit l.Lucius.§.quæsitum.ff.de leg.3.l.Lucius.§.Metuia.vbi gl.& Bar.& in l.fin.vbi glo.fi.ad Trebel.& l.Lucius.ff.famil.ercisc. Per istam regulam declaratur tex.in l.humanitatis.C.de impu. & alijs substi.dum dicit,quòd quando pater substituit exemplariter filio mentecapto, debet necessariò substituere filias mentecapti, si habeat. Et si non habeat,debet substituere fratres mentecapti: quibus deficientibus,potest substituere extraneum. Quid si mentecaptus non habeat fratres, sed sorores? Certè in illo tex.appellatione fratrum,veniunt sorores,per istũ tex.& ita ibi dicit Pau.de Cast.se ita de facto consuluisse in ma
3 gna quæst.magnæ hæreditatis,vt ibi not.per eum.¶†Item ista regula habet locum etiam in statutis,secundum Pau. de Cast. in consi.338.aliàs 340.Et facit,quia statuta recipiunt interpretationem à iure communi.l.2.C.de noxa.gl.in l.fi.§.in computatione.C.de iure deliberan. ¶†Tertiò amplia istam regulam ẽt
4 si de singulari transiret ad plurale: vt quia diceret, fratri & fratribus, adhuc veniret soror,per tex.no.in l.Seruius.ff.de verbo. signific.& tex.in l.quisquis.eod.titu.Dom.Signo de Homod.in consi.172.quod incip. testator in suo solenni testamento.in 3. colum.in fin.& in pen.col.in fi.& in vlti.col. & etiam.in consi.
5 seq.¶†Quartò pro ampliatione huius regulæ adde,quòd l.si magnum.C.qui accus.non poss.quæ est pœnalis, & punit fratrem accusantem fratrem de magno,& capitali crimine,comprehendit sororem,secundum Raph.Fulgos.in cons.52.incip. Super eo,de quo primo loco quæritur.ad fin. Quod not. quia
6 est valde magna extensio ad istam regulam. ¶†Quintò per istum tex.infert Ray. de Forl. quòd si aliquid relinquatur fra-
c tribus tertij ordinis, [c] quòd veniunt etiam sorores moniales tertij ordinis.Imò plus tenet, quòd omnia priuilegia concessa fratribus tertij ordinis, intelliguntur concessa monialibus tertij ordinis.Istam illationem reprehendit Albe.de Ro.hic. ad fi. quia quòd appellatione fratris veniat soror, est propter coniunctionem sanguinis:quæ ratio cessat in casu prædicto. arg. l. qui filiabus.in princip.ff.de leg.1.Idem contra Ray. tenet Bald. hic in primo not.quia fratres minores, & moniales non sunt eiusdem rationis,& conditionis: cùm regula minorum sit altior,vt hic per eum.& idem Bald.in l. quicunque.in 4. colum. C.de ser. fugi. quia tale genus fœmininum non congruit masculino.& quia differunt non solùm sensu,sed etiam regula,& effectu,vt ibi per eum.Pet.de Anch in commen. cap. canonis statuta.de constitu. in versic. sed hic quæritur in casu, in quo
7 †Facit,quod vult Bald.in capitu.licèt.ad fin.& ibi Domi.Alb. de offi.lega.quòd si fiat legatum fratri talis Abbatis, an intelligatur de fratre religionis, an verò de fratre sanguinis, concludunt, vt intelligatur de fratri naturali: quia ita vulgus
d intelligit. Et ita est communis vsus loquendi, [d] qui attendi

ADDITIONES.

a ¶Fratris.Adde Alex.de Imo.consi.85.incip.animaduersis optimè.in 3. colum 4.volum.
b ¶Continetur soror.Limitat Pau.de Castr.consil.311.incip.hæreditas præsumpta.& in statu.iuris communis correct.de quo tamen vide Franc. Cur.senat. consi.9.col.2.& 4. PVRPV.
c ¶Tertij ordinis.Alex.lib.4.consi.15. Cur. senior consil. 9. Ticinensi. colu. 4 versi.2. PVRPV.
d ¶Loquendi.Adde Barto.in l.1.ff.de suis,& legi.in l.1.C.de iuram.cõf.Matthæ. no.116.

tendi debet,iuxta l.liberorum.§.quod tamen. ff. de leg. 3. Bald. in l.Labeo.§.idem Tubero ff.de supp. lega. Et sic ex istis habes primam limitationem ad dictam regulam, quod appellatione fratris venit soror.verũ est,soror propria,& carnalis ¶ † Secundo limitat Bald.hic in 1. not. nisi ex coniecturis aliud præsumi debeat. [a] Allegat l.si quis seruum.§.si inter duos.ff. de lega.2.& plus non dicit.Melius facit text. l. Lucius. §. quæsitum. in verbic.nisi aliud testatorem probetur sensisse.ff. de leg. 3.& licèt Bald.aliter non declaret, tu declara per optimum exemplum,quod posset frequenter in practica euenire. Si testator dicat, Relinquo feudum fratribus meis:& volo, quòd perpetuò remaneat in familia mea:apparet clarè, quòd testator non intellexit de sororibus,ex quo non sunt de familia sua.¶ Item ad de aliud notabile exemplum. Nam pone, quòd testator instituit filium suum heredem: & si decederet sine filijs legitimis, & naturalibus maribus vel nepotibus legitimis,& naturalibus ex fratre,vel fratribus,certè appellatione nepotum ex fratribus non continebuntur ex sororibus, propter illud ver. maribus, in præcedenti parte, ne plus videatur tributum nepotibus ex fratre,quàm filiabus filij sui;contra l. si viua mater. C. de bon. mater. Ita no.tenet Raph.Cum.in consi.127.incip.in testamento.in 1.col.¶ Tertiò limitat istam regulam Ray.de Forl.vt procedat,quando profertur à lege. [b] Secus si ab homine, & male:& cum reprehendunt Ang.& Pau.de Cast.hic,per l.Lucius. §.Seia.ff.ad Trebel. l. Lucius. §.quædam prædia.ff.de legatis 3. ¶†Quartò limita,quando ageretur de extensione odij: puta si Rex,vel Princeps scriberet Potestati, quòd faceret decapitari aliquem,& fratres suos:tunc non comprehenderentur sorores.Ita tenet Pet.de Anch. in commento. c. canonum statuta. de consti.circa medium.in ver.dico filijs, & nepotibus &c. refert.Adde bene facere simile, quòd in materia odiosa masculinum non continet fœmininum. l. 1. §. sed si incertum. & ibi Barto.ff.de ven.in pos.mit.Barto.in l.1.ff.de verbo.significat. & in l.1.in princ.ff.de pecu.& in consi. suo.54. quod incipit,Ang. Macie habebat vnum filium.glo.in cap.generali.de elect. in 6. Dom.Franc.de Aret.in consi. 39.quod incipiẽ.in facto dicitur contigisse.Sed tu aduerte,quod egregiè consuluit Raph. Fulg. in consi. 52.quod incip. super eo de quo primo loco quæritur. ad fi.quòd lex.si magnum.C.qui accus. non pos. quæ est pœnalis, & punit: puta pœna exilij fratrem accusantem fratrem, de magno,& capitali crimine, comprehendit etiam sororem per regulam huius legis:quia appellatione fratris venit soror. ¶Secundo:quia si repellitur frater, multo magis debet prohiberi soror: cùm mulieres regulariter ab accusationibus repellantur.l.Senatusco.C. qui accus.non poss.¶ Tertiò allegat tex. in l.falsi.C.de fals.vbi in crimine falsi cum muliere coniunctissima permittitur,vt possit ciuiliter, & non criminaliter inquirere.Sed tu aduerte,quòd ista fundamenta Fulgos. [c] bene probant,quòd soror repellatur ab accusando fratrem. & in hoc verum dicit, sed quòd in accusando soror incidat in pœnam exilij,de qua loquitur d.l.si magnum.non credo,quòd bene dicat:nec fundamenta sua istud probant: & in contrarium facit limitatio, quam dixi. Et hoc puto verum duplici fundamento. † Primo,quia in pœnis debet liquidissimè constare: vt est tex.solen.in l.in testamento,la prima,ff.de condi.& demonstr. quem pro singulari ad hoc allegat Bald.in vsib.feud. in cap. 1. quãdo proprie. prine. Secundo: quia in pœnis mitior pars ad absoluendum est tenenda.l.sanctio legum.& l.interpretatione. ff.de penis. ¶†Quintò limitat Pau.de Cast. hic dictam regulã, vt procedat,quando profertur in plurali, vt fratres: tunc bene continetur soror,vt hic.Secus si in singulari:cùm ista vocabula sint diuersa.Sequitur Dom.Alex.in prælleg.consi. 667. Sed tu pondera in contrarium,quòd glo. 1.& Barto.hic loquuntur in singulari:& dicunt no.quòd fratris appellatione soror continetur.Ita etiam in singulari loquitur glo. in l. Lucius. §.quæsitum.ff.de leg 3.& l.Lucius.§.Meuia.ff.ad Treb. ¶†Sextò limita [d] singulariter,secundum Pet.de Anch. hic referentem se ita consuluisse, quando per statutum ciuitatis fratres, & sic masculi excluderent fœminas à successione fratris. Nam si pater fecit mentionem de fratribus, non venirent sorores:quia verba testatoris recipiunt intellectum ex dispositione statuti. Istã decisionem refert,& sequitur Dom Alexan. in l. hæredes mei. §.cum ita.in 8.colum.ff.ad Treb.& in l.Gallus.§.1.in fi. ff.de lib. & posthum.& in consi.127.quod incip. viso testamento dicti Io.Do.And.in 1.vol.Bar.in repe.rub.C.qui admit.in 96.colum. ¶†Septimò tu limita,quando in aliqua materia fieret mentio discretiuè de per se de fratre,& de per se de sorore:tunc appellationis fratris non continetur soror: quia expressum facit cessare præsumptum.l.si ita ff.de liber.& posthum.l. clemens patronus.ff.de hæred.instit.& ita in simili dicit Bald. in l.in multis.ff.de statu homin. ¶†Octauò not.limita in officijs, [e] vnde

e si testator dicat, Relinquo fratres meos executores mei testamenti,non intelligitur de sororibus.l.cuius bonis.ff.de cura.furio.cum fœmina habeat inualidum consilium:sicut nec intelligeretur de pupillo,cùm habeat consilium imperfectum. l. fina.C.de legi.tuto. Ita singulariter limitat Bald.in capitu.ad audientiam.in fin.de rescript.Facit,quod vult Bald. in l. 1. in vlti. colum.& in l.fi.C.qui admit.quòd si statutum disponit, quòd in contractibus minorum,debeat interuenire auctoritas duorum coniunctorum,non comprehendit fœminas coniunctas: quia consilium,& authoritas propriè est virorum,& non mulierum.l.quidam decedens.§.Papinianus. ff.de administr. tuto.
15 Melius facit l.1.in fine.& quod ibi Bald.ff.de legibus. ¶ † Nonò limita,nisi ex coniecturis verisimilibus probetur aliud testatorem voluisse: puta, quia testator instituit filium suum hæredem:& si decesserit sine filijs legitimis, & naturalibus, vel sine nepotibus legitimis,& naturalibus ex fratre vel fratribus. Certè ibi appellatione nepotum ex fratribus, non continebuntur nepotes ex sororibus,propter illum versicu.maribus, positum in præcedenti parte: ne plus videatur tributum nepotibus ex fratre,quàm ex filio. Ita not.tenet Rapha. Cuman. in consilio 127.quod incipi.in testamento.in prima columna. Bene facit text.in l.si viua matre.circa medium, in versicu. ne deteriores nepotibus filij deprehendantur.C.de bon.mat.Facit.l.Publius.
16 §.fina.ff.de conditio.& demonstra. ¶†Quid autem si in statuto, vel alia dispositione fiat mentio de fratribus, de quibus intelligi debeat? Respondet Pau. de Castr. hic, quòd intelligitur de carnalibus,qui sunt in primo gradu de iure canonico, & in secundo de iure ciuili,non autem de fratribus patruelibus, idest de filijs duorum fratrum, licèt etiam ipsi appellatione fratrum largè contineantur. Allegat Barto. in l.Lucius. §. quæsi-
17 tum.de lega.3.†Aduerte,quòd ista doctrina non satisfacit, sed requirit altiorem indaginem. Nam in iure nostro fratrum sunt quinque species.Aliqui sunt coniuncti vtrinque, idest nati ex eodem patre,& ex eadem matre: & isti sunt propriè fratres. Authen.post fratres,& Authen.defuncto. C. de suis & legiti.Alij sunt fratres germani,vt qui nati sunt ex eodem patre, & sic ex eo.germine, tamen diuersis matribus. l. lege duodecim tabu.& ibi Bald.C.de legib.hæredibus.Alij sunt vterini nati ex eadem matre, sed diuerso patre. Et istæ tres primæ species fratrum sunt de primo gradu adinuicem de iure canonic. Alij sunt fratres patrueles,idest filij duorum fratrum. Alij consobrini, idest nati ex duabus sororibus, text.est in §. tertio gradu.& in §. quarto gradu.Institu.de gradi.& isti sunt de iure canonico in secundo gradu,de iure ciuili in quarto.An ergo statutum loquens de fratribus, intelligatur in omnibus istis speciebus? Est ampla materia:& Barto.in d.l.Lucius.§.quæsitum, dicit quòd non. De quo per Bald. in l. iubemus. §. fina. C. ad Trebel.& in capitu. quæ in ecclesiarum. in 19. colum. de constitu.& in capitu.primo. de feud.Marchiæ.& in l.vxor. C. qui accusa.non possunt.& in multis locis.per Angel.& Imo.in l. si dotali.ff.soluto matrimon.Ludo.& Moderni in l. 1.C. de succes.edi.& omnino vide Alexan. referentem quid iuris in omnibus dictis casibus in consilio 239. in secundo volum. incip. Viso themate supra scripto,& statuto ciuitatis Imolæ Io. tamen Andr.in addition. Specu. in titu. de succes. ab intesta. super rubr.mirabiliter tenet,quòd in statuto loquente de fratribus, etiam comprehendantur fratres patrueles: & sequitur Bald. in l.scimus.in princip. C. de inofficio. testamen. Tamen
* illa decisio *communiter reprobatur*,& contrarium tenet Barto. in
f d.l.Lucius. §. quæsitum: [f] quia tales non dicuntur fratres simpliciter,sed cum illa qualitate patrueles. Ergo nõ propriè sunt fratres: sicut cùm dicimus,Homo mortuus,vt tenet Pau. hic, & Bald.in capitu. 1.de feu. Mar. & Angel. in Authen. matri & auiæ. C. quando mul.tute. offic. Angel. in l. 1. C. de inofficio testa.

ADDITIONES.

a ¶Præsumi debeat. Curt. sen. consilio 9. colum.4.versicu.2.Alexand. 1.libro consi. 127. PVRPV.

b ¶A lege. Alexan.lib.4.consil.85.incip.animaduersis.colum.2. vbi aliter ampliat. PVRPV.

c ¶Fundamenta Fulg.Pro Fulg.facit,quia masculinum à lege prolatum in materia continente pœnam rationabilem comprehendit fœmininum. l. si quis id quod.ff.de iurisd.omn.iud. PVRPV.

d ¶Sexto limita.Adde Iaf.in l.omnes populi. col.6.ver.Ego cõfirmo.in lectura Papien.ff.de iustit.& iur.Alex.lib.4.cons.15.& in l.si quis id,quod.col.2.supra de iurisd.omn.iud. PVRPV.

e ¶In officijs.Pro hac vide no.Alex.lib.2.consi.23.incip.animaduersis.columna 10. PVRPV.

f ¶De quo plenè habetur per Gabriel.comm. opi.lib.6.tit.de verb.sig. concl. 6.nu.28.& seq. PANCIR.

18 testa.¶†Quid autem, si statutum disponat, ꝙ stantibus fratribus defuncti, soror non admittatur, sed debeat dotari, an intelligatur de fratribus vtrinque coniunctis, an etiam de consanguineis?habes per Ludo. in consi. 411. inci. Quatuor sunt, quæ refragantur.vbi concludit,quòd etiam intelligatur de fratribus consanguineis.¶Quid autem si statutum disponat, ꝙ existentibus fratribus filia dotata non succedat patri, an intelligatur etiam de fratribus filię,an etiam patris,qui sunt patrui? Est alia quæstio,pono in l.1.C.de succes.edi. ideo hic non tan-
19 go.¶†Secundò not.ex hoc tex.ibi.Qui absentes erant, secundum Bald.quòd ex absentia præsumitur ignorantia, alleg. etiã l.fina.ff.de decre.ab ord.fac.Adde quod not.Bald.in l.planè.per illum text.ff.de excus.tuto.quòd ille,qui est in exilio, non præsumitur scire ea,quæ fiunt in ciuitate. Idem si voluntariè ab-
20 est.d.l.fina.ff.de decre.ab ord. fac.†Et ex hoc no.Bal.arg.ꝙ bãna generalia ciuitatis non ligant bannitos, quia præsumuntur ignorare:quod valde not.quia frequentissimè occurrit.¶Tertio pondera text.ibi competat actio. Nam tex. non declarat, quæ actio competat.Intellige famil.ercis.vel communi diuid.
21 vel rei vend.l.si filium.§.familiæ.ff.famil.erciscun.¶† Quarto pondera tex.in versic.transegerunt, secundum Barto. & alios: quòd diuisio dicitur esse transactio.Facit l.qui Romæ.§.fi.ff.de verbo.oblig.Istud tamen potest esse propriè,& impropriè. l.di-
22 uisionis placitum.infra eod.¶†Vltimò no.in fi.l.quòd pactum de non petendo,licèt dolo malo debitoris factum, tamen producit exceptionem,ita quòd opus est replicatione. In contrarium fortiter vrget:quia pactum dolo initum est ipso iure nullum.l.iurisgentium.§.prætor ait.supra eo. Sed aliter quã Fulg. hic dic,vt per gl.& Doct.in l.sub prætextu instrumenti.in vers. sanè.C.de transac.in gl.in ver.cauerunt.Et omissa opi.Bar.hic, & in l.tale pactum,in prin.ĩ.eod.vbi dicit,ꝙ pactum debet esse de futuro, tu collige ex gl.quòd in isto tex. fratres non solùm diuiserunt,sed etiam cauerunt,ideſt promiserunt aliquid non petere de hæreditate matris,quia ex sola diuisione nulla obstaret exceptio, nisi etiam interuenisset promissio de non petendo,ex qua est causata exceptio pacti. Sed contra glo. obstat.l. tale pactum.in princ.ĩ.eod.vbi sola confessio habet vim pacti: dicunt Doct.sustinendo gl.quòd ibi loquitur,quando pactum fit in actione personali, in qua si confiteor te non esse debitorem meum, videor facere pactum de non petendo, vt ibi, si sciebam te esse debitorem meum,secus si ignorarem.l.1. C. de falsa causa adiec. leg.Secus in actione reali,vt hic:quia licèt cõfitear te non esse debitorem meum,dico veritatem:quia in realibus non es propriè debitor.§.1.Insti.de actio.Ideo non obstãte ista confessione, possum agere actione reali, & probare de dominio.l.cum fal.C.de iur. & fac.igno. Sed si vltra confessionem facerem etiam pactum de non petendo,procedit glo. & lex nostra.Nam si feci scienter mihi præiudico:si autem ignoranter:& tunc si intercessit dolus tuus:tunc bene mihi præiudico ipso iure, quia tibi competit exceptio pacti de non petendo,sed ego habeo replicationem propter dolum tuum, vt isto tex.Et ista est mens glo.& Doct.ita tenent Bar.Albe.Ange. & Pau.de Cast.hic.licèt Iacob.Butr.Bald. & Fulgos. reprehendant:quia non potest assignari ratio diuersitatis. Tu assigna vltra prædicta secundum Alber.in prima oppo.quia in personali confessio emanat super eo, quod pendet à voluntate partium,non sic in reali,seu in dominio.l. si quis vi. §. differentia. ff.de acquir.possess.l.eum falsa.cum glo.C.de iure & fac. ignor. Et ad verbum cauerunt, declaratum vt in gloss. adde text. in l.epistola.in princip.& ibi ad hoc not.Fulgos. infra eod. ¶Glos. fina.diuiditur in tres.In prima assignat rationem ad text. In secunda opponit,& dupliciter sol.Et ista glo.est valde magistralis,& signanda. In tertia etiam oppo.& dupliciter solu.Secunda ibi,sed contra C.de transactio. Tertia ibi, item adhuc contra.¶In eadem gloss.ibi. Tunc alteri rei,vel personæ non præiudicat.Limita secundum Iacob.Butrig.Barto.& Ang. nisi alia res sit de appenditijs.l.si tibi.vbi Bartol. & Doctor. C. de iudic. Bartol.in l.Aurelius.§.Caius. circa finem.ff.de liber. legat. bona gloss.in capitu.accusatus,in verbo iudicari. de hæret. in sexto. ¶In eadem glossa ibi, quando aliquid est subtractum, addit Bartol. quòd idem esset, quando remansisset aliquid sine dolo: quia illud non videtur remissum,per l.ei cui. ff. de liber. legat.& malè dicit contra l. sub prætextu specierum, allega. in gloss.secundum Fulgos.& Paul. de Castr.hic. Nec obstat. dicta l. ei cui. quia loquitur, quando fit quitatio super actione singulari: puta super actione locati,hic quando super vniuersali.¶In eadem gloss.ibi,restringitur ad speciem petitam.Istud procedit in transactione:secus est in pacto. gloss. est ordinaria, in l.emptor.§. Lucius.infra eodem,& ibi dicetur. An sit vera, ponit Barto.in l.si de certa.C.de transactio.& Angel. hic. ¶ In vltima parte gloss.habes duas solutiones ad dictã l.qui Romę. §.fina.quæ an veræ sint, ibi plenè disputatur. Tamen ille text. nihil facit ad propositum, quia fundamentum huius legis stat in dolo,qui non est ibi. Iason Paduæ.

SVMMARIVM.

1 *Mandaui debitori meo,vt centum,quæ mihi debet, det Titio: Debitor acceptauit mandatum,& in libro rationum suarum scripsit se debitorem Titij, nunquid creditor possit reuocare illud mandatum?*
2 *Exceptio ex pacto ita habet locum,sicut si traditio fuisset secuta,quando non stat per eum,cuius gratia fuit appositum.*
3 *Contractus ad hoc vt dicatur innominatus, oportet quòd statim agatur,vel detur,vel fiat vtrunque.*
4 *Pœnitentiæ locus est in contractibus innominatis re integra.*
5 *Si apparet vendicantem esse dominum,competit ei rei vendicatio,quamuis reus non possideat.*
6 *Creditori volenti quando aliud pro alio soluitur, debitor liberatur ipso iure.*

LEX XXXVI.

SI cùm fundum. Pactum quod rẽ meã,quam possides,alij tradas, facit vt secuta traditione,mihi vendicanti obstet exceptio.Idem,si traditio non est secuta, quando non stat per eum, cuius gratia pactum fuit appositum.hoc dicit.¶Legitur in glo.duobus modis. Primò, ꝙ factum fuerit pactum liberatorium de fundo apud liberatũ existente,vt alteri traderetur.Et ista est vera lectura. Secundò, quòd pactum liberatorium fuit factum de quodam alio debito,si liberatus traderet fundum alteri. Et ista lectura non congruit literæ,quæ dicit,vendicantem à te fundum. ¶Not. primo,quòd pactum de re mea per te possessorem alteri tradenda,secuta traditione,parat exceptionem. ¶† Circa istum text. adde quod pulchrè decidit Ioan.And.in addi.Specu. in titu.de depos.super rubri. vbi quærit. Pone, quòd mandaui debitori meo,vt centum quæ mihi debet,det Titio:debitor acceptauit mandatum,& in libro rationum suarum scripsit se debitorem Titij:nunquid creditor possit reuocare illud mandatum? Et determinat,quòd si denunciauit Titio, & Titius fuit contentus,non potest reuocare:quia est perinde ac si ei tradidisset, cũ sit illi obligatus.argumen.l.si ego.ff.de nego.gest.aliàs secus: & istam decisionem Pau.de Castr.reputat tenendam menti,quia casus quotidianus est.Adde bonum text.in l.vtrum. ff.de consti. pecu. & in l. si quis prohibuerit. ff. de public.& in l.si mandassem.ff.manda.†Secundò nota, quod quando non stat per eum, cuius gratia pactum fuit appositum, ita habet locum exceptio ex pacto,sicut si traditio fuisset secuta. Contra istum tex.opponitur à partibus enumeratis. Aut vis dicere, quòd hic fuit mandatum,& re integra potest reuocari. l. mandatũ. C.manda.l. si Cornel.ff.de solutio.Aut vis dicere,quòd sit contractus innominatus, & adhuc fortius re integra in contractibus innominatis sola oblatio non sufficit, quin sit locus pœnitentiæ,vt est gloss.singul.in l.iurisgentium.in princip.in gloss. in versicu.vt aliquid facias.in fine.supra eodem.Difficile videtur soluere ista contraria. Ideo Petr.de Bellapert.dicit, quòd ista l. si cùm fundum. destruit totum mundum. Sed ad primam partem argumen. respondet, quòd quando mandatum fit gratia debitoris mandatarij,non dicitur mandatum, sed cõstitutum.l.2.§.fina.ff.manda.Sed quia istud constitutum debet explicari de re mandantis, ideo habet vim pacti, quod reuocari non potest, si pro parte non stat, vt hoc text. secundum Doctor.Adde, quòd Bald.in rubric.extra eod.in 1.colum.in fi. dicit,quòd hic est text.qui non reperitur alibi in iure. Quod si paciscor,vt alteri des rem meam, si tua interest illi dare, habet vim irreuocabilis mandati, si paratus es dare. Ad secundum argumentum respondet, vt latè dicetur nunc in gloss. ¶Capio ergo gloss.1.Et aduerte, quòd ista glo. pertinet ad secundum casum huius l. ideo melius fuisset posita in fin. & facta est timore contrarij, quod secundo loco supra firmaui. 3 †Ex ista gloss.not.Barto.& omnes Doct.indifferenter, quòd ad a hoc, vt dicatur contractus innominatus, [a] oportet vt statim agatur,vel detur,vel fiat vtrunque,secus si ex interuallo. Ideo sicut interuallum vitiat contractum nominatum.l.continuus. in princip. ff. de verborum obligation.ita etiam vitiat contractum innominatum,vt hac glo.Et istam gloss. reputat ad hoc sing.

ADDITIO.

a ¶Innominatus.Adde Bar.in l.iurisgentium.in prin.ff.de pac.gl.& Doc.in rub. de transac.extra.

sing. Pau. de Cast. in l. si pecuniam. in prin. ff. de condi. ob causa. Mihi videtur, q̃ Doc. nimis subtilizauerint super ista glo. & q̃ eius intellectus non fuerit iste, quem dicunt Bar. Ang. Fulgos. Pau. de Cast. & communiter alij, quia de interuallo, aut de incontinenti in gl. nullum verbum, sed gl. habuit notabiliorem intellectum, & verum. Quod ad hoc, vt in contractu innominato re integra habeat locum pœnitentia, per d. l. si pecuniam. in prin. requiritur, quod sit contractus innominatus reciprocus, vel respectiuus, & sic vltro citroque obligatorius. Quo casu necessario cadit in alteram speciem de illis quatuor enumeratis in l. naturalis. ff. de præscr. ver. prout fuisset hic, si dominus tradidisset fundum tibi, vt eum traderes Titio, quo casu fuisset contractus innominatus, facio, vt facias. Sed in hoc text. fuit simplex conuentio, quòd fundum, quem possidebas, traderes Titio, ideo non potest dici contractus innominatus reciprocus, ideo si Titij gratia factum est, non habet locum pœnitentia. Ista fuit propria, & vera intentio huius gl. & isto modo visi sunt intellexisse, licèt non ita clarè, istam gl. Imo. & Lud. Ro. in l. hoc iure. §. si quis dederit. ff. de dona. & ita in animo debebat intelligere Pau. de Ca. hic, licèt vtatur verbis magis alienis. Idē in effectu tenet Bal. in l. iurisgentium. in 3. q. s. eo. Bene facit, qa contentio nuda simplex est efficacior, quam res, vel pecunia, nam ex prima oritur actio - de iure cano. c. 1. & 3. extra eo. sed ex secunda non, nisi secuto implemento, etiam de iure cano. secundum Bald. in l. cum quis. in 9. colum. C. de iur. & fac. igno. in l. sine apud acta in 2. col. C. de transac. Angel. de Aret. in §. in personam. in 1. colum. Insti. de actio. Et si dicis, attenta ista ratione indistinctè non deberet esse locus pœnitentiæ, quod est contra tex. Respondè, quòd prædicta procedunt in conuentione nuda simplici: puta in pacto nudo, in quo nemo diceret esse locum pœnitentiæ: aliàs pactum nudum non haberet effectus, qui enumerantur in l. ex hoc iure. supra de insti. & iur. sed in hoc tex. conuentio fuit modalis, vt traderet: ergo debet distingui, vt in gl. ¶ Vltra † glo. ad opp. prædictam Bald. dupliciter respondet. Primò, quod regula, quæ habet, quòd in contractibus innominatis re integra locus est pœnitentiæ, procedit nisi contractus innominatus tendat ad liberādum, vt hoc tex. fauore liberationis, l. quamuis. C. de transac. Imo. in d. l. hoc iure. §. si quis dederit. in discursu sermonis, licèt de Bal. non faciat mentionem, istud reprobat, quia secundum dictam. l. quamuis. indistinctè nunquam deberet esse locus pœnitentiæ: & tamen in hac l. fin. distinguitur. Sed Bal. in lectura antiq. subtilius respondet, quòd d. l. quamuis. habet locum, quando conuentio statim liberabit: hic autem non veniebat liberandum p pactum, sed per solutionem faciendam de re ipsius pacisentis. Et ita refert respondere Petr. de Bellaper. in l. si mandassem. ff. manda. ¶ Secundo modo respondet Bal. hic, q̃ in contractib. innominatis locus est pœnitentiæ, verum est re integra: sed hic res non est integra: ex quo per eum non stat, quia licèt in contractibus innominatis sola oblatio non sufficiat, vt tenet d. gl. sing. in d. iurisgentium. in prin. Limitat singulariter Bal. p istū tex. nisi contractus innominatus tendat ad liberandum: qa tūc oblatio habet vim implementi, vt hic. ¶ Vltimo (vt nihil omittatur) Bar. hic in fi. dicit, quòd illud, quod gl. vult, in contractib. innominatis esse locum pœnitentiæ, fallit fauore dotis. l. si ego. §. 1. ff. de iure dot. Bar. in l. 2. §. si pecuniam. in fi. de dona. Bal. in l. sicut. ad fi. C. de actio. & oblig. & in l. mandatum. in 2. colu. C. mand. & in l. cum à socero. in vlti. col. C. de iure dot. & in ca. 1. ad fi. qui feu. dare tene. vbi reputatur d. l. si ego. §. 1. esse ad hoc sing. & bene declarat illum tex. eum etiam reputat sing. Ludo. Rom. in repet. Auth. simpliciter. C. ad l. Fale. in 11. speciali piæ causæ inter contractus. Pau. de Cast. in d. l. si pecuniam. in prin. vbi plenius dixi. ff. de condi. ob cau. ¶ Capio glo. in verbo à te, quam diuide in tres partes princip. In prima declarat tex. In secunda contra primum casum tex. oppo. & dupliciter solu. Ex quibus solutionibus colliguntur duo intellectus ad istum tex. In tertia prosequitur secundum casum tex. Secunda ibi, sed si
5 tradidit. Tertia ibi, secundus est. ¶ † In ead. gl. ibi, non actionis,
6 sed intentionis. *Istam solu. tenent omnes.* & sic verba tex. ibi, conuentionis exceptione, prout referuntur ad primū casum tex. ponuntur impropriè: prout verò referuntur ad secundum casum, stant propriè, & sic diuersimodè, prout etiam in l. 2. vbi glos. ff. de offic. procons. & lega. licèt omnes ita transeant, tamen quia fit violentia literæ, tu subtilius considera, q̃ etiam in primo casu tex. stat propriè. Quia licèt reus non possideat, tamen habet actor actionem rei vendic. quæ fundatur in suo dominio, licèt exercitium effectualiter non competat contra non possidentem. Istud probatur optimè in l. si à re. §. primo. ff. de exceptio. rei iudic. iuncta glo. quam Bald. alibi reputat singul. in rubri. extra de re iudic. in 2. colum. vbi probatur, quod quando apparet vendicantem esse dominum, fertur sententia pro eo declaratoria dominij: & reus etiam absoluitur: quia non possidet: tamen mittit executioni contra eum licèt absolutum, si postea possessio ad eum peruenit. & ita tenet Barto. in l. is, qui se obtulit. ff. de rei vendi. Bald. ib l. 1. C. fami. erciscū. Cano. præcipuè Ioan. de Imo. in capitu. examinata. de iudi. Ergo cum ratione dominij sibi competat actio, apparet, quod in isto text. exceptio conuentionis est propriè exceptio, quæ præsupponit actionem, non autem est exceptio intentionis. ¶ In eadem glo. ibi, vel dic, quòd de alio quodam debito. Ista secunda lectu. glo. non conuenit literæ in versicu. venditum à te fundum. quæ loquitur de eodem fundo, & non de alio de-
6 bito. Ideo ista lectu. est in se vera & not. † ex qua not. Bartol. & Docto. quòd licèt quando aliud pro alio soluitur ipsi creditori volenti, debitor liberetur ipso iure. Insti. quib. modis tol. oblig. in princip. & §. si quis alij. institu. de inutil. stip. Tamen quando aliud pro alio soluitur alij, quam creditori, licèt de voluntate creditoris, non inducitur liberatio ipso iure, sed ope exceptio. vt hac glo. per quam ita limita iura prælleg. & est tex. in l. fina. §. si cùm mihi. vbi gloss. & Barto. ff. de verbo. obligatio. & in l. obligationum ferè. §. accessio. in fin. & ibi glo. ff. de actio. & oblig. not. Dom. Math. in not. 112. Et isto modo etiam limita text. in l. qui hominem. §. stipulatus sum decem. ff. de solutio. Paſon Paduæ.

ADDITIO.

a ¶ Oritur actio. Adde Bar. in l. fideiussor. §. pro certo. ff. de fideiuss. Bal. in Auth. ad hoc. C. de vsucap. Ang. in repe. l. si certis annis. C. de pac. Inn. in c. nouit. de iudi. Archi. in c. sunt nonnulli. 1. q. 1.

SVMMARIVM.

1 *Administratores reipublicæ non possunt per pactum debitum liquidum remittere.*
2 *Administratores reipublicæ an possint facere confessionem de recepto.*
3 *Confessioni procuratoris non statur in præiudicium domini.*
4 *Debitum quando est liquidum, non potest administrator faciendo præiudicare reipublicæ.*

LEX XXXVII.

1 IMperatores. Administratores reipublicæ non possunt quē pacto gratuito liberare. hoc dicit. ¶ † Not. quòd administratores reipub. non possunt per pactum remittere debitum liquidum. Sic non possunt tunc transigere, vt hic in glo. Secus, quando debitum non esset liquidum. l. præses. C. de transact. & l. tutores, cum glo. supra eodem, dummodo non fingatur lis, vbi non est l. cum hi. §. si cùm his, & ibi no. Barto. supra de transactio. Et ex hoc dicit Angel. se semper dixisse, quòd nullus administrator, siue publicus, siue priuatus potest compromittere in arbitratorem de iure, & de facto: licèt enim arbitramentum sit quædam transactio, vt est glossa in §. si vero. in Authen. vt differ. iudic. & isti administratores habeant potestatem transigendi, vt dixi, tamen nihil possunt transigendo gratis remittere, per gloss. hic, & in l. tutoris. supra eodem, sed compromittendo de iure, & de facto, administrator concedit potestatem gratis auferendi de iure debitum. ergo non potest. Sed in hoc Angel. malè loquitur, quia ista potestas non censetur esse gratuita, cùm ita possit esse vtilis, sicut & damnosa: & sic tantum posset consequi, sicut & perdere: ergo non continet grauamen alicuius partis. argument. l. si pater puellę. C. de inofficio. testamen. & l. de fideicommisso. C. de transactio. Ita tenet Raph. Fulgos. hic, licèt dubitatiuè loquatur. Sed istud contra Angel. firmat Domin. Alexan. in d. l. de fideicommisso. & in l. transactionis. vbi etiam Pau. de Castr. de transactio. Barto. in l. mandato generali, ad fin. vbi etiam per
2 Angel. & Modern. ff. de procura. † Aduerte tamen, quod licèt administratores reipub. non possint debitum liquidum remittere, vt hic: possunt tamen confessionem facere de recepto: & talis confessio præiudicat reipub. l. ne casu. C. de discuss. libro decimo, l. 2. circa finem. C. de quadrien. præscript. gloss. in l. in contractibus, in principio. C. de non numerata pecunia. Angel.
3 & Paul. de Castr. hic, † licèt secus sit in confessione procuratoris alicuius priuati, cui non statur in præiudicium domini. l. nō abstulit. C. de noua. l. 1. §. si mutuam. in fin. ff. si quid in frau. pat. Barto. & alij in l. 2. §. fina. cum concordan. ff. si cert. petat. ¶ Capio glo. 1. quam diuide in tres partes. In prima ponit, qualis debeat esse litera in tex. In secunda respondet tacitæ qō. In tertia opp. contra tex. & dupliciter soluit. Secūda est ibi, & hoc in pa
4 cto. Tertia ibi, sed videtur valere. † In tertia parte mīde clarius

ſecundùm Doc.hic,& in l.præſes.C.de tranſac.q̃ quando debitum eſt liquidum,non poteſt adminiſtrator remittendo p̃iudicare reip. vt hic: ſed bene negligendo, ſicut in prælato,vt patet in d.c.de quarta.de præſcr.in l.fi. & Auth. quas actiones. C.de ſacroſan.eccl.& l.fi.§.ſi quis profeſſus.cum gl. & ibi Bart. & Imo.ff.de publi.Item vide,quod decidit.Spe.in tit. de loc.§. nunc aliqua.in verſic. 81.

SVMMARIVM.

1 *Iuri publico non poteſt pacto priuatorum derogari.*
2 *Iuri priuato an poſſit regulariter renunciari.*
3 *Annullatiua clauſula vbicunque apponitur, illud cenſetur inductum pro forma.*

LEX XXXVIII.

IVs publicum. Glo.magna diuiditur in duas partes. In prima exemplificat tex.quinque modis, vt patet ex legibus in ea alleg.In ſecũda,quæ eſt ibi,ſed cùm ius publicum,format qõ.Tu vide per te doctrinam,quã tradit Bar.& de verbo ad verbum etiam ponit in l.pen.vbi dixi C.eo.vbi Bal.Sali.& Fulgoſ. formaliter etiam ſequuntur.per gl.& Doc.in c.ſi diligenti.de foro compe.per glo. ſolennem in §.quia verò.in Auth.vt ma.debi latè Spe.in tit.de renun. & cõclu.§.1.¶Sed vt iſtam materiam clarè,& nitidè habeas, conſi-
a dera duos caſus principales.Aut loqueris in iure publ. [a] Aut in
1 iure priuato.†Circa primum fac regulam, q̃ iuri pub.non poteſt pacto priuatorum derogari,vt hic, nec cum pacto publicarum perſonarum.l.2.§.ius reip.ff.de admi.rerum ad ciui.perti.& l.2.C.de conuen.fiſci debi.lib.10.Intelligitur autem ius publicum altero de quatuor modis.Primo.i.ius naturale,vel ſanguinis.l.ius autem agnationis.s̃.eo.& l.abdicatio.C.de patr.pote.Secundò illud, quod publicam vtilitatem principaliter reſpicit,puta q̃ delicta puniantur.l.ita vulneratus.ff.ad l. Aquil.l. licitatio.§.quod illicitè.ff.de pub.Tertiò,illud quod ius reip.tangit.l iuriſgentium.§.ſi paciſcar.cum ſim.s̃. eo. Quartò vbicunque lex diſponit dando formam, vel ſolennitatem actui.l.teſtamenti factio.ff.de teſt.l.nemo poteſt. ff. de leg. 1.l.1.§.ſi quis
2 ita.ff.de ver.oblig.l.prolatam.C.de ſent.¶† Circa ſecundum in iure priuato,quod principaliter ad priuatam alicuius vtilitatẽ inductum eſt, fac regulam contrariam,q̃ ei regulariter poteſt renunciari,vt hoc tex.à contrario ſenſu.& l.paciſci.s̃.eo.iuncta regula.l.pen.C.eod.Fallit in quinque caſib. Primò, quando illud ius eſſet inductum propter imbecillitatem ętatis. l. iudex circunuento.ff. de mino.l.doli mali.verſi. diuerſum. ff.de nou. Secundò fallit, quando illud ius eſſet principaliter inductũ in odium alterius. l. tametſi vbi gl.magiſtr.ff.ad Macedon.Tertiò fallit, quando talis renunciatio induceret aliquid contra bonos mores,vel inuitaret ad delinquendum.l.ſi vnus.§. illud. & §.pacta quæ turpem.s̃.eo.Quartò fallit,quando eſt ius prohibitorium,gl.in l.1.& ibi Bar.C.ne fide.do.den.Bart. & Doc.in l. ſi conſtante.§.quoties.ff.ſol.mat.Bar.in l.ſi quis pro eo.4.col.ff.de fideiuſ.in l.Modeſtinus.ff.de noua.in l.de his.ff.de tranſac.Facit tex.in l.nõ dubium.in ver.prohibuiſſe.C.de legib. Bal. in Auth. imò.per gl.ibi.C.de act.& obl.& in l.quoties.C.de fideicõ.& in Auth.ſi qua mulier.& in l.quoties.C.ad Velleianũ. & in Auth. generaliter.in 2.no.vbi per illum tex.limitat.C.de epiſ.& cle.& in c.nonnulli.in 1.col.de reſcri.vbi per illũ tex. limitat alio modo Ang.in l.nullus.ff.de legi.Ideo ſtatuto prohibitorio renunciari non põt,ſm Bal.in l.fi.in 13.opp.C.de edic.diui Adri.tollẽ.
b Quintò fallit, vbicunque [b] in aliquo actu apponitur clauſula annullatiua:puta quia dicatur,ſi ſecus actum fuerit,ſit irritum & inane:tunc etiam de cõi conſenſu vtriuſque partis renunciari non poteſt,gl.eſt no.in c.ſtatutum.ad fi.in prin.in ver. cõmitatur.& in c.diſpendia.in ver.proceſſus.de reſcr.in 6.& eſt text. ſolennis.in c.dilecto.circa fi.in ver.niſi fortè.vbi Can. pro ſing. multum notant.de præben.Facit,quod vult gl.in l. à diuo Pio.
3 ff.de ritu nup.†Et eſt ratio, quia vbicunque apponitur clauſu-
c la annullatiua, [c] illud cenſetur inductum pro forma, ſecundũ Bal.Ang.& Moder.in l.1.ff.de lib.& poſthu.Pet.de Anch. in c. canonum ſtatuta.de conſti.in ver.quæro,ſi ſtatuto cauetur, q̃ notarij.Quaſdam alias limitationes potes colligere ex his,quæ dixi in l.pen.C.eo. Iaſon Paduæ.

ADDITIONES.

a ¶In iure publico. Amplia,vt nec per vnum ex his,qui ius condidit. Bar.conſ. 72.incip.Ex facto. col.fin. PVRPV.
b ¶Vbicunque. Adde Alex.de Imo.in l.cum lex.ff.de fideiuſ.in apoſtillis.
c ¶Annullatiua. Adde Vit.de Camb.in trac.clauſularum.

SVMMARIVM.

1 *Intentionem ſuam qui fundat, ſiue agendo, ſiue excipiendo, tenetur eam probare.*
2 *Maſculinum licèt concipiat fœmininum in vltimis voluntatibus, ſecus tamen eſt in contractibus.*
3 *Filiorũ appellatione licèt veniant nepotes in vltimis voluntatibus, non tamen in contractibus.*
4 *Lex iſta non procedit in beneficijs, vel priuilegijs.*

LEX XXXIX.

VEteribus. Conuentio ambigua, vel obſcura [a] nocet ei, qui potuit eã apertius ponere.h.d.concor.l. Labeo ſcripſit obſcuritatem.ff.de contrah.emp.l.quicquid aſtringendę.
1 in prin.l.ff.de verb.oblig.† Ratio eſt,quia ille, qui fundat intentionem ſuam,ſiue agendo,ſiue excipiendo, tenetur eam probare.l.2.j̃.de proba.l.actor quod aſſeuerat. C. eo. Sed probatio dubia nihil releuat.l.non hoc.C.vnde legi.cum ſimi. Hinc eſt, q̃ vbicunque probatio neceſſario non concludit, ſemper interpretatio fit contra probantem.gl.eſt in c.in preſentia.de proba.de qua facit feſtum,& reputat ſing.Bal.in l.quoties.§.ſi quis
2 ita.ff.de hære.inſti. ¶† Item per iſtam l. dixit Gul.de Suz. q̃ licèt in vltimis voluntatibus maſculinum concipiat fœmininũ.
b l.ſi ita ſit ſcriptum.ff.de leg. 3. tamen ſecus in ↄctib. [b] Et ideo ſi aliquis acquirit emphyteuſim pro ſe,& filijs, non veniunt filiæ fęminæ.Et ita refert,& ſequit Io.de Imo.in d.l. ſi ita ſit ſcriptum.& in commento.c.potuit.ad fi.de loc.in vlt.col. Dixi de
3 hoc in l.ſi quis id quod.ff.de iuriſd.omn.iud. † Item per iſtam l.dixit ſingulariter Bar.in l.liberorum.in 6 col.ff.de verb.ſig. q̃ licèt in vltimis voluntatibus appellatione filiorum veniant nepotes,prout ibi eſt tex.tamen ſecus eſt in contractibus:quia interpretari debemus ↄ eũ, qui debuit. legẽ apertius dicere, vt hoc
4 tex.de quo etiam dixi in d.l.ſi quis id quod. ¶† Limita iſtam l.
c vt procedat in pactis: [c] ſecus eſt in beneficijs, vel priuilegijs. l. ex facto.in prin.ff.de vulg.& pup.& ibi gl.3.& Bar.in 1.colu.ad fi.¶ Secũdò limita, per illud,quod ſingulariter decidit Io. And. in addi.Spe.in tit.de loc.§. 1.ver.quod ſi colonus. vbi omnino vide,quoniam eſt pulchra deciſ.¶ Capio gl.magnam in verbo legum,quam diuide in octo par. In prima timore taciti contrarij,gl.exponit tex.Nam priuati non poſſunt legem condere. l.fi.C.de leg.Poſtea glo.format quinque opp.7.ponit diſtinc.8. colligit ex hoc tex.no.Partes patent,& ad hanc glo.adde aliam in l.quoties.ff.de regu.iur. & gloſſ. in cap.ex literis.el primo, de ſponſa. Iaſon Paduæ.

ADDITIONES.

a ¶Vel obſcura. Amplia ad exceptionem obſcuram.Bar.in l.Titiæ textores.primo no.de leg.2.Secundo amplia ad contractus bonæ fidei. Iaſ. in l. ſi quis id quod.col.5.ver.13.& vlt.de iuriſd.omn.iud. PVRPV.
b ¶Contractibus. Adde Bal.in l.Gallus.ff.de lib.& poſthu.Io.de Imo. in l. quod dicitur.in 19.col.ff.de ver.oblig.Anch.in c.ſi quis ſuadente.17.q.4.Anton.de But.in c.in quibuſdam.de pœ.Pet.de Anch.in cle.1.de bap.Lud.Rom. conſi. 30.incip.Viſa facti ſerie.Io.de Imo.conſi.38.inci.In caſu præmiſſo.Alexã.de Imo.conſi.61.inci.Super eo de quo quæritur.in 1.vol.Alex.conſi.15.inci.Attentis verbis inueſtituræ.in 1.col.5.vol.idem Alex.conſi.1.incip.Ponderatis his quæ in themate præmiſſo narrantur. in 5. col.in eo.vol.
† Fallit quando maſculinum profertur à lege,quia tunc ſemper concipit fœmininum.Dec.in l.humanitatis.nu.11.C.de impub. BELLOT.
c ¶In pactis. Adde Iaſ.in l.ſi quis id quod. colum.5.in fin. de iuriſd. omn. iudic. PVRPV.

SVMMARIVM.

1 *Verba enunciatiua prolata ad liberandum, diſpoſitionem inducunt.*
2 *Confeſſio iſta, confiteor te non teneri, dicitur pactum.*
3 *Confeſſio facta extra iudicium, an habeat vim iudicialis.*
4 *Confeſſio ad liberandum non requirit cauſam.*
5 *Creditor quando confitetur ex cauſa tranſactionis, confeſſio non habet exceptionem non numeratæ pecuniæ, intra 30. dies.*
6 *Confeſſio obligatoria, an debeat fieri ex aliqua cauſa, & qua.*
7 *Præſentia ſola licèt in confeſſione liberatoria ſufficiat, tamen confeſſio facta ad obligandum etiam in iudicio, & in præſentia partium, ad hoc vt ſit valida, requiritur quòd expreſsè acceptetur per partem.*
8 *Perſona adiecta pacto, non facit pactum eſſe perſonale, quin tranſeat ad hæredes.*

LEX XL.

TAle pactum. Cõfeſſio creditoris negatiua debiti, quamuis relata ad perſonam debitoris, tamen continet pactum gñale,& in rem:ideo tranſit ẽt ad hĩdes. h. d.
1 No.j.q̃ verba enunciatiua prolata ad liberandũ, diſpoſitionẽ indu-

inducunt: si autem ad obligandum, obligationem non inducunt, sed bene eam probant. l. Publia. §. fi. ff. depos. contra quã admittitur probatio in cõtrarium. l. cum falsa. C. de iur. & fac. igno. sed hic non admittitur, cùm habeat pactum de non petendo. l. 1. C. de fal. causa adiec. ¶ † Secundò no. ex tex. ibi, pactũ, 2 cp ista confessio, confiteor te non teneri, dicitur pactum. & ita alleg. Bar. in l. non solùm. §. si liberationis verba. ff. de libe. leg. & in l. idem in duob. §. 1. s̃. eo. Ratio est, quia hic debitor erat præsens tempore confessionis, vt probat tex. in verbo te. quo casu cùm interuenerit consensus duorum saltem tacitus, per consequens est pactum. l. 1. vbi dixi. s̃. eo. secus ergo si talis confessio emanasset in partis absentia, quia creditor in præsentia duorũ, vel plurium diceret, cõfiteor Titium non esse debitorẽ meũ, & in nihilo mihi teneri: & Titius esset absens, ex ista confessione liberatoria facta in absentia partis, nulla acquirit exceptio debitori, & in nihilo sibi prodest: vt per Bar. in l. non solùm. §. si liberationis verba. ff. de lib. leg. Cano. in c. si cautio. de fid. instr. & bo. gl. in l. illud. C. de sacrof. eccle. Intellige, nisi interuenisset nuncius, vel epistola, d. l. Publia. §. fi. Secũdo, & no. intellige, nisi creditor in aliquo libro priuato rationum scriberet, qualiter. Titius non est debitor suus, quia illa confessio liberatoria redacta in scriptura priuata, valet absente parte, & quandocunque deueniat ad notitiam debitoris, potest semper acceptari: & est perinde ac si esset eo præsente facta: ita Bar. in l. nuda rõ. ff. de donat. qđ vlti. hic non examino, an sit verum, & multi tenent contrarium, vt per Imo. & Lud. ibi, & Bal. in l. 1. C. de edẽ. Tertiò intellige, nisi notarius stipuletur nomine, & vice absentis, vt per Bar. in l. cum quis decedens. §. 1. ff. de leg. 3. & Bald. in l. rationes. C. de proba. Quartò intellige, nisi eodem modo procurator acceptaret confessionem nomine absentis, vel etiam negotium gest. & debitor haberet ratum, iuxta tit. ff. de negot. gest. ¶ Itẽ intellige prædicta de iure ciuili, & in foro ciuili: secus autem de iure cano. quo concessio extra iudicium facta etiam absente parte, & etiam ad obligandum valet, vt tenet Do. Ant. (sub dubio tamen) in d. c. si cautio. per gl. 1. q. 7. c. quoties cordis oculus. Tamen ista *opi. communiter reprobatur*: quia in hoc nõ debuit constitui differentia inter ius cano. & ciuile, ex quo contrariũ expressè non reperitur. & ꝯ Do. Ant. tenet glo. in dicto capit. si cautio, & ibi Panor. & Imo. qui reprobant Do. m. Ant. & idem firmat Dom. Alex. in consi. 180. in 2. volum. incip. In causa Angelorum Hebræorum. in 3. col. ¶ Sexto limita singulariter secundum Bal. in l. rationes in 2. col. ante fi. C. de proba. nec alibi legi, quando confessio esset facta in foro pœnitentiali, vel spirituali: quia in ea non est necessaria præsentia partis, nec potest illa reuocari, postea alleg. tex. in c. quamquam. de vsur. in 6. & gl. in d. c. quoties cordis oculus. Tamen potes dicere, quòd sacerdos tanquam persona publica tunc stipuletur pro absente, prout dixi in l. 1. §. huius studij. ff. de iusti. & iur. & secundum doct. Barto. ibi considera in quibus terminis procedat dictum 3 Bal. ¶ † Septimo videas, cp dicit signanter Bal. in l. cum scimus. in prin. C. de agric. & censi. lib. 11. de confessione facta extra iudicium, quando est geminata: quia habet vim iudicialis, & sequitur Panor. in repe. c per tuas. in 10 col. de arbi. adducens pro illo dicto text. in l. 1. C. de plus peti. Et de veritate huius vltimi tetigi in l. sed & si posseßori. §. item si iuranero. ff. de iureiu. post Lud. ¶ Item attende, cp illud, quod dicit hic text. quòd confessio liberatoria habet in se pactum de non petendo, limita, qñ fit super actionibus personalibus: secus si super criminalibus. l. tres fratres vbi Bar. & alij no. s̃. eo. & ibi assignaui rationem di- 4 uersitatis. ¶ † Tertiò no. quòd confessio ad liberandum non requirit causam, vt hic. & l. creditori. & ibi no. Bar. C. cod. secus in confessione ad obligandum: quia si nõ diceret causam specialem, diceretur indirecta: & sic nihil valeret. l. cum de indebito. §. fi. ff. de proba. glo. magistr. in l. 1. in fi. ff. de interrog. act. Bart. & alij in l. generaliter. C. de non num. pec. & in l. cum falsa: in fin. vbi etiam alij. C. de iu. & fac. igno. Limita, quando confessio fit ab eo, qui iure suo proprio facit: secus si nomine alieno, vt in procuratore, vel administratore: quia eorum confessio ad liberandum sine causa nihil valeret. l. non abstulit. C. de nouat. secundum Bald. in rubr. extra eo. in pen. colum. Secundò limita istum tex. vt procedat elapsis triginta diebus, aliàs creditor infra triginta dies potest opponere excep. non num. pecu. secundum Iac. But. & Ange. hic: licèt secundum Pau. de Castr. fortè posset dici, quòd d. l. in contractibus, primò loquatur in confessione de soluto, contra quam bene potest creditor opponere excep. non nu. pec. infra triginta dies, vt ibi, secus est in confessione liberatoria, quæ habet pactum de non petendo, vt hoc tex. Et si hoc esset verum, esset magna limit. & significatio ad 5 istum tex. † Eodem modo, quando creditor confitetur ex causa transactionis, non habet exceptionem non num. pecu. infra triginta dies. tex. est in l. interest. C. de solu. quem Bal. ibi ad hoc reputat sing. & ratio specialitatis est propter trãsactionem, qa speciale est, vt super his, super quibus est transactum, non possit amplius refricari dubium, vel moueri quæstio, quo ad principale debitum, cùm exceptio transactionis sit litis finitæ. l. fratris. C. de transac. c. 1. de lit. contest. lib. 6. Hinc licèt transactio sit contractus innominatus, vt probat tex. in l. 1. in verbo transigendi, & ibi Bar. & ibi dixi alia alleg. s̃. eo. & in contractib. innominatis sit locus pœnitentiæ re integra. l. si pecuniam, in prin. ff. de condi. ob cau. tamen est speciale in transact. vt in ea non sit locus pœnitentiæ, etiam re integra. l. quamuis. vbi Bar. 6 & alij. C. de transac. † Item attende dum dixi, cp in confessione obligatoria requiritur, cp sit facta ex aliqua causa, aliàs tanquã indiscreta non valet. Limita singulariter, nisi talis confessio fieret in instrumento guarentigiato, seu confessionato: quia idẽ operatur, ac si esset expressa cã. Ita signanter Bal. in l. sicut. in 2. no. per illum tex. ff. de rep. hære. vbi dicam. Mouetur pp præceptum, qđ facit iudex chartularius in cõfessum, tñ ista ratio vr parum concludere. Illud idem tenet Bald. in l. 2. in 3. colu. C. de exec. rei iud. Sed Bal. tenet ꝯrium, & fortè melius in l. si nõ sortem. §. 1. ff. de condi. indeb. potes concordare ex verbis Imo. in l. si in ver. 3. limita. ff. à quib. appel. non licèt. vt dicã in d. l. sicut. 7 † Item diligenter attende. (& est decisio vtilis in pract.) licèt in confessione liberatoria sufficiat sola præsentia, vt hoc tex. & s̃. dixi: tamen confessio facta ad obligandum, ẽt in iudicio, & in præsentia partis requiritur, cp expressè acceptetur per partem: aliàs talis cõfessio non præiudicat: sic isto casu non sufficit, nisi acceptetur, vt dico alleg. multas auctoritates in l. postq̃ liti. C. de pac. Ideo hic non repeto, quæ sunt in l. quamuis. & in l. omnes. C. de transac. ¶ † Quartò no. ex tex. ibi, non in personã. hic 8 esse tex. no. cp persona adiecta pacto, non facit pactum esse personale, cp in transeat ad hæredes. Rõ est, quia persona hic additur verbo inducenti obligationẽ. f. verbo, non teneri, per qđ inducitur pactum de non petendo reale, & sic transitoriũ ad hæredes: quia præsupponitur, non esse obligatum: Secus qñ persona adijcitur verbo denotandi executionẽ, vt qñ promitto non petere à te: quia tunc pactum efficitur personale, vt mortuo paciscente non transeat ad hæredem, vt no. Bar. in l. si tibi. §. pactum conuentum. s̃. eo. Et ita per hunc tex. supple, & not. limita doc. Bar. in l. nisi. s̃. eo. ¶ Gl. est expedita ex dictis in text. tamẽ diuide in tres partes. In prima timore tacitũ ꝯrij supplet ad tex. Nam vr, cp istud non sit pactum, cùm sit simplex cõfessio enũciatiua pp hoc supplet gl. vt in ea. Sed est destruere tex. fm Bar. & oẽs. Ideo dic, cp est pactum pp præsentiam partis aduersæ, ex qua resultat tacitus consensus, vt dixi in 2. not. ¶ In 2. par. gl. ibi, & not. pactum. remouet aliud ꝯrium tacitum, nam vr, cp ista conuentio non valeat, cùm sit de pñti tempore, debet. n. esse de futuro. Sicut non valet stipulatio: promitto, cp do, vel dedi, sed bene, cp dabo. l. quinta. §. stipulatio ff. de ver. oblig. & dicit gl. cp differentia est inter pactum, & stipulationem: quia stipulatio debet bene fieri per verba de futuro, vt in ꝯrio: secus in pacto, vt hic. Idem tenet gl. in d. l. 5 §. stipulatio: sed reprobat̃ per Bar. & Doc. hic, & ibi: quia non põt dari ratio diuersitatis. Et licèt verba in hoc tex. sint pñtis tpis, tñ effectus dirigitur in futurum. Si promitto p stipulationem seruum nõ esse furem. Nam licèt verba sint de pñti, tñ eorum effectus dirigit̃ in futurũ: qa si in futurũ reperiat̃ fur, nõ tenebor. l. qđ dicit̃. ff. de euic. ¶ In 3. par. glo. ibi, sed quomodo. etiam opponit, cp ista cõfessio cùm sit facta sine causa, nihil debeat valere, & responde, vt in ea, & bene, & dixi. s̃. eodem.

S V M M A R I V M.

1 *Appellatio quando est deserta, causa reuertitur ad ipsum primum iudicem ordinarium, & nu. 8.*
2 *Iudex nullam conuentionem partium coram se factam potest exequi.*
3 *Transactione non receditur ipso iure à tota lite.*
4 *Appellatio non extinguit pronunciatum, considerato præsenti statu. & nume. 5.*
6 *Transactio si super appellatione interponatur, non solùm illi instantiæ renunciatur, sed etiam prima sententia mandatur executioni. si transactioni non pareatur.*
7 *Partes si promittant antequam seruatur sententia se satisfacturas iudicatis, vel stare sententiæ qualiscunque erit, intelliguntur renunciasse appellationi futuræ.*
9 *Transactio an fiat in iudicio an extra iudicium, non refert.*
10 *Conuentiones quæ de iure communi habent executionem.*
11 *Pactum iudiciale aliquando respicit expeditionem iudicij.*

§. Qui prouocauit.

Iste §. est solennis, & non habet concor. in iure. ¶ Ad euidentiam præmitte, cp pp difficultates, quæ infra

appoſitum in continenti,adhuc non veſtiretur cohærentia traditionis,cũ fuerit neceſſaria,vt prædixi.Secunda ſol.glo.eſt vera,ſed non eius rõ,quia q̃n traditio fit ad liberandum, non veſtit pactum nudum,iſtud eſt veriſſimum.Rõ aũt gl.quia idem actus non põt operari liberationem,& obligationem, non eſt vera,qa imò diuerſis reſpectib.põt vtrunq; operari.l.in numerationib.ff.de ſol.alle.in gl.Vera ergo rõ eſt,quia q̃n traditio fit ad liberandum, certè fit ex neceſſitate præcedentis obligationis,ſed ita eſt,q̃ traditio neceſſaria non veſtit pactum, glo.in l. in traditionib. ĵ. eod.Et ex hoc inferunt Bar.& Doc.q̃ ſi prima obligatio fuiſſet naturalis tm̃,vel debitor habuiſſet dilationem ad ſoluendum,ita q̃ intra illum diem cogi non potuiſſet,tunc pactum veſtiretur cohærentia traditionis,qđ not. quia eſt magna limitatio ad iſtum tex.Circa fm p̃rium,q̃ ſolutio glo.non eſt vera,cùm attenta forma conuentionis in iſta l.fuerit couuẽtio,ſi mihi ſolueris,te liberabo:& ſic fuit,do vt facias.Item nõ eſt verum illud,qđ vult gl. q̃ p̃ctus innominati denominetur à modo ineundi.Imò fm Bar.debet variatio fieri fm p̃ſonas, ſicut in emp.& vend.de quo latius per Bar.in l.cum mota, vbi dixi.C.de tranſac.Item dum glo.iſta vult,q̃ p̃ctus innominati poſſint fieri ſub conditione,per dictionem,ſi,idem vult gl. in l. hoc iure.§.1.ff.de don.p̃rium tenet gl. in l. ſi quis cum debitore.ff.de iureiu. vbi dixi de hoc concordando, vt per Barto. & alios hic,& ibi.Quantum ergo ad iſtud fm p̃rium gl. reſponde ſecundum Bar.& clarius Ang.& Pau.de Caſ.hic, q̃ implementum conditionis non veſtit pactum nudum, nec talis rei interuentus,q̃n illud prius erat in obligatione. Ita propriè loquitur tex.hic.Secus q̃n ille interuentus rei non erat aliàs in oblig.efficaci.Idem tenet Imo.in l.hoc iure.§.1.ff.de don.Et ita limita omnia iura,quæ dicunt,q̃ contractus innominati veſtiũtur rei interuentu.l.naturalis.ff.de præſcr.ver.l.ex placito. C. de rer.permu.gl.& Doc.in l.iuriſgentium.§.quinimo.ĵ.eo.

SVMMARIVM.

Onus ſoluendi tributa fiſcalia pertinet ad poſſeſſorem, etiam ſi poſſideat non vt dominus,ſed ratione pignoris,

LEX XLII.

INter debitorem. Onus ſoluendi tributa fiſcalia tranſit ad poſſeſſorem, & pactum in p̃rium factũ non valet. Item per pactum p̃nt naturalia p̃ctus alterari,& minui.h.d.cum l.ſeq.¶†No. q̃ onus ſoluendi tributa fiſcalia pertinet ad poſſeſſorem, ẽt ſi poſſideat non vt dominus,ſed ratione pignoris,vt hic.& in l.in ſumma.C.de pig. & l. fi.vbi gl.no.C.de præd.& omn.re. naui.lib. 11. & in l.in plures. ff.de pub.no.Bal.in l.cum notiſſimi.C.de præſcr.30.anno.

LEX XLIIII.

CVm in eo. Tutor,idemq; creditor debet eſſe contentus ea parte, ad q̃ ceteros creditores reuocauit.h.d.& eſt ſing. ſecũdũ Pau.de Caſ.¶ Capio gl.in ver.eadem parte, quam diuide in 3.partes.In prima colligit ex tex.no.& ad illud alleg. plures concord.In ſecunda quærit,& reſpondet. In tertia per viam no.opp.contra tex.& non ſoluit.Tu ſolue ſecundum gl. in l.cum hæreditas.ff.de admini.tut.quòd officium ſuum non eſt ſibi damnoſum,ſed pactum maioris partis creditorum. Pater,quia etiam ſi non eſſet tutor,idem priuilegium ſibi fieret. l. rſcriptum.§.fi.cum ſeq.s̃.eod.

SVMMARIVM.

1 *Diuiſio eſt contractus innominatus,& ſolo conſenſu non producit actionem.*
2 *Pactum diuiſionis veſtitur traditione.*

LEX XLV.

DIuiſionis. Pactum nudum de diuidendo non producit actionem, niſi ſit vallatum ſtipulatione,vel traditione.h.d.¶†No.primo,q̃ diuiſio eſt contractus innominatus: ideo ſolo conſenſu non producit actionem.Et q̃ ſit innominatus,patet,quia habet nomen generis,vt hic declarat Bart. Idem tenet Bal.in rub.C.de rer.permu.¶†Secundo no. q̃ pactum diuiſionis veſtitur traditione.Contrarium videbatur, quia traditio fit ex neceſſitate,cùm nemo cogatur in cõtione perſiſtere.l.ſi non ſortem.§.ſi centum.ff.de cõdi.indeb.l.fi.C.cõm.vtriuſ. iud. Sed mñde,q̃ licèt teneretur diuidere:non tm̃ tenebatur eo modo diuidere,vt magis teneretur aſſignare iſtam partem, quàm illã: & ſic traditio iſtius partis non erat neceſſaria.Itẽ vide ad hunc tex.Spe.in tit.de iud.§.ſequitur.in ver.potrò.& ver.ſeq.

SVMMARIVM.

1 *Argumentum de vltima voluntate ad contractus eſt bonum.*
2 *Maſculinum concipit fœmininum in vltimis voluntatibus.*
3 *Filiorum appellatione in vltimis voluntatibus veniunt nepotes.*
4 *Monaſterium habetur loco filij in vltimis voluntatibus.*
5 *Conceſſo vno in vltimis voluntatibus,videtur concedi aliud,ſine quo cõceſſum non haberet effectum.*
6 *Debito in diem,vel ſub conditione ex vltima voluntate indiſtinctè cauetur.toto titulo.ff. vt leg.no.ca.*
7 *Teſtamentum habet de iure communi executionem paratam.*
8 *Creditores poſſunt remittere vſurario cautionem.*
9 *Teſtator non poteſt remittere detractionem falcidiæ.*
10 *Teſtator non poteſt remittere vſufructuario ſatiſdationem de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri.*
11 *Teſtator an poſſit remittere confectionem inuentarij.*
12 *Fallentiæ quot ſunt,in quibus quis non poteſt renunciare iuri, vel fauori ſuo.*
13 *Latro,qui nullam poteſt habere defenſionem,ſi confiteatur maleficiũ, & iudex dat ei dilationem octo dierum ad faciendum omnem ſuam defenſionem;poſtea die ſequenti facit eum renunciare dilationi, & ſic condemnat,& mittit ad furcas,an licitè faciat.limita.vt num.14.15. 16.17.& 18.*

LEX XLVI.

PActum inter hæred. Satiſdatio legatorum præſtandorum per hæredem,ſicut põt p teſtatorem remitti,ita per pactum legatarij:nec tunc
1 eſt locus pœnitentiæ.h.d.¶†No.ex hoc tex.fm gl.& Docto. q̃
a bonum eſt argñ. de vltima volun.ad p̃ctus, & è contra concurrente identitate rõnis.Facit.l.ſeruum filij.§. eum qui chirographum,& l.qui de legato.ff.de leg.j.l.ſi ex legati cã.& l.ita ſtipulatus.mag.ff.de ver.obl.l.fi.C.de leg. l. obligationum ferè. §. placet.ff.de act.& oblig.l.non eſt mirum.ff.de pigno.act. ponit Bal.in l.1.C.de leg.ca.ſuſ.¶Vltra omnes tu collige no. ſeptem differentias.Prima,quia latior,& plenior fit interpretatio in vltimis voluntatibus,q̃ in p̃ctib.c.cum dilecti.de dona.l.in teſta-
2 mentis.de reg.iur.¶†Secunda, quia in vltimis voluntatibus b
b maſculinum concipit fœmininum.l.ſi ita ſcriptum.ff.de lega.
c 2.l.qui duos.ff.de leg.3 ſecus eſt in p̃ctibus.c Ideo ſi quis acquirat emphyteuſim pro ſe,& filijs,non veniunt filiæ fœminæ.Dictum fuit Guid.de Suz.in l.veterib.per illum tex.s̃.eo. quod refert,& ſequitur Imo.in d.l. ſi ita ſcriptum. & in commento. c. potuit.in vlt.col.de loca. cũ alijs cõcor. & addition.quas s̃.dixi
3 in l.ſi quis id quod.s̃.de iuriſd.omn.iud.¶†Tertia dr̃ia : quia in
d in vltimis voluntatib. d appellatione filiorum veniunt nepotes.l.liberorum.ff.de ver.ſig.ſecus eſt in p̃ctib. Et ideo ſi aliquis acquiſiuit emphyteuſim pro ſe, & filijs,non veniunt nepotes. Ita ſingulariter dicit Bar.in d.l.liberorum.cum concor.& addi.
4 quas dedi.in l.ſi quis id quod.†Quarta,quia in vltimis voluntatib.monaſteriũ habetur e loco filij.§.ſed in hoc p̃nti. in Authẽ.
e de ſanc.Epiſc.vnde ſumitur Auth.niſi rogati.vbi gl.& Doct.C. ad Treb.& eſt tex.in c. in p̃tia.de proba.Secus in cõtractibus, fm D.Ant.in d.c.in præſentia.in 7.col.Spe.in tit.de loc.§.nunc aliqua.ver.120.Bal.in l.filium eum diſſinimus.ff.de his,qui ſunt
5 ſui,vel alie.iur.¶†Quinta,in vltimis voluntatib. conceſſo vno, vr̃ concedi aliud,ſine quo conceſſum non haberet effectum.l. illud.& l.pro hærede.§ fi.cum gl.ff.de acq.hęre.Secus eſt in p̃ctib.vt patet ex diſt.Bar.in l.1.ff.de ſer.leg. & hoc quãdo debet fieri extenſio de vna re ad aliã,ſecus ſi de vna perſona ad aliã, quia ad aliam bene debet fieri extenſio,ſi aliter diſpoſitio non poſſit

ADDITIONES.

a ¶Argumeutum. Adde Bar.in l.1.C.cõm.præd.Bal.in l.ſi.C.de leg. in l. ſeruum qui.§.cum chirographum.de verb.oblig.

b ¶Voluntatib.Adde Cy.& Doc.in l.quicunque.C.de ſer.fug.Bar.& Doc.in l. ſi quis id,quod.de iuriſd.omn.iud.Spe.& ibi Io.And.in addi.in tit.de alleg.& diſpu.in §.4.

c ¶Contractib.Adde Bal.in l.Gallus.ff.de lib.& poſth.Ang.in l.tres fratres.ff.de pac.Arch.in c.ſi quis ſuadente.17.q.4.Pet.de Anch.in cle.1.de baptiſmo.Ludo.Rom.conſi.35.inci.viſa facti ſerie.Io.de Imo. conſi. 38.inci. in caſu præmiſſo.Alex.de Imo.conſi.61.inci.ſuper eo de quo quæritur.in 1.vol. idem cõſilio 1.inci.ponderatis quæ in themate præmiſſo narrantur.in 5.vol. idem in conſi.125.inci.attentis verbis inueſtituræ.

d ¶Voluntatibus. Adde Lud.Rom.in l.ſi verò.in 33.fallen.ff.ſol.mat.conſi.438. inci.in caſu præſentis conſultationis.

e ¶Monaſterium habetur. Adde Io.de Imo.in §.ſi cui.ff.de leg.2. Io. de Lign. in c.Raynaldus.de teſtam.

:poſſit habere effectum.l. ſi ſtipulatus fuerim abs te. & ibi Bart.
6 ff.de verb.oblig.¶†Sexta,quia in debito in diem,vel ſub condi tio.ex vlt.volun. indiſtinctè cauetur. toto tit. ff. vt lega. no.ca. niſi noua cauſa ſuſpicionis ſuperuenerit,ita loquitur. l. in omnibus.ff.de iud.ſecundum Bar.& Doc.in l.2.in princ. ff.ſol.ma-
7 trim.cum concord.¶†Septima,quia teſtamentum habet iure communi executionem paratam.l.fi.C.de edic.diui Adria.tol len.etiam quando legatarius, vel fideicommiſſarius petit executionem teſtamenti aduerſus hæredem,pro legato,vel fideicommiſſo.tex.eſt in §.illud.cum glo.in verſi.decreto.& ibi ad hoc no.Ang.in Auth.de hær.& falc.nec alibi iſtud inuenies.Secus eſt in contractibus,qui de iure communi non habent executionem paratam.l.minor 20.ann.cui fideicō.in prin.ff.de mi
8 no.l.1.C.de execu.rei iud.¶†Secundò per iſtum tex. dicūt Bal. & Pau.de Caſt. ꝙ creditores poſſunt remittere vſurario cautionem,de qua in c.quamquam. de vſu. in 6.ita ꝙ valebit eius teſtamentum,& non carebit ſepultura Chriſtiana. Puto contrarium:quia illud videtur ibi diſpoſitum odio potius vſurarij manifeſti,vt ei omnino cōſulatur , quàm fauore creditorum. hinc eſt,quòd in tali cautione non eſt neceſſe citari creditores,: ſecundum Bal.in c.2.in 5.col.de eo,qui mit.in poſ.cauſ. rei ſer. ¶Tertio no.ꝙ in contractu etiam innominato liberatorio nō eſt locus pœnitentiæ.Facit l.quamuis.C. de tranſact. ¶ Capio gl.in ver.diui Marci.quam diuide in tres partes. In prima declarat tex.In ſecunda no.ex tex.arg. In tertia reſpondet tacitæ quæſtioni arguendo ad partes. Secunda ibi , & ſume hic argu.
9 Tertia ibi,ſed contra non eſt bo.¶†In ead.gl.ibi,l. quod de bonis.§.fi.habes ex gl.ꝙ teſtator non pōt remittere detractionem falcidiæ,ſed hæres ſic.Rationem diuerſitatis dic, vt per Bartol. hic,& in l.nemo poteſt.circa prin.ff.de leg. 1. & Auth. ſed cum teſtator.C.ad l.fal.& vide omnino,quæ dicam in l. in teſtamē
10 to mili.C.de teſta.mil.¶†In ead gloſſ.ibi.l. ſcire debetis.habes, ꝙ teſtator non poteſt remittere vſufructuario ſatisdationē de vtendo,& fruendo arbitrio boni viri:ſecus eſt in hærede. Duas rationes diuerſitatis aſſignat gl. in d.l ſcire.primam reprehendit Bar.& ſequitur ſecundam,quia daret materiam delinquen
a di:ſed etiam ſecundum iſtam rationem = etiam his non debe ret poſſe remittere,cùm ſimiliter det materiam delinquendi.l. ſi vnus.§.illud.ſ.eo.ſecundum Ang.& Fulg.hic,quod vī eſſe ꝫ
11 d.l.ſcire.in fi.in verbo teſtamento,à conrrario ſenſu.†Caue ēt: quia teſtator poteſt remittere confectionem inuentarij.l.fin.in fi.C.arb.tut. & tamen talis remiſſio inuitat ad delinquendum. Iſtam opp.format Bar.in l.nemo poteſt.in 1.col.ff.de leg.1.Tu dic,ꝙ teſtator bene poteſt remittere tutori confectionem inuentarij.Ita propriè loquit.d.l.fi.in fi.C.arbi. tu. quia ſi hoc erit damnoſum pupillo, poterit iudex non ſequi voluntatem patris.l.in confirmando.& l.vtilitatem.ff.de confir. tut. ſed teſtator non poteſt remittere confectionem inuentarij hæredi. l.fi. §.cum igitur.& ibi Bal.C.de iure dot. Pau.de Caſt.in d.l.nemo poteſt.& ibi cæteri Mod.D.Alex in conſi. 364. inci. perſpectis his,quæ in pręſcripto themate narrantur.in vlt.col.¶Capio gl. fi.magnam,in verbo,liceat,q̄ diuide in duas partes prin.In pri
12 ma allegat quatuor ll.cōcordantes ad regulam huius tex. †In ſecunda ponit duas,& viginti fallen.in quib.quis non poteſt renunciare iuri,vel fauori ſuo,eo quia in illis non erat merus fauor renunciantis,prout quaſi de ſingulis dixi in l.pen.C.eodē. Inter cæteros caſus no.præcipuè 16.caſum, ꝙ in criminalibus non poteſt per pactum renunciari defenſionib. ſuis. Et ad hoc iſta gl.ſæpè alleg.in practica.Tamen ſecundum Ang.Fulgo. & Pau.de Caſtr.aſſeſſores, & iudices maleficiorum quotidie ſeruant ꝫrium : quia faciunt inquiſitos renunciare defenſionibus ſuis,iux.gl.in l.1.ff.de fur.Bal.in c.cum dilecti.de app.Circa hoc
b Ang.multa verba effundit. b Pau.de Caſt breuius dicit, ꝙ iſta gl.procedit,quando reus non eſt confeſſus delictum:aliàs procedit dicta cōis practica,per l.addictos.C.de epiſ.audi. & l.addictis.ff.de pœn.Verùm,quia iſta gl.eſt famoſa,& vtilis, intendo eam plenè examinare.Adde ergo in primis,ꝙ Bal.in multis locis dicit iſtam gl.eſſe ſing.& vnicam,in iure,in c.cum non ab hoīe.de iudicijs.& in c.cum veniſſent.ad fi.de teſt.in c. qīn contra falſam.in 2.col.de proba.& in c.paſtoralis.in 3.col. de exce. & in addi.quas fecit Bal.ſuper 6.decre.in rub.de reſti. in integr. in 6.& idem Bal.in l.vnica.in 15.col.C.de confeſſis:& ibi ſingulariter extendit iſtam gl. ꝙ procedit etiam ſi in renunciatione interueniret iuramentum.Adde ēt,quod dicit Bald.in d.c.cum non ab homine.in vlt.col.ꝙ ſi ſtatutum dictat,ꝙ ſi aliquis vulnerauerit aliquē, puniatur in 100. q̄ ſi ſoluere noluerit,vel nō potuerit.ʒ.menſem,amputet ei manus,ꝙ termino vnius mēſis non poteſt renunciare:quia per hoc renunciaretur defenſioni:cū poſſibile ſit,ꝙ interim naturaliter moriatur: quo caſu nō fieret executio ſnīæ,nec decederet inteſtabilis:& defenſioni , q̄ pōt eſſe naturalis,& perpetua,non poteſt in criminalib. renunciari,vt hac glo.ſingulari. Adde etiam Bar.in l.cuſtodias.ad fin. ff.de pub.iudic.vbi tenet,quòd damnatus ad mortem non poteſt renunciare dilationib. inductis à l. vel à ſtatuto, per illum tex.& l.non tantum.ff.de app.Adde etiam Bald.in Auth. iubemus.& ibi Ang.& no.Sali.C. de iudic.qui dicunt, quòd in cri-
13 minalibus non poteſt renunciari probationib. ¶†Limita primam glo.quando reus eſt ſponte confeſſus maleficiū,& iudex dedit ſibi terminum octo dierum ad faciendum ſuas defenſiones:deinde reus renunciauit tali termino , certè iudex poteſt ſtatim facere eum iuſtitiari,quia renunciauit ſolùm dilationi: ex quo conſtat,quòd nulla defenſio ſibi competit . Ita limitat Bal.in l.ſi accuſatorib.in 2.col.C.de accuſ.& dicit,ꝙ ita practicatur.& idem Bal.hic.& in l.fi.ſ.de fer.& in l.raptores.in 4. not. C.de epiſ.& cleri.& in c.quoniam contra falſam.de probatio. Imò generalius dicit Bal.in rub.extra de pac.in pe.col.quòd totus mundus ſeruat,quòd ſponte, & ſolenniter confeſſus delictum in iudicio,poteſt renunciare defenſionib.in cauſa capitali:& ita limitat glo.hic.& ſubdit Bal.ſe non curare,ſi extra iudicium fuit confeſſus per tormenta. Adde etiam Bal.in c.ſignificante.in 2.col.de app.vbi quærit.Pone,ꝙ latro,qui nullam poteſt habere defenſionem,vel adulter, vel homicida cōfiteatur maleficium,iudex dat ei dilationem octo dierum ad faciendū omnem ſuam defenſionem,iux.l.3.§.ſi ad diem. ff. de re milit. poſtea die ſequenti facit eum renunciare dilationi,& ſic condemnat,& mittit ad furcas,an licitè faciat? Arguit ad partes,& finaliter decidit,ꝙ ſic,vt ibi plenius per eum . Adde etiā,quod no.Bal.in l.à procedente.in vlt.no.per illum tex.C.de dila. ꝙ ſi aliquis confeſſus eſt maleficium,& non obſt.confeſſione petit à iudice terminum ad ſe defendēdum, quòd iudex poteſt denegare terminum , quia maleficium eſt notorium ,& poteſt ſtatim procedere ad condemnationem,præmiſſa interlocutoria,quòd ei dilatio non eſt danda,tāquam per calumniam petita.Adde quod fortius,& ſingularius tenet Bal.in l.cum reis p illum tex cum gl.C.de pęn.quod ſi iudex dedit dilatio.reo cōfeſſo,vel conuicto de crimine ad faciendum ſuam defenſionem,& amici interim procurant tumultum,vel vt fiat aduna tia generalis, qua liberetur , quòd iudex non debet expectare, ſed facere conuictum renunciare dilationibus . & poſtea exe-
14 qui officium ſuum.¶†Secundò iſtam gl.limitat Bal. in l. pen. ad fi.C.eod.non procedere in exceptionibus declinatorijs, q̄b. poteſt in cauſa criminali renunciari , cum in eis non conſiſtat naturalis defenſio. Et ad hoc adde gl. in l.ſi accuſatorib. & ibi
15 Bal.in 2.col.no.C.de accuſ. ¶ † Tertiò limita in reo reperto in flagranti crimine,qui poteſt renunciare dilationib.& defenſionibus ſuis , imò nulla ſibi debet dari dilatio , cùm poſſit de facto puniri,vt eſt glo.no.in l.ictus fuſtium.ff.de inſa. ſecundum Bal.in l.vt vim.ff.de iuſti.& iur. quem ſequitur Ludo. Rom.in
16 repe. rub. ff.de arbit. in 16.colu.¶†Quartò limita,q̄n alias reus diceret ſe defenſiones non habere,ſecundum glo.ſing.in l. 1. ff. de fur.bal.quam ita no.Bal.in l.ſeruum quoque.§.publicę.ff.de procu.Ludo.Rom.in d.rub.ff.de arbi.in 16 col.Sed caue , quia ſic per indirectum concederetur , quod directò fieri non pōt.
17 ¶†Quintò iſtam gl.limitat Bal.in c.cum veniſſent.in fi.de teſt. ꝙ licèt in cā criminali non poſſit probationibus renunciari,vt hac gl.nec defenſionib. tamen putat Bal.ꝙ defenſionibus,quę conſiſtunt in apicibus legum,vel ſtatutorum bene poſſit renūciari,arg.l.fideiuſſor.§.quidā.ff.mand.& ita dicit no. in d.l.ſi ac-
18 cuſatorib.magna,& commendabilis eſt limitatio.¶†Sextò limita ſecundum Bal.in l.nam & poſtea §.ſi minor.ad ſi. ff.de in reiu.ꝙ in criminalibus non poteſt defenſionibus renunciari,vt hac gl.Verum eſt,quando per hoc renuncians lædit̃r , quod eſt,quando certas habet defenſiones : ſecus ſi non habet liquidas probationes , quod præſumitur eo ipſo, ꝙ renunciat, per gl.in l.1.ff.de furib.balnea. Iaſon Paduæ.

A D D I T I O.

a ¶Iſtam rationem. Adde,ꝙ hanc rationem ita reprehendit Iaſ. in l. quæſtio.13.col.14.oppo.in repet.de leg.1. PVRPV.

b ¶Verba effundit. Et iſta dicta ſunt Alexan. in l. cuſtodias. ff.de public. iuſti. PVRPV.

L E X XLVII.

EMptor. Cautio diminuta per pactum pōt per poſterius pactum reintegrari. h.d. ¶ Capio glo.in verbo poſſe. quam diuide in 2. par.In prima ponit rationem ad tex.In ſecunda opponit,& dupliciter ſoluit.Tu reſponde melius,ſecundum Iac. But.& Bar.& alios,ꝙ in iſto tex.primò conuentio non ſtetit in finib.conuentionis nudæ,ſed fuit ſtipulatione vallata,vt cū mi ſterio dicat text.& ſtipulāti ſpoponderat.Ideo non poteſt ipſo iure

iure per pactum nudum tolli. Solus Ray. de Forl. prout eum refert Albe.hic reprehendit istam communem solutionem, p tex.in l.emptio.ff.de rescin.vend.Tu respondè,quòd tex.ibi dicit exceptione submoueri.Ergo non tollit ipso iure,& sic nihil obstat,& ad hoc adde Bar.in l.ab emptione.in 3.col.j.eo.

SVMMARIVM.

1 *Epistolæ quot modis quis consensisse dicatur.*
2 *Scripturæ per alium factæ subscribens, sibi ita præiudicat, sicut si ipse totum scripsisset.*
3 *Subscribens virtualiter, videtur scribere omnia præcedentia, quorum habuit notitiam.*
4 *Velut, dictio importat fictionem.*
5 *Epistolam acceptans nisi expressè contradixerit, censetur consentire.*
6 *Instrumentum potest cancellari, & cassari solo verbo.*
7 *Pacis capitula si contineant, quòd quidam banniti rebanniantur, & eorum banna, & condemnationes cancellentur, sufficit quod verbo cancellentur.*
Saldo, & calculo rationis debet stari, nisi agatur ex alia causa.
Quitationis verba quantuncunque generalia restringuntur ad rationem mensæ, seu calculationis.

§.Lucius Titius. Generalis quitatio facta post computationem rationum, restringitur ad ea, quę sunt de rationibus computatis, non autem refertur ad ea, quæ sunt extra solidum rationum. hd.Et dicit Alb.de Ro.q̃ iste §.est no.& sæpè de facto contingens.Pro introitu huius.§.opponit Bar.q̃ per suam epistolam non potuit nummularius facere, q̃ instrumentum contra se faciens, sit cassum.l.exemplo.& l.rationes.C.de proba.Et ex gl. paruis, colligit duos intellectus, vt hic per eum.†Subdit Barto. duos modos, per quos dicitur consensisse epistolæ.Primus, q̃n epistola fuit facta inter præsentes.Et ex hoc no.Bart.q̃ per epistolam potest quis loqui præsenti, quod Ang.putat ridiculum per gl.in l.1.C.de contrah.& commit.stip.Sed pro Bart. melius facit l.fi.ff.de const.pec.vt hic per Fulg.†Secundus modus, q̃n pars se subscripsit epistolæ. Ex hoc no. Bart.q̃ ille, qui se subscripsit scripturæ per alium factæ, sibi ita præiudicat, sicut si ipse totum scripsisset.Idem no.Ang.Sali.Fulg.& Pau. de Castr. hic.addunt tex.in l.fideiussori.§.1.in fi.ff.de pign. Limitant Sali. & Pau.de Castr. hic, quando se subscribit animo consentiendi scripturæ, non vt testis.Allegant no.in l.Caius.ff de pign.actio. ¶Tu ad istum no adde primo Ang.Pau. de Cast. & Do. Alex. in l.cum autem.per illum tex.C.de test.& in l.si ita stipulatus.§. Chrysogonus.per illum tex.in ver.subscribẽte. ff.de ver. oblig. D.Alex.in cons.147.in 2.vol.inci.ponderatis in 2.& 3.col.¶Secundò adde tex.no.§.1.Insti.de contrah.empt.& tex. solẽnem. in l.si ego.§.doris.ff.de iur.dot.& tex.in l.si quis ex argentarijs.§. 1.in ver.subscribere.ff.de eden.& tex.in Authẽ. quod sine.C.de test.iuncta Auth.si modo.C.famil.ercis.& text.in l.sicut.§. non videtur.& ibi no.Bar.ff.quib.mod.pign.vel hyp.fol.& text.in c. si quis presbyterorum.& ibi gl.no.in ver.subscripsit.de reb. eccle.non alie.tex.& gl.in c.ex literis.de transac.& gl.in c.quanto. de his quæ fiunt à præla.sine consen.capi.& tex.in l.si per epistolam.in verbo subscriptam.ff.de acq.hære.& in l. 1. ff.de consti. prin.¶Tertio adde,quod vult Bal.in Authen. contra qui propriã.in 2.col.C.de non num.pec.q̃ dispositio illius Auth. quæ est pœnalis, & loquitur in negante scripturam propriam, habet locum in negante scripturam tertij, subscriptam p̃ ipsum negantem, alleg text. in d.l.cum antiquitas. §.cum autem. Tamen Sali in d.Auth.contra qui propriam.in 2.col.tenet in hoc
b contrarium,& melius.¶Quartò adde ᵇ gl.no. in §. his verò. in Auth.de instr.cau.& fi.per quam gl.no.Ang.in l.si quis ex argẽtarijs.§.prætor ait.& l.quędam.§.nihil interest.de eden.q̃ paria sunt, vel q̃ notarius rogatus de instrumento sumat ipse exemplum ex suo originali, vel quòd alius exemplificet, & ipse se subscribat: quia est perinde, acsi totum manu sua scripsisset.
¶†Quintò adde,quod no.vult Ang.in d.§.Chrysogonus,quòd subscribens virtualiter, videtur scribere omnia præcedentia, quorum habuit notitiam:intantum,quod stante statuto (prout est Florentiæ) q̃ scriptura facta manu propria debitoris, mãdetur executioni ad volũtatem creditoris:& reperiatur aliqua scriptura scripta manu tertij, subscripta manu debitoris, q̃ habebit locum dictum statutum. Et ita refert fuisse consultum in ciuitate Flor. Sequuntur ibi Imo.D.Alex.& D.Fran. de Are. Idem tenet Ang in l.plurib. in princ.arg.illius tex.ff.de solu.Tu adde, q̃ contrarium in terminis in dicto statuto Florentino tenet Ang.quem alij non allegant, in l.cum antiquitas.§.cum autem.in lect.Florenti.C.de test.eo quia, q̃ subscribens censeatur totum scripsisse.istud est per fictionẽ, vt probat tex. in l.diuus.

§.scribere.in verbo videri.ff.de fal.nam verbum videri, importat fictionem.l.1.§.deiecisse.cum gl.de vi,& vi arma.Ergo non habet locum in statutis. l. 3. §.hæc verba.ff.de nego.gest.nisi de mandato eius alius scripsisset, vt ibi latius per eum. Tamen ad d.§.scribere.respondet Do.Alex.in d.§.Chrysogonus, q̃ loquitur in eo, qui non subscripserat, sed solùm mãdauerat, q̃ alius scriberet.Tu pro ista parte allega optimum text. ad hoc nouiter ponderatum in l.si ego.§.dotis.ff.de iure dot.in verb. vt is se
4 subscribat, velut chirographum eius. † Nam dictio, velut, importat fictionem, secundum Bal.in l.pe.per illum tex.in versic. velut.C.de inter.matr. Ergo non habet locũ in statutis.d.l. 3.§. hęc verba.cum sim.ff.de neg.gest.Circa limitationem Salic. & Pau.de Cast.hic, q̃ non procedat, quando quis se subscribit, vt testis, adde not.Bart.in l.sicut.§. non videtur.ff.quib.mod.pign. vel hypo.fol.vbi subdit Bar.idem etiam esse, quando se subscribit, vt no.idem Bar.& alij in l.quæ dotis.ff.solu. matr. & est bo. tex.in c.ex literis.cum glo.de transac.Facit l.si pater. & ibi Bald.
c C.de fideiuss.Item limita, ᶜ quando quis se subscriberet scripturæ non lectæ, vel chartæ vacuæ, secũdum Ang.& Mod.in d. §. Chrysogonus.per tex.in l.fi.& quod ibi Bal. C. plus vale. quod agi.Idem tenet Ang.in repe.l.sciendum.in 10.col.ff.de ver.oblig.Inn.no.in c. 2.de fid.instr.Bar.in l.1.ad fi.ff.quemad.test.ape. ¶Tertiò singulariter limita in subscrip.iudicum, quæ non hẽt vim sñiarum.arg.l.pen.C.cõmina.vel epi. Ita dicit Bal.in addi. Spe.in pen.car.in fi.in ver.subscrip.etiam iudicis. ¶Vltimo ad istam regulam vltra tex.quos supra allega. adde text.in l.si per epistolam.ff.de acq.hær.& tex.in l.1.de consti.princi. Nunc redeundo ad tex.nostrum aduerte, q̃ licèt ista dicta Bart.sint veræ in se, tamen non congruunt huic literæ, & nimium diuinant. Primò, q̃ hæc epistola sit missa præsenti, cùm in dubio mittatur ad absentes, vt est gl.in l.1.C.de contrah.emp.& cõm. stip.¶Secundò, q̃ si subscripserit epistolæ est diuinare. Item est facti:& facta non præsumuntur nisi probentur.l.in libello. §.fa
5 ctæ.ff.de cap.†Vnde non violando literam intellige tex. planè, secundum Bal.q̃ recipiendo epistolam, sibi præiudicauit. Qui enim acceptat epistolam, nisi expressè contradicat, censẽt consentire.l.si filiusfa.ff.ad Maced.cle.1.de procur.licèt Raph.Fulg. de hoc dubitet.¶Sed tu tene istam regulam, prout etiam not. Bar.in l.Titius.in fi.ff.de consti.pec.vbi quæritur, quomodo p̃babitur, q̃ ille ad quem missa est epistola, consenserit tali epistolæ,& respondet, q̃ eo ipso, q̃ eam recepit,& non ꝺixit, videtur consentire.Idem no.Bar.in l.qui enim.§.1.ff.rem rat.hab. & in l.cum tabernam.§.idem quæritur in vlt.col.ff.de pig.& in l. si absentis.vbi etiam Bar.C.si cer.pet.Bal.in l.si defunctus.& in l.si procuratorem.ff.de procu.& in l.literas.C.man.& in l.fi. C. ad Maced.& in rub.C.de fid.instr.in 8.col.in ver.quęro quid de literis.D.Alex.in cõs.77.inci in cã,& lite vertente inter Bar.&c. in 1.col.in 1.vol.D.Math.in no.22.vbi ex hoc colligit no. modum extorquendi confessionem, vel cõsensum alicuius, vt ibi
6 per eum.per Do.Barth.Vero.in cau.9.¶†No.ex tex.ibi, vanũ, & pro cancellato habebitur, q̃ instrumentum potest cancellari,& cassari solo verbo,& tantum operatur, quantum cancel-
7 latio facti.l.nihil.ff.de adim.leg.†Vnde facit secundum Bart. q̃ si in capitulis pacis continetur, q̃ quidam banniti rebanniant, & eorum banna, & condemnationes cancellentur, q̃ sufficit verbum cancellari.Facit, quod vult idem Bart. in d.l.nihil. per illum tex. q̃ stante stante, q̃ campsores teneantur cancellare rationes, de quibus fuerit plenariè satisfactum,& aliquis cãpsor, non cancellauit, sed scripsit esse sibi de omnibus satisfactum, q̃ sufficit. In ꝺrium, q̃ requiratur cancellatio facti per actualẽ cassationem, alleg. Bar.in l.inductum.C.de solu.& gl. in l.si quis libertatem.in ver.inducatur.ff.de peti.her. & aliter clarius non determinat. Tene istud vltimũ fm Ang.& clarius Fulg. & Pau. de Cast. quia aliàs non expediret ẽt verbo cancellari: quia agẽdo, qđ haberentur pro cancellatis, sufficeret. Item interest bannitorum, ne reperiantur descripti pro bannitis, quãuis verbaliter cancellati: q̃a ignari possent eos impunè offendere, ex quo non sunt actualiter cancellati, fm Bar.in l.fi.ff.de adul. Modern.
8 in l.hmõi.in prin.ff.de leg.cum concor.¶†Secundò no. qđ dẽt stari saldo,& calculo rõnis, nisi agat̃ ex alia causa. Facit l. Procula.

ADDITIONES.

a ¶Pars se subscripsit. Adde Ias.in l.cum antiquitas.vlt.no. C.de test.in Auth.si quis in aliquo documẽto.col.2.C.de eden.& appellatione subscriptionis intelligitur facta manu propria. Panor.in c.post cessionem.col. 9. de proba. & plenè Feli.in cap.cum inter.col.3.versi.ad illud de subscribente. de re iudic. PVRPV.
b ¶Quarto adde. Adde Ias.in l.si quis.§.cogentur. 2. no.& ver. vltra allegatos. supra tit.1. PVRPV.
c ¶Item limita. Not.Pau.de Cast.lib.1.cons. 115. confirmans quod supra consultum est per Do.Nellum. PVRPV.

9 la.ff.de proba.no.Inn.in c.cõquerente.in gl.fi.de off.ord. ¶† Tertiò no.ex tex.ibi,ex quacunque causa,& ibi, ex quocunque ℘ctu,quod verba quitationis quantuncunque generalia restringunrur ad rõnem mensæ,seu calculationis, non autem ad ea, quæ non sunt de ratione mensæ,sed extra, vt negotium mandati.Et rõ est:quia ista verba quantuncunque generalia pñt restringi(salua rõne recti sermonis) ad rõnem mensæ, cùm illa rõne plures,& diuersi ℘ctus venirent. Et dicitur in prin. huius tex.secus si fuisset adiectum ex quacunq; causa,tam pertinente ad mensam,quàm non pertinente: tunc non posset fieri ista restrictio,salua rõne recti sermonis,ſm Bar.& alios hic. Barto. Sali.& Mod.in l.si de certa.C.de transac.Cy.& Bal.in l.sub præ textu specierum.C.de transact.Bald. in l. pactum.in 14.q.C.de pac.Alb.& Ang.in l.tres fratres.s̃.eo.D.Ant.& D.Abb.in c.1. de transac.& latè D.Alex.in consi.11.in 2.vol.inci.viso,& vt oportet,&c.Et ista est veritas ad hũc tex.quamuis glo.fin.hic ponat tres intellectus,& ita est diuiden.in tres partes, & tenet, quòd iste tex.non restringatur,& malè:& dum gl. facit differentiam inter pactum,& transac.reprobatur per Bar.& alios hic. tetigi plenè in d.l.si de certa,vbi videas.

SVMMARIVM.

1 *Pactum in traditione rei appositum,vestitur cohærentia traditionis.*
2 *Pactum ad excipiendum non prodest ad agendum.*

LEX XLVIII.

1 IN traditionibus. † Pactũ in traditionib.rei apositum,vestitur cohærentia traditionis. h. d.concor.l.legem.C.eo.l.si intra.vbi Bar.& alij.s̃.eo.l.reb. C.de rer.permu.Ista regula procedit non solũ,qñ apponitur in traditionibus,ex quib.transferẽ dñium,vel vsucapien cõditio, sed etiam qñ est nuda traditio,vt qñ commodo rem pacto apposito,℘ aliquid pro me facias,vt hic in gl. ex qua ẽt colligun tur aliquæ limitationes ad istam regulam.¶ Capio glo. vnicã, quam diuide in 4.partes.In prima vr̃ ponere 10. fallen.ad regulam huius tex sed in effectu non sunt nisi sex. In secunda declarat tex.In tertia format.q.ex cuius deci.datur not. limitatio ad regulam huius tex.In quarta gl.ponit vnum dictum. Secũda ibi,item quod dicit valere.Tertia ibi,sed quid si hodie.Quarta, & vlti.ibi,interdum est appositum.¶ Redeo ad primam partẽ, & prima fallen.est in l.quod si locus.vbi speciale est fauore religionis,sicut in l.seruus ea.l.ff.de ser.expor. Secunda fallen. de l.quamuis.C.de vsu.& de l.si tibi.in prin. s̃. eo. quæ ad idẽ tendunt,& hoc est odio vsurarum.Tertia fall.in l.pe. j̃.eod. & in l. creditor.§.fi.ſm vnam lec.j̃.de dist.pig.quæ ll.etiam ad idẽ ten dunt.Ratio,quia pactum non põt impedire ius reale: quia sic impediret,ne dñs in re sua esset moderator,& arbiter,℘ l. in re mand.C.mãd.Quarta est fall.in l.auia.C.de iur.dot.in l.quoties. ff.sol.mat.quæ ad idem tẽdunt. Et rõ est secũdum Bar.& Ang.
a quia pr̃ de necessitate[a] tenetur dotare filiam.l.qui liberos.ff.de rit.nu.Ideo si apponit pactum tpe traditionis dotis,illud pactũ non vestitur coherentia traditionis,cùm traditio sit necessaria, vt hic in gl.Ista rõ non est bona,ſm Fulg.& Pau. de Castr. hic, Imo.& Mod.in l.si cum dotem.in prin.ff.sol.matr. Nam pater tenetur ẽt filiam emancipatam dotare.l.fi.C.de do. promis. & tamen pactum nudum appositum in traditione tunc sufficit. l.vnica.§.accedit,& §.extraneum.C.de rei vxo act.Difficile est assignare bonam rationem.Plures aliæ assignantur per glo. & Cy.in d.l.auia.C.de iur.dot.per Doc.in d.l.si cùm dotẽ. in prin. Bal.in l.legem.C.eo. Ang.in l.lecta ff.si cer.pet.Quinta,& sexta fallen.sunt claræ,& dum glo.in 5.fal.dicit de pacto legis commissorię,& simili,vide gl.magistram in l.1 & ibi Bar. ff.de don. ¶ In 2.par.prin.gl.dum dicit,℘ vestitur rei interuentu. Iac.But. Bal.& Pau.de Cast.dicunt,qđ imò rei traditione, qđ vestimentum est diuersum à vestimento rei interuentu, qđ habet locũ solùm in ℘ctib.innominatis.Sed Bar.Ang.Sali & Ful.hic tenẽt cum gl.℘ pactum nunquã vestiatur cohærẽtia traditionis,nisi qñ habita relatione pacti ad traditionem, resultat ℘ctus innominatus:& ita non erit dr̃ia inter vestimentum rei interuentu, & vestimentum cohærentiæ traditionis. Adde, ℘ idem tenet Cy.in l.2.in 2. q. C. de euict.& in l.si tibi. in fi.per illum text. C. Ioc.¶ Tene primam opi.quam tenet Odof.in l.legem.& ibi Sali.in pe.col.C.eo.& ibidem D.Alex.in 1. not.& Ang. sibi ℘rius in l.iurisgentium.§.quinimo.in 2.col.s̃.eo.per generalitatẽ huius l.& per d.l.legem.vbi dixi.Et ℘ sit dr̃ia,patet,quia vestimentum rei interuentu, quod habet locum in ℘ctib. innominatis, procedit,siue traditio fiat tunc tpe conuentionis,siue ex interuallo,vt declarat Bar.in d.§.quinimo.in 1.col.Sed in vestimento cohærentia traditionis,vestit pactũ,si fiat incõtinenti iuxta traditionem:secus si ex interuallo,quia non diceretur tunc vestiri cohærentia traditionis.gl.in l.si intra.s̃.eo.¶ In 3.par. gl. signa istam gl.quæ quotidie allegatur,℘ traditio necessaria non vestit pactum,& ℘ dicitur traditio necessaria, qñ fit ex interuallo vigore præcedẽtis obligationis efficacis. Facit l.perfecta. cum gl.C.de don.quæ sub modo.& inde sumit̃ ratio.l.ex mote.C.de pac.conuen.ſm Pau.de Cas.hic,& Bal.in l.1. in 1.no.C. eo.si autem à princip.traditio fieret in ℘ctu, censeretur voluntaria,& pactum vestiretur.l.tenetur.§.1.ff.de act.empt.vt declarat Sali.in l.legem.in 2.col.& in l.petens.11.col.C. eod.Pau.de Cast.in l.si intra.s̃.eo.Intellige istam regulam, quando traditio erat necessaria taliter,℘ competeret actio,secus si ad id solum tenebatur obligatione,vel pacto nudo, vt in ℘ctibus innominatis,vt hic in gl.quam sequuntur Bar. Ang.Sali.& Fulgos.hic. Idem si teneretur obligatione legali, ad quam solo officio iudi.cogi posset,vt in patre,qui officio iudic. cogitur dotare filiã ẽt emancipatam.l.obligamur.§.lege.& ibi Bar. ff. de act.& oblig.l.qui liberos.& ibi Bar.ff.de ritu nup.iuncta.l.fi.C.de dot.promis.& tamen si apponat pactum in traditione illius dotis,illud pactum vestitur.l.vnica.§.accedit.& §.extraneũ. C. de rei vxo. actio.Et declarat in specie D. Alex.in l.si cùm dotem. in princ. in 5.col.ff.sol.matr.& istam gl. hic ad hoc reputat singularem Ang.& Imo.in d.l.si cùm dotem.in prin. sed est similis isti in l.si
2 intra.& ibi Doc.s̃.eo.¶ † In vlt.par.gl.dic melius, ℘ pactum ad excipiendum non prodest ad agendum.l.ab emptione.ver.fin. & ibi Bar.j̃.eo.sed bene aliquando propter pactum videt̃ plus debito solutum,& illud plus postea repetitur per condictionẽ incerti:non autem agitur ex pacto.Ita loquuntur iura alleg.in gl.& declarant Bar.& alij hic.Item ad istã gl. adde, quod dicit gl.in l.sed & si possessori.in prin.in verb. actionem. in fin. & ibi Bar.ff.de iureiur.Item adde ècontra, quòd pactum appositum ad agendum,si non potest actionem producere,puta, quia sit ex interuallo appositum,producit exceptionem. l. pacta conuenta.in prin.ver.sed quo quidem casu.ff. de contrah. emp.l.in bonæ fidei.& ibi Sal. & Alex.in fi.C.eo. quamuis gl.ibi contrarium teneat,& malè. Iason Paduæ.

ADDITIO.

a ¶ Necessitare. Adde gl.in c.de raptorib.36.q.1.Bar.in l.Paulus. ff.de stat.hom. Card.Zab.in c.1.de despon.impub.Pet.de Monte in consil.inci. filiafamil.às. ¶ Capel.Tolos.q.290.& ℘ dotem teneatur pater præstare filię,etiam nuptæ, posticq; cogi officio iudicis,not.Cast.in l.si socer.ff.sol.mat.Tremol. ad Pract. Bonacur.tit.quib.mo.cess.agen.post nu.12.vbi dicit cõem, quam amplia, vt per Villal.inter cõm.opi.lib.4.ver. Dotem. Quo in articulo plura not. Doc. in l.obligamur.ff.de act.& oblig.Alex.consi.56.lib.4.consi.169.lib.7.Ias.in l. de alimentis.C. de transac. Didac.in epitom.ad 4.Decre.2.par.c.3.§.3.nu.7. Soarez lib. comm.opi.ver.dotem. MASVER.

LEX XLIX.

SI quis. Valet pactum, ne quis conueniatur vltra, quàm facere potest. hoc dicit, & aliud non habes in hac l.

SVMMARIVM.

1 *Pacto potest fieri,quòd etiam per legem fieri potest.*
2 *Fideiussor non potest se obligare ad pœnam mortis, si non præsentauerit reum.*
3 *Pacto non potest dari authoritas plenæ probationis priuatæ scripturæ, sed bene per legem,seu statutum.*
4 *Pactum de futura successione non valet.*
5 *Pactum,& contractus non præiudicant pupillis,& furiosis.*
6 *Cæteris dictio,an sit similium repetitiua.*
7 *Argumentum à pacto ad statutum semper est bonum.*

LEX L.

1 NON impossibile. † Illud, qđ põt fieri per legẽ, potest ẽt fieri per pactũ.h.d.ſm Bar.Albe.Bal.Ang. Sali.& Pau.de Ca.hic.& ita ẽt no.gl.mag.in fi.Illud summarium est cõe omnium,& antiquorum,& Mod. Ita generale non placet mihi vllo modo: quia non est verum in se, nec ẽt congruit huic.l.Et ℘ non sit verum,patet,quia à lege ad pactum affirmatiuè arg.non tenet:quia esset arguere à maiori ad minus affirmatiuè.Ita tenet Bar.in l.alia.§.elegã.ff.sol. matr. Facit.l.non est singulis.ff.de reg.iur.gl.in § cum aũt impubes.in verbo iubetur.Insti.de adop.Sed bene procedit negatiuè,vt est tex.melior de iure in l.fi.& ibi Bar.& Bal. ad hoc no. C.de fideiuss.alleg.gl.in l.non solũ.§.fi.in verbo,hæredis.ff.de ope.no.nũc. Et ℘ istud summariũ non sit verũ,patet in specie.Nã p legẽ,& p statutũ põt derogari ordini iudiciario.cle.sæpe.de ver.sig.sed non põt derogari per pactum,vel cõuentionẽ partiũ.gl.in c.de causis.de off.deleg.gl.& Bar.in l.in sacris.C.de proxi.sac.scri.lib.

12.Item secũdo per legem, vel per statutum potest derogari Senatusc.Mace.quia positiui iuris est, sed nõ per pactũ partiũ,
2 quia est odiosum, gloss.in l.tametsi. ff. ad Mace. † Tertio fide-
a iussor a nõ potest se obligare ad penã mortis, si nõ præsentauerit reũ.gl. est reputata singularis in c. cũ nõ ab homine. 23.q. 5.Bar.in l.si à reo.§.fi.ff.de fideiuss.& in l.eos.§. super his, per illũ tex.vbi etiã Bal.C.de app.Bal.in l.itẽ liberatur.1.ff.qui.mo. pig. vel hypo.sol.Cyn.Bal.& Sal.in l.ad ꝓmentarienſem. C.de cust. reo.Bal.in repe.l.de quib.in 3.col.ff.de legi.& in l.2.C. de const. pe.& in l.executorẽ.in 8.col.C.de exe.rei iud.& in l.lege Cornelia.ff.ad Sil.& in l.1.C.ne filius ꝓ patre.& in rub.C.res inter alios acta.& in l.pen. in 5.col.C.de pact.& in l.quoties.in prin. ff. de nox.Cano.in rubr.extra.de fideiuss.& no.Albe.de Ros.in 1.par. statutorũ.q.51.Et illam glo.facit sing. Bald.in c.ex rescripto.in pe. col.de iureiu.Et tamen fideiussor quamuis nõ possit ex suo contractu se obligare ad pœnam mortis, tamen bene potest ex dispositione legis, secundum Bar.in l.si quis reũ.in 1.oppo.ff.de cust.reo.Bal.in tit. de pa.consta.in ver.ab vniuersitate. Quartò per pactum priuatorũ non potest dari iurisd.l.priuatorum.C. de iurisd.om.iu.sed bene per legis cõstitutionem, aut statutũ.l. viros.C.de diuer. offi lib.12.gl.& Doct. in l.more. vbi dixi s. de iur. om. iud. † Quintò per pactum non potest dari auctoritas plenæ ꝓbationis priuatæ scripturæ, sed bene per legem, seu statutum.c.cum dilectus.de fid.instr.Iun.in c.cum P.tabel.eod.ti. no.in c.1.de proba.Imo.& Lud. in l. nuda ratio.ff.de don.Dixi in l.admonen.ff.de iureiu.† Sextò pactũ de futura successione non valet.l.pactũ, & l.fin.C.de pact & tamen per cõstitutionẽ, & statutum firmat.c.morib.& c.filij nati, si de feu.fue.ꝓtr.inter do.& agn. no.Bal.in l.cũ Archimedora.C.vt in pos.leg.† Septimò pactũ, & ꝟctus non ꝓiudicãt pupillis, & furiosis.§.pupillus. cũ.sim. Inst.de inu.stip.& tñ cõsuetudo, & statutũ præiudicãt pupillis. Text. est in l.si sine.§.Lucius.& ibi Bart.ff. de adm.tut. quæ lex est ad hoc singularis, s̃m Bald.in c.fi.in 7.col.de cõsue. Facit text.in c.cõstitutus, & ibi Doc.de in inte.re.gl.magistra in l.2.& ibi Cy.in vlt.col.C.quæ sit lõg.consue.Et ex istis apparet, q̃ summariũ Doctorũ ita generale est falsũ. Item summariũ istud non congruit literæ, quia text. vult aliud dicere. vnde summa text. sic. Potest in pactum deduci illud, ad q̃ quis de iure tenetur.h.d.cõcordat.l.qui mutuã.ff. man. & tunc dicitur legitima conuentio, & producit actionẽ: prout not.Bart.aliqñ istum tex.in l.legitima.s.eod. Vel sic, & proprius ad text. Valet pactum, ne seruum cõmodatum, vel locatum furem faciat: aut fugitiuum, & intelligitur, ne ipse faciat, & vt curet, ne per alium fiat.h.d. ¶ Considera in prædictis, quia iste text.bene probat, quòd omne illud, quod est per legem in præteritum dispositum, potest etiam in pactum deduci. Sed dicere, prout dicunt glo.& Doc. quòd illud, quòd in futurum potest per legem disponi, & fieri, quòd illud etiam possit fieri per pactum, istud est malè dictum, & ad hoc tendunt omnia superius alleg. Ideo considera, quòd Bar.in suo summario dicit, quod illud, quòd fit per legem, potest in pactum deduci. Nam debes intelligere Bart. quòd illud, q̃ fit.i. per legem disponitur, potest *in* pactum deduci, & hoc modo Bart. bene diceret. Et quòd ita fuerit intentio Bart. patet, quia Bart. ꝯ. dicit, quòd qñ pactum continet illud, quod disponebat ius commune, dicitur legitima conuentio, & actionem producit, & dicit Bart. quòd ad hoc propriè fuit facta ista lex. Sed summando prout gl. & omnes alij faciũt, quòd illud quod potest fieri per legem in futurum posit fieri per pactum, est nimium generale, & malè dictum, vt supra demonstraui. ¶ Not. ex isto text. quòd istud pactum, ne facias seruum meũ furem, vel fugitiuũ, duo importat. s. quòd tu eum non facias, & hoc est clarum. Item, quòd non negligas taliter, quòd ab alio fiat, & istud secundum est multum singulare, secundum Pau.de Castr. Nam videbatur, quòd de facto alterius non tenearis: quasi istud pactum sit personale. l.qui in futurũ. §.fi. ꝯ.eo. tamen quia seruus locatus, vel depositus cẽsetur tuæ custodiæ commissus, ideo de facto alterius teneris, quando tua neglientia processit. Adde, quòd Bart. hic aliter respondet, quòd imò verba hic sunt relata in rem. s. ad ipsum seruum, iux. not. per gl. in l. si ita quis. §. ea lege. circa prin. glo. magnæ. ff. de ver. ob. Secus si verba essent relata ad personam ipsius promissoris. Puta, promitto non ire, non agere. Tunc. n. non teneor curare, ne ab alio eatur, vel agatur. l. stipulatio ista habere licere. & l. cũ filius. §. stipulatus. ff. de ver. obli. & l. nouissima. §. sinautẽ. ff. iud. solu. & l. procurator cum peteret. ff. rem ra. ha. Vel tertiò respondeo s̃m Bald. in lec. antiq. quòd istud sit propter pactum, quod ampliat naturam cõtractus præcedentis, vt aliquod operetur, secundum gl. hic, quia nõ curare est culpa: ideo venit in pacto. Facit l. emptorẽ. §. qui
6 autem. ff. de act. emp. ¶† Secundò põdera text. ibi, & cæteris si.
b quòd dictio cæteris, b de per se non est repetitiua similium, aliàs supfluò adijceret in tex similib. vt hic, & l. ab emptione, in prin. in ver. cæteriq; similib. ꝯ. eo. Et quòd nõ implicet casus similes expressis, probat tex. in c. cum omnes principes. de ma. & obe. secus est in dictione alius, quę est repetitiua similum, glo. in l. si fugitiui. C. de ser. fug. & in c. sedes. de rescr. probatur in c. cum non ab homine. & ibi Can. no. de iud. Verũm, quia difficile esset reddere ratione diuersitatis, ideo dic, quòd etiam dictio cæteris, propriè sumpta est implicatiua similium. gl. est in l. non solum. §. quæritur. in ver. cæteros. & ibi Bart. ff. de proc. gl. no. in c. deinde. in gl. j. 26. dist. & gl. in c. apostolica. in ver. cæteræ. 56. dist. ¶ Capio gl. in verb. furẽ. q̃ diuide in 2. partes prin. In prima declarat tex. In scda opponit, & multipliciter sõluit. Scda ibi, sed vr̃ prima pars gl. est clara. Venio ad scdam partẽ, quã subdiuide magr̃aliter in 5. partes. In prima dupliciter opponit ꝯ. text. q̃ istud pactũ sit nullõ, quia turpe. Itẽ sit nullum, q̃a superfluum: Et primæ oppositioni nihil rñdet. In secunda parte, q̃ est ibi, ad q̃ dicas. gl. rñdet ad s̃m ꝯriũ de superfluitate, q̃ non est superfluum, imò ꝯtnet tres vtilitates, vt in gl. In tertia. par. quę est ibi, prętera. gl. scdò modo respõdet, & est vera solutio. In quarta parte. ibi, sed q̃dã dixerũt. gl. ponit opi. quorundam q̃ reprobat. In quinta quæ est ibi, ex qua collige gl. colligit ex tex. not. ¶ In ea gl. ibi. §. si ob. maleficiũ. Ad istud primũ ꝯrium, q̃ pactum sit nullum, quia turpe, gl. non respondet vnde respondeo s̃m Doc. q̃ simplex promissio de non faciendo: maleficium circa rem meam, nõ ꝯtinet turpitudinem, vt hic. Sed si tu acciperes prẽmium ꝓ hoc, certè ex parte tua bene esset turpitudo. l. pen. ꝯ. de cond. ob cau. ¶ In ea gl. ibi, itẽ potest esse, q̃ apponitur pœna. ista solutio diuinat, sed est in se vera, & ex ea not. Bart. q̃ possum promittere de non offendẽdo te sub pœna maiori, quã sit legalis. nec tunc debes esse ꝯtentus pœnis legalib. nisi in casu spãli. l. si ita stipulatio facta. vbi etiam Bar. ff. de veb. obl. & in l. fi. C. de spons. De quo plenius per Io. And. in regula frustra, in mercurali. ¶ In ea. glo. ibi, præterea si etiam.
* Ista est vera solutio. *& communiter tenetur.* nec superfluitas vitiat pactum. l. qui mutuã. ff. mand. nisi q̃n est admixtum vitiũ puta doli, vel metus. Ita ꝓpriè loquitur dictus. §. sed si fraudẽ. ¶ In ea. gl. in fi. No. ex gl. q̃ illud, q̃ põt fieri per legẽ, põt etiã fie-
* ri ꝓ pactum, *& ita etiam communiter dicunt Doct.* & glo. & Bart. in rub. C. de decr. decu. lib. 10. sed istud ita gñaliter dictum est malè dictum, vt dixi s. in prin. & ꝯrium tenet gl. in l. nec ex prætorio. & in l. neque pignus. §. priuatorum. ff. de reg. iur. Distĩgue, vt per Bar. & Doct. & Bar. in l. oẽs populi. in 3. q. 3. q. prin. ff. de iustit. & iur. Et vide ꝓ Bar. in l. Titio centũ. §. 2. ff. de cond. & dem. per gl. & Cy. & latius. Bald. in l. 2. C. quæ sit lon. ꝯsue. Bal. in l. ex cautione, in vlt. q. C. de non nu. pe. & in l. pen. C. com. vel epi. & in repe. l. de quib. in 3. & 4. col. ff. de legi. gl. & Doc. in c. cum dilectus. in verbo, constitutus. de consue. † Adde etiã q̃ à pacto
7 c ad statutum c semper bonum est arguere: quia tunc arguitur à maiori ad minus affirmatiuè, si potest per pactum, quod est minus, ergo & per statutum, q̃ est maius. Ita propriè arguit text. in l. fi. in fi & ibi Bar. & Bal. C. de fideiuss. in tantum, q̃ illud, quòd potest fieri per pactum, potest fieri per statutũ simplex. Ita singulariter dicit Bar. in l. fi. in 3. col. C. eo. Bal. in l cunctos. populos. in 15. col. C. de sum. tri. Alibi dicit Bal. in c. venientes. in vlt. col. de iureiur. q̃ per statutũ vallatum pacto potest plus fieri, quàm per statutum simpliciter. Iason Paduæ.

A D D I T I O N E S.

a ¶ Fideiussor. Adde gl. in verb. carcer. in c. arguta. 2. q. 6. tex. & Bar. in l. 2. in pri. ff. de cust. reo. Bald. in rub. C. res inter alios acta. Lud. Rom. in l. filiofamilias. la 2. n 15. col. fi. fol. mat. Pau. de Cast. in l. promissor. in §. fi. ff. de const. pe. 10. And. in addi. Spe. in tit. de fideiuss. in §. j. versi. quę autẽ dña. Arch. in c. si quis. 6. q. 1. Doc. in c. ius gentiũ. in fi. prima dist. & in c. si clericus. in vlt. no. de sen. excõ. lib. 6. Io. de Ana. in c. 2. in 8. col. de deli. pue. Lud. Ro. in in suis sing. num. 129. inc. tu scis. Alb. de Ros. in 1. par. statuto. q. 51. Lud. Rom. cõsil. 15. inc. plura sunt quæ quęruntur.

b ¶ Cæteris. Adde Raph. Fulg. cons. 118. inci. ꝓcuratoris absentium. in fi. 2. col.

c ¶ Statutũ. Adde l. nec ex ꝓtorio. ff. de reg. iur. Floria. in l. si ædes. in prin. de ser. vrb. prę. d. * Et q̃ pacto fieri potest, idẽ, & statuto. no. Alex. cons. 120. nu. 8. lib. 6. Quã cõclu. declarat Paris. cons. 91. col. 4. lib. 3. Rol. de dote. q. 24. nu. 9. Deci. & Cagn. in l. Reg. nec ex ꝓtorio. de reg. iur. Quid de pacto, & consuetudine, & q̃ à pari ꝓcedant, scribit Rol. consi. 20. nu. 21. cõs. 42. nu. 28. libr. 1. & si non valet pactũ, eo q̃ sit contra bonos mores, pariter nec valet statutum, vel consuetudo. Dec. consil. 225. nu. 4. MASVER.

S V M M A R I V M.

1 *Error causæ impedit effectum pacti, & ratificationis.*
2 *Transactio est ipso iure nulla, si legatarij, vel fideicommissarij transigunt non inspectis verbis testamenti.*

L E X LI.

Si cum te. Erronea causa reddit liberationem pacti ineficacem: & eodem modo iussum de soluendo, & pactum de non petendo. hoc dicit. Et considera, q̃ tex. ibi, neq; Ias. super j. ff. Vet. Dd ipso

ipso iure liberabitur videtur ineptè dubitasse, & ineptè decidisse, ꝙ pactum de non petendo ipso iure non liberat in casu isto: quia etiam si error non interueniat, tñ pactum de nō petendo ipso iure, nunquā liberat. l. si vnus. §. pactus ne peteret. s. eo. & ibi in tex. assignatur ratio. Ergo multò minus errore in-
4 *Iuramentum non operatur, quòd renunciatio hæreditatis paternæ dote data filię non possit postea agere ad supplementum legitimæ, si dos non erat tantum, quantum legitima.*
5 *Transactio, & sententia æquiparantur.*
6 *Compromissum non valet super dependentibus ex testamento, nisi inspectis verbis testamenti.*
7 *Ad hoc, vt transactio, vel compromißum valeat super his, quæ pendent ex testamento, requiritur quod fiat inspectis, & cognitis testamenti verbis.*

8 *Transactio sicut non valet super dependentibus à testamento, nisi verbis testamenti visis & cognitis ita, & pactum gratuitum.*
9 *Huic legi potest pacto renunciari.*
10 *Quando lex dicit, & aliter fieri non possit, illud dicitur de forma.*
11 *Renunciatio huius legis valet cum iuramento.*
12 *Transactio claudicare non debet.*
13 *Dispositio huius legis habet locum in codicillis.*
14 *An vitietur transactio, quando partes sciuerunt tenorem testamenti, forte à notario, vel testibus, sed non viderunt.*
15 *Sufficit præsumpta scientia testamenti, vt transactio valeat.*
16 *Stant simul legere, & non intelligere, est negligere.*

LEX VI.

DE his. Diuide intellectualiter istã l. in tres partas. In 1. ponitur thema, ex quo resultat tacita quæstio. In secunda ponitur responsio specialis secundum hunc titulum, & vltra titulum generalis. Ibi dum dicitur, neque transigi, neque exquiri aliter veritas potest. In tertia ponitur modificatio, seu limitatio decisionis, ibi, quam inspectis. Aliter non summo propter breuitatem.

1 ¶ † Noto regulam, quòd non valet transactio super his, quæ pendent ex testamento nisi inspectis, cognitisque verbis testamenti. concordat. l. 1 §. 1. ff. quemadmod. test. aper. & l. non est
a ferendus. ℈. eod. cuius decisionis rat. o[a] est duplex, secundum Doct. hic, & Bart. in l. si quis pro eo. in princ. in 3. memb. ff. de fideiuss. Prima fauore vltimæ volun. vt facilius vltimæ voluntates sortiantur exitum. l. vel negare. ff. quemad. test. ape. & hoc respectu dicitur cõcernere fauorem publicum. Ideo partes non possent renuntiare huic legi. de quo tamen dicam in glos. vbi ponam, quid si interueniret iuramentum in renunciatione. Ex hac etiam ratione sequitur, quòd ista lex non habet locum in alijs instrumentis inter viuos, in quib. valeret transactio, non in spectis verbis instrumenti, cùm in eis non versetur fauor publicus, prout etiam dicam in glos. Secunda ratio est, odio hæredum occultantium testamentum secundum omnes hic. Ista tamen secunda ratio est impulsiua, & non finalis. vt hic in glo. in quarta parte. Et patet, quia si hæres non occultaret testamentum, tamen non valeret transactio, non inspectis cognitisque verbis testamenti, vt patet ex generalitate huius text. & d. l. 1. in
2 prin. ff. quemad. test. aper. † Iuxta hanc reg. dicunt Gul. Alb. Bal. & Ang. hic, & est casus multum frequens, & not. quod si fratres maritauerunt sororem data ei dote, & pro qua in instrumento dixit se esse contentam pro omni eo, quòd petere posset ex testamento patris in hæreditate paterna, quòd non obstante tali renunciatione, poterit filia consequi relictum à patre, quia non valuit renunciatio, nisi cognitis verbis testamenti,
3 vt hic, & eius tenore vulgarizato, vt. ℈. dicam. † Item dato etiã, quod renunciatio fieret inspectis, cognitisque verbis testamenti. tamen si dos non esset tantum, quantum ascendit sua legitima, nõ obstat ante tali renũciatione, peteret supplementũ legitimæ, quia nunquam intelligitur renunciatum legitimæ, nisi de ea fiat mentio. Ideo specialiter debet renunciare legitimæ. l. si quando. § fin. & ibi vide omnino Bald. & alios post eum, & ibi dixi. C. de inoffi. test. Et adde text. not. in §. cæterum. in Auth. vt cum de appel. cogno. Ideo ex prædictis sis cautus, q[p] soror renũciet his, quæ posset petere ex testamento patris, vel matris, cognitis, inspectisque verbis testamenti, & vulgarizatis. Item specialiter renunciet legitimæ, vel supplemento legitimæ, & super
4 hoc deferatur iuramentum. ¶ † Item adde, quòd prædicta decisio procedit, etiam si in tali renunciatione interuenisset iuramentum, secundum Fede. de Sen. in consil. 115. inc. quæritur an
5 dom. Margareta minor, &c. vbi videas. † Istam l. limitat glos. not. in l. 3. §. 1. in glo. 1. ℈. eod. vt procedat in transactione, non in
b sententia. [b] Ideo si hæres sit absolutus per sententiam iudicis à legatis in testamento relictis non visis cognitisque verbis testamenti: sententia non erit nulla ipso iure, imò valebit, sed succurretur aliter legatario. Mota est glo. per l. 2. in prin. ff. de exec. rei iud. & ita expressè not. & sequitur illam glos. Bald. in d. l. 3. §. 1. & tenent Gul. Iacob. de Aret. hic, & Bald. hic per illam glos. Tene contrarium. Et certè est mirandum de istis Doct. quia contra eos est text. expressius in l. 1. ff. quemad. testa. aper. in vers. neque apud iudicem exquiri aliter veritas potest. & per istum text. ibi neque exquiri, &c. qui euidenter confundit dictam opi. ¶ Ad idem facit, quia transactio, & sententia æquiparantur. l. non minorem. C. eod. l. 2. de iuriur. Tamen ad hoc posset responderi, si non essent text. supra alleg. Et istam opin. tenet Pau. hic, qui tamen d. ll. non alleg. sed solùm respondet ad. d. l. 2. de exec. rei iud. ad quam respondi in l. 3. §. 1. supra eod. & ibi Fulg. etiam tenet istam opi. licèt de prædictis mentionem non faciat. Et ita teneas omissa distinctio. Alber. hic, & sic habes no-
c tabil. extensionem ad hanc l. vt procedat etiam in sententia. e
6 † Adde, quod etiam procedit in compromisso, [d] seu laudo,
d quia non valet super dependentibus ex testamento, nisi inspectis cogitisque verbis testamenti. secundum Ang. in cons. 219. Et facit ratio, quia compromissum censetur transactio, secundum Doct. in Authen. Si verò contigerit. vbi dixi. C. de iud. glo. est in corpore vnde sumitur, & probat etiam text. ibi, neque exquiri aliter, & c. vt dixi. ¶ Limita istam l. vt non procedat in transactione facta per hæredem cum debitorib. vel creditorib. hæreditarijs, quia valet, licèt sit facta nõ inspectis, nec cognitis verbis testamenti, per text. in l. controuersia. infra eod. & in l. fin. in fin. & in l. 3. in prin. & §. fin. supra eod. in quibus legibus fuit facta transactio inter hæredem, & debitores, & creditores hæreditarios, & ibi non dicitur, quòd fuit opportunum videre verba testamenti. Tamen istud non est concludens argum. quia posset responderi, quod illæ. ll. suppleantur per istam, & per d. l. 1. §. 1. ff. quemad. test. aper. iuncta reg. l. non est nouum. & l. posteriores. supra de legib. Secũdò fortius facit, quia cùm tale debitum non pendeat ex testamento, nec per inspectionem testamenti dicatur de debitorib. vel creditoribus, frustra fuisset inspectio testamenti, quo ad hoc, & sic cessat ratio huius text. f odium hæredum occultantium testamenta. Frustra enim ostenditur, quòd non reuelat. argum. l. aliquando. infra ad Velleia. sed in testamento nihil continetur, quod ad debitores, vel creditores spectet. Sicut est in legatarijs, vel fideicommissarijs. Et ita limitat Alexan. in consil. 11. in 2. volum. inc. viso, & vt oportet considerato themate in 5. colum. in fin. cum sequen. Credo, quod in specie non tangatur ista limitatio hic, vel in locis communibus. ¶ Aduerte etiam, quod text. in d. l. controuersia. non loquitur in transactione facta per hæredem cum creditorib. vel
e debitorib. hæreditarijs, [e] sed loquitur in transactione inita inter hæredem scriptum in testamento, & legitimum hæredem, qui esset ab intest. successurus. ¶ Secundo limita istam l. vt procedat quantum ad transactiones, vel etiam pactiones factas per legatarios cum hærede: non autem quo ad donationes, vel vẽditiones factas extraneis. Itam limitat Raph. Fulg. secundum numerum meum in consil. 51. incip. quædam domina Lucia. in vlt. colum. ¶ Secundo not. text. ibi, inspectis cognitisque, &c.
7 † quod ad hoc, vt valeat transactio, vel compromissum super his, quæ pendent ex testamento, vt hic, vel ex codicillis, vt l. nõ est ferendus. infra eod. requiritur, quòd prius inspecta sint, & co
f gnita verba testamenti; Ideo cautela [f] est secundum Bartol. & alios hic, quòd in tali transactione, vel instrumento transact. dicatur inspectis, cognitisque verbis testamenti, & idem vult Bald. in l. qui Romæ. § duo fratres. in 4. quæstio. infra de verbor. oblig. & Bartol. & Bal. in l. sub prætextu. la. 1. C. eod. & Angel. in l. tres fratres. supra de pact. Istam cautelam limitat sing. Angel. in d. §. duo fratres. vt non procedat in muliere, vel rustico, vel similibus, qui verisimiliter sunt literarum ignari, quia non sufficit, quòd in instrumento diceretur inspectis, cognitisque verbis testamenti, nisi notarius attestaretur, qualiter vulgarizauit verba latina testamenti. Et h. d. Angel. se obtinuisse in quadam opulentissima hæreditate, dum quædam mulier fecisset transactionem, vel renuntiationem de dicta hæreditate, & in instrumento dicebatur inspectis, cognitisque verbis testamenti. dicit Angel. quòd multi putabant, quòd ista soror esset exclusa: dicit se obtinuisse contrarium. Primò, quia cùm esset mulier, debuit notarius dicere, vulgarizato testamento per me. Secundò, quia. d. filia nihil amplius sibi deberi confitebatur ex testamento patris, vel matris, quod continet errorem manifestum: ergo confessio erronea non debet præiudicare saltem in effectu, quia probando deberi, ostenditur error, & confessio debet reuo-

ADDITIONES.

a ¶ Decisionis ideo. Adde Alexan. in l. qui Romæ. §. duo fratres. colum. vlt. verb. obl. PVRPV.
b ¶ Non in sententia. Adde Alexan. in l. qui Romæ. §. duo fratres. 27. colum. fin. ℈. de verb. obl. & in l. impe. col. 1. ff. de re iud. Ias. in l. sub prætextu. la. 1. C. de transac. col. 2. & adde ad l. impe. Alex. PVRPV.
c ¶ Etiam in sententia. Adde 6. limit. & magnam in omni hærede extraneo, in quo præsumpta est scientia, quæ in casu huius l. sufficit. Bart. l. qui Romæ. in §. duo fres. quæstio. 4. ℈. de verb. obl. & ita colligit, sed dubitat Ias. in l. sub prætextu. la. 1. C. de transact. & firmat Alexan. lib. 2. cons. 11. viso ac, vt oportet considerato. colum. 4. PVRPV.
d ¶ In compromisso. Amplia text. de compromisso per Alex. in d. §. duo fratres. col. 27. ad fin. Rom. cons. 403. in 2. dubio. PVRPV.
e ¶ Hæreditarijs. Adde Alex. lib. 2. cons. 11. col. 4. PVRPV.
f ¶ Ideo cautela. Adde Ias. in d. l. sub prætextu. col. 2. Et vide Cepol. caut. 13. incip. si vis scire. Bartol. hic numer. 5. versi. sis igitur cautus. plura not. Nat. cons. 145. Rol. cons. 13. lib. 1. post Alexan. cons. 11. lib. 2. cons. 118. lib. 7. Dec. cons. 355. qui omnes huius l. materiam declarant. MASVER.

reuocari.l.cum falsa. & l.error.vbi dixi. C. de iur. & fact.ign. tamen Ioan.de Imo.in d.§.duo fratres.in 1.quæst. reprobat Ang. in vtroque membro. Primò, quia standum est assertioni notarij in his, quę spectant ad officium suum, vt plenè no.in l.sciendum.de verbo.oblig. Ex quo ergo notarius attestatur inspectis cognitisque verbis, standum est assertioni notarij, quòd mulier intellexit mediante eius vulgarizatione, licèt de ea non fiat mentio in instrumento. Nec est verum, quòd confessio dicatur erronea, quia inquantum soror dicit se esse contentam, & nihil amplius sibi deberi, intelligitur mediante ista renunciatione, vt ibi plenè per eum, & tangit Alex. ibi latè. in 4. colum. & trib.seq.cum concord.ibi per dom. Alex. & alios alleg. ad quos te remitto. Quid autem si verba testamenti non fuissent inspecta, tamen legatarius de eis haberet perfectam notitiam? Aliter fortè, quia notarius, vel testis testamentarius dixit. Tangit Bar.hic in fin. & concludit, quòd sic, & quia est quæstio necessaria, dicam. ĵ. ¶Glo. diuiditur in septem partes. In prima ad declaratio.text.respondet tacitæ.quæst. Postea format 4.quęst. & decidit. In sexta opponit contra text. & solu. In septima per viam notabilis remouet aliud contrarium. Secunda ibi, sed nunquid pactum. Tertia ibi, item nunquid expressè. Quarta ibi, item, quod si ipse hæres. Quinta ibi, item an hæc in codicillis. Sexta ibi, item si inspiciantur. Septima ibi, item no.l. hanc loqui. ¶Venio ad primam, in qua quærit glo. quid si relicta sint quindecim in testamento, & legatarius credat decem esse relicta, & ita transigat in decem, non visis verbis testamenti, an valeat transactio in illis decem? Licèt glo. vacillare videatur, Docto. concludunt, quòd in nihilo valeat per istam.l.resistentem. Vnde nec naturalem, nec ciuilem obligationem propter l.prohibitionem producit.l.si non sortem.in princip.ff.de conditio.indeb. & l.cum lex.ff.de fideiussor. Item cùm ista l.det certam formam actibus hominum, forma non seruata, actus est nullus.l.cum hi.§.si prætor. ĵ. eod. ¶ In secunda parte glo. habes notabilem extensionem ad hunc text. † quòd sicut non valet transactio super dependentibus à testamento, nisi visis verbis testamenti: ita nec pactum gratuitum. Sequuntur Bart. Bald. & Angel. hic propter identitatem rationis, quæ vtroque casu militat. Contrarium tenet Gul.Iaco.de Ra. & Ray. quos refert, & sequi videtur Alb.hic, & Fulg. & Paul. licèt de prædictis mentionem nō faciant, eo quia ille, qui gratis remittit per pactum, non sic decipitur, si aliquid plus sit in veritate, quàm existimet, cùm intendat vti liberalitate, quod secus est in eo, qui transigit. Secundò, quia facilius inducitur quis ad transigendum pro aliquo accepto, quàm ad paciscēdum, cùm gratis fiat. Ideo priore casu magis est succurrendum, quod probatur pulchro simili. Nam mulieri intercedenti, vel fideiubenti pro alio subuenitur per Velleianum, & tamen donanti pro alio non subuenitur, quia mulier facilius inducitur ad fideiubendum, quàm ad donandum. Ideo priore casu succurritur. secundo non. l.si ego.in fin. ĵ. ad Velleian. Præterea, & tertio non sine mysterio leges loquentes de ista materia semper loquuntur de transactione, non de pacto gratuito, vt hic, & l.non est ferendus. ĵ. eo. & l.1.§.1.ff. quemadmodum test.aper. ¶ †In tertia parte glo. habes, quod huic l. potest pacto renunciari, per reg. quæ disponit, a quemlibet posse fauori suo renunciare. [a] l.pen.C.de pact. Reprobant omnes, quia qui errat, non paciscitur, & quia qua facilitate quis inducitur ad transigendum, eadem inducitur ad renunciandum huic legi.l.doli mali.versi.diuersum. ĵ. de noua. ¶Secundò, quia dispositio huius.l. inducta est fauore pub.tamen (vt infra dicam) ista non multum concludit. ¶ Tertiò, quia ista dispositio est inducta odio hæredum testamenta occultantium, ergo renunciari non potest, per glo.in l.tametsi.ff. ad Maced. Sed nec ista ratio concludit, quia est ratio impulsiua non finalis, vt tenet glo.in seq. parte quam omnes sequuntur. Quod ostenditur, quia etiam si hæres non occultaret testamentum, tamen non valeret transactio legatarij, qui testamentum non vidisset. ¶Quartò, quia ista lex dat formam, ergo ea non seruata non valet transactio: nec potest renunciari, arg.l. nemo.ff.de leg.1. Quintò, quia ista lex loquitur prohibitiuè, vt patet ex negatiua, quæ præcedit verbum, potest, glo.in c.1.de regul.iur.in sexto. sed legib. prohibitius renunciari non potest. [a] gl.in l.1.& 2.C.ne fideiuss.do.den. *Ita tenent omnes*, [b] & idem tenet gl. contraria in l.pactum. in gloss. magn. in pe.fal. §. de pac. quam alleg. Albe.hic. Idem tenet Ludo.in consi.403.incip.pro decis.propositæ consultationis, tria arbitror, &c. & Imo.in l.qui Romæ.§.duo fratres.in 2.q.ff.de verb.oblig. & ibidem d. Alex. in 58.col. & Are.quem omnino vide in consi.93.incip.viso legato.in 3.dubio. ¶†No.reg.quam tradit Bar.hic in prædictis fundamentis, ęp quando l.dicit, & aliter fieri non possit, ęp illud dicitur esse de forma. Adde Bart.in l.fi.per illum tex.in verbo, nō aliter. de vend.re. ciui.libro 11. Facit text.in l.comparationes. in verbo, non aliter licere, & in versi. non aliter etenim fieri. C. 11 de fide instrum. † Suprascripta procedunt, quando renunciatio simpliciter fit. Sed pulchrum dubium est, quid si partes renuncient huic l. cum iuramento, an tunc renunciatio valeat? Dic, quòd sic. Ita Imo.in commen.c.cum contingat, in vltima charta magna.de iureiuran. Sequitur Alex.in consi.11.in 2.vol. incip.viso, & vt oportet considerato themate.in 6.colu. Idem in effectu tenet Comen.in l.si quis pro eo.in princip. de fideiuss. quia solennitas huius.l.est positiua. ergo ei renunciari cum iuramento potest. Addo stringere, quia licèt legibus prohibitiuis simpliciter renunciari non possit, tamen potest cum iuramento. Ita sing. Ioan. And.in addi. Spec.in tit.de instr.edi.§.porro.in addi.mag.circa fin. Bald.in l.antiquæ.§.fin.in fin. C.ad Velleian. Alex.in l.si constante.§. quoties. ff. solut.matrimo. Et per hoc tollitur vna ex rationibus Bart. & Docto. In seq. tollam alias rationes, & sic ostendam à partibus sufficienter enumeratis, ęp renunciatio huius l.facta cum iuramento, valet. Adduco ergo, quod tenent Bar. & Angel.in d.l.si quis pro eo. in tertio membro, vbi concludunt, quòd quando contractus non valet ratione publicæ vtilitatis secundariò, vt in fundo dotali, talis cōtractus firmatur iuramento. cap. cum contingat. de iureiuran. Sed ita est in casu nostro, vbi inducitur ratione publicæ vtilitatis secundariò: ergo iuramentum renunciationem confirmat, & sic tollitur alia ratio Docto. Facit etiam, quod volunt Bar. & Ange.in d.l.si quis pro eo.in quarto membro, vbi concludunt, quòd quando prohibetur contractus principaliter in odium alicuius, vt est in pacto l.commissoriæ, quòd principaliter reprobatur odio creditoris, tamen iuramento firmatur. c.significante.de pign. ergo dato, quòd ista l.esset principaliter inducta odio hæredum, (vt dixi,) tamen iuramentum debet firmare. Cogita tamen, quia Bar.in d.quarto membro vult, ęp iuramentum sit seruandum, sed quòd contractus non confirmetur. Sed fortius ista ratio odij hæredum est impulsiua, vt dixi, & sic tollitur alia ratio Doct. ¶Concludo ergo, ęp renun- c ciatio huius l.facta cum iuramento, valet, [c] imò tenet Alexan. fin. & no.bene in d.consi.11.ęp per ista verba apposita in instrumento, quæ communiter apponuntur de stylo notariorum, ęp prædictæ partes renunciant exceptioni doli, condictioni indebiti, & omni legum auxilio, si esset facta cum iuramento, intelligeretur derogatum huic.l.per doctr. Barto. declarantis effectum illius renuncia. omni legum auxilio, in Auth. vt matri. & auiæ.in 3.col. & ibi Bal. C. quando mul.tut.offi.fun. potest. Bar. in l.si sub conditione.ff.de testam.tu. Spec.in titu.de renun.§.1. ver. & quia. & ver. quid si quis cōfirmatur doctr. omnium concludentium sufficere generalem renunciationem cū iuramēto, vt in l.sciendum.in 2.col. ĵ. de verb.ob. per Bart. & in Auth. sacramenta. C. si aduer. vend. & in l.2. C. de rescin. vend. Item, ęp renunciatio facta huic l. cum iuramento, tenet. Firmat etiam d. Alex.in d.l.qui Romæ.§.duo fratres.in 56.col. & seq. ff. de verb. obli. super 5.q. Bar. Sed aduerte: licèt ita sit tenendum, tamen contra primam decis. ęp huic.l. non possit etiam cum iuramen to renunciari, [d] pondero, quod decidit Bar.in l.cū hi.in fi. prin. d ĵ. eo. Nam dicitur in illa l. ęp non potest transigi super alimētis de futuro sine prętore, quęrit ibi Bart. an illi l. possit cum iuramento renunciari? Et tenet, quòd non, quia illa l. dat formam prout huic, & quia procedit prohibitiuè, sicut hic, & pondera, ęp Bar. ibi vult, ęp legi prohibitiuę non possit renunciari, etiam cum iuramento, contra Io. And. Bald. & alios supra alleg. Et illam decis. sequitur ibi Fulg. Alij non tangunt. Et Fulg. in l. qui fidem.in prin. ĵ. eo. per illum tex.in ver. licite. iuncta gl. Et idem not. tenet Bald.in pactum dotali.in fin. q. C. de col. Motus, quia iuramentum per quod quis incidit in periculum mortis, seu in discrimen vitæ, non valet, prout est iuramentum, per quod renunciatur alimentis de futuro. Sed aduerte, ęp contra illud, qđ tenet Bart.in d.l.cum hi. tenet Bart. sibi contrarius in d.l.si quis pro eo. in vlti. membro. Motus bona consideratione, quia cū ista non sint prohibitiua, eo quia sint contra bonos mores, sed quia de facili pro aliquo præsenti quis renunciaret alimentis futuris, & istud non principaliter tendat ad bonum publicum, ergo debet renunciatio valere. Et istud tenet Imo. in cap. cum contingat. in penult. char. de iureiuran. Et ista est melior, & isto modo faceret ad præcedentem conclusio. Istam eandem partem,

ADDITIONES.

a ¶Fauori suo renunciare. Vide de renunc. Soc. lib. 2. cons. 214. incip. in causa. in 2. difficultate. & li. 2. consi. 113. inci. in casu contien. & recō. col. 3. PVRPV.

b ¶Declara, vt per Roland. consilio 13. numer. 4. consilio 98. nume. 13. 41. 42. libro primo. PANCIR.

c ¶Valet. Et hanc sequitur Nat. consi. 145. col. 4. in prin. Dec. consi. 345. plara no. Rol. consi. 13. nu. 4. lib. 1. MASVER.

d ¶Renunciari. Vide Cor. lib. 4. consi. 139. inci. viso testamento Pauli. PVRPV.

tem,quòd renunciatio facta huic l. etiam cum iuramento nō valeat, tenet in terminis Ange. in consilio 94. inc.cum lis, & quæstio.in vlrim.colum. & vide Bald. in c.cum inter. in 1.col. de renuncia.Et prædicta bene not. quia (vt puto) non reperies
12 alibi ita discussa.¶In quarta parte glo.† habes, quod ista l.habet locum etiam in hærede decepto transactione,quia transegit, non inspectis verbis testamenti, licèt ista.l. secundum. glo. principaliter sit facta odio hæredum.Quasi dicat glo.quod ista sit ratio impulsiua non finalis, & cum glo.tenent Iacob. Butr. Bart.Ray.& Albe.hic.Facit,quia transactio claudicare non debet.l.si cum dies.§.si arbiter. ff.de arb.& ar.l.Iulian. §. si à colludente.ʃ.de actio.emptio.Idem tenet Gul.hic per l.fin. C.de reb. cred.quam l.secundum cum nemo alleg. Pau.hic dicit, quòd habuit istum casum de facto, cùm vxor testatoris diceret sibi in testamento relicta, tam pro suis doribus, quàm pro alio,& hæres non viso testamento transegit cū vxore,data certa quantitate pecuniæ: fuit dubitatum,an transactio valeret. Videbatur,quòd sic: postquam hæres se obligauerat,per l.& si nō designata.C.de fal.causa adie.lega. Pau. tenet contrarium, & per istam gl.& propter errorem hæredis, eo quia ostenditur rem aliter se habere, & de hoc est text.in l.fin.C.de reb.credi. Istam decisio.Pau.de Cast.refert, & sequitur dom.Alex.in d.l.qui Romæ.§.duo fratres.de verb.oblig.in 56.colum. & pro hoc alleg. quod not.gloss.fin.in l.de ætate.§.fin. ff.de interroga.actio.& in l.cum de indebito. in princip. ff. de probatio. & ibi plenius vi-
* deas per eum. Licèt ita se habeat *communis sententia*, contrariū tamen tenet Iaco.de Are.per l.cum hi. §. quid ergo. infra eod. sed Alb. respondet, quòd ibi concurrit duplex fauor, scilicet, alimentorum, & vltimæ voluntatis, hic solum vltima voluntas,quod nihil est. Sed dic, quòd ibi loquitur in diuersis termi-
13 nis. ¶† In quinta parte habes, quòd dispositio huius.l.habet locum in codicillis,& in hoc bene loquitur: Sed an habeat locum in testamento nuncupatiuo facto sine scripto? Iacob.de Rauen.tenet,quòd sic.contrarium tenent Alb.& Fulg.hic in fi. & Bart.in d.§.duo fratres in 4.quæst. In alijs glo.bene loquitur.
14¶† Extra glo.hic quærit Bar. quid si transigentes sciuerunt tenorem testamenti,fortè à notario, vel testibus, sed non viderunt testamentum, an vitietur transactio? Videtur, quòd sic per ablatiuos absolutos, ibi,inspectis cognitisque verbis, qui resoluuntur in conditionem, vt dixi in l.ab emptione.ʃ.titu.1. Sed non sufficit conditionem impleri à fortuna, vel à fato.l.2. ff.de condi.& demonstra. Secundo, quia non sufficeret testamentum fuisse visum, sed quòd esset visum propter transactionem,per text.in simili in l.2.§.homines. ff.vi bono. rap.vbi non sufficit homines fuisses conuocatos, sed debent esse conuocati ad hoc,vt rapinam committerent.Et ita not.Barto.ibi, licèt posset dici,quòd ibi Bar.non se firmet. Contrarium tenet Bar.hic per l.1.& l.cum proponas.C.eo.per alleg.per eum, respondens ad contraria, & quia aliàs sequeretur, quòd si de testamento non esset facta scriptura,quòd nunquam posset transigi,quod est absurdum, & cum Bart.tenet Ange Fulg.& Pau. hic.Facit tex.in l.4.ver.cum sciret. & ibi Bar.in l.fi.hoc not.ff.de optio.leg.Idem per omnia tenet Bar.in l.qui Romæ.§. duo fratres.in 4.quæst.princip.vbi etiam alij infra de verbo.oblig.& in eodem.6.in 5.quæst.princip.& Alex.in consi.11. in 2.vol. incip. Viso, & vt oportet considerato themate.in 5.col.& in consil. 76.in 3.volum.incip. Ponderatis his, de quibus in themate.in
15 5.col.† Imò plus pondera tu nouiter, quòd Bar.in multis locis vult, quòd sufficit præsumpta scientia testamenti ad hanc. l,vt transactio valeat, vt est in hærede extraneo, qui præsumitur vidisse testamentum: aliàs non potuisset adire hereditatē, quia valet transactio etiam si non apparet eum vidisse testamentum. Ita vult Bar.in l.eius qui in prouincia.ʃ.si cer.peta.in 6.colum.in quinto notab.& in d.§.duo fratres. in 3.& 5. quæst.
* princip.quod multum not.ad hanc.l. Sed considera, *quòd licèt omnes transeant cum decisio*. Bar. ego tamen valde dubito,quia si verum esset, quòd sufficeret cognouisse, vel sciuisse tenorem testamenti,frustra tex.diceret hic, & in l.1.§. 1. ff. quemadmodum testamen. aper. inspectis cognitisque verbis testamenti, quia sufficeret dicere,cognitis,ad denotandum,quòd non sufficeret cognitio aliter,quàm per testamenti inspectionē. Aliàs superfluum esset illud,inspectis.Nisi respōdeas,quòd incipiendo ibi cognitis,tunc bene superfluum esset illud, inspectis, sed incipiendo,vt facit tex.nulla erit superfluitas. ¶Secundò dubito contra Bart & Doct.dum volunt, quòd inspicere dicitur ille,qui scit. Secus si text.dixisset, lectis: tunc importaret oculis corporeis,vt dicit Bar.hic,& in d.§. duo fratres.in 4.quæstio. Et sic vult Bart.quòd verbum,inspectis,in tex.nostro referatur ad oculos intellectus,non corporis. Mihi videtur, quòd in cōtrarium ineuitabiliter sit tex.in l.1.§.1. ff.quemadmodum testam. aper.vbi cuique volenti inspicere, & describere testamentum prætor istud concedit, & ponitur ibi ratio, quia aliter transigi non potest, nisi inspectis cognitisque verbis testamenti, & sic verbum,inspicere,refertur ad oculos corporis. Cogita,non ta-
* men recedas *à communi sententia Bar.& communi*. Attende etiam in proposito,quia dicit not.Bald.in 2.lect.quod si partes asserent se habere certam scientiam testamenti, staretur eorum assertioni, licèt aliter non appareret de inspectione testamenti, & valeret transactio,argu.l.generaliter.C.de non nu.pecu.Ideo ſm Bald. facias semper apponi in instrumento ista verba,qualiter partes asserentes se habere plenā notitiam testamenti,&c. quia tunc non possunt infringere transactionem virtute huius.
16 l.& idem tenet Ang.hic, per l.4.ff.de optio.leg.† Subdit tamen mirabiliter Ange.hic,q̄ non sufficeret, q̄ partes dicerent se legisse testamentum, quia stat simul, q̄ legerint, & tamen non cognouerint tenorem. Nihil adducit,nisi illud, Legere,& non intelligere est negligere. Sed non puto verum,quia eo ipso,q̄ partes asserunt se legisse, asserunt & intellexisse, aliàs esset frustra,sicut dicitur de testibus asserentibus se affuisse, quia intelligitur,& intellexisse ibi dicta. vt dicit Bart.in l. diem proferre.§. coram.infra de arbi.licèt aliter videatur tenere idem Barto.in l.1.ff.de aucto.tuto. Iason Paduæ.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio quòd sit interposita, vel sit intra tempus appellandi, paria sunt.*
2 *Factum aliquid esse, vel esse in potentia faciendi, an sint paria.*
3 *Sententia lata contra fideiussorem, etiam si milies transierit in rem iudicatam, in nihilo tamen præiudicaret principali.*
4 *Transactio inutilis non impedit executionem iudicati.*
5 *Fauore liberationis si non valeat, quod ago, vt ago: valet eo modo quo valere potest.*
6 *Reus naturaliter tantum obligatus dans fideiussorem naturaliter, & ciuiliter obligatum, an per hoc dicatur fideiussor in plus obligatus.*
7 *Pactum de non petendo non potest ipso iure tollere nisi naturalem obligationem.*

LEX VII.

TPostrem. Donec potest appellari à sententia, semper potest transigi. hoc primò. Et transactio facta per principalem, prodest fideiussori, etiam condemnato per sententiam,à qua fideiussor amplius appellare nō posset,quia licèt fideiusior transigere non potuisset, posset tamen principalis,& prodesset fideiussori. Et solutum ex transactione inualida, conuertitur in solutionem veri debiti. hoc dicit vltimo. Primò not.ex text.ibi, & post rem iudi.hic esse text.expressum contra opi.quorundam Legistarum,& Canonistarum in rub. extra de re iud.& in rub.ff.de re iudic.quia in d. locis est rub.de senten.& re iud.& copula,& denorat diuersitatem. Quæ ergo differentia est? Aliqui dicunt, q̄ sententia dicitur,quando appellari potest, sed quando sententia transiuit *in rem iudi.*non potest amplius appellari: Et ita vult communis vsus loquendi.Nam hic est tex.in contrarium.& de hoc tamen vide Bar.in
1 l.1.de re iudi.& Cano.in d.rub. ¶† Secundò not.q̄ paria sunt, vel quod appellatio sit interposita, vel sit infra tempus appellandi,& ad hoc est tex.no.in c.non solū.de appel.libr 6. Et propterea dicunt Doct.post glo.in l.ex iudiciorum.de appel.quod sicut pendente appellatione non potest aliqua fieri executio,
2 ita etiam pendente tempore appellationis.† Et ex hoc generalius no.paria esse aliquid esse factum, vel esse in potentia faciendi. Limita istud procedere in his, quæ competunt de iure communi, vt est hic appellatio. Secus est in his,quæ competunt de iure speciali, puta in restitutione in integ.quia ea, quæ de iure speciali possunt euenire, non sunt in consideratione, antequam fuerint impetrata.l.ergo. ff.de fideicommiss.libert. in l.fin.in 2.col.C.de sen.pas.& in l.inter stipulantem.§. fæmin.
3 ff.de verbo.oblig.cum alijs concord. ¶† Tertiò not.in verbis fideiussor.hic esse tex.not.secundum Bal.& Ang.hic,q̄ sententia lata contra fideiusso.etiam si millies trāsiuerit in rem iudi.in nihilo tamen præiudicaret principali. Et licèt ipsi non dicant probatur ratione,quia quemadmodum liberatio facta fideiussori non prodest principali.l. fideiussoris. ff. de pact. ergo succedit regula,qui non sentit commodum, &c. & iste text. est singularis secundum Bald. in c.in præsentia. vltima colum. de renuncia. ¶Quartò not.ex text.illud vulgatum,ad quod millies iste text. alleg.q̄ quandoque ex persona alterius consequimur,quod ex persona nostra consequi non possumus. De quo latè dixi in l.
4 si emancipati.C.de colla.¶† Quintò not.ex eodem tex.in ver. non perimit rem iudic.hic esse text.sing.secundum Bald.quòd

transactio

transactio inutilis non impedit executionem iudicati. Et pro hoc infert Bald. idem esse in compromisso, quòd compromissum non habet impedire executionem sententiæ, à qua non est appellatum. Et ratio est, quia compromissum est inutile, quia post rem iudic. nisi partes renuncient sententiæ, vt dicunt
5 Bar. & omnes in l. si causa cognita. C. de transactio. ¶ † Vltimo not. quòd fauore liberationis si non valet, quod ago, vt ago, valet eo modo, quo valere potest. Similem text. vidistis in l. si vnus §. pen. ff. eo. & habetur in l. 1. §. si quis ita. ff. de verbo. oblig. In glo. nihil est. Extra glo. restat vna no. decis. quę est. Reus principalis est naturaliter tantum obligatus. Pone, quod dederit fideiuss. qui esset postea obligatus naturaliter, & ciuiliter, vt l. 1. de fideiuss. nec pro hoc fideiussor dicitur in plus obligatus, sed
6 efficacius. † Pone modo, ꝙ creditor faciat pactum de non petendo principali, quo casu erit in totum liberatus, quia tãtum naturaliter tenebatur, quid erit in fideiussore, an per tale pactũ tollatur naturalis, & ciuilis obligatio? Prima fronte videtur, ꝙ non, per reg. l. si vnus. §. pactus. s. tit. 1. Contrarium tamen sing. determinat Gul. de Cun. hic, quia ex quo principalis in totum ipso iure liberatur, in consequentiam etiam in totum ipso iure liberatur fideiussor, per tex. nostrum, quia quædam competunt fideiussori ex persona principalis debitoris, quæ immediatè sibi non competerent. Ad idem alleg. l. 3. ff. de rescind. vendi.
7 Ad idem alleg. gl. in l. si hæres pecuniam. §. 1. ff. ad Treb. ¶ † Ex ista decis. habetis sing. limitationem ad reg. l. si vnus. §. pactus. supra eod. quia illud quod ibi dicitur, quòd pactum de non petendo non potest ipso iure tollere nisi naturalem obligationem, istud est verum principaliter, sed in consequentiam bene tollit ipso iure & naturalem, & ciuilem obligationem. Istam decis. sequuntur Albe. de Ro. Bald. & Ang. hic, & adducunt tex. in l. Stichum aut Pamphilum. §. fin. ff. de fideiuss. alleg. etiam l. an inutilis. §. fin. & l. per iusiurandum. de accepti. quæ parum faciunt. Iason Paduæ.

SVMMARIVM.

1 *Transactio facta super alimentis relictis in vltima voluntate inter hæredem, & alimentarium sine decreto prætoris, non valet.*
Mulier non potest renunciare alimentis dotis, & nu. 3.
Partes quando sunt in concordia, iudex nihil habet facere.
Relinquo, verbum proprie refertur ad verbum vltimæ voluntatis.
Relinquo, an possit referri ad institutionem.
Donatio causa mortis æquiparatur vltimæ voluntati.
Alimenta, quæ debentur per contractum, debentur ex prouisione alimentarij.
9 *Transigi potest super alimentis debitis de præterito.*
10 *Transactio quemadmodum est probibita super alimentis de futuro relictis in vltima voluntate, ita etiam probibetur pactum.*
¶1 *Iuramentum quando interuenit in transactione, an valeat sine prætoris auctoritate.*

LEX VIII.

CVm hi. Ista lex tota secundum Bart. habet duas partes, vt hic per eum. Ego aliter diuido ex mente Alb. hic in tertia parte prin. Primò Iurisconsul. refert orationem diui Marci, de qua in text. Secundò Iurisconsul. declarat orationem, & eius verba, quid veniat sub verbo relicta, & quid appellatione alimentorum. Tertiò Iurisconsul. ponit quasdam quæstiones, super quibus poterat dubitari circa d. orationem. Secunda ibi, hæc oratio pertinet, & durat vsq; ad §. qui transigit. & ibi est tertia pars. hoc dicit. ¶ Non valeat transactio sine prætore super alimentis relictis in vltima voluntate, vel in testamento, vel codicillis,
2 vel donatione causa mortis. hoc dicit. ¶ † No. effectualiter ex toto isto prin. non valere transactionem factam super alimentis relictis in vult. volun. inter hæredẽ, & alimentarium sine decreto prætoris. Hinc infero, ꝙ cùm bonum sit argumentum à transactione ad compromissum, vt supra fuit dictum pluries in hoc tit. ita etiam non valet compromissum super alimentis sine decreto prætoris. Et ita tenet in specie Spec. in tit. de arb. §. restat videre. in ver. sed nunquid compromissum super alimẽtis quem refert, & sequitur Albe. de Ros. hic. & in l. de alimen-
3 tis. C. eod. † Adde etiam ad materiam, ꝙ mulier non potest renuntiare alimentis dotis, quia sunt appendices matrimonij, secundum Bald. in c. iurauit. in 2. col. de probat. Vbi dicit de hoc esse glo. sing. in c. literas. de resti. spol. ¶ Secundò not. ex text. ibi, contenti modico præsenti. rationem, quare prohibita est transactio super alimentis in vltima voluntate, quia contenti modico de præsenti facilè inducuntur ad transigendum, & sic voluntas testatoris non habet executionem, & sic fauore alimentorum, & vltima voluntate prohibetur, ergo si sunt relicta inter viuos, erit secus. Quid si iuramentum interueniret? ponit
3 Bar. infra, & dicam post glo. ¶ † Tertiò not. ex text. ibi, ne aliter alimentorum. hic probari secundum Bar. & omnes Doct. post eum. (& est corruptus Bar. quia dicit colligi ex prin. iuncto ver. plane. Nam colligitur ex princi. iunctis verbis, ne aliter alimentorum,) quòd præfatio specialis habet limitare, & restringere verba sequentia generalius prolata, vt hic per Bart. & cum hoc no. tenet etiam Bal. in §. quibus. in prima consti. C. & facit quod no. Bart. in §. eam transactionem. infra ead. l. Et dicunt Doct. ꝙ ista sunt multum no. ad statuta, quia specialiter dicta in præfationibus, restringunt sequentia generaliter prolata. Limitate istam doctr. Bar. & Doct. per tex. in l. regula. §. sed & si quis. ſ. de iuris & fact. igno. & ibi Bar. & Bal. multum no. & ibi est text. secundum eos, quòd si præfatio. l. est specialis, & ratio decidendi, quæ sequitur, est generalis, illa decisio non restringitur ad casum in præfatione appositum, sed generaliter intelligitur. Et illum tex. ẽt not. Bal. in c. secũdò requiris. extra de app. & Lu. Ro. in consi. 173. inci. Amplissimè Doctor. & c. circa prin illius consilij, & illum text. in §. sed & si quis. alleg. glo. in rub. C. ob chiro-
4 graph. pec. pignus retineri posse. ¶ † Quartò no. ex tex. ibi, solet igit Prętor interuenire. hic esse text. secundum Ang. limitantẽ reg. l. 1. §. & post operis. ff. de oper. nou. nun. vbi est text. ꝙ quando partes sunt in concordia, iudex nihil habet facere. hic fauore alimentorum dicitur contrarium. † Quintò no. ex tex. ibi te-
5 stamento, vel codicillis, &c. hic esse tex. secundum Bar. & alios
a omnes hic, quòd verbum, relinquo [a], propriè refertur ad verbum vltimæ voluntatis. Et hoc addit Bald. in l. verbum relinquendi. ff. de verbo. signifi. Facit tex. in l. 1. §. pen. ff. de tab. exhib.
6 † Nunquid autem verbum relinquo, possit referri ad institutionem? Pone, testator dicit, relinquo quintam partem bonorum Titio. est gl. magistra in l. his verbis. in prin. ff. de hæred. instit. De veritate plenè scribit Ioan. de Imo. in repe. l. 1. §. si hæres. ff. de hære. institu. quam ponit in fi. titu. ff. de hæred. insti. Ta-
* men doctr. illius glo. *communiter approbatur*. & dixi de hoc in l. fi.
7 C. de sacrosanct. eccle. ¶ † Sextò no. ex tex. ibi, & si mortis causa, &c. hic esse tex. ꝙ donatio causa mortis æquiparatur vltimę voluntati. Et istud est clarè decisum hodie in l. fin. C. de donat. causa mortis. dicit tamen gl. no. in l. 2. ff. de do. præleg. ꝙ est verum postquam est in esse producta. Sed quantum ad productionem æquiparatur ↄtractui. Et de hoc ponunt Doct. in l. 2.
8 ff. de leg. 1. ¶ † Septimo no. in ver. planè, ꝙ quamuis super alimentis relictis in vltima voluntate, non possit transigi sine prętore, secus est in alimentis relictis inter viuos. Et istud est fauore vltimæ voluntatis, quæ cessat in contractibus inter viuos. Aliam rationem assignat Albe. hic. Nam alimenta, quæ debentur per contractum, debentur ex prouisione alimentarij, & sic sicut ex prouisione sua acquisiuit, potest transigere, quia præsumit lex, ꝙ sicut fuit diligens in acquirendo, ita etiam erit in seruando. Secus est in relictis in vltima voluntate, quia vt vulgariter dicitur, ille nunquam sibi acquisiuit, ideo lex non confidit de eo. Et istam secundam rationem declarat Barto. in suo tract. alimentorum. in 6. col. & Sal. in l. de alimen. C. eo. ¶ Glo. in ver. alimentorum. Primò remouet vnum contrarium. Secundò remouet aliud. Tertiò format vnam quæstio. & sol. Quarto opp. contra tex. & sol. Quintò per viam no. gl. remouet aliud contrarium, duobus modis respondendo. Secunda ibi, & hoc si in vltima volun. Tertia ibi. Item nũquid pactum. Quarta est ibi, sed contra. C. de pac. Quinta ibi, item not. ¶ In ea. gl. ibi C. e.
9 l. de alimentis. † No. ex gl. ꝙ reg tex. nostri fallit in alimentis debitis de præterito, quia super eis transigi potest. Et ex hoc infert solus Alb. de Ros. hic. Nos habemus reg. ꝙ causa alimentorum est multum fauorabilis, & propterea super eis debet procedi summariè, & c. l. si quis liberis §. si vel parens, vbi Bart. ff. de
b libe. agn. & etiam potest expediri [b] diebus feriatis. l. 2. ſ. de fer. dicit Alb. ꝙ est verum in alimentis de futuro. Secus de præterito. & idem dicit Bar. in l. de alimentis. in 2. lect. C. eo. post Iaco.
10 But. quem ibi refert. ¶ † In ead. glosl. ibi. §. si cum lis. Teneatis ex gl. quod quemadmodum prohibita est transactio super alimentis de futuro relictis in vlt. volunt. ita etiam prohibetur pa-
* ctum, & cum glo. transeunt *communiter alij*. Et facit, quod dicit gl. in

ADDITIONES.

a ¶ Relinquo. Addę Bar. in l. Centurio. ff. de vulg. & pupil. Barb. in c. verum. in 8. col. de for. comp. Ang. consi. 29. incip. Titius.
* Et dic, quod hoc verbum, quando refertur ad dotem relictam filiæ, trahitur ad institutionem, quia relatum ad vniuersitatem, Alexand. consilio 17. columna fina. libro tertio. vbi quòd verbum relinquo, relatum ad filiam, vel filium, cui relicta est certa res, vel quantitas, trahitur ad institutionem, siltem æquitate Cano. & ibi Doct. in apostil. MASVER.
b ¶ Potest expediri. Adde Bar. in l. Mela. in prin. ff. de alim. lega.

glo.in l.de his.in ſecunda parte.ſ.eo.licèt iſta ſit communis,tamen videtur,q̃ in puncto iuris poſſet teneri contrarium, quia leges de hoc loquentes ſemper loquuntur in tranſactione. de pacto nullibi loquitur lex. Et ſi dicat̃,q̃ fieret fraus legi,& q̃ in pacto eadem militat ratio. Ego reſpondeo,q̃ non,quia ratio ſecundum tex.hic in prin.eſt, quia tranſactio fit propter certũ quid,quod datur,& ideo lex dubitat, q̃ propter modicum,qđ daretur de præſenti,alliceretur ad tranſigendum. In pacto nihil datur,quia eſt merè gratuitum. Ideo non tam de facili inducitur ad paciſcendum,ſicut ad tranſigendum. Iſtam ſecundam opin.licèt Fulg.impudenter ſibi aſcribat, ante eum tamẽ idem tenuerunt Iaco.de Ra.& Alb.de Ro.hic,per eadem fundamenta.¶In ſeq.gl.bene dicit.¶Glo.in ver.tranſigere. Primò colligit not.ex tex.Secundò.oppo.contra text. & ſol. Secunda ibi,ſed arg.contra.¶In ead.gl.ad fin.quia glo.non reſpondet ad contrarium,omiſſis varijs ſol. hic relatis per Alb. Vera eſt ſol. q̃ vbi creditores, & legatarij concurrunt ad aliquod exigendum,magis fauetur creditoribus,quia tractatur de damno: legatarij de lucro: in alijs magis fauetur legatarijs fauore vlti-
11 mæ voluntatis.Et iſtud eſt,quod voluit dicere.gl.¶ † Extra gl. format Bart.duas quæſt. Prima eſt, quando in tranſactione interuenit iuramentum, an valeat ſine prætoris auctoritate? & reſpondet,quòd non,vt hic per eum. Et eum iſta deciſio.Bar. tranſit Fulg. hic, & optimè facit, quia vbicunque lex aliquid diſponit, & procedit vlterius annullando actum, ſi aliter fiat, iuramentum nihil valet. l. non dubium. in fin. C. de legib. & ſbi Bart.& alij. Sed ita eſt in caſu noſtro,ergo,&c. Quid tenendum? Ego puto,q̃ deciſio Bar.ſit falſa, & conſulerem contrarium.& iſtam opin.tenuit ipſemet Bart.in l. ſi quis pro eo.ff.de fideiuſ.ad fin.prin.& ibi adducit rationem meliorem,quia vbicunque prohibitio legis fit principaliter fauore priuati, & non concernit bonos,vel malos mores, ſi non reſpicit damnationẽ ſalutis æternæ,debet ſeruari.Et facit,quod dixi in l.de his.ſupra eod. quàm opin. ibi firmatam etiam teneo, & dum ibi alleg. Ioan.And.malè alleg.eſt Ioan.An. in tit.de inſti.edi.§. porro.in addi.mag.cuius deciſ.ſequitur d.Alex. in l. ſi conſtante.§. quoties.ff.ſol.mat.Et vltra prædicta de quæſtione Bar.hic.vide Bal. in l.pactum quod dotali.in vlt.q.C.de colla.& Ioan.de Imo.in commen.c.cum contingat.in vlt. char. mag. de iureiur. & ibi Imo.no.illã contrarietatem Bar.quam ſupra retuli.¶Secundò quæritur per Bart.quid ſi apponatur pœna,an tunc tranſactio valeat? dicam in l.qui fidem.infra eod. Iaſon Paduæ.

SVMMARIVM.

1 *Teſtator ſi relinquat alicui fructum, ſeu vſuras alicuius pecuniæ, talis pecunia an debeat remanere penes hæredem, vel legatarium.*

§.Si integra. Super relicto contemplatione alimentorum,non tranſigitur ſine prętore.hoc primò.Et legatarius,vel fideicommiſſarius grauati de alimentis præſtandis, poſſunt tranſigere in eorum præiudiciũ,
1 non in præiudicium alimentarij.¶ † No.ex prin.huius text.hic videri tex.expreſſium,& ſin.multum, q̃ ſi teſtator relinquat alicui fructum, ſeu vſuras alicuius pecuniæ, an talis pecunia debeat remanere penes hęredem,vel legatarium?hic videtur tex. q̃ debet eſſe penes legatarium non hæredem: etiam ſi hæres vellet ſoluere vſuras,& de eo caueat. Contrarium determinat Ang.hic,& bene quia in contrarium eſt tex.expreſſius,& ſing.in l.fundi Trebatiani.ff. de vſufru. leg. qui eſt text.ſing.ſecundum Barto.ibi,& pro ſing.not. Bald.in l.vnica.ver.excep. C.de cadu. tol.Et ad iſtum tex.reſpondet Ang.& bene, q̃ hic debet remanere penes legatarium, quia teſtator expreſsè grauauit legatarium,vt poſt mortem pecunias reſtituat,& ſic voluit, q̃ penes eum remaneret. In hoc teneo cum Ange. & credo, q̃ ſit veritas,licèt Fulg. hic velit contrarium. ¶Glo. in verbo minuatur. Primò oppo.contra tex.& ſoluit. Secundò per viam illationis colligit notabile. Tertiò format vnam quæſtio. Quartò aliam. Secunda ibi, conſequitur ergo quis. Tertia ibi, ſed quid ſi hic Titius. Quarta ibi, quid ergo ſi non de ea re.& hæc gl.nihil habet,quod egeat additione. Iaſon Paduæ.

SVMMARIVM.

1 *Ratio poſita in præfatione legis, vel ſtatuti habet reſtringere, vel limitare ipſam legem, vel ſtatutum.*
2 *Eccleſia licèt non poſſit alienare non obſeruata forma cap. ſine exceptione.tamen ſi faciat conditionem meliorem, valebit alienatio.*
3 *Contractus bonæ fidei ſi ſit initus dolo aduerſarij, eſt ipſo iure nullus.*
4 *Seruus poteſt tranſigere ſuper alimentis ſibi relictis.*

§.Eam tranſactionem. Alimentarius poteſt tranſigendo facere conditionem ſuam meliorem, etiam ſine decreto prætoris, & in hac materia non refert, an alimenta ſint relicta liberto,vel ingenuo locupleti, vel pauperi. hoc dicit vſque
1 ad §.vult igitur. ¶ † No.primò ſecundum Bar.& Docto.hic,q̃ ratio poſita in præfatione legis,vel ſtatuti habet reſtringere,vel limitare ipſam.l.vel ſtatutum,vt hic per Bar.facit.l.cum pater. §.dulciſſimis.ff.de lega.2.& ibi Barto.& text.in l.hæc actio.ff.de collat.¶Secundò not.ex text.ibi,quia meliorẽ ſuam conditionem,quòd alimentarius ſine prætore poteſt tranſigendo facere ſuam conditionem meliorem. Iſtum text.limitat ſingulariter Bart.in §.ſi prætor.infra ead.l. vt procedat dummodo non recedatur à forma alimentorum taxata, & ordinata per teſtatorem,de quo ibi dicetur. ¶Tertiò not. in verſi.nihil autem.In hac materia non refert, an alimenta relinquantur pauperi, vel diuiti. Et ex hoc colligitur,quòd ratio,quare non poteſt tranſigi, ne tranſigens fame pereat, non eſt finalis, ſed perſuaſiua, quia ſi eſſet finalis,non haberet locum in diuite. ¶Quartò not. quòd legatum alimentorum,ſiue relinquatur pauperi,ſiue diuiti,ſemper eſt fauorabile.Nunquid autem ſi teſtator relinquere legatum diuiti,& diceret,ſe relinquere amore Dei, an diceretur legatum ad pias cauſas? Iſtam quæſtionem latè ponit Bar.in repet.l.1.C.de ſacroſanct.eccleſ.2.quæſt.2. quæſt. princi-
2 cipalis, & ibi dixi. ¶Glo.prima in verſi.alimentarius. † In ead. glo.in fin.not. iſtam deciſionem gloſſ. quòd quamuis eccleſia
a nõ poſſit alienare[a] ſine ſolennitate. Auth.hoc ius porrectum. C.de ſacroſanct.eccleſ. & cap.ſine exceptione. 12. quæſt.2. eodem modo minor ſine ſolennitate.l. magis puto.§. ne paſſim. ff.de rebus eorum. Tamen quando eccleſia, vel minor faciunt
b conditionem meliorem,valet alienatio.[b] Iſtam glo.reprehendunt Iacob.Butr. Albe.de Roſ. Bart. Bald. Ange. Fulg. Pau.de Caſt.& omnes,& contrarium tenet glo in l. ſi fundus ſterilis.ff. de rebus eorum, quia eccleſia, vel minor faciendo conditionem ſuam meliorem, etiam non poteſt alienare. Idem tenet Bald.in c.1. extra eod. de tranſactio. & notabiliter Bald.in l.fin. §.neceſſitate.in 5.colum.in fin. C.de bonis, quæ libe.quamuis contrarium teneat idem Bald.in l.contra iuris ciuilis.in fi.principij.ſupra de pact. Nec obſtant alleg.in glo.allegatæ, quia reſponde,vt hic per Bar.& Doct. qui reſpodent ad omnes leges, niſi ad text.noſtrum. Ange.bene vult reſpondere, ſed loquitur inter dentes,vt dicit Fulg.hic. Ideo cogita de ſolutione. ¶Limita tamen,& nota perpetuò,quòd licèt alienatio facta per eccleſiam,vel minorem non ſeruata ſolennitate, etiam ſi faciant conditionem ſuam meliorem,non valet, tamen cõtractus iſte claudicat, vt dicit Iuriſcon.in l.Iulia.§.ſi à pupillo.ff. de actio. empti.quia ſi eccleſia, vel minor vult, poteſt ratificare contractum,adhibendo debitas ſolennitates.Aduerſarius autem non poſſet. Iſta eſt ſing doctri. Inno.& omnium in c.1.extra de his, quæ fiunt à prælat.ſine conſen.cap. Firmat glo. in c.1. extra ne ſede vacante.& ita not.limitat dom.Math.in not. ſuis. no. 155.
3 Et ita etiam limitat in ſpecie Fulg. hic. † Et ad hoc bene facit, quod tenet glo.in l.eleganter.in princ.& ibi Bar. not.ff.de dolo. & glo.in l.iuriſgen.§.prętor ait. & ibi not. Ange. ſupra titu.1.In quibus locis tenent glo.quòd ſi contractus bonæ fidei ſit initus dolo aduerſarij,eſt ipſo iure nullus, tamen eſt in poteſtate paſſi dolum ratificare contractum,ſi vult.Ita etiam Bald. in l.1.in 3. colum.C.plus valere, quod agi. Bene facit illa ſolennis glo.in l.à diuo Pio.ff.de ritu nup.quam Bald.pro ſing.no.in l. non dubium.in 10.quæſt.C.de lega. Facit glo.in l. iubemus. in princip. & ibi Bald.C.de ſacroſanct.eccle. ¶Glo.in ver.an ingenui. Primò allegat concor.ad text.Secundò format quæſtio. Secunda
4 ibi, quid de ſeruis. ¶ † In ead.glo.ad fin. Teneatis ex glo.quòd quamuis prohibitum ſit, & paciſci, & tranſigere etiam cum prætore,iuribus in glo.allegatis,quando tamen alimenta relinquuntur ſeruo, poterit ſeruus tranſigere. Et ſi iſtud eſſet verum, ſequeretur, quòd idem eſſet in monacho, quia bonum eſt argum.de ſeruo ad monachum, ſecundum Barto. in l.§. 1.& §.ſi fructuarius.ff.de ſtipu.ſeruo.poſt Inno.in c.cum olim. extra de priui. Iſtam glo.reprehendunt Barto.& omnes,vt hic per Bart.quem vide. Iaſon Papiæ legens.

ADDITIONES.

a ¶Alienare. Dec.diſputat in c. quæ in eccleſiarum.de conſti.& tertius poteſt opponere. Iaſ. in l. 2.C.de iure emphyt.col.2. PVRPV.
b ¶Alienatio.Adde Iaſ.in l.Barbarius.no.5.verſ. confirmo.ſupra de offi. præto. col.3.Felyn.in c.cauſam.de iud.col.pen. PVRPV.
* Adde Cyn. in l. 2. C. de erogat. mil. Paul.de Caſtr. in l. qui teſtamento.in §. fi.ff.de teſt.Io.de Imo.in l.3.ff.de teſt.Lud.Ro.in l.mortis cauſa.in §.qui hominem.ff.de dona.cauſa mort. Bar.in l.is qui.ff.de tut.& cur.da.ab his.Flo.in l.ſi ſeruum meum.ff.ad l.Aquil.Arch.in c.ſi habes.in ver.idonea.22.q.3.

SVM-

§. Vult igitur.

SVMMARIVM.

1 *Alimenta sunt considerandа, considerata conditione personæ.*
2 *Auctoritas prætoris, vel iudicis vbicunque in aliquo actu requiritur, semper intelligitur cum causæ cognitione.*
3 *Testis deponens, tenetur assignare rationem dicti sui, aliàs non probat. nu. 4. 5.*
6 *Testibus non assignantibus rationem dicti sui, an possit illis credere, qui ex commissione principis, vel ex forma statuti potest procedere de iure, & de facto, & non seruare solennitatem.*
7 *Consuetudine an possit induci, quòd credatur testibus non assignantibus rationem, & nu. 8.*
9 *Hæres grauatus præstare alimenta, non tenetur præstare in domo alimentarij, sed satis est quòd offerat in domo propria.*
10 *Hæres si sit grauatus præstare alimenta alicui, an alimentandus teneatur stare in domo hæredis.*
11 *Transigi potest super alimentis, si sit vrgens causa habendi pecunias.*
12 *Alimenta quando sint vni à pluribus præstanda, quo casu minuatim præstatio fieret, licita tunc est transactio.*
13 *Alimenta si sint relicta in singulos menses, an possent peti pro toto anno, vel aliter.*

§. Vult igitur. Decretum prætoris super transa ctione alimentorum debet versa
1 ri circa tria, de quibus dicitur in tex. hoc dicit. ¶ † Item diligenter aduerte pro intellectu istius text. q̃ considerанda sunt alimenta, conliderata conditione personę, prout nunc est in pau pertate constitutus, & non prout erat prius diues, secundū Iac. de Are. Bart. & alios in l. si maritus. la 2. & ibi eleganter Pau. de Cast. ff. solut. matrimo. ¶ † Not. primò secundum Bart. ex text. (quamuis à remotis) q̃ vbicunque in aliquo actu requiritur auctoritas prætoris, vel iudicis, semper intelligitur cum causæ cognitione. Concordantias vide p̃ Bar. ¶ Secundò no. secundū Bart. & Doct. q̃ vbicunque requiritur causæ cognitio, semper versatur causæ cognitio circa tria, causam, modum, & personas, quia vt dicit Bart. Iurisconsulto. prosequitur hic declarando, nō addendo. Istud tamen not. non clarè sumitur ex tex. quia text. sentit, q̃ ista haberentur in oratione, tamen non curo. Tertiò not. ex text. ibi, sine causa neminem transigentem audiet, &c. † Ex quo text. glo. & omnes Doct. colligunt, q̃ testis, qui deponit, tenetur assignare rationem dicti sui, aliàs non probat. Adde Spec. in titu. de teste. §. 1. versi. item q̃ interrogatus non reddit. Intellige istam conclusionem procedere, quando testis est interrogatus, aliàs non tenetur, quia non debet esse verbosus. Ita glo. in l. solam. in gl. mag. ad fi. C. de testib. & glo. in c. cum causam, quæ inter Archiepiscopum. extra de testi. & glo. in c. si testis. §. solam. in ver. attestationem. 4. q. 3. & ibi est canonizata l. sola. C. de test. Et propterea dicit sing. Bald. in repet l. edita. C. de eden. in repe. Paduana. in 32. col. in ver. interdum contingit, q̃ fiunt interrogatoria, &c. q̃ si testis productus interrogetur de ratione, & non assignat rationem, dicitur deponere tanquā pecus, non tanquam homo. Addo paria esse, quando testis interrogatus de ratione, & causa dicti sui, vel q̃ nullam rationē reddat, vel q̃ reddat, sed non bonam. verba sunt Spec. in tit. de teste. §. 1. versic. Item, quòd interrogatus non reddit. Stat ergo regula, quod testis non interrogatus, non tenetur aliquam rationem assignare, & tamen dictum suum probat. ¶ Istam regulam limita primò, vt non procedat, quando deponit super his, quæ sunt iuris, puta aliquem esse dominum, quia tenetur tunc rationem assignare. Est doctrin. Inno. & Cano. in d. c. cum causam, quæ inter Archiepiscopum. extra de test. quam referunt & sequuntur Bal. & Fulg. hic. Adde Bald. in l. conuenticulam. C. de Episc. & cler. & in l. pen. in fin. C. de sent. quæ sine cer. quant. d. Alex. in consi. 126. incip. viso, & examinato processu. in 6. col. ad fi. in 1. vol. Item adde, q̃ ista limitatio adeo est vera, quod non sufficeret, si testis diceret, vera esse contenta in cap. quia vidit, & audiuit, nisi aliter specificaret. Ita tenet Ioan. de Imo. in l. sciendum. in 10. col. ff. de verb. obl. allegat notata per Inno. in d. c. cum causam. & sequitur d. Alex. in consi. 168. in 2. vol. incip. Excellentissimè Doct. ¶ Secundò limita dictam regulam, vt non procedat, quando testis deponit, quem esse fatuum, vel dementem. Ita prædicti Doct. hic. & Bal. in l. furiosum. C. qui testam. fac. pos. Et quia ibi plenius dicturus sum in seq anno, ideo hic aliter non dico. ¶ Tertiò limita prædictam regulam, quando testis deponeret aliquem esse infamem, qui tenetur assignare rationem etiam non interrogatus. Ratio est, quia istud non percipitur sensu corporeo, & ista est ratio primæ fallentiæ supra datæ. Ista est decisio Inno. in c. cum oportet. extra de accusa. Ang. in l. quid ergo. §. quantum. ff. de infam. & ibidem Bal. in lect. antiq. do. Alex. in consi. 25. in 4. vol. incip. In causa vertente inter Antonium. in 2. col. in fi. ¶ Quartò præ-

dicta regula fallit, vbicunque testes producuntur ad reprobandum aliquod instrumentum, quia tenētur assignare rationem concludentem etiam non interrogati, quia paria sunt, vel non assignare, vel non concludentem, vt supra dixi. Ita sing. Bal. in l. presby. C. de Episco. & cler. quem sequitur Lud. Rom. in l. 1. in prin. ff. de oper. nou. nuncia. ¶ Quinto fallit dicta regula, vbi testes producuntur ad probandum interesse. Ista est sing. decisio Bald. in l. vnica. in 10. col. C. de sent. quæ pro eo, quod interest. ¶ Sexto fallit, vbi testes producuntur ad probandum aliquam negatiuam, vel negligentiam, vel moram. Ista fuit sing. decisio Bart. in consi. suo 102. incip. Clarissimè domine, isti nostri Nucerini, &c. & idem tenet Bald. hic, & in repet. l. 2. in vlti. char. C. de rescind. vendi. & idem Bal. in l. solam. ad fi. C. de testib. Idem Bald. in l. actor. in 3. col. C. de proba. ¶ Septimò fallit dicta regula, & procedit in duobus, vel pluribus testib. productis ab vna parte, quia isti tales testes non interrogati nō tenentur assignare rationem dicti. Sed in vno teste, ad hoc, q̃ faciat semiplenam probationem, vt possit deferri iuramentum in supplementum probationis, iuxta l. admonendi. ff. de iureiuran. & in l. in bonæ fidei. C. eo. requiritur, q̃ assignet rationem. Ita Bald. in c. 1. in §. sacramentum. de consue. recti feudi. in vsib. feu. ¶ Octauò fallit dicta regula, vt singulariter per Bal. in c. fin. extra de iura. ca-
a lum. vbicunque testis a deponit per verbum scire, quia istud scire, est ambiguum, quia potest intelligi scire, quod vehementer opinatur, iuxta glo. in l. Pantonius. §. rei perduellionis. ff. de acquir. hæred. Item scire dicimur, quod credimus. Item illud, quod vidimus. Ergo debet allegare rationem, etiam si non interrogetur. Et propterea dicit Bald. in specie, q̃ si testis dicat de contentis in cap. se tantū scire, q̃ Titius occidit Seium, q̃ non probat nisi assignet rationē. Sed si dicat de contentis in cap. verum esse, q̃ occidit Seium: tunc probat. Tamen de veritate nō examino. Vide de veritate per dom. Alex. in l. 1. ff. si cer. pet. vbi
4 latè ponit. ¶ † Nonò not. pro limitatione dictæ regulæ, q̃ quādo ex vna parte sunt producti plures testes, & ex altera totidē, & pares numero, si vnius partis testes adducunt rationem, illi prævalent, & obtinent. Ita no. Bald. in d. c. 1. § sacramentum. de consue. recti feu. & est no. ad l. ob carmen. §. pen. & fi. ff. de testi. ¶ Decimò limita, quando testis deponit super fama, quia non probat, nisi assignet rationem dicti sui, etiam non interrogatus, secundum Ange. in repet. l. ea quidem. in 4. col. C. de accusa. do. Abb. in d. c cum causam, quæ inter Archiepiscopum. in 3. col. de testib. & in cap. consuluit. el 1. de appel. Ludo. Rom. in l. 1. in prin. ff. de oper. nou. nuncia. do. Alex. in consi. 25. in 4. vol. incip. In causa vertente inter Anto. in 2. col. & in consi. 117. in 4. vol. incip. Viso processu causæ vertentis inter dominam Luciam. in 3. colu. ¶ Vndecimo limita, quando testis deponit aliquem non esse culpabilem, quia tenetur assignare rationem, etiam non interrogatus, secundum Bald. in d. c. cum causam. in 15. col. Adde etiam prædictis, & diligenter not. q̃ testis indefinitè interrogatus, quid scit, videtur etiam interrogatus de causa. Ita
5 not. Bald. in d. c. cum causam. in 15. colum. † Nunquid autem si testis productus interrogatus sit de ratione dicti sui, & nullam rationem assignat, vel assignat non concludentem, an faciat indicium saltem, vel præsumptionem? Spec. sing. determinat, quòd non. ita Spec. in titu. de teste. §. 1. versi. sed nunquid sufficit ad præsumptionem, cuius decisionem sequitur Lud. Rom. in l. 1. in princip. ff. de oper. nou. nuncia. Refert dom. Anton. de Butr. in cap. cum causam, quæ inter Archiepiscopum. extra de testi. & facit, quod dixi supra tenere Bald. in l. edita. in 32. col. q̃ talis testis interrogatus si non assignat rationem, deponit tan-
6 quam pecus. † Nunquid autem si ex commissione principis, vel ex forma statuti potest quis procedere de iure, & de facto, & non seruare solennitatem, an possit credere testibus non assignantibus rationem dicti sui, vel non concludentem? Bal. notanter in l. solam. circa fin. C. de testi. dicit quòd non. Et quid operetur illa potestas, dicam in l. milites. C. de testamen. milit.
7 † Nunquid autem posset consuetudine, vel statuto induci, q̃ credatur testibus non assignantibus rationem, vel assignantib. malam? Ponunt Host. Ioan. And. d. Anto. de Butr. & Pan. in c.
8 1. extra de appel. & ibi concludunt, quòd non. † Nunquid autē valeret statutum, q̃ in certis casibus, puta cōtra proditores credatur testi, aliàs inhabili, vel reddenti malam rationem? Scribit Bald. in l. si non speciali. in vlt. col. circa medium. C. de testam.
9 ¶ † Quartò principaliter not. ex tex. ibi. Si alibi domicilium hæres, alibi alimentarius habeat. hic videri text. secundum Barto. & omnes, quòd hęres grauatus præstare alimenta, non tenetur

præstare

ADDITIO.

a ¶ Vbicunque testis. Adde eundem Iason in l. posthumus. §. fin. 1. not. de libę, & posthum.

præſtare in domo alimentarij. Sed ſatis eſt, ꝙ offerat in domo propria. Eſt verum, ꝙ glo. (quæ erit per hoc expedita) allegat certa iura in contrarium; quibus reſpondet Bart. & ſe remittit. Ange. diſtinguit. Aut eſt tale quid, in quo non venit aliquid expen. in mittendo, & tunc hæres tenetur mittere ad domum alimentarij, vt eſſet in pecunia, & tunc ſi periret, eſſet periculo hæredis, vt not. in l. quod te. ff. ſi cer. pet. Sed vbi venit præſtan. tale quid, propter quod ſuccedit impenſa vecturæ, vel vectigalium, tenetur alimentarius mittere ad domum hæredis ad accipiendum. Et credo, quòd eius doct. non ſit vera. Vide plenè per glo. & Docto in l. quod legat. ff. de iudi. vbi glo. magi. &
10 ibi Docto. aliter diſtinguunt. ¶ † Quintò not. ex eiſdem verbis hic eſſe tex. ſecundum Ange. & Fulg. quòd ſi hæres ſit grauatus præſtare alimenta alicui, ꝙ alimentandus non tenetur ſtare in domo hæredis, ſed extra domum poteſt alimenta petere, & hęres tenetur preſtare. Ita eſt caſus hic, & dicit Ang. quòd pluries vidit de facto, & de hoc eſt tex. hic. & eſt bene not. & ita etiam tenet Bart. poſt Iaco. de Aren. Dyn. & Spec. per eum relatos in l. libertis. §. ti. ff. de alim. leg. & in l. diuortio. in princ. ff. ſolu. mat. Ponit Bald. in l. ſi ea. C. de condi. infer. & not. in Authen. hoc locum. C. ſi mul. ſecun. nup. & de hoc etiam ponit Bald. in l. annalibus. in fin. C. de leg. ponunt Imo. & Lud. Rom. in l. ſi cum dotem. §. tranſgrediamur. ff. ſolut. matrimo. & ibi ponunt, quid in patre, qui tenetur alere filios. l. ſi quis à liberis. §. ſi vel parens. ff. libe. agn. Pone, quod filij nolunt, vel non poſſunt ſtare in domo, an pater teneatur preſtare extra domum? vide ibi per eos. Et prædicta ſemper intelligatis, niſi teſtator aliud ordinaſſet,
11 puta donec ſteterit in domo, &c. ¶ † Sextò no. ex tex. ibi, aut ſi cauſa aliqua vrgeat iuſtam cauſam tranſigendi ſuper alimentis, quoniam aliqua cauſa vrget ad habendum totam pecuniã de præſenti, & licèt text. & glo. non declarent per exemplum, tamen Fran. Tig. & Odof. quos referunt Ange. & Fulg. ponunt exemplum, quoniam alimentarius habet maritare filiam iamdiu nubilem. Eodem modo ſi pater haberet filium captum ab hoſtibus, & oporteret habere pecuniam de præſenti ad redi-
12 mendum. ¶ † Septimò no. ex text. ibi, aut ſi à pluribus, quòd quando alimenta ſunt vni à pluribus præſtanda, quo caſu minuatim præſtatio fieret, licita eſt tunc tranſactio. alibi tamen Iuriſc. ponit alium modum, vt heredes grauent vnum tñ ad alimenta præſtanda. Ita tex. in l. 3. de ali. & cibar. leg. quem alle-
13 gant Bar. & Doct hic. ¶ † Quærit Bar. hic, quid ſi alimenta ſunt relicta in ſingulos menſes, an poſſent peti pro toto anno, vel aliter? & dic, vt hic per eum. Ponit Bald. in l. 1. in vlt. col. C. de fideic. Alia no. poteſtis per vos colligere, vt colligunt Bal. Ang. & Ful. Sed quia nihil ad rem, nihil dicam. Iaſon Papiæ.

SVMMARIVM.

1 *Tranſactio ſuper alimentis facta, non extenditur ad habitationem, vel veſtiarium.*
2 *Victus, & alimenta an æquiparentur.*
3 *Medicinæ an contineantur in legato alimentorum, vel victus.*
4 *Sumptus pro diſciplina an debeantur illi, cui debentur alimenta.*

1 **§. Qui tranſigit.** Iſte tex. eſt not. & ſing. † Tranſactio ſuper alimentis facta non extenditur ad habitationem, vel veſtiarium. hoc primò. Et qui tranſigit ſuper alimentis, non intelligitur tranſigere ſuper habitatione, vel veſtiario, vel calceario. hoc dicit vſque ad §. ſi vni. ¶ Glo. in verbo, neque veſtiario. Primo infert vnum dictum ex tex. Secundò contra illud oppo. & dupliciter ſol. Tertiò extendit tex. Quartò per viam fallen. remouet contrarium. Secunda ibi, ſed contra. ĩ. de alimen. & cib. lega. Tertia ibi, ſimiliter verbo victus. Quarta ibi, ſed aliud in verbo cibi. ¶ In ead. glo. ibi. ĩ. de libe. & poſthum. l. cum quidam. Teneatis ex gl. primam ſol. ad contrarium in ea formatum, ex qua habetis, ꝙ ſi
a quæratur, an appellatione alimentorum * veniant ſolùm alimenta cibi, & potus, an etiam habitatio, & veſtiarium, debet diſtingui. Aut tractatur de fauore, & veniant, vt quando relin-
* quuntur. Aut tractatur de damno, & tunc ſecus. *Et ita tenent communiter Doct.* & inferunt ſing. Bar. & alij ad practicam. Pone, teſtator relinquit vxori alimenta, ſub tali legato veniunt veſtes, & habitatio domus. Pone modo, hæredes tranſigunt cum vxore ſuper alimentis, an per hoc extendatur ad veſtiarium,
2 & habitationem? Et dicunt, quòd non, quod not. † & id quod dicunt Doct. de termino alimentorum, idem puto eſſe dicen. in termino victus, quia æquiparantur, vt dicam in ſeq. parte gl. ¶ In ea. gl. ibi ſimiliter verbo victus. Teneatis ex glo. ꝙ quemadmodum in legato alimentorum continetur nedum impenſa victus, ſed habitatio, & veſtiarium, idem etiam eſt in legato
3 victus, in quo omnia prædicta continentur. † Nunquid autem
b in legato alimentorum, ᵇ vel victus contineantur medicinæ, ſi contingat alimentarium infirmari? Ange. hic tenet, ꝙ ſic. Et idem eſt ſalarium medicorum. Idem tenet Bar. in l. legatis. ſa. 1. de ali. & cibar. leg. Bar. in l. ſi cum dotẽ. §. ſinautem in ſequiſſimo. ff. ſolut. matrimo. per illum text. quamuis Imo. ibi dubitauerit propter eundem tex. dic, vt ibi. Subdit etiam Angel. hic, ꝙ appellatione alimentorum, vel victus, vltra prædicta continetur lectus, & culcitra, alleg. l. in ſtratum. & in l. quos nos. ff. de verb.
4 ſignifi. † Nunquid autem illi, cui debentur alimenta, vel victus,
c debeantur etiam ſumptus pro diſciplina, puta, quia vult ire ad ſcholas grammaticæ? Vera concluſio eſt, ꝙ vbicunque alicui debentur alimenta ex vltima voluntate, non debentur tales ſumptus. ſed quando alimenta debentur ratione ſanguinis officio iudicis, vt in patre, qui tenetur alere filium, & in fratre, qui tenetur alere fratrem: tunc eſt ſecus, quia tunc veniunt tales ſumptus. Iſta habentur in l. quod de bonis. §. penult. vbi tex. glo. & Bart. ff. ad Carb. & in l. qui filium. ff. vbi pup. edu. debeat. Et ita in ſpecie Bart. in d l. legatis. in prin. ff. de alimen. leg. & ita Angel. hic, alij non tangunt.

ADDITIONES.

a ¶ Appellatione alimentorum. Adde Bar. in l. legatis. ff. de alim. & cib. leg. glin c. Epiſcopus. 10. quæſt. 2. Spec. in tit. qui ſi. ſint legit. poſt princi. Bar. in tract. de alimentis. quæſt. 4.
* Alex. conſi. 178. col. ſi. in prin. lib. 6. Rol. conſi. 22. lib. 1.
b ¶ Nunquid autem in legato alimentorum. Adde glo. vlt. in c. cum haberet. de de eo qui dux. in matri. quam pol. Dominic. de S. Gemi. in c. ommno. circa medium. 31. diſt. vbi alleg. c. nihil. 7. q. 1.
c ¶ Sumptus pro diſciplina. Adde Bar. in tract. de alimentis. q. 3.

SVMMARIVM.

1 *Fundus ſi relinquatur alicui ad alimenta, nedum proprietas illius fundi pro tempore vitæ ſuæ eſt ſua, ſed etiam tranſit ad hæredem, & nu. 4. & 5.*
2 *Tranſactio alimentorum quemadmodum eſt prohibita cum extraneo, ita etiam eſt prohibita inter ſe.*
3 *Emphyteutæ, vel vaſalli non poſſunt alienare in extraneum ſine conſenſu domini.*

§. Si vni. In alienatione, vel diuiſione fundi ad alimenta relicti, vel pro alimentis obligati, prætoris auctoritas requiritur. hoc primò. Et ſolennitas, quæ requiritur in re tota, etiam requiritur in qualibet eius parte. hoc dicit cũ
1 verſi. ſeq. vſque ad §. ſi prætor. ¶ † No. primò ex text. ibi, neceſſe eſt prætorem, hoc probari apertè in tex. ꝙ ſi alicui relinquitur fundus ad alimenta, nedum proprietas illius fundi pro tempore vitæ ſuæ eſt ſua, ſed etiam tranſit ad hæredem, hoc probat text. dum dicit, ꝙ debet diſtrahere cum auctoritate prætoris: ſed ſi deberet redire ad hęredem teſtatoris, non poſſet effectualiter alienari, etiam cum auctoritate prætoris, quia eſſet ſubiecta reſtitutioni. l. Marcellus. §. res quæ. ff. ad Treb. l. ſi. §. 1. C. cõ-
2 munia de leg. & de hoc dicam in gl. ¶ † Secundò not. in ver. ſed & ſi pluribus, ꝙ quemadmodum tranſactio alimentorum eſt
3 prohibita cum extraneo, ita ẽt eſt prohibita inter ſe. † Et iſtud inducitur per Gul. de Cun. Albe. Bart. & alios ad illam alteram quæſtionem. Nam emphyteutæ, vel vaſalli non poſſunt alienare in extranum ſine conſenſu domini. l. ſi. C. de iure emphy. An poſſint alienare inter ſe ſine conſenſu domini? Iſte tex. facit, quòd non. & ita tenet glo. hic. Contrarium determinat Bar. quem vide. Iſta deciſio Bar. quamuis non impugnetur per ſcribentes hic, tamen eſt falſa, quia Bar. hic, & vbique fundat ſe ſuper falſo fundamento. Nã quando ſunt plures hæredes emphyteutæ, obligationes diuiduntur ipſo iure pro rata. l. pro hæreditarijs. & toto tit. C. de hęr. actio. Pone modo, ꝙ iſti fratres velint vendere, puta, tres ipſorum quarto, ꝙ non poſſint vendere, facit ratio Bart. quia ibi eſt obligatus tantum pro quarta portione ſua: pro aliis eſt penitus extraneus. l. cum à matre. C. de rei vendi. ergo idem eſt, ac ſi fieret alienatio in extraneum. De veritate tamen plenius traditur in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de ver. ob. Ideo hic non tango, maximè, quia aliàs dixi latiſſimè, vbi credo veram diſtinctionem poſuiſſe in l. fin. C. de int. emphy. Ibi vide, quia alij hic vltra Barto. non tangunt, & vide per do. Alex. in conſi. 189. in 2. volum. incip. viſo, & maturè diſcuſſo. in 3. col. ¶ Tertiò not. ex verſic. arbitratu, ꝙ tanta ſolennitas requiritur in alienatione partis, quàm totius. Et ideo ſuccedit regula, ꝙ eſt bonum argumentum de toto ad partem, vt hic. & ad hoc allegatur l. quæ de tota. ff. de rei vend. & gl. in l. qui ſic. ff. de vſur. quæ ad hoc allegauit infinita iura. de quo ibi vide, quia iſta eſt via broçardica. ¶ Gloſſ. in verſic. ſi vni. diuiditur in tres partes. Primò format quæſtionem, & ſolu. Secundò ponit dictum.

dictum. Tertiò contra illud oppo. & non sol. Secunda ibi, & si quid etiam vltra. Tertia ibi, sed arg contra. ¶ In ead. gl. ad fi. Ex tota gl. habetis tria principaliter no. Primò, ꝙ ille, cui relinquitur fundus ad alimenta, intelligitur habere plenam proprietatem totius fundi. Secundò habetis, ꝙ illud dominium, & illa proprietas non durat nisi tempore vitæ alimentarij. Tertio habetis contrarium formatum, & non solutum. ¶ † Circa primũ,
4 nunquid ille cui relinquit̃ fundus ad alimenta, intelligatur habere plenam proprietatem. Glo. concludit, ꝙ sic. *Et ista est vera, & communis*: quamuis Old. Lau. quem referunt Alb. & Bal. aliter teneant. & infra dicetur. Et istam opi. gl. tenet Bar. in l. 4. ff. de alimen. leg. cum aliquib. tamen limitationib. quæ colliguntur ex traditis per Bart. ibi. Idem dicitur in eo, cui relinquitur fundus ad vsumfru. vel ad habitationem, quia habet plenam proprietatem, & vsusfructus intelligitur causalis. Ita tex. ibi. Bart. & alij notant in l. donationes. §. species. ff. de dona. Multum not. Bal. in l. 2. C. de inoffi. dona. Ibi tamen nescio quo spiritu distinguit, an relinquatur à patre, vel extraneo, & Bald. in l. 1. in 2. col. C. de fru. & lit. expen. & Bal. in rub. C. de iur. emphyt. glo. Cy. & Bal. in l. si mulier. C. de iure dot. Eodem modo si testator dicat, relinquo fundum ad gaudium, quia intelligitur proprietas relicta. Ita singulariter tenet Bal. in l. si habitatio. §. sed si. ff. de vsu & habi. Est verum, ꝙ Bar. in d. l. libertis. ff. de alimen. leg. videtur distinguere, an dicatur, Relinquo alimẽta ex tali fundo, an fun
5 dum ad alimenta. Vide ibi per eum. ¶ † Circa secundam conclusionem, ꝙ tale legatum alimentorum non transmittatur ad hæredes, eam indifferenter reprehẽdunt Bar. & omnes hic, per tex. expressum in l. 4. alleg. in gl. Et vltra Bar. contra gl. distinguit tex. noster, inducendo (vt dixi) in tex. quia tex. hic vult, ꝙ iste possit distrahere, dummodo interueniat auctoritas prætoris. Sed si extingueretur eius morte, nõ posset alienari effectualiter, quia esset subiectus restitutioni. l. fin. §. 1. C. communia de leg. Est verum, ꝙ Bald. vult respondere, ꝙ istud interim potest alienare: sed alienatio non transit vlterius. Sed est violare tex.
b Et sic *eam communiter reprehendunt omnes*. & sic iungendo vtranq; conclusionem glo. fac regulam, ꝙ ille, cui relinquitur fundus
a ad alimenta, vel ad gaudimentum, [a] vel ad vsumfr. habet plenum dominium, & non finitur morte. Istam regulam limitat Ang. vt procedat, quãdo relinquitur ei, qui est capax dominij, & proprietatis. Sed si fieret alicui, qui tantum esset capax alimentorum, secus esset, vt in fratrib. Minorib. per clem. exiui. de verb. sig. Allegat l. seruos. ff. de ali. leg. & vltra eum facit: quia verba in dubio sunt intelligenda secundum conditionem personarum. l. plenum. §. equitij. ff. de vsu & hab. ¶ Circa tertium, scilicet circa ℨrium in gl. formatum, licèt gl. alleget simpliciter. l. qui duo. sunt duæ leges. vna incipit. de duo. Alia, is, q duo. Ell secũda, & de ea opp. & de sol. gl. in l. fi. ff. de vsufi. earũ rerũ,
* quæ vsu consu. Glo. hic non respondet, *communiter Doct. respondent*, ꝙ ibi est propter vnitatem sermonis. ¶ Glo. in verbo, non debet. primò colligit no. seu arg. Secundò oppo. & non sol. Secunda ibi, arg. contra. C. de fideicom. ¶ In fi. gl. pro solutione. l. voluntas alleg. in gl. dic, aut est eadem æquitas vtroque casu, & tunc est idem ius. Aut cessat ratio, & æquitas, & tunc cessat dispositio. Ita loquitur. l. voluntas. C. de fideicom. ¶ Glo. in ver. obl. in fi. gl. quando fundus relinquitur pro alimentis tali modo, ꝙ non fit relicta proprietas, concludunt omnes, ꝙ intelligitur obligatus, per iura allegata hic, per Bar. quem vide. ¶ Vltimò not. gl. paruam hic in verbo, transactione, quam no. Bar. in l. nulli. infra eod. Iason Papiæ.

ADDITIO.

a Testamentum. Adde Crem. sing. 34. Dilec. tit. de leg. c. 23. & vide, quæ scribit Ias. in l. beneficium. col. 2. post nu. 14. ff. de const. princip. MASVER.

SVMMARIVM.

1 *Omissio solennitatis ipso iure vitiat actum, & nu. 3.*
2 *Solennitas leuis quæ dicatur.*
4 *Reus si velit facere examinari testes ad perpetuam rei memoriam, quis erit index competens.*
5 *Mercator si habeat merces communi periculo, & in locis multum remotis si casu pereant, poterit ibi facere examinari testes ad perpetuã rei memoriam.*
6 *Depositio, & oblatio pecuniæ, vt impediatur cursus vsurarum, debet fieri coram iudice, qui aliàs haberet de ipsa causa cognoscere.*

§. Si prætor. Transactio facta cum prętore super alimentis causa nõ cognita nihil valet. hoc primò. Et ea, quæ sunt mixti imperij, non delegantur. hoc secundò. Et ille est index competens ad auctorizandum, coram quo causa esset principaliter agitanda. hoc dicit cum

1 ver. seq. vsque ad §. si cùm lis. ¶ † Not. primò ex isto tex. secundum Bart. & omnes vnum, ad ꝙ millies allegamus hunc text. Quòd omissio solennitatis ipso iure vitiat actum, adeo ꝙ tex. hic dicit, nullius est momenti. Intellige tantum istud procedere, quando esset solennitas grauis, & substantialis. Sed si esset leuis solennitas, illa non vitiat actum. l. 1. in fi. ff. de ventre inspi.
* *secundum communem intellectum*. Et ideo dicit Bart. ꝙ in inuentario omissio crucis, quæ apponi debet in prin. non vitiat. Est verum, ꝙ Fulg. hic dicit, ꝙ Doct. errant: quia imò ille text. in l. 1. §. pen. probat, ꝙ leuis solennitas semper vitiat actum: nisi in rustico, vel quando aliter se haberet consuetudo. Sed de hoc so-
2 leo dicere in d. l. fin. in princ. C. de iure delibe. ¶ † Pulchrum est
a videre, quæ dicatur leuis solennitas. [a] & Bar. hic melius, quàm alibi declarat, & aliàs mihi fecit honorem in testõ. cæci. Nam debet in testamento cæci inter cæteras solennitates, de quibus. in l. hac consultissima. C. qui testam. fac. pos. præcedere institutio hæredis, vt ibi, & ita no. Bar. ibi, qui dicit, ꝙ contrarius ordo haberet vitiare. Ego consului contrarium, quia illa est leuis solennitas per dicta Bart. hic. Dicam latius in d. l. hac consultissi-
3 ma. † Et ad istud no. ꝙ omissio solennitatis habet vitiare, vide Lud. Rom. in consi. 203. incip. Quo ad primum consultationis articulũ. quo quæritur, an ipsa bannimenta, &c. Vide ẽt sing in l. 1. C. de senten. ex bre. rec. vbi singulariter limitat dictam regulam. Illud etiam no. ꝙ vbi pro solennitate actus plura solennia requiruntur, si deficit vnum, non sunt alia reintegranda, quia actus est in totum nullus. Ita Inno. in c. 1. de sacramen. non reiterã. & refert Ang. hic. Item ad istam regulam huius tex. adde quod dicit Bald. in l. fin. in 2. colum. C. de suis. & legi. quòd formæ nihil addi, vel detrahi potest. Item adde text. in l. constitutionibus. in fi. ff. ad municip. Item adde, quòd omissio formæ in qualibet minima parte vitiat totum processum. Ita not. dom. Anto. de Butr. in c. Pisanis. in septimo notabili, de restit. spolia. Item adde, quòd ista regula procedat etiam in actu pio, & fauorabili, vt est tex. in l. qui Romæ. §. Flauius Hermes. ff. de ver. oblig. secundum Bald. in l. testamentum non ideo. in secundo not. C. de test. Bald. in l. si pupillus. in princ. per gloss. ibi. ff. si cert. pet. & in l. fin. C. si manci. ita fue. alien. ne prosti. & in l. 2. C. si mi-
b nor se ma. dixerit. ¶ Limita [b] istam regulam not. non procedere, quando talis forma, vel solennitas non est magnæ importantiæ considerato effectu. Ita colligitur ex his, quæ notabiliter decidit Pau. de Cast. in l. vniuersis. C. de præcib. impe. offer. post Barto. ibi, & in l. obseruare. C. de decur. lib. decimo. ¶ Secundò not. ex tex. sed & si non de omnib. tex. not. per quem Fulg. multum inuehit contra prætores, & iudices, qui interponunt decretum causa non cognita, quia prius de tribus cognosci debet, vt hoc tex. ¶ Tertio not. ex text. in versic. sed nec mandare, quòd cùm transactio super alimentis requirat plenam causæ cognitionem, & expediatur officio iudicis nobili, ad priuatam vtilitatem, deciditur, ꝙ delegari non potest, vt vidistis in l. nec quicquam. §. vbi decretum. ff. de offic. procon. & lega. Vltimo not. ex ver. transactionis. Si quæratur, quis sit iudex competens ad interponen. auctoritatem in transactione alimentorum, q a
4 est ille, qui de causa principaliter cognoscere haberet. ¶ † Et pro hoc dicit sing. Barto. hic, & bene not. Pone reus vult facere examinari testes ad perpetuam rei memoriam. iuxta cap. quoniam frequenter. extra vt lite non contest. quis erit iudex competens? dicit, quòd est iudex, qui de causa cognoscere haberet, & cum eo tenent Ange. Fulg. & Paul. de Cast. hic. & ita tenet dom. Anto. de Butr. in cap. si clericus laicum. extra de foro competen. Istam decisionem limitant Angel. & Fulgo. hic, nisi necessitas requirat mittere ad examinandum testes in alio loco, quia necessitas non subiacet legi. l. 1. ff. de offic. procon. & dicit Ang. quòd aliàs Paduæ ipse obseruauit. Allegat. text. not,
5 in l. quoties. C. de nau. libr. 11. ¶ † Secundò limitatur doctrin. Bar. hic ex eo, quod dicit Bar. in l. si quis nauicularius. per illum text. C. de naufr. lib. 11. vbi dicit, quòd si mercator habeat merces communi periculo, & in locis multum remotis, si casu pereant, poterit ibi facere examinari testes ad perpetuam rei memoriam. Et illam decis. Bar. ibi exclamat Ludo. Rom. vsq; ad cœlum in repet. l. si verò. §. de viro. in 54. fallentia. ff. solut. matrimo. vbi dicit, se consuluisse, & ibi alias ponit limitationes. Allegat dominos de Rota, sed quia non inueni decisiones, domi-

ADDITIONES.

a ¶ Quæ dicatur leuis solennitas. Adde Barto. in l. prima, in fine. ff. de ventre inspicien.
b ¶ Limita secundò, quando interuenit necessitas. in l. fin. nume. 7. C. de testam. & in l. 2. ff. si quis cau. in Auth. quæ supplicatio. & in l. vniuersa. C. de precib. imperat. offeren. & dic, quòd defectus formæ non vitiat actum in foro conscientiæ, Abb. in cap. 1. in fin. de restitut. in integ. Dec. in cap. 1. colum. 3. de const. BELLOT.

Ias. super j. ff. Vet.

6 dominorum de Rota,non refero. † Adde ad hanc decis.Bal.in l.acceptam.in 13.q.C.de vsur.vbi dicit, ꝙ depositio, & oblatio pecuniæ,vt impediatur cursus vsurarum,debet fieri coram iudice,qui aliàs haberet de ipsa causa cognoscere. Glo.in versi. nullius erit momenti. vltra glo. aliter etiam respondet Gul.& Alb.hic,& refert Bar.infra ea.l.§.pen. Iason Papiæ.

SVMMARIVM.

1 *Tutores,& curatores possunt transigere, si sit lis.*
2 *Minor habet restitutionem ex actu, per quem est læsus.*
3 *Pars potest renunciare sententiæ,& instrumento.*

§.Si cùm lis.

Non valet transactio facta super lite ficta, quæ in consequentia fit super alimentis,nisi cum prætore.h.d.¶ † Ex isto §.infert Bar. ad duas quæstiones.Prima est.Tutores,& curatores possunt transigere, si sit lis.dicit Bar.ꝙ si fingatur lis, nihil valet. Facit l.præses.C.de transa.in verb.ambitiosè.¶ † Secundò infert Bart.quia minor habet restitutionem ex actu, per quem est læsus. Pone, est statutum, ꝙ à sententia arbitratorum nulla admittatur appellatio,vel reductio ad arbitrium boni viri,vel restitutio,etiã si sit minor. Pone, ꝙ fingam litem cum minore, vt læsus non habeat restitutionem,an valeat? Et dicit, ꝙ non.Ad hoc vide, quod dicit Bald.in l.cum allegas.in quarta, oppo. C.de vsur.& quod decidit Bal.in Auth.hoc ius porrectum.in 5.col. C.de sacrosanct.eccles. † Et per istum text.ego in l.1.s̃.eod.reprehendi vnam cautelam Ang quam ipse ponit, & adhuc reprehendo, dum dicit, ꝙ ad hoc, ꝙ valeat compromissum post rem iudicatam, debet vtraque pars dicere, ꝙ intelligatur esse lis super omni eo,super quo fuerit iudicatum. Et Angel. hic per istum tex.corrigit errorem suum,& dicit, quòd illa clausula nihil valet,quia lex resistit, & compromissum est factum ad lites tollen.l.fratris.C.eo. Est verum (vt dicit Angel.) ꝙ pars posset renunciare sententiæ,& instrumento si vellet. & istud etiam ponunt Bal.& alij in l.si causa cognita. C.eo.tit.

1 2 3

SVMMARIVM.

1 *Solutum ex causa transactionis inualidæ, non potest repeti per condictionem indebiti: sed per condictionem sine causa.*
2 *In mutuo competit certi condictio contra accipientem mutuum.*

§.Si eidem.

Solutum ob transactionem inualidã, cõuertitur in aliud debitum, vel in alimenta præterita: aliàs vt indebitum repetitur.h.d. vsque ad §. si in singulos annos.¶ Glo.in verbo imputabitur. † In ea.glo.ad fi.Teneatis ex glo. ꝙ solutum ex causa transactionis inualidæ, non potest repeti per condictionem indebiti, sed per condictionem sine causa.Et ratio diuersitatis est,secundum glo quia licèt aliàs iliud, quod soluitur,esset indebitum, tamen ex quo soluitur ex causa transactionis, istud sufficit ad impediendum condictionem indebiti Et licèt Bart.nec Doc.aduertant,puto, ꝙ gl.malè dicat,& ꝙ nedum per condictionem sine causa,sed etiam indebiti potest repeti.Nec est verum, quod dicit gl.quia eius ratio procedit, quando transactio non est ipso iure nulla. Sed quando est penitus inualida, non impedit, quin possit per condictionem indebiti repeti. Et istam gl.reprehendunt in specie, & bene Alb.& Fulg.hic. ¶ Glo.in verb. factus est locupletior. timore contrarij ponit duas solu. & sic duas habet partes. Secunda ibi,vel aliud in condictione indebiti.¶ † In ea.gl.ibi.§. si pecuniam.Ista prima solu.reprehenditur per omnes: quia diuinat ad tex. *communiter ergo tenetur* secunda sol.gl.ꝙ in mutuo certi condictio indistinctè competit contra illum, qui accepit mutuum: sive recipiens mutuum sit factus locupletior, sive non.Puta,ꝙ eueniat casus fortuitus l.incendium. C.si cer.pet. Sed nos loquimur in certi condictione ex mutuo.Sed in condictione indebiti, vel sine causa, quæ causatur ex æquitate, æquitas non patitur, vt teneatur, nisi inquantum est factus locupletior: Est verum, ꝙ est differentia inter maiorem,& minorem, quia in maiore sufficit,si semel est factus locupletior: licèt non duret. Sed si est minor,requiritur,ꝙ duret. Ista differentia probatur in l.sed an vltrò.§.1. ff.de nego.gest. iuncta l.in pupillo.ff.de sol.& ita not.declarat Ang.hic. Iason Papiæ.

1 2 * 1 2

SVMMARIVM.

1 *Transigi an,& quando possit super legato.*
2 *Legatum annuum si fiat diuiti, non præsumitur ad alimenta.*
3 *Promitto decem alicui,quoad viuam, an intelligatur decem annuatim, an verò semel tantum.*
4 *Vxor relicta massaria,& vsufructuaria, quomodo intelligendum.*

§.Si in singulos annos,

De relicto annuo facto diuiti põt transigi sine prætore.Secus si sit factum pauperi. hoc dicit secundum Bar.& Doct.¶ Glo.in versu in annos.Primo diuiditur in duas partes, secundum ꝙ ponit duas differentias, & sic duos intellectus inter principium huius.§.& ver.cæterum.Secunda ibi, vel aliter prima pars. Rursus secunda pars subdiuiditur in quatuor particulas. Primò facit,quod dictum est,quia ponit secundam differentiam. Secundò pro illo intellectu allegat concor. Tertiò contra illum intellectum oppo.& solu.Quarto colligit not.ex tex. & allegat concor. Secunda est ibi,& pro hoc casu facit. Tertia ibi,sed hoc non valet. Quarta ibi,& sic no.secundum hunc casum. ¶ In ea.glo.ibi,non valet transactio.licèt Bar. recedat ab hoc primò intellectu, mihi vi sustentiabilis multum, & secũdum eum litera planè procedit, quam probat text.in illa aduersatiua, cæterum, iunctis verbis alimentorum vice,& istum intellectum tenent Ange. & Fulg. hic. ¶ In ea.gl.ad fi Istum secundum intellectum in effectu tenent Gul.de Cun.Bar. *& magis communiter omnes.* † Et pro clara intelligentia dicunt præfati Doct.Si quæratur an, & quando sũ per legato possit transigi, aut sumus in casu claro,ꝙ non fit ad alimenta, & tunc transigi potest, inspectis, cognitisque verbis testamenti.l.de his.s̃.eod. Aut est relictum ad alimenta,& tunc debet interuenire auctoritas prætoris: sive fiat diuiti: sive pauperi,vt hic per Bart. Et ista distinctio mihi multum placet,licèt Ange.ponat vnum verbum contra.Non curo referre.† Ex ista doctrina habetis no.ꝙ legatum annuum si fiat diuiti,non præsumitur ad alimenta. si fiat pauperi præsumitur ad alimenta, & est not.ad l.si cui annuum.ff.de ann. leg. & ita tenet Bald.in Auth.ingressi.C.de sacrosan.eccle.& in l.antiquitas. C.de vsufr. Quid autem † esset in contractibus.Si promitto decem alicui, quo ad viuam, an intelligatur decem annuatim, & sic ad alimenta,an verò semel tantum,quia qđ dicunt Doc.hic, procedit in vltimis voluntatibus? Ponit Bart.in l. eum qui ita. §.qui ita.ff.de verbo.obl.& dubitat. Dicit tamen se credere,ꝙ debeat distingui,vt per istum tex.vt ibi no.per eum. ¶ † Vltimo vnum volo vos no.qđ ponit Bal.hic. Scitis,ꝙ mariti relinquunt vxores dominas, massarias,& viufructuarias, quid importent ista verba? Consuetudo vbique est interpretata, ꝙ si habet filios legitimos ex eo marito, debet habere tantum alimenta, aliàs plenum vsumfructum.Ita gl.in Auth.hoc locum.C.si mul.secund.nup. Bart. in l.Titia.§. Titia.in 2.col.ff.de lega.2. Dicit hic sing. Bal.ꝙ ista doct.procedit,quando ista tria verba simul ponuntur. Puta,relinquo vxorem,dominam, massariam, & vsufructuariam.Secus si dicat tantum vsufructuariam, debet habere plenum vsumfructum, etiam si haberet filios legitimos. Adde,ꝙ idem tenet notabiliter Bal.in l.si pater.C.de vsufr. Idẽ Bal.in l.fi.C.de indi.vidui.tol.Bal.& Sal.in Auth. hoc locum,& ibidem Alb.C.si mul.secun.nup. & ibi Odof. qui dicit ita sæpè fuisse pronunciatum Bononiæ, habito consilio iurisperitorũ. Refert,& sequitur Spec.in tit.qui filij sint leg.in ver.quid si quis ita in testamento.Bene facit tex.in l. vxori meæ vsumfructum. ff.de vsufru.leg.Sed aduerte,ꝙ contrarium tenet apertè Bar.in l.Titia.§.fi.in 2.col.in ver.& eo.modo puto.ff.de leg.2. & in l.sicut in annos.per illum text.ff.quib.mod.vsusfru.amit.lo.And. no.in addi.Spec.in tit.de pig.§.sequitur.ver.porrò vsufr.lo.Pet. de Ferra.in practica in forma libelli,quo vxor petit dotem, vel vsumfru.Are.no.in consi.40.incip.præsupponitur in facto, & ita aliàs consului in ista ciui. Papiæ, & ita fuit iudicatum.

1 2 3 4

ADDITIO.

2 ¶ Sequitur.Alex.consi.57.lib.3.Boer.q.61.nu.3.q.194.nu.4.part.1.plura ex Rom.consi.118.colum.1.consi.153.Dilec.tut.de lega.1. c. 49. Rolan.consi.14 libro 2. MASVER.

SVMMARIVM.

1 *Relicta ad alimenta,an possint cum alia re permutari.*

§.Si cui.

